12

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 N
18

72.17

13-12 C 35

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROSPERI FARINACII IC. ROMANI,

REPERTORIVM DE CONTRACTIBVS,

CVM FRAGMENTIS.

OPVS OMNIBVS IN FORO verſantibus perutile, & neceſſarium,

PRODIT NVNC PRIMVM

Ex manuſcripto Bibliotheca Clericorum Regularium S. SYLVESTRI *Montis Quirinalis in Vrbe.*

OPERA ZACHARIÆ PASQVALIGI, eiuſdem Congregationis Theologi.



LVGDVNI,

Sumpt. Hæred. Gabr. Boiſſat, & Laurentij Aniſſon.

M. DC. XLII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO PRÆSVLI
IO. STEPHANO
DONGO,
PROTONOTARIO
APOSTOLICO
PARTICIPANTI,
APOSTOLICÆ CAMERÆ CLERICO,
ATQVE A. SECRETARIO,

ZACHARIAS PASQVALIGVS,
Clericus Regularis, omnia felicitatis incrementa precatur.

QVæ tuos cumulant honores, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, hæc me acriter vrgent, vt lucubrationes, quas de Contractibus PROSPER FARINACIVS, Iuriſconſultus ſemper ſuſpiciendus, luculentiſſimè exarauit, ſub tuis auſpiciis ſitu penè conſumptas ad lucem promoueam. Ominor namque quòd, dum ſub Romano Cœlo, quod ſua virtuti depluit

ornamenta, ab Vrbano VIII. ſummorum Pontificum ſapientiſſimo, non vna, aut altera dignitate, ſed pluribus auctus refulges; &

Mille trahis varios aduerſo ſole colores,

cœleſtis illius Arcus inſtar odores ipſis ſuperplues, quibus cunctis gratæ fiant, ſi tuam illis addixeris tutelam. Si enim apud Hiſpanos ſtudiorum cauſa degens ita Salmaticenſes ſcholaſticos prudentia, magnanimitate, ingenij amœnitate, litterarum ſplendore, cæteriſque virtutibus veluti effuſis odoribus allexiſti, vt pronis animis in tuos honores ſe ſe effunderent, ac communi ſuffragio in illius Academiæ Rectorem, quantumuis exterum, nouo exemplo inaugurarentur: quas nunc effundent ſuauitates illæ ipſæ virtutes, dum ad robuſtam veluti ætatem prouectæ pleno vigore potiuntur? Quali refulgebunt decore, dum Eccleſiaſticis dignitatibus, Protonotariatu Apoſtolico è Participantium, vt vocant, numero, Apoſtolicæ Cameræ Clericatu, quas veluti lumina è Sole traxiſti, vt Romanam Curiam illuſtrares, inſigniuntur? Vt proinde ſolertia clarus, integritate ſpectabilis pluribus Romanæ Curiæ, ordinariis Congreſſibus aſſideas, & ea, qua maximè polles, prudentia, confuſa negotia extrices, & ad iuſtitiæ normam componas. Tuus igitur affulgeat fauor, & tanti Doctoris partum è tenebris erutum foueat. Tua conſiliis meis

adſpiret

adſpiret benignitas, atque ipſum tui nominis ſplendore impertiat. Agnoſces in eo offerentis animum tibi plenè deuotum; agnoſces eorum, quæ tibi plurima debeo, ſinceram proteſtationem, & nouo titulo illius voluntatem deuincies, qui diuinam liberalitatem, iam tibi obſecundantem, ad ampliorem felicitatem impertiendam effuſis votis vrget.

Digitized by Google

LECTORI.

Q*Vod* PROSPERI FARINACII *lata fronte, & prono animo poſthumum* PROSPERI FARINACII *Repertorium Iudiciale exceperis, ſtimulos mihi addidit, vt quamprimum alias eiuſdem lucubrationes ſitu deterſo tibi adornarem. Tibi nunc ſiſto Repertorium de Contractibus. Opus argumento ipſo commendatur, plurimum enim tibi vtilitatis pollicetur, dum ea, quibus continuò Forum ſtrepit, enucleata exhibet. Alterum, quod vltimas explicat voluntates, iam in promptu eſt, mox prælo ſubijciendum. Hoc interim fruere, & Vale.*

CENSVRA.

CENSVRA.

EX mandato Reuerendiſſimi P. VINCENTII FIRENZOLÆ, Magiſtri ſacri Palatij, diligenter perlegi *Repertorium de Contractibus Proſperi Farinacij IC. Romani*, & nihil in eo reperi quod ſanæ doctrinæ, & bonis moribus aduerſetur, & proinde typis mandari poſſe cenſeo. Romæ die 6. Aprilis 1641.

D. THOMAS DE AFFLICTIS, *Clericus Regularis, S. Theologiæ Profeſſor.*

IMPRIMATVR.

Fr. IO. VINCENTIVS MORENVS, *ſocius Reuerendiſſimi Patris Fr.* VINCENTII E FLORENCIOLA, *Magiſtri S. & Apoſtolici Palatij.*

APPROBATIO.

NOs infraſcripti S. Theologiæ Doctores fidem facimus legiſſe ac perlegiſſe *Repertoria Proſperi Farinacij*, nihilque in eo Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ fidei contrarium reperiſſe. Lugduni die 21. Octobris 1638.

Fr. CL. COCHET, *Ord. Prædicat.*

Fr. BERNARDINVS MOLLIASSON, *Ordinis S. Franciſci.*

SVMMA PRIVILEGII
à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus litteris cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ſuæ ditioni ſubiectis intra proximos annos decem à die impreſſionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo & ratione curet, *Proſperi Farinacij Repertoria*, &c. præter LAVRENTIVM ANISSON, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus ſuis ſubditis, eadem Repertoria extra Regni ſui limites imprimenda curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti LAVRENTII ANISSON. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſve pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis die 28. Iulij 1639.

De mandato Regis

Signatum,

CEBERET.

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM.

Quæſt. 1. PACTA, ſeu contractus quando tranſeant in hæredes contrahentium, & de materia. *pag.* 1
2. Colonus tenetur vendere fructus potius domino ſuo locatori, quàm alteri, pro iuſto pretio. 3
3. Contrahens ſi non adimpleat promiſſa, an & quando cadat ab omnimodo contractu, & de materia exceptionis, *Tu non impleuiſti.* 5
4. Conductori quando ſit facienda remiſſio mercedis. 7
5. De venditione duobus facta. Quis emptorum præferatur, & alia ad materiam *l. quoties. C. de rei vendicat.* 11
6. De euictione. 13
7. De forma. 21
8. Conductor quando poſſit expelli per ſingularem ſucceſſorem, & de materia. 23
9. Generalis oratio quando generaliter intelligenda, ſeu reſtringenda ſit? Quid de dictione, *Omnis*, *Nullus*, & alia ad materiam, hîc videas; & quid de dictione, *Quicumque*, *Quomodocumque*, & aliis ſimilibus. 25
10. De verborum interpretatione, tam in contractibus, & ſtatutis, quàm in alia qualibet diſpoſitione. 29
11. Contractus qualis ſit? Quomodo cognoſcatur? puta in emphyteoſi, cenſu, venditione, locatione, permutatione, & ſimilibus. 32
12. Extenſio quando ſit licita de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam. Item quando diſpoſitio dicatur fauorabilis, & odioſa, & de materia. 35
13. Nouatio quando inducatur. 40
14. De alienatione rerum minoris. 42
15. De alienatione rerum vniuerſitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis: ac de aliis geſtis ab Vniuerſitate, Collegio, communitatibus, &c. an, & quando valeant, & ad materiam. 52
16. De alienatione rerum Eccleſiæ. 55
17. Notario quantum credendum. 71
18. Minor, qui per quinquennium tacuit, poſtquam eſt effectus maior, an & quando tacitè, ſiue expreſsè videatur ratificaſſe contractum à ſe nulliter celebratum. 72
19. Iuramentum quando formet contractus aliàs nullos, puta minoris, vel alterius? & quid ſi ſtatutum illud præſumi velit metu, vel dolo extortum, & alia ad materiam. 75
20. De ſtatuto prohibente mulierem, ſeu minorem contrahere ſine certa

ta

ta ſolemnitate. 81

21. Confeſſio dotis receptæ, an & quando præiudicet marito, vel eius hæredi, creditoribus, ſeu fiſco,& de materia. 93

22. Metus quando contractum reſcindat,& generaliter de materia metus hîc tractatur. 95

23. Inſinuatio in donatione, quando & quomodo interuenire debeat, & de materia. 100

24. De renunciatione hæreditatis paternæ,vel maternæ. 104

25. Pœna *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* an & quando locum habeat, & de materia. 107

26. De alienatione rei dotalis. 108

27. Æſtimatio rei dotalis an, & quando faciat emptionem & venditionem, ita quòd reſtituenda ſit res,vel pretium. 110

28. Bonorum appellatione quæ veniant; quidve ſub mobilium,aut immobilium nomine contineatur, & ad quæ generalis obligatio trahatur. 112

29. Pactum de retrouendendo, an & quanto tempore præſcribatur, ac de reſtitutione in integrum concedenda aduersùs hanc præſcriptionem, & de materia. 115

30. Donatio ante coniuges, an & quando valeat, & quinam alij contractus fieri poſſint inter virum & vxorem, & de materia. 116

31. Emphyteuta alienans rem emphyteoticam ſine domini conſenſu, an & quando cadat à iure ſuo. 118

32. De feudi alienatione. 120

33. Emphyteota an, & quando per ſolutionem canonis cadat à iure ſuo,& de materia. 123

34. Dotis non ſolutæ, ſeu non reſtitutæ fructus & vſuræ, quando viro, ſeu vxori reſpectiuè debeantur? & an, & quando vxor ſoluto matrimonio debeat ali infra annum luctus, & de materia. 126

35. Intereſſe an, & quando, & quale creditori debeatur ob moram debitoris,& de materia. 129

§. 1. Damna, & intereſſe, an, & quando probentur iuramento creditoris damnum paſſi. 131

§. 2. Intereſſe an poſſit à principio per partes taxari? & an venditor habens fidem de pretio, poſſit licitè paciſci de aliquo intereſſe ob dilationem ſolutionis pretij. 132

36. Dote certa non conſtituta, quænam dos per mulierem data cenſeatur primo, vel ſecundo viro. 134

37. Statuta extra territorium ſtatuentium quando ſeruanda ſint;quandóve ad bona ſita extra territorium trahantur. Et an potiùs ſeruanda ſint ſtatuta loci originis, quàm domicilij? & quando. Et quot modis domicilium contrahatur, & alia ad materiam. 135

38. De donatione ob cauſam remuneratoria. 138

39. Donatio inter patrem,& filium,an, & quando valeat, & de materia. 139

40. Donatio omnium bonorum an,& quando valeat, & quid comprehendat,& de materia. 140

41. Filiusfamilias, ſeu minor, quando ex contractu, præſertim ex mutuo, obligentur. Quando mutuum cenſeatur verſum in vtilitatem recipientis. Quomodo minor ætas probetur, quandóve pater teneatur ad debita per filium contractu, & de materia. 141

42. De remedio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* 147

43. Promittens factum ſuum quando præciſè adimplere teneatur? & an promittens factum alienum faciendo ſuum poſſe liberetur, & de materia. 150
44. Solutio in qua moneta ſit facienda. 151
45. De pluribus ſtatutis diuerſis, ſeu contrariis. 153
46. Dotandi onus ad quos pertineat. 155
47. De alimentis filio præſtandis. 156
48. Læſio quando dicatur enormis, & quando enormiſſima. Quos contractus reſcindat, & generaliter de materia læſionis. 158
49. De legitimatione ſpuriorum. 160
§. 1. De requiſitis ad validitatem ipſius legitimationis. ibid.
§. 2. Quomodo, & quando filij ſpurij legitimentur per ſubſequens matrimonium. 162
§. 3. Diuerſa in materia legitimationis ſpuriorum. 163
50. Verba, *ipſo iure, & ipſo facto*, quid importent. Quando quid dicatur committi ipſo iure. Et quando lex reſiſtendo actui illum dicatur annullare ipſo iure, & de materia. 164
51. Mulier ſecundo nubens quas pœnas incurrat, maximè ſi infra annum luctûs, & filio impuberi tutorem non petierit, & de adminiſtratis rationem non reddiderit, & de materia matris filio dari tutorem non petentis. 167
52. Veſtimenta & iocalia vxori per maritum, ſeu alios conſanguineos donata, cuius ſint. Ad quem ſpectent fructus bonorum paraphernalium, & de materia. 170
53. Notarius an poſſit clauſulas conſuetas in inſtrumento apponere, etiam non rogatus. Et ſi non apponat, an habeantur pro omiſſis. Et an tales clauſulæ de ſtylo Notariorum apponi ſolitæ cenſeantur appoſitæ de voluntate partium, & de materia Notarij extendentis clauſulas ſui inſtrumenti. 171
54. Abſenti an & quando Notarius, ſeu alia perſona ſtipulari poſſit, quandóve abſenti quæratur actio ſine ceſſione & ratificatione, & alia in materia donationis factæ abſenti. 173
55. Nullum quod eſt, nullum debet ſortiri effectum. Item, quod nullum eſt, ratificari non poteſt, & ſimilia. 175
56. Princeps quando poſſit, ſeu præſumatur tertio in iure quæſito, vel quærendo præiudicare. 177
57. Princeps quando poſſit contractum à ſe, vel anteceſſore ſuo factum, ac priuilegium conceſſum reuocare. 179
58. Pœnitentia in contractibus an, & quando locum habeat, & multa alia ad materiam. 181
59. Pactum de retrouendendo an & quando inducat in contractu ſimulationis & vſuræ præſumptionem. 183
60. Præfationis verba quando declarent ſubſequentia. Quandóve præcedentia influant in ſubſequentia, & è contrà, & alia ad materiam. 187
61. Societas quot modis finiatur. Quando præſumatur tacitè contracta, vel continuata, ac multa alia in materia vniuerſali ſocietatis omnium bonorum. 189
62. Statuti prohibentis alienationem in forenſes materia. 190
63. De verbis enunciatiuis, eorumque probatione. 192
64. De venditione ad menſuram. 195
65. Donatio quando præſumatur. 196

66. Mix

66. Mixtum quando ſub ſimplicibus contineatur, & de mixti materia. 197
67. Modus in quo differat à conditione. Quæ ſint dictiones modum, ſeu conditionem importantes, & alia ad materiam modalis diſpoſitionis. 198
68. Fideiuſſor quando poſſit ante ſolutionem petere à debitore, quòd eum liberet & eximat à fideiuſſione. Necnon, quando fideiuſſor qui ſoluit, repetat, & de materia. 199
69. Socius quando poſſit rem communem inuito altero ſocio vendere, locare, vel aliud in ea facere. 201
70. Quæ debiti cauſa grauior alterâ cenſeatur, & in quam cauſam facta ſolutio cadat. 203
71. & vlt. *Volo* verbum quid ſignificet. 207

PROSPERI

PROSPERI FARINACII, IC. ROMANI, REPERTORIVM DE CONTRACTIBVS.

QVÆSTIO I.

Pacta, ſeu contractus quando tranſeant in hæredes contrahentium, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis huius quæſtionis.*
2. *Pacta omnia regulariter tranſeunt in hæredes.*
3. *Amplia etiam in annua præſtatione, & num 4. & 5. vbi de materia.*
6. *Limita vbi eſt appoſita dictio taxatiua.*
7. *Quid in pacto affirmatiuo, & n. 13.*
8. *Limita quando eſt appoſitum pronomen* ipſe.
9. *Limita in materia non tranſitoria ad hæredes, & num. ſeqq.*
10. *Limita vbi eſt electa induſtria perſona.*
11. *Limita in contractu ſocietatis, & n. 12. 13.*
14. *Limita in conditionibus, & n. 15. 16 vbi de materia.*
17. *Limita quando aliter inter partes actum eſt.*
18. *Limita in pactis temporalibus.*
19. *Iuramentum num tranſeat ad hæredes, & num. 20. 21. 22.*
23. *Fideiuſſoria obligatio num tranſeat ad hæredes, & n. 24. 25 & 28.*
26. *Pactum de retrouendendo num tranſeat ad hæredes, & n. 27. 28.*
29. *Promiſſio de facto ſuo tantùm, num includat factum hæredis, & n. 30.*
31. *Pactum num tranſeat ad hæredes, ſi eſt appoſita iſta dictio,* detto.
31. *Quid ſi expreſſè eſt nominata perſona paciſcentis.*
33. *Declarandi, ſeu nominandi ius, an tranſeat ad hæredes, & n. 34.*
35. *Redditio rationum adminiſtrationis num tranſeat ad hæredes.*
36. *Ratificandi poteſtas tranſit ad hæredes.*

AD materiam generalem iſtius quæſtionis vide omninò Brun. *in tract. de interit. & perempt.* in loco allegato per Duen. *reg.* 109. vbi facit regulam cum pluribus amplificationibus, & limitationibus. *in Repert. vltim. volum. verſ. Hæres & defunctus*, &c. *n.* 2. & vide etiam Andr. Gail *obſeruat. 2. lib. 2.* 1

Regula ſit affirmatiua, quòd videlicet pacta omnia & contractus tranſeant in hæredes actiuè & paſſiuè, etiam quòd de illis non ſit facta ſpecialis mentio. *l. veteris. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. ſi pactum. ff. de probat.* Abb. *conſ.* 80. *n.* 3. *vol.* 1. Aymon *conſ.* 102. *n.* 3. Tiraq. *de retract. conuen.* §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 1. *pag.* 841. Duen. *reg.* 109. vbi etiam remiſſiuè de materia. Nouell. *reg.* 154. *in princ.* hæc regula ponitur etiam per Ioſeph. Lud. *in comm. opin. lib.* 1. *concl.* 16. *in* 3. *illat. & in* 47. *illat.* 2

Amplia, hanc regulam procedere etiam in præſtatione annua, quæ quidem ſimiliter tranſit ad hæredes, etiam quòd nihil dictum ſit. *l. ſi Stichum.* §. *ſtipulatio. ff. de verb. obligat.* Salicet. *in l. ſi pactum, in fin. ff. de probat.* & eſt communis, vt per Iaſon. *in d.* §. *ſtipulatio num.* 9. & 11. quicquid in contrarium ibi dixerit gloſſ. quæ in hoc ab omnibus reprobatur, teſte Ioan. Fabri *in* §. *omnis. Inſtit. de verb. oblig. n.* 7. 3

Limita I. hanc concluſionem non procedere in præſtatione annua facta cauſa alimentorum, putà pauperi: quia iſta morte alimentarij, ac pauperis extinguitur, nec ad hæredes tranſmittitur, ſecundùm magis communem, de qua per Iaſon. *in d. l. ſi Stichum.* §. *ſtipulatio, n.* 9. 10. & *ſeq. ff. de verb. oblig.* 4

Limita II. eamdem ampliationem non procedere in præſtatione annua gratuita, quæ ſimiliter ad hæredes non tranſit, vt *in* §. *fin. in vſib. feud. Quis dicatur Dux, Marchio*, &c. vbi Afflict. *col.* 1. *verſ.* 6 & *vltimo*, Brun. *in tract. de interit. & perempt. in* 9. *concluſ. num.* 77. Sed aduerte quòd iura feudalia non poſſunt ad deciſionem aliarum cauſarum allegari, vt dixi in alio Repertorio *in Contract. verſ. feudalia iura*, &c. vide Ioſeph. Ludou. *d. concluſ.* 16. *in* 5. *illatione verſ.* 5

& propterea, vbi quòd donatio annuæ præſtationis eſt ſoluenda etiam per hæredem donantis, etiam quòd nihil ſit dictum.

6 Limita I. ſupradictam regulam non procedere in pacto, cui adiecta ſit aliqua dictio taxatiua: tale enim pactum ad hæredes minimè tranſit. Tiraquell. qui alios refert, & ponit materiam, *de retract. conuention.* §. 1. *gloſſ. 6. num. 2 & ſeqq. vſque ad num.* 13. Nouell. *reg.* 154. *in* 1. *fallent.* licèt contrarium videatur tenere Iaſ. *in l. ſi tibi* 10 §. *ſi quis. ff. de pœn.*

7 Sublimita, hanc limitationem non procedere in pacto', ſeu ſtipulatione affirmatiua, quæ tranſit ad hæredes, etiam quòd ei ſit adiecta dictio taxatiua, vt ibidem per Tiraquell. *n.* 10. *in fin pag.* 844. & faciunt infrà dicenda *n.* 13.

8 Limita II. quando in contractu eſt facta demonſtratio perſonæ per dictionem *ipſe*: tunc enim talis contractus ad hæredes non tranſit. Cephal. *conſ.* 43. *n.* 16 *vol.* 1 Nouell. *reg.* 154 *in* 3. *fallentia*, & faciunt in propoſito tradita in alio Repert. *in contract. verſ. ipſe*, &c. *num.* 34.

9 Limita III. ſupradictam regulam procedere in facto ſui naturâ tranſitorio ad hæredes: ſecus in facto cohærente ipſi perſonæ, & non tranſitorio ad hæredes. Bart. *in l. veteris in* 1. *oppoſit. C. de contrah. & committen ſtipulat.* & *ibi* etiam Bald. & Salic. gloſſ. *in l. ſi pactum, in verb. probare. ff de probat.* Cephal. *conſ.* 43. *num.* 16. *vol* 1. Bald. *conſ.* 112. *in princip. lib* 2. Nouell. *reg.* 154. *in fin. princip.* & ad materiam huius limitationis vide latè diſtinguentem Albeticum *in d. l. veteris.*

10 Hinc eſt, quòd quando eſt electa induſtria perſonæ, tunc pacta non tranſeunt ad hæredes, vt per Bart. Bald. & Salic. *in d. l. veteris.* & diximus in alio Repertorio *in contract. verb. induſtria*, &c. vide Gail *obſeruat.* 1. *n.* 18. & 19. *lib.* 2.

11 Hinc etiam eſt, quòd in contractu ſocietatis, quæ de ſui natura morte finitur, pactum appoſitum non tranſit ad hæredes. Nouell. *reg* 154. *in* 2. *fallentia.* & dixi in alia materia, ſocietas morte ſocij finitur, &c.

12 Sublimita I. hanc limitationem: quia in dubio pactum non præſumitur perſonale, ſed tranſitorium ad hæredes: vt notat Bart. *in l ſi pactum. ff. de probat.* & Cephal. *conſ.* 43. *n.* 2. *vol.* 1.

13 Sublimita II. in pacto, ſeu ſtipulatione affirmatiuè concepta: tunc enim licèt factum adhæreat perſonæ ſtipulatoris; tamen etiam ad illius hæredes tranſmittitur, vt per Alber. *in d. l. veteris. ff. de contrah. & committ. ſtipul.* & facit, quod ſuprà dixi *num.* 7.

14 Limita IV. ſupradictam regulam non procedere in conditionibus poteſtatiuis, quæ quidem non tranſeunt, nec poſſunt per hæredem adimpleri. Cephal. *in conſ.* 43 *n.* 16. *vol.* 1. & *ibidem n.* 7. & *conſ.* 113. *n.* 24. 25. 33. *vol.* 1. Tiraquell. *de retract. conuention. gloſſ.* 6. § 1. *n.* 15. *pag.* 845. Nouell. *reg.* 154. *in* 4. *fallent.* Roland. *conſ.* 63. *n.* 50. *verſ nec vis*, *vol.* 4. vide in materia huius limitationis Andr. Gayl. *obſeruat.* 2. *per totam, lib.* 2.

15 Amplia, hanc limitationem procedere etiam in conditione mixta, vt per Cephal. *d. conſ.* 43. *n.* 7. & *d. conſ.* 118. *n.* 33. Rolandus *conſ.* 63 *n.* 50. *vol.* 4.

16 Sublimita in caſuali conditione, vt per Cephal. *d. conſ.* 118. *n.* 24. & 11. *l. neceſſariò.* §. *ſi pendente. ff. de peric. & commod. rei vend.* Roland. *conſ.* 63. *n.* 5. *vol.* 4.

17 Limita V. ſuptadictam regulam non procedere, quando aliter actum eſſet inter partes, & ſic quando forma verborum oſtendit mentem contrahentium fuiſſe, vt pactum non tranſeat ad hæredes, gloſſ. *in d. l. ſi pactum, in verb. probare. ff. de probat.* Bald. *conſ.* 112. *in princ. lib.* 1. quem refert & ſequitur Nouell. *reg.* 154. *in fin. princip.*

Limita VI. in pactis temporalibus, quæ ad hære- 18
des minimè tranſeunt. Nouella *reg.* 154. *in* 5. *fallentia.*

Pro complemento huius quæſtionis, quæro de 19
aliquibus. & primò, an iuramentum tranſeat ad hæredes iurantis; an verò ſit perſonale. Ad hanc materiam faciunt, quæ dixi de abſolutione à iuramento defuncti pro hæreditare petenda, *in Repert. iud. quæſt.* 40. *n.* 13. & dixi in materia periurij *ſub quæſt.* 160. *in tit. de crimin. falſ.* & latè de materia, Cardinalis Tuſch. *pract. concluſ. in verb. iuramentum, concluſ.* 518. Dices quòd eſt perſonale. *cap. veritatis, de iureiur.* Diaz *reg.* 386. Caſſad. *deciſ.* 2. *de iureiur. num.* 8. & *ſeqq. pag.* 107. Cotta *pag.* 455. *verb. iuramentum eſt perſonale.* Pariſ. *conſ.* 55. *n.* 66. *vol.* 1. *pag* 103. Gabriel *in tit. de iureiuran. concluſ.* 6. *pag.* 225. vbi etiam de materia. Lamberten. *de contract. gloſſ. fin. quæſt.* 21. *num.* 77. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 2. *n.* 29.

Limita I. hanc concluſionem in iuramento con- 20
firmatorio alicuius contractus inualidi, vt in caſu text. *in cap. cùm contingat, de iureiur. Authent. Sacramenta puberum*', & *ſimilium.* Quia tunc ſicut ipſe contractus validatus tranſit ad hæredes; ita etiam & tranſit iuramenti effectus tanquam eius ſequela. Diaz *reg.* 386. *in* 1. *limitat.* Lamberten. *quæſt.* 21. *n.* 78. & 79.

Limitâ II. quia iuramentum eſt perſonale quoad 21
ſpiritualitatem, & ideò non ligat animam hæredis ſine eius conſenſu, & ad hæredes non tranſit, quoad reatum periurij: ſecus eſt quoad obſeruantiam, & effectum iuramenti, quia hæres tenetur ſtare ei, quod iurauit defunctus. Afflict. *deciſ.* 381. *n.* 8. & *ſeq* Cotta *pag* 455. *verſ. iuramentum eſt perſonale, in fin.* Roland. *conſ* 17. *n.* 15 & *ſeqq. vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 54. *num.* 13. 99. & *ſeqq. vol.* 1. *pag.* 102. Mandellus *conſ.* 90. *num.* 17. & *ſeqq.* Gabriel *concluſ.* 6. *in tit. de iureiur. pag.* 225. Ioſeph. Ludou. *d. concluſ.* 16. *in* 56. *illatione deciſ. Pedemont.* 40. *n.* 15 Moronus *de fid.* &c. *pag.* 20. *n.* 9. & *pag.* 101. *num.* 4. Lamberten. *d. quæſt.* 21. & 22. *n.* 77. & *ſeqq.* Virgil. Boccac. *d gloſſ.* 2. *num* 29.

Sed contra hanc limitationem facit, quod tradit 22
Diaz *reg.* 386. vbi quòd licèt promittens factum cum iuramento poſſit præcisè ad ipſum factum cogi, vt ſuo loco dixi: tamen promittentis hæres non poteſt cogi præcisè. Et quòd etiam quoad periurium iuramentum tranſeat ad hæredes, refutatis contrariis, oſtendit Maſſa *de obligat. Camer. in* 2. *part. ad primam obligationis particulam quæſt.* 1. *n.* 1. & *ſeqq.* & Maſſam refert Virgil. Boccacius *d. gloſſ.* 2. *num.* 29.

Quæro ſecundò, an fideiuſſoria obligatio tranſeat 23
ad hæredes, ſi de illis nulla eſt facta mentio? Dices, quòd ſic, *l.* 4. §. *fideiuſſor. ff. de fideiuſſor.* & §. *fideiuſſor, Inſtitut. de fideiuſſor. l. fideiuſſoris. C. eod.* Marſil. *ſingul.* 159. Poſui hanc quæſtionem *in tit. de Camer. quæſt.* 34. *n.* 11. & *ſeqq.*

Limita, non procedere in fideiuſſione facta pro 24
maleficio: talis enim fideiuſſio extinguitur morte, nec tranſit ad hæredes. Marſil. *d. ſing.* 159. & Roland. *conſ.* 58. *n.* 5. & *ſequen. vol.* 1. *Poſui vt ſuprà.*

Sublimita, hanc limitationem non procedere, 25
quando quis fideiuſſiſſet ſimplum pro maleficio, putà furto, vel alio delicto: ſecus ſi promiſiſſet pœnam centum; quia tunc etiam quòd fideiuſſio ſit pro maleficio, tranſit tamen ad hæredes. Marſil. *d. ſingul.* 159. Rolandus *d. conſil.* 58. *n.* 5. & *ſeqq. vol.* 1. *Poſui vt ſuprà.*

Quæro tertiò, an pactum de retrouendendo tranſ- 26
eat regulariter ad hæredes? Dicas quòd ſic, Cephal. *conſ.* 43. *n.* 2. *vol.* 1. vbi de communi. Rolandus *conſ.* 28. *num.* 2. *vol.* 1. Alphonſus *in Collectan. n.* 165. *in princip. & in verſ. finali*, vbi plures allegat concordantias. Ad hanc materiam, quando pactum de retrouendendo

tranſeat ad hæredes, vel ad hæredem hæredis, vide ampliantem & limitantem Ioſeph. Ludou. *in commun opinion. lib 1. concl. 16. in 44. illatione per totam.*

27 Amplia, vt tale pactum tranſeat etiam ad hæredes extraneos. Roland. *conſ. 28. n. 2. vol. 2.*

28 Limita, quando pactum huiuſcemodi fuiſſet conceptum per pronomen *ipſe*: quia tunc non tranſit ad hæredes, Cephal. *d. conſil. 43. num. 8. & num. 16. volum. 1.*

29 Quæro quartò, an promittens de facto ſuo tantùm, obliget ſuum hæredem? Dic quòd talis promiſſio etiam quòd contineat dictionem taxatiuam; tamen includit etiam factum hæredis, relati à Tiraquello *de contract. commemion. §. 1. gloſſ. 6. n. 4 pag. 842.* Beniucaſ. *de paupert. pag. 204. n. 9.* Marſilius *ſingul. 475.* Aymon *de antiquit. cart. 254. num. 125. & ſeqq.* vbi reſpondet contrariis. Ioſeph Ludou. *concluſ 16. in 2. illat.* vbi de magis communi, quam declara, vt *ibi.*

30 Contrarium tenet idem Tiraquell. *vbi ſuprà pag. 843. num. 8.* & relati ab Aymon. *de antiquit. car. 154. num. 126.* In materia vide *quaſt. 6. n. 87.* & relati per Ioſeph. Ludou. *d. concluſ. 16. in d. 2. illatione, verſ. contrarium*, &c.

31 Adde ad ſupradicta, quòd quando in pacto eſt expreſsè nominata aliqua perſona, per dictionem *detto*: tunc tale pactum non tranſit ad hæredes nominati, cum illa dictione: ita colligitur ex traditis per Aymon. *conſ. 98. num. 8. & 9. vol. 1.*

32 Sed aduerte, quòd Aym. loquitur in diſpoſitione vltimæ voluntatis: ſecus erit in pacto, in quo etiam expreſsè nominata perſona veniet eius hæres. Iaſon *in l. ſi ibi decem §. ſi quis, n. 1 ff de pæn.*

33 Adde ſecundò, quòd facultas nominandi, ſeu declarandi non tranſit ad hæredes, vt per Decium *in l. hæredem num. 7. ff. de regul. iur.* Iaſ. *in l. inter ſtipulantem. §. Stichum n. 6 ff. de verb. oblig.* Hercul. *de caut. cap. 33. num. 13.*

34 Sed pro veritate & materia huius concluſionis vide Iaſon. *in d §. Stichum n. 7.* Decium *in l. edita n. 50. C. de edendo.* Tiraq. *de retract. pag. mihi 845. n. 14. & 16. & pag. 626. n 33.* vbi de iure etiam eligendi. Hæres quando poſſit declarare voluntatem teſtatoris, ſeu defuncti, vide Ioſephum Ludou. *in commun. opin. concluſ. 16. in 14. & 55. illatione*, vbi generaliter, & aliqua particulariter. *& illat. 59. & 60.* vbi quid de iure declarandi acceptationem incurſus pœnarum, *& illat. 124.* vbi quòd hæres poteſt declarare voluntatem dubiam teſtatoris, *& illatione 126. per totam*, vbi id declarat nouem modis.

35 An autem hæredes adminiſtratoris teneantur reddere rationem adminiſtrationis, ſicut defunctus, dixi *in Repert quaſt. iudicial. quaſt. 41. num. 47.*

36 Actus qui poterat per defunctum ratificari, poteſt etiam & per eius hæredem ratificari, quando eſt actus tranſitorius ad hæredem. Lambert. *de contract. gloſſ. fin. num. 205.*

QVÆSTIO II.

Colonus tenetur vendere fructus potius domino ſuo locatori, quàm alteri pro iuſto pretio. Limitatur iſta regula pluribus modis.

SVMMARIVM.

1. *Colonus regulariter tenetur vendere fructus potius domino ſuo, &c.*
2. *Quid in colono priuati, & n. 3.*
4. *Quale ſit in materia iuſtum pretium.*
5. *Quid in fructibus non recollectis, & n. 6.*
7. *Quid in venditione aliarum rerum, quàm fructuum, & num. 8.*
9. *Quid in ſublocatione.*
10. *Quid in colono partiario.*
11. *Quid in contractu mixto.*
12. *Quid in alijs contractibus, quàm in venditione.*

REGVLA ſit, quòd colonus tenetur 1
vendere fructus potius domino ſuo, quàm alteri pro iuſto pretio. [illegible] iſta regula ex Bart. in [illegible] num. 1. C. de metall. lib. 11 Roman. *conſ. 22. co*[illegible] *verſ. tertiò hoc idem.* Iaſ. *in l. nemo ſub* [illegible] *ff de* [illegible] Agne. Ioan. de Platea, & Luc. de Penna *in d. l. 1. C. de metallar.* Roman. *in l. 2. num. 7. ff ſolut. matrimon. & in l. fin. num. 11. C. de iur. emphyteut.* Afflict. *in* [illegible] *ſtitut. quaſt. 3. in fin.* Felin. *in cap. 1. num. 2.* [illegible] Anton. Burg. *in cap. 1. n. 18. de empt. & vendit* Ruin. *conſ. 152. num. 6. & conſ. 161. num. 30. lib. 1.* Socin. [illegible] *435. in 1. fallentia.* Nouell. *reg. 127.* Mantua *de iur.* [illegible] *pag. 36. verſ. vndecimo dubitare*, &c. Boër. *deciſ. 107. num. 1.* Marant. *diſp. 8. num. 32.* Tiraquell. *de retract. pag. mihi 342. num. 2. verſ. facit & textus, & pag 8. ſub n. 15.* Caloan. *conſ. 8. num. 35.* Fabian. de Monte *in tract. de Monte in 3. par. princip. quaſt 20. num 44.* Petr. Rauen. *ſing. 104.* vbi quòd ita fuit iudicatum. Marſil. *ſingul. 510. in fin. in tract. de tutor. & curat. pag. mihi 642. linea 4. verſ. & videmus.* & eſt communis, vt per Couarruuiam *variar. reſolut. pag. 917. num. 6.* Coraſ. *lib. 3. Miſcellan. iur. ciuil. cap. 9. n. 12. & ſeq.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib. 3. cap. 7. n. 1. verſ. 2. pro iſta parte*, &c.

Amplia iſtam regulam, vt procedat, nedum in colono fiſcali, prout videtur loqui textus *in d. l. 1. C. de metall.* ſed etiam in colono priuati, vt expreſsè tradit 2
Mantua, & Couarru. *vbi ſuprà*, qui teſtatur de receptiſſima opinione, & facit Socin. *d. reg 435. in 1. fallacia*, dum dicit, *colonus meus*, & omnes Doctores ſuperiùs allegati ſimpliciter, & indefinitè loquuntur de colono, nulla facta mentione fiſci; ergo ita ſimpliciter debent intelligi, præſertim, quia non ſufficit dicere, lex loquitur in fiſco; ergo eſt ſpecialis in eo, & certè ſi aliter diceremus, deſtitueretur regula ſuperiùs poſita à tot Doctoribus comprobata.

Contra iſtam communem ampliationem tenet 3
Couarr. *vbi ſuprà.* & videtur eſſe de mente Ioannis de Platea *in d. l. 1. C. de metallar.* qui expreſsè loquitur in colono fiſcali, & Lucæ de Penna *ibidem*, qui loquitur in colonis dominorum caſtrorum. Et inter priuilegia fiſcalia connumerat Franciſcus Lucanus de Parma *in tract. de fiſco & eius priuileg. in caſu 118.* & facit pro hac contraria opinione: quia textus *in d. l. 1.* loquitur non in colono priuati, ſed fiſci; ideò cùm ſit exorbitans, quia eſt contra regulam *l. dudum. C. de contrah. empt.* non poteſt extendi, maximè de perſona ad perſonam: in materia enim exorbitanti lex loquens de fiſco non trahitur ad priuatum. Specul. *in tit. de diſputat. & allegat. §. 4. n. 6. vel 16. verſic. quod illud ſpeciale eſt in fiſco.* Iſern. *in cap. vnico. Quid ſit inueſtitura, num. 4. in vſib. feud.* Secundò facit, quia ad hoc, vt derogetur regulæ *d. l. dudum*, neceſſe eſt, vt à lege fiat ſpecialis mentio derogationis, ita cantant verba *d. l. dudum.* Sed nulla ſpecialis lex loquitur in colono priuati, ideo, &c. Tertiò quòd hoc ſit præcipuum priuilegium fiſci, & non priuati, patet ex Bart. *in d. l. 1.* vbi vult, quòd metallarius, etiam quòd fodiat in priuato, nihilominùs tenetur dare fiſco vnà decimam metalli. Doctores igitur, qui ſimpliciter & indefinitè

in materia iſta loquuntur, debent intelligi ſecundùm legem, quam allegant, & eorum indefinita oratio, ex qua ſumus, vt præfertur, in materia exorbitanti, non debet vniuerſali æquipollere, & licèt aliàs lex loquens de fiſco non inducat in eo ſpecialitatem aliquam; tamen hoc fallit in materia exorbitanti, vt per Specul. & Iſern. ſuprà allegatos. Et ſic quòd ille textus loquatur in colono fiſcali, & non debeat intelligi de priuato, traditur expreſsè per Sarmient. *ſelect. interp. lib. 3. cap. 7. num. 1. verſ. ſecundò pro iſta parte, & num. 3. verſ. non obſtant.* &c. vbi optimam reddit ration[illegible]

4 Lim[illegible] primam opinionem, quæ videtur communis, v[illegible] procede[illegible]modò dominus offerat iuſtum pre[illegible], ali[illegible]us. Ita enim loquuntur omnes ferè Doctores ſuperiùs allegati, & in hoc nemo dubitat. [illegible] autem pretium in propoſito erit illud, quod ab alio inuenitur, vt per Couarruuiam *variar. reſolut. pag. 917.* & [illegible] de mente Sarmient. *d. num. 1.*

5 Limita II. vt prædicta regula procedat in fructibus perceptis; ſecus autem in venditione fructuum non perceptorum. ita enim in fructibus perceptis ſolùm videntur loqui, textus *in d. l. 1.* dum dicit, *effoſſo & purificato metallo*, &c. & *ibi* Bart. *in verſ. vltra hoc quod percepit.* Iaſon *in l. nemo, num. 2. ff. de pact. & in l. finali n. 11. C. de iur. emphyt.* Ruin. *conſil. 161. n. 30. lib. 1.* Marſil. *ſing. 510. in fin.* Fabian. à Monte *in 3. q. princip. quæſt. 20. num. 44. verſ. vltimò dicit Bartolus.* Couarruu. *variar. reſolut. pag. 917. n. 6.* Corraſ. *lib. 3. miſcellan. iur. ciuil. lib. 3. n. 12. & 13.* Sarmient. *d. n. 1.* ibi, *fructus è fundo perceptos*, &c. Ratio differentiæ inter fructus perceptos, & non perceptos, ea videtur eſſe, quia fructus non percepti non dicuntur eſſe in dominio coloni, ſed in illis ſolùm habet ius, & ſpem percipiendi, vt *in l. cùm in plures. §. meſſem. ff. locati.* & eſt deciſ. Pedemont. 82. *ſub n. 3.* & ideò in tali iure non cadit prælatio. Bart. *in l. Gallus. §. videndum*, vbi latè Iaſon *col. final. ff. de liber. & poſthum.* Decius *conſil. 300. num. 6.* Et tantò magis iſta limitatio habebit locum in ſemente, quæ nec etiam aliquo pacto poteſt dici fructus, ſed potiùs dicitur fundi inſtrumentum, vt *in l. quæſitum. §. item nonnullis, & §. Celſus. ff. de fund. inſtruct. & inſtr. legat.* Quòd regula ſupradicta non habeat locum in venditione fructuum pendentium, ac immaturorum, fuit deciſum in vna Romana prælationis pro Pico contra Porcellam coram Seraphino *ſub die 29. Octobris* 1572.

6 Contra iſtam limitationem facit Felinus *in cap. 1. n. 2. de iud.* vbi generaliter dicit, *id quod colonus venditurus eſt*, &c. & Luc. de Penn. *d. l. 1. C. de metallar.* dum ſimiliter generaliter dicit, *fructus, & alia.* Item facit, quia maior ratio dubitandi videtur eſſe in fructibus recollectis, qui ſunt in dominio coloni, & nihilominùs in iis cadit prælatio, quàm in non recollectis, qui non ſunt adhuc in eius dominio, & ideò faciliùs videtur concedenda prælatio. Sed vide in propoſito, quæ dicentur *in ſeq. limitatione.*

7 Limita III. vt ſuprà dicta regula procedat in venditione fructuum, prout loquitur textus *in d. l. 1. C. de metallariis*, & alij Doctores ſuprà relati *in n. 1.* expreſsè ſemper faciunt mentionem de fructibus; vnde ſecus in venditione aliarum rerum: quia cùm, vt præfertur, ſimus in materia exorbitanti & odioſa, vt ex Tiraquello, qui alios refert, & de magis communi teſtatur *in tract. de retract. in prælat. num. 60.* non poteſt fieri extenſio de fructibus ad alias res, & ita fuit deciſum in ſupradicta deciſione coram Seraphino *ſub die 29. Octobris* 1572.

8 Et licèt Felinus & Lucas de Penna ſuprà allegati *in n. 6.* videantur generaliter loqui in venditione quarumcunque rerum: tamen aduertas quòd Felin. dum loquitur indefinitè, & dicit, *id quod venditurus*, &c. debet eius doctrina intelligi ſecundùm Bart. ab ipſo allegatum, qui, vt dixi, loquitur in venditione fructuum, non autem in venditione aliarum rerum. Similiter non obſtat doctrina Lucæ de Penna, tum, quia eſt ſingularis; tum etiam, quia loquitur in colonis domini caſtrorum, vt eius verba clarè demonſtrant. Et facit pro hac eadem limitatione ratio, nam priuilegium conceſſum, domino videtur conceſſum, quia fructus proueniunt ex re ipſius domini, videlicet ex fundo, prout conſiderant Doctores ſuprà allegati *n. 1.* & Mantua *in d. tract. de iure Protimiſ. pag. 36. verſ. vndecimò dubitare*, &c. Vnde ſecùs in venditione aliarum rerum, quæ non proueniunt ex ipſo fundo.

Limita IV. vt prædicta regula, cùm loquatur in 9
venditione, non habeat locum in ſublocatione, quàm vult facere conductor. nam poteſt ſublocare etiam irrequiſito domino, vt *in l. nemo. C. locati.* & nos diximus in alio Repert. *in contract. verb. conductor.* Iſta limitatio colligitur ex deciſione aliàs per dominos de Rota emanata, *ſub die 23. Iunij* 1572. coram Seraphino in vna Romana prælationis pro Hieronymo Pico contra Andream Porcellam me ſcribente: licèt contrarium videatur aſſerere Tiraq. *de retract. pag. 8. ſub n. 15.* Similiter dicta doctrina Bartoli non habebit locum in ceſſione iurium conductionis, vt aliàs decidit Rota *in hac eadem cauſa ſub die 17. Octobris* 1572. In iis enim iuribus dominus fundi nullam habebit prælationem, prout magis expreſsè fuit deciſum *in eadem cauſa, coram eodem, ſub die 29. Octobris eiuſdem anni* 1572.

Limita V. vt habeat locum in colono partiario; 10
ſecus ergo in colono nummario: prout de colono partiario expreſsè loquuntur Felin. *in d. cap. 1. de iud.* Socin. *reg. 435. in prima fallentia.* Maranta *diſp. 8. n. 32.* Bart. *in l. 2. n. 7. ff. ſolut. matrim.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. n. 2. propè finem.* Ratio huius limitationis ea eſſe poteſt, quia colonus partiarius dicitur ſocius ipſius locatoris, & dominus ipſe dicitur habere partem in qualibet rata fructuum, vt in alio Repertorio *in contractib. verb. colonus partiarius.* Secus igitur in nummario, qui nummis, hoc eſt, penſione, quam ſoluit, dicitur emere fructus prædij locati, vt per Caſtr. *in l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis n. 3.* ibi, *ſed in contractu locationis*, &c. *ff. locati.* Nihil enim aliud eſt locare, quàm fructus rei vendere. Caſtr. *conſil. 361. num. 2. vol. 1.* & Alexander *conſ. 76. num. 4. lib. 5.*

Limita VI. vt ſupradicta regula procedat in ſim- 11
plici venditione, vt loquuntur Doctores ſuperiùs allegati *n. 1.* vnde ſecùs in venditione continente in ſe alium contractum, & ſic in mixta venditione: quia tunc in iſta mixta venditione nullum ius prælationis domino competit; vt aliàs fuit deciſum coram dicto D. Seraphino *ſub die 23. Iunij* 1572. vbi affertur ratio; quia doctrina Bart. *in d. l. 1. C. de metallar.* eſt exorbitans, & odioſa, & loquitur in caſu ſimplici; ideò non poteſt trahi ad caſum mixtum, quia in exorbitantibus & odioſis mixtum non comprehenditur ſub ſimplici.

Limita VII. & generaliter, quòd licèt regulari- 12
ter venditionis appellatio latiſſima ſit: tamen quatenus attinet ad propoſitum noſtrum, ex quo ſumus, vt ſæpiùs diximus, in materia odioſa, & exorbitanti: ideò prælatio conceſſa domino fundi in venditione facta per colonum, non extenditur ad alios contractus, & alienationes ipſius coloni: quia in exorbitantibus & odioſis venditionis appellatio ſtrictiſſimè eſt intelligenda, vt ſuo loco dicemus.

QVÆSTIO

QVÆSTIO III.

Contrahens ſi non adimpleat promiſſa, an & quando cadat ab omni commodo contractus, & de materia exceptionis, Tu non impleuiſti.

SVMMARIVM.

1. *Agere quis nõ poteſt, antequã impleat, quod promiſit.*
2. *Ideo tempus datum ad ſoluendum non currit niſi à die implementi.*
3. *Ideo etiam ceſſionarius non agit ante implementum: immò etiam reſoluitur ceſſio per non adimplementum.*
4. *Quid in donatario.*
5. *Quid in contractibus nominatis.*
6. *Dolus præſumitur in non adimplente.*
   Iuramentum in litem defertur contra non adimplentem. ibid.
7. *Quid ſi in minimo ſit contrauentum.*
8. *An impedimentum excuſet à non implemento.*
9. *Vno adimplente pro parte ſua, alter conſtituitur in mora abſque alia interpellatione.*
10. *Exceptio non implementi nunquã cenſetur prohibita.*
11. *Imò iudex eam ex officio ſupplet.*
12. *& ſemper opponi poteſt, ac impedit exequutionem.*
13. *Diciturque exceptio litis finita.*
14. *Non adimplenti non eſt adimplendum, & n. ſeq.*
15. *Etiam quod in parte non ſit adimpletum.*
16. *Ac etiam quòd adſit clauſula,* Raro manẽte pacto.
17. *Sed quid ſi ſumus in diuerſa obligatione.*
   Quid in non connexis, ibid.
   Quid in non correſpectiuis obligationibus, ibid.
18. *Quid in minore, Eccleſia, vniuerſitate nõ adimplente.*
19. *Quid in eo, qui petit adimplementum: an cenſeatur ex hoc renuntiare tali exceptioni.*
20. *Contractus an reſoluatur ex capite non implementi, & num. 21.*
22. *Quid in tranſactione, & num. 23.*
24. *Quid in creditore non tradente rem, & num. ſeqq.*
30. *Quid in contractu ſocietatis.*
31. *Implementum ſuperueniens lite pendente conualidat iudicium.*
   Etiam lite pendente quis poteſt adimplere, ibid.
32. *Quid in conductore non ſeruante pacta.*

VALOR conferunt ad materiam huius quæſtionis, quæ dicentur in materia *l. ſi quis maior*, videlicet infra *in q. 25.*

1 Regula ſit, quòd non obſeruans conuentionem ex parte ſua, conuentis vti non poteſt, caditque ab omni conuentionis commodo, niſi priùs ſe adimpleuiſſe docuerit. *l. cùm proponas. C. de pact. l. Iulianus §. offerri. ff. de action. empt.* Grat. *reſponſ. 52. num. 1. lib. 2.* Aymon. *conſ. 246. in princip.* Corn. *conſ. 102. num. 34. lib. 2. & conſ. 245. n. 1. lib. 4.* Natta *conſ. 451. num. 37. lib. 2.* Pariſius *conſ. 127. num. 8. lib. 4.* Roland. latè *conſ. 53. n. 27. & ſeqq. vol. 1. & conſil. 57. num. 17. & ſeqq. eod. volum.* Moron. *de fide, &c. pag. 152. num. 17.* Alex. *conſ. 212. num. 2. vol. 2.* Put. *deciſ. 357. lib. 3.* multaque de ſupplemento non ſequuto per Moronum *in tract. de fide, tregua, & pace, pag. 152. n. 17.* Ioſeph Ludouicus *in commun. opin. lib. 1. concluſ. 14. illatione 38.* Redoa. *de reb. Eccleſ. pag. 530. n. 1. & ſeqq.*

2 Hinc eſt, quòd tempus alicui datum ad ſoluendum, non incipit currere, antequam altera pars adimpleat, quod promiſit: pulchrè Coro. *conſ. 245. n. 6. lib. 4.* Mohed. *deciſ. 1. tit. de pact.* Burſat. *conſ. 121. n. 16.*

3 Hinc etiam eſt, quòd ceſſionarius non poteſt ſe in

Farinacij Repert. de Contract.

ceſſione fundare, niſi promiſſa in ceſſione obſeruet. *l. penult.* vbi Bald. *in 13. quæſt.* & Salic. *col. 4. verſ. quæro an cedens. C. mandati. l. final.* ibi, *reipſa perſoluit. C. eod.* Aym. *conſ. 127. n. 14.* immò licèt aliàs per non adimpletionem non reſoluatur contractus nominatus, vt infrà videbitur; ceſſio tamen per non adimplementum videtur reſolui: poteſtque cedens reuocare ceſſionem, & vti iure ſuo, ceſſionario non adimplente, ſecundùm Bald. & Salic. *in l. pacto ſucceſſorum. C. de pact.* quos refert & ſequitur Iaffred. *deciſ. 176. contur. 2.* facit Aym. *conſ. 192. n. 15. & ſeqq.* Sed ad hanc concluſionem conferunt, quæ traduntur in materia ceſſionis, quando ſcilicet cedens poſſit ceſſionario præiudicare, & quando ceſſio facta duobus valeat, &c. Adde Pariſ. *conſ. 15. num. 11. vol. 1.* vbi quòd cedenti ſub pactis, ſi pacta non obſeruentur, datur reſtitutio tanquam ſpoliato.

Hinc etiam eſt, quòd donatarius non adimplens 4
conditionem in donatione appoſitam, donatione priuatur. Aym. *conſ. 151. n. 8.* talis enim conditio in donatione appoſita, dicitur cauſa finalis ipſius donationis, & ideò illam reſoluit, vt per Corn. *conſil. 102. num. 24. & ſeqq. vol. 2.*

Amplia I. ſupradictam regulam, vt procedat tam 5
in contractibus innominatis, quàm nominatis. Grat. *d. conſ. 52. n. 1. lib. 1.* Aym. *conſ. 246. n. 1. in fine.* Corn. *conſ. 245. ſub n. 1. lib. 4.* Sed an in contractibus nominatis per non adimplementum reſoluatur contractus, dicetur infrà *num. 23.*

Amplia II. vt in non adimplente præſumatur do- 6
lus. Aym. *conſ. 192. n. 15.* & faciunt tradita in Repertorio quæſt. criminal. in materia, dolus ex quibus & quando præſumatur, videlicet *q. 30. n. 8.* & propterea contra non adimplentem, & non obſeruantem conuenta defertur iuramentum in litem. Socin. *conſ. 213. n. 11. vol. 2.* Alex. *conſ. 214. vol. 3.* vbi pulchrè loquitur in conductore non adimplente promiſſa, quos refert & ſequitur Plat. *in l. ſi quando §. 38. 39. n. 3.* vbi tamen id limita, quando non obſeruans allegaret aliquam cauſam, etiam iniuſtam. Pro priore dicto huius ampliationis vide Cephal. *conſ. 263. n. 8. 9. & 13.* & infrà *q. 25. n. 18.* Mantua *de probat. concl. 531. n. 119. lib. 1.*

Amplia III. etiam quòd in minimo ſit contrauen- 7
tum. faciunt infrà tradita *q. 25. n. 3.* Tiraquell. *in tract. de iud. in reb. exig. fol. 54. verſ. 37.* &c. Grat. *d. conſ. 52. n. 1. lib. 1.* Ceph. *conſ. 66. n. 26. & ſeqq. & conſ. 24. n. 2.* Roland. *conſ. 53. n. 29. vol. 1.* & faciũt inferiùs tradita *n. 15. & 28.*

Amplia IV. quòd licèt impedimentum neceſſarium 8
excuſet à mora, vel à pœna: non tamen facit, vt detur actio ante implementum. Natta *conſ. 451. n. 38. lib. 2.* facit Aym. *conſ. 246. num. 4. & conſ. 151. n. 10.* Moron. *de fid. &c. pag. 152. num. 17.*

Amplia V. quòd per adimplementum vnius ex 9
contrahentibus quis conſtituitur in mora adimplendi abſque alia interpellatione. Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſ. 220. num. 22.* Aym. *conſ. 246. in princ. & num. 1.* vbi de communi.

Amplia VI. vt talis exceptio non implementi poſ- 10
ſit opponi, etiam quòd ſtatutum prohibeat poſſe opponi exceptiones. Aym. *conſ. 151. n. 10.* Roland. *conſ. 53. n. 32. & ſeq. vol. 1.* Aym. *conſ. 127. n. 14.* Corn. *conſil. 245. n. 1. lib. 4.* Moronus *de fide, &c. pag. 152. num. 17.*

Amplia VII. vt poſſit iudex hanc exceptionem ſup- 11
plere ex officio, etiam parte non petente. Aymon *conſ. 151. n. 10.* Roland. *conſ. 53. n. 33. vol. 1.* Moronus *de fide, &c. pag. 152. num. 17.* Redoa. *d. pag. 531. n. 5.*

Amplia VIII. vt hæc exceptio non implementi 12
ſemper opponi poſſit, & exequutionem impedit. Aymon *conſ. 151. n. 10.* Bren, *pag. 221. in verſic. 4. adde.* Moronus *d. pag. 152. n. 17.*

13 Amplia IX. vt talis exceptio dicatur exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum. Aym. *conſ.*127. *num.*14. Moronus *d.pag.*152. *num.* 17. Redoa. *d.pag.* 531.*num.*5.

14 Amplia X. vt nec adimplenti ſit adimplendum, etiam ſtante iuramento. Cotta *memorat. pag.* 307. Cephal.*conſ.* 66. *num.* 26. *& ſeqq.* Roland. *conſil.*53. *num.* 17. *& ſequentib. & num.* 30. *vol.* 1. *& conſil.* 57. *num.*20.*& ſequen. eod. vol.* Æmilian. *conſil.*2. *num.*26. *& ſeqq.* Titaquellus *in ll. connubial. pag.* 316. *num.*42. Roland. *conſ.*58.*num.*4. *vol.*3. Redoa. *de rebus Eccleſia,pag.*531.*num.*14.

15 Amplia, hanc ampliationem procedere etiam, quòd in minimo non ſit adimpletum: quia non adimplenti in parte, nec in totum eſt adimplendum. Cephal. *conſ.* 66. *num.* 26. *& ſeqq.* Roland. *conſil.*53. *num.*22. *vol.* 1. faciunt ſuperiùs tradita *num.*7. vide infrà *num.*28 & ſuptà *num* 7. Cephal. *conſ.*14. *num.*2. vbi quòd data inobſeruantia in vno capitulo, tota conuentio redditur inobſeruanda.

16 Ampliatur II. etiam quòd in contractu adſit clauſula, Rato manente pacto. Roland. *conſil.* 57. *num.* 22. *vol.*1. vide infrà *quaſt.*25. *num.*16. Roland. *d.num.*41.

17 Limitatur iſta ampliatio, vt non procedat, quando ſumus in eadem obligatione; ſecùs ſi in diuerſa: quia non adimplenti id quòd quis eſt obligatus in vna obligatione, eſt tamen adimplendum ex alia obligatione. Cephal. *conſ.*48.*num.*42. *vol.*1. facit Patiſ.*conſil.*34.*num.* 22.*vol.*1. Exceptio enim non adimplementi habet locum ſimpliciter, quando capitula eadem ſunt, vel connexa: ſecùs ſi diuerſa; vt per Alexandrum *in l. cùm proponas la* 2.*C. de pactis*, *num.*2. *verſ. quod vltimum*, & ibi etiam Salic. *num.*1. Connexa autem dicuntur capitula, quando obligationes ſunt correſpectiuæ: potà ſi promitto tibi Stichum, quia pro eo promittis mihi librum, ita exemplificat ibi Alexander. In correſpectiuis autem poſito vno, ponitur alterum, & ſublato vno, tollitur alterum. Aymon. *conſ.*179.*num.*13. *& conſ.*230. *num.*2. Alexander *conſil.*94.*num.*1.*in* 3. Socin. *conſil.*27.*n.*23. *in* 4. Diuerſa autem, & non correſpectiua dicuntur, quando non flectuntur ad idem factum; putà ſi promiſi tibi ſoluere certum librum, & iuraui: tu poſtea iuraſti aliquid facere pro me. Tunc enim exceptio non adimplementi non habet locum; quia vna promiſſio non fuit facta ratione alterius, ſed ſimpliciter, & ſic ad inducendam correſpectiuitatem de vna obſeruantia in aliam, neceſſe eſt, quòd habeat in ſe expreſſam, vel tacitam conditionem alterius promiſſionis: hæc tradit Abb. *in cap.*3. *num.*4. *verſ. quandoque enim obligationes non correſpectiuantur*, &c. *extrà de iureiur.* vide infrà *in fragment. verſ. Pacta correſpectiua*, vbi generaliter quando dicuntur pacta correſpectiua, *num.*16. videas ibi.

18 Limita I. ſupradictam regulam non procedere in minore non adimplente, qui io integrum reſtituitur ad implendum quod pro parte ſua non impleuit. Aym. *conſ* 204.*num.*23.*& ſeq.* vbi idem in Eccleſia, & vniuerſitate. De vniuerſitate faciunt infrà tradita *quaſt.*18.*num* 8.

19 Limita II. quando quis petit, quòd ſibi impleatur id quod non fuit adimpletum: per talem enim petitionem cenſetur quis tacitè renunciaſſe exceptioni non implementi. Aym. *conſ.*151. *n.*8. quem videas in materia huius limitationis.

20 Limita III. Quia licèt non adimplens pro parte ſua non poſſit ante implementum agere: tamen non reſoluitur contractus ex capite non adimplementi. Verùm quia hæc limitatio patitur nonnullas difficultates, ideo facias infraſcriptas concluſiones pro eius declaratione.

Prima ſit concluſio, quòd in contractibus inno- 21
minatis, non adimplementum reſoluit contractum.

Fallit in tranſactione. Cepbal. *conſ.*48. *num.* 45. 22
*vol.*1. Sed vide Alexandrum & alios, *in l. cùm proponas la* 2. *C. de pact.* vbi videntur tenere quòd in tranſactione per non adimplementum poſſit tranſigens redire ad primam actionem.

Secunda ſit concluſio, quòd in contractibus no- 23
minatis non adimplementum non reſoluit contractum. Put. *deciſ.* 316. *lib.* 3. Corne. *conſ.* 208. *num.*2. *lib.*1.*& conſ.*102.*num.*22.*lib.*2.*& conſ.*25.*num.*4.*eod.vol.* Cephal. *conſ* 24. *num.* 10. *vol.*1. vbi quòd contractus non reſcinditur ex capite non implementi, quando quod erat adimplendum, adhuc poteſt adimpleri.

Hinc eſt, quòd venditore non tradente rem ven- 24
ditam tempore conuento, non licèt emptori recedere à contractu, ſed ſolùm agit ad intereſſe. Afflict. *deciſ.*180. vide infrà *quaſt.*25.*n.*2.

Fallit iſta ſecunda concluſio, quando in contractu 25
adeſt pactum reſolutiuum: quia tunc per non implementum reſoluitur contractus. Rota *in vna Romana Prælationis pro Hieronymo Pico, contra Antonium Porcellam, coram Seraphino die Luna* 9.*Februarij* 1573. Vide Caſtracan. *de ſociet. cap.*69.*il* 1.*& il* 2. vbi multa de materia huius pacti reſolutiui.

Fallit ſecundò, quando agitur per viam exceptio- 26
nis: quia tunc indiſtinctè contractus nominatus reſoluitur per non implementum. Aym. *conſil.* 192. *num.*22.

Fallit tertiò quoties illud, quod erat adimplen- 27
dum, fuit cauſa finalis ipſius contractus: quia tunc per non implementum reſcinditur contractus etiam nominatus. Burſat. *conſ.*121.*num.*17.*& ſeqq.lib.*2. Aymon *conſ.*246.*num.*2. Corn. *conſ.*208. *num.*2. *lib.*1. *& conſ.*102.*num.*22.*lib.*2. Aym. *conſ.*192.*num.*22. In dubio autem cauſa non præſumitur finalis. Corne. *d.conſ.*102.*num.*23. Socin. *conſ.*26. *num.*4. *& ſeq. lib.*3. Corn. *conſ.*101.*col.*1. *num.*3.*verſ. & tunc niſi fuiſſet.* eſt text. *in l.cùm te fundum*, & ibi gloſſ. *in verb. conueniat, verſ. vel varius*, Bart. Bald. & Salic. *C. de pact. inter empt. & vend* Titaquell. *ceſſan.cauſ.num.*16.*& in* 36. *limitatione*, vbi declarat hoc procedere in contractu innominato, ſecùs in nominato. Verùm prædicti Doctores loquuntur etiam in contractu nominato, prout etiam intelligit Titaquellus *num.*56.

Tertia ſit concluſio, quòd quando contractus re- 28
ſcinditur ex capite non implementi, tunc reſcinditur in totum, etiam quòd in parte ſolùm non ſit adimpletum: quia contrahens non tenetur ſtare contractui, niſi ſibi integraliter adimpleatur. Aymon *conſ.* 246.*num.*3. faciunt ſuprà tradita *n.*15.*&* 7.

Quarta ſit concluſio, quòd contractus non an- 29
nullatur ob implementum non ſequutum, niſi interueniente monitione ad implendum, vel culpa adimplere debentis. Aymon *conſil.*204.*n.*25. Cephal.*conſil.* 48.*num.*4.*vol.*1.

Quinta ſit concluſio, quòd à contractu ſocietatis 30
poteſt quis recedere, ſi ſocius non adimplet promiſſa. Anchar. *quaſt.* 54. vide Menochium *de arbitrar. quaſtionib.caſ.*125 *num.*4. vbi ad quid teneatur ſocius adimplens alteri tertio. Vide quæ dixi infrà *quaſt.*25. *n.*28. & Caſtracan.*cap.*68.*&* 69.

Adde in materia, quòd implementum ſuperue- 31
niens pendente iudicio, illud conualidat. Alciat. *in l.cùm proponas la* 2. *num.* 11. *C. de pact.* & ideò *in vna Romana Caſalis coram Aldobrandino* 24. *Nouembris* 1564. Rota expreſsè tenuit, quòd agens ex contractu poſſit etiam lite pendente adimplere, vt per Lancellott.

lott. *de attentat. lit. penden. cap. 4. in 11. limitatione n. 14. & ſeq.* vide *in 2. lib. infrà.*

32 Conductor ſi non adimplet pacta locationis, poteſt per locatorem expelli; quia cadit ab omni commodo contractus, dummodo locator in primis pro parte ſua ſe adimpleuiſſe docuerit. Ponitur materia per Redoa. *de reb. Eccleſ. pag. 530. & ſeq. num. 1. & omnib. ſequen.* faciunt in ſimili tradita infrà *verſ. emphyteota n. 97. in fragment.*

QVÆSTIO IV.

Conductori quando ſit facienda remiſſio mercedis.

SVMMARIVM.

1. *Regulariter conductor ob damnum paſſum petit remiſſionem.*
2. *Generalis materia, & n. 48.*
   Caſus fortuiti, propter quos concedatur remiſſio, ibid.
   Vbi de peſte, bello, ſterilitate, terramotu, incendio, locuſtis, tempeſtate, inundatione aquarum, & ſimilib. de materia, num. 48. 9.
   Remiſſio non concedatur ex facto Principis, d. n. 2.
3. *Remiſſio ſimiliter conceditur locatori propter nimiam vbertatem, & num. ſeqq.*
9. *Renuncians caſibus fortuitis non petat remiſſionem, & num 22. & ſeqq.*
   Quando res peryt, remiſſio ſemper facienda, ibid.
10. *Quid ſi renunciauit omni legum auxilio.*
11. *Quid ſi renunciauit omnibus exceptionibus.*
12. *Remiſſio conceditur etiam propter timorem belli.*
13. *Remiſſio non conceditur, niſi damnum ſit notabile, & num. ſeqq.*
14. *Sed quale dicatur damnum notabile, & num. 15. 16.*
17. *Remiſſio non conceditur, vbi fructus correſpondent penſioni, & num. ſeqq.*
20. *Quid ſi damnum euenerit poſt perceptionem fructuum.*
21. *Quid ſi fructus ſiat vitioſi, acerbi, & ſic damnum non conſiſtit in quantitate, ſed in qualitate fructuum.*
22. *Remiſſio non conceditur, vbi ex pacto ita eſt conuentum, & num. 23. 24. vbi ponuntur nonnulla pacta.*
25. *Remiſſio non conceditur, quando culpa ſua conductor patitur damnum.*
   Caſus, cui reſiſti poteſt, remiſſionem non parit. ibid. & ſeq.
27. *Remiſſio non conceditur in ſterilitate præuiſa.*
   Idem ſi vinea ſit vetuſta, ibid.
   Idem ſi ſterilitas, ſeu bellum erat tempore locationis, ibid.
   Idem ſi ſterilitas eſſet conſueta, ibid.
28. *Idem in contractu ſocietatis.*
   Idem in colono partiario, ibid.
   Remiſſio an ſit facienda, quando colonus pro penſione non ſolüit pecuniam, ſed fructus, ibid.
29. *Remiſſio non conceditur in ſtipulatione.*
30. *Idem in venditione, & num. ſeqq.*
   Idem in conductione gabella, ibid.
   Cautela, vt non petatur remiſſio, ibid.
   Remiſſio non conceditur in venditione fructuum tonuta, ibid.
32. *Quid in locatione operarum, & num. ſeqq.*
   Quid in famulis, ſeu operarys infirmis, ſeu impeditis operari, an domino detur remiſſio, ibid.
37. *Vbertas vnius anni an compenſetur cum ſterilitate, & num. ſeqq.*
42. *Remiſſio ſit pro rata damni.*
43. *Quid in contractu emphyteutico.*
   Quid in locatione ad longum tempus, ibid.
44. *Sterilitas per quem, & quomodo probanda.*
45. *Remiſſio non conceditur, ſi fructus vberiores, etiam quòd ſint pauci.*
46. *Item ſi conductor non reſtituit claues domus domino.*
47. *Index ex officio poteſt taxare remiſſionem penſionis non liquida.*
48. *Caſus fortuiti qui dicantur, & de materia.*
49. *Locator tenetur manutenere conductorem in re locata.*
   Remiſſio ſit, ſi conductor non potuit vti frui re locata, ibid.
   Locator non poteſt agere ad penſionem, niſi probet vſum conductionis, ibid.
50. *In remiſſione quale tempus attendi debeat.*

REGVLA ſit, quòd conductori, qui ob aliquem caſum fortuitum paſſus eſt damnum, remiſſio penſionis eſt facienda locatori. *l. ex conducto, in princip. & §. 1. ff. locati. cap. potuit, & cap. propter ſterilitatem, extra eodem. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati.* Gomez *in tit. de locat. & cond. num. 18. tom. 2. cap. 4.* Ad hanc materiam vide Doct. *in tit. de remiſſione mercedis,* & omnino Andream Gail *obſeruat. 23. lib. 2.* 1

Caſus autem fortuiti, (vide in hac materia in alia quæſtione, Caſus fortuiti qui ſint, de quo dicetur infrà *num. 48.* vide etiam Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced. §. 1. num. 12.* vbi quòd omnis caſus, cui non poteſt reſiſti, vel veniat potentia diuina, vel humana, remiſſionem parit, & idem dicit *in §. multi autem caſus, num. 1. & 2.* At vbi poteſt reſiſti, tunc remiſſio non conceditur, vt infrà *num. 17.*) quibus conductori ſit talis remiſſio, ſunt, puta, ſterilitas, incendium, bellum, tempeſtas, inundatio aquarum, deuoratio locuſtarum, terræmotus, vt per Capram *concluſ. 88. num. 16. & 26.* quos & alios enumerat etiam Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced. §. multi autem caſus, num. 1.* Addo & factum Principis, in quo videas in materia, Caſus fortuitus quis ſit. Ad quorum generalem materiam præter infraſcripta videas varias quæſtiones in caſu occurrenti, & recurras ſemper ad Nattam *conſil. 610. per totum*, vbi de remiſſione facienda propter deprædationem militum. Cephal. *conſ. 257. num. 11. & ſeq.* vbi de inundatione fluminis. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag. 187. num. 13. & omnibus ſequentib.* vbi ponit omnes caſus fortuitos, & ibi illos exemplificat. Bar. *quæſt. 4. fol. mihi 76.* eumdem Menochium *de recup. poſſeſſ. pag. 174. num. 99.* vbi de ſterilitate, de qua etiam latè per Couarruuiam *pract. quæſt. pag. 104. num. 1. & ſeqq.* Alex. *conſ. 31. n. 4. vol. 2.* alias 18. *vol. 1. & conſ. 84. vol 6.* Gozad. *conſ. 74. & 83.* Aretinum *conſ. 52.* Azo. *in ſumma Cod. de locat. & conduct. vol. 10. fol. mihi 182. & in Apoſtillis.* Anan. *conſ. 74.* Anchar. *conſ. 402.* Socin. *conſ. 117. vol. 4. & 88. vol. 1. & 156. vol. 2.* Aymon. *conſ. 95.* Bero. *quæſt. 53. & 131.* Capic. *deciſ. 87. num. 8. & 88. num. 1.* Boët. *conſ. 23. num. 11.* Boſſ. *in tit. de remiſſione merced. pag. 409.* vbi latiſſimè ponitur materia cum omnibus quæſtionibus. Zarza. *opin. 107.* Grat. *conſil. 161. 2. part.* vbi multa in materia. Viui. *in commun. opinion. car. 28. verb. Conductor.* Cotta *memorat. pag. 152. verb. conductor. & pag. 162. & ſeqq. & pag. 368.* vbi de remiſſione facienda propter bellum. vide infrà *num. 12.* Cæpoll. *caut. 48. per totam.* Villalobos *num. 37. & ſeqq.* Cæpoll. *caut. 125.* 2

*num.*2. Marſil. *ſingul.* 85. Menoch. *de recuper. poſſeſſ.*
d.pag 174. *num.* 100. vbi de peſte. Quòd propter pe-
ſtem conductori nedum fieri debeat remiſſio, ſed
quòd poſſit domum dimittere, & à locatione diſce-
dere, tradit Craſſ. *in commun.opin.lib.*1. *cap.*14. *quaſ.*5.
tom. 2. vide infrà *num.*46. de quo etiam per Couar-
ruuiam *vbi ſuprà pag.* 106. *col.* 4. *& ſeqq.* Cephal. *in*
materia conſ. 104. *num.*10. *&* 16. Menoch. *de arbitr.*
*quaſt.caſ.*76. *&* 77. vide ad materiam infrà *n.*48.

3 Amplia I. ſupradictam regulam procedere, quòd
ſicut conductori fit remiſſio mercedis ob ſterilita-
tem: ita etiam debet fieri locatori argumentum
propter vbertatem ratione æqualitatis ſeruandæ in-
ter contrahentes. Capra *concluſ.* 88. *num.*57. vbi de
communi, Gomez *de locat. & conduct. cap.* 3. *n.*18. *&*
ibi in Additionibus, littera L.

4 Limita I. hanc ampliationem procedere prout
loquitur in vbertate: ſecus ſi colonus multum lu-
craretur, non ratione vbertatis, ſed quia fructus mul-
tum valerent: quia tunc nulla facienda eſt argu-
mentatio. Capra *d. concluſ.*88. *num.*55. Gomez *ſub d.*
num 18.

5 Limita II. procedere in vbertate proueniente ex
caſu fortuito: vnde ſecùs, ſi proueniſſet ex bonitate
territorij, vel diligentiæ coloni; quia tunc ſimiliter
nullum eſt faciendum argumentum. Capra *d. con-*
*cluſ.*88. *n.*56. *& ſeq.* Gomez *vbi ſupra d.n.*18.

6 Limita III. procedere, ſi vbertas eſt magna &
notabilis: ſecùs ſi parua. Capra *d.concl.*88. *n.*57.

7 Vbertas autem magna in propoſito dicetur, ſi co-
lonus percepit vltra dimidiam eius, quod regulariter
ex ea re percipi ſolitum erat. Capra *d. concluſ.* 88.
*n.*60. & faciunt infrà dicenda *n.*19. *&* 41.

8 Augmentatio autem iſta penſionis fiet pro rata
vbertatis, & penſionis ſoluendæ, vt *ibidem* per Ca-
ptam *num.*60 vbi pulchrè exemplificat: faciunt in-
feriùs dicenda *in num.*42.

9 Amplia II. vt ſupradicta principalis regula pro-
cedat etiam in eo, qui renunciauit omni caſui for-
tuito, & in ſe caſus fortuitos ſuſcepit: ex hac enim
renunciatione non intelligitur renunciaſſe, niſi caſi-
bus fortuitis inſolitis, & extraordinariis, etiam quòd
iuraſſet: vt per Roland. *conſ.*45 *num* 16. *& ſeqq.vol.*3.
ſuper qua materia vide Zarzan. *opin.* 43. vbi an ap-
pellatione caſus fortuiti veniant caſus inſoliti, &
quòd iſto caſu non veniant, tradit etiam Redoan. *de*
reb.Eccleſ.rubr. de remiſſione merced. § *multi autem ca-*
*ſus num.*8. vbi de communi, *& num.* 9. vbi remiſſiuè
quando dicatur caſus inſolitus, vide infrà *num.*48.
verſ. & an caſus inſolitus. Agnes *conſil.* 15. *&* 219. Ale-
xandrin. *conſil* 153. Grat. *reſp.*161.2.*par.* Et quid ſi in
ſe ſuſcepit omnes caſus fortuitos, & inſolitos, Re-
doan. *d.*§. *multi autem caſus*, *num.* 10. vbi quòd ſuſci-
piens in ſe omnes caſus fortuitos, & non præuiſos,
& non cogitatos, non intelligitur ſuſcepiſſe caſum
inſolitum, de quo nullus etiam prudentiſſimus cogi-
taſſet. De iſtis etiam caſibus inſolitis & fortuitis ha-
betur per Menochium *de arbitr. quaſt. lib.* 2. *caſ.*8c.
pag. 126. vbi pulchrè in materia. Qui dicantur iſti
caſus inſoliti & fortuiti, vide in materia Gomez *de*
locat & conduct. num. 19. vbi quòd renunciatio caſus
fortuiti valet. Item patia ſunt renunciare caſibus
fortuitis, & rem ſuo periculo accipere: de hoc vide
infrà *n.*48. *verſ. & an caſus fortuitus.* Item talis renun-
ciatio intelligitur de fortuitis ſolitis, & communiter
contingentibus, non autem de inſolitis, & raro con-
tingentibus, niſi de illis ſit facta expreſſa mentio:
hæc omnia ibi per eum habentur. Suſcipiens in ſe
expreſsè & ſpecialiter aliquem caſum fortuitum
ſubſequuta generali ſuſceptione omnium caſuum
fortuitorum, cenſetur ſuſcepiſſe etiam omnes alios
caſus fortuitos illi expreſſo ſimiles: ſed an maiores
expreſſis, vide Redoan. *d.*§. *multi autem caſus*, *num.* 11.
& 12. Vide etiam in hac materia Roman. *ſingul.*441.
vbi ad quid obligetur promittens caſus fortuitos?
Dic quòd ſi res locata periit in totum, ita quòd nul-
latenus conductor ea vti valeat, tunc fit remiſſio,
etiam quòd ſuſceperit in ſe omnes caſus fortuitos.
Redoan. §. *Multi autem caſus*, *num.*4. Idem ſi caſus, &
impedimentum proueniat culpa & facto locatoris,
vt dixi infrà *num.*49.

Sed quid ſi fuerit renunciatum omni legum au- 10
xilio, an adhuc poſſit peti remiſſio mercedis? Dicas
quòd non; vt per Rol. *conſ.*86. *num.*10. *vol.*5. ſuper
qua materia videas in primis generaliter tradita in
materia clauſulæ, *Renuncians omni legum auxilio*, &c.
Bello. *conſ.*421. *num.*4. *&* 12. Idem Rolan. *conſ.* 23.
*num.*8. *lib.* 1. & faciunt generaliter tradita infrà in
fragmentis *verſic. Renunciatio generalis facta omni le-*
gum auxilio, &c.

Renuncians autem omnibus & quibuſcunque ex- 11
ceptionibus, non per hoc priuatur, quin poſſit petere
conductor remiſſionem mercedis: vt per Nattam
*conſil.*610. *num* 10.

Amplia III. vt conductori fiat remiſſio penſio- 12
nis, nedum ob damnum paſſum propter bellum, ſed
etiam propter timorem belli. Plat. *in l. ſi quando num.*
128. *C. vnde vi. pag.*54. Natt. *d.conſ.* 610. *num.* 11. fa-
ciunt dicta in alio Repertorio in materia decima-
rum *num.*10. infrà inter diuerſa.

Limita I. eamdem principalem regulam procede- 13
re, ſi damnum, quod paſſus eſt conductor ex ſterili-
tate, ſeu ex alio caſu fortuito, ſit notabile, aliàs
ſecus. Cephal. *conſ.* 257. *num.* 5. vbi de magis com-
muni. Capra *d concluſ.*88. *num.* 17. 23. *&* 24. Redoan.
de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced. §. 1. *num.*6. *&* §. 2.
num. 14.

Sed in propoſito quæro, quando dicatur damnum 14
notabile? ſuper quo vide Cephal. *conſ.*104. *num.*1. 2. *&*
4. *vol* 1. in quo plures principales fuerunt opiniones.
Menoch. *de arbitr. quaſt. caſ.*76. *&* 77. vbi quanta de-
beat eſſe ſterilitas.

Prima fuit opinio, quòd damnum non poſſit dici 15
notabile, niſi quando nihil penitùs fuit per condu-
ctorem recollectum, nec etiam ſemen: quam opi-
nionem tenuerunt aliqui relati per Capram *d. con-*
cluſ 88. *num.*1. vbi quòd hæc opinio communiter re-
probatur. Gomez *de locat. & conduct. num* 18. *tom.*2.
*cap.*4. vide Redoan. *de reb. Eccleſ rubr. de remiſſ. mer-*
ced. §.1. *num.*5. vbi, quòd ſi non fuit recollectum ſe-
men, & tantundem, & multò fortiùs ſi ſemen non
fuit recollectum, remiſſio eſt facienda conductori,
quia iſto caſu damnum dicitur notabile, vt ibi.

Secunda fuit opinio, quòd non poteſt dici dam- 16
num notabile, niſi quando illud, quod colligitur, vix
ſufficit impenſis factis, quam tenuerunt plures alij
relati per Capram *d.concluſ.* 88 *num.* 3. vbi ſimiliter
reprobantur. Gomez *d.num.*18:

Tertia fuit opinio, quòd damnum non poſſit dici 17
notabile, niſi quando fructus percepti non ſufficiunt
ad ſoluendum medietatem penſionis locatori, & ſic
quando conductor eſt deceptus vltra dimidiam pen-
ſionis ſoluendæ: hanc opinionem videtur tenere
Cephalus *in conſil.*257. *num.* 4. & in diſcurſu per to-
tum, & tenuerunt etiam plures alij relati per Ca-
pram *d.concluſ.*88. *num.*4. *&* 5. vbi ſimiliter reproba-
tur hæc opinio. Adde tamen pro hac tertia opinione
Cephal. *conſil.* 104. *num.*3. *vol.*1. vbi quòd damnum
non dicitur notabile, ſi fructus percepti correſpon-
dent penſioni, & ita non fore concedendam remiſ-
ſionem

ſionem conſulitur *in d.conſ.104.per totum*, & ideò ſufficere ad hoc, vt dicatur dammum notabile, læſionem in dimidia penſionis ſoluendæ, dicit communem,& magis communem Roland. *conſ.86.n.1.vol.3.* & de communi etiam Craſſus *in commun. opin. lib.1. cap.14.quaſ.4. tom.2.* Gomez *vbi ſuprà d. num.18.* Redoan. *de reb.Eccleſ.rubr.de remiſſ. merced.§.1.num.2.* vbi quòd remiſſio conceditur conductori, ſi non percepit tot fructus, qui deductis expenſis ſufficiant pro ſolutione medietatis fictus vnius anni, & ſic ſeriò debet eſſe vltra dimidiam, & idem repetit *in num.4. 5. & 6.* vbi quòd iſto caſu læſio in dimidia non ſufficit,niſi ſit in aliquo vltra dimidiam, *& num.7.& 8.* vbi quòd ſufficit exceſſus vltra dimidiam etiam in parua quantitate, *& num.11.* vbi quòd remiſſio fit pro rata læſionis.

18 Quarta eſt opinio, & hæc eſt vera, & communis ſecundùm Capram *d. concluſ.88. num.7. & ſeqq.* quòd ad hoc vt dicatur damnum notabile,inſpicitur communis opinio vulgi, vnde ſterilitas, & non ſterilitas iudicatur ex communi agricultorum opinione,vt ibi per eum Cephal.*conſ.257.num.13.16.27.& 35.* & eſt communis,vt per Craſſum *d. quaſt.4.* vbi quòd damnum notabile remittitur arbitrio iudicis: ſed iudex debet id arbitrari iuxta vulgi opinionem. Gomez *d.num.18.* Redoan. *de rebus Eccleſ.rubr.de remiſſ. merced.§.1.num.1.* vbi de communi,*& n.5.*

19 Quinta eſt opinio, & hæc ſimiliter vera, quòd damnum notabile conſideratur, habito reſpectu ad fructus percipi ſolitos,& conſuetos: vnde ſi non fuit collecta medietas fructuum, qui regulariter percipi conſueuerunt ex eo fundo, & ſic in fructibus perceptis eſt læſus vltra dimidiam, tunc dicitur reportare damnum notabile, & poterit petere remiſſionem. Capra *d.concluſ.88. num.10. & ſeq.* Roland. *conſil.86. num.2.& 3.vol.3.* vbi de magis communi. Craſſus *vbi ſuprà d.quaſt.4.* vbi de communi.Redoan. *de reb. Eccleſ.rubr.de remiſſione merced. num.3. & 4.in §.1. & ibidem num.5.*

20 Limita II. principalem concluſionem procedere, quando conductor patitur damnum ante perceptionem fructuum: ſecùs ſi damnum euenerit poſt illorum perceptionem, puta,quòd fuerint ab hoſtibus deprædati, poſtquam fuerant percepti, & à ſolo ſeparati; quia tunc nulla remiſſio conceditur. Capra *d. concluſ.88. num.18.* & Gomez *de locat. & conduct. cap.4.tom.2. ſub n.18.* vbi ſublimitat in damno quod euenit in fructibus perceptis, ſed nondum reconditis,puta exiſtentibus in area,quia iſto caſu etiam poteſt peti remiſſio, vt ibi per eum. Sed vide ſuper iis Redoanum *d.§.1.n.23.15.& 16.*

21 Limita III. procedere in damno, quod patitur conductor ob paruam quantitatem recollectam: ſecùs ſi quantitas fuiſſet ſufficiens, & conductor paſſus fuerit damnum,puta,vel quia fructus eſſent acerbi, vel vili pretio venderentur, vel alia cauſa eſſent vitioſi, quia tunc non eſt facienda remiſſio. Capra *d.concluſ.88. num.22.* Sed vide ibi *num.20.* vbi dicit, quòd conductor poteſt petere remiſſionem,ſi ob territorij vitium fructus facilè corrumpuntur.Pro principali limitatione adde Gomez *ſub d. num.18.* Redoan.*d.§.2.eadem rubr.de remiſſ.merced.num.13.& n.16. in fin.*

22 Limita IV. quando inter partes eſſet aliter conuentum, quòd videlicet non fieret remiſſio, etiam quòd damnum eſſet notabile; quia tale pactum eſſe ſeruandum dicit Capra *d. concluſ.88. num.27.* & eſt textus *in l.ſi quis fundum,in princip.ff.locati.& in l.licèt, eod.tit.* Redoan. *d.rubr.de remiſſ. merced.§.2. n.1. & in §.multi autem caſus,n.3.*faciunt ſuprà tradita *n.3.*

23 Aduerte in propoſito huius limitationis,quòd pacto exiſtente inter contrahentes,quòd reſtaurum fiet ex cauſa peſtis,belli,& tempeſtatis;non per hoc cenſentur excluſi alij caſus ſimiles, quibus de iure reſtaurum conceditur, niſi de illis ſit facta mentio ſpecialis.Cephal.*conſ.237.in figuratione caſus,in princip.& n.1.17.& ſequentib.*

24 Aduerte etiam,ad propoſitum huius limitationis, quòd pactum, quòd conductori fiat remiſſio propter guerram pro rata damni paſſi, intelligitur, ſi damnum ſit tale, quòd de iure veniat facienda remiſſio; aliàs ſecus. Cephal. *conſ. 104. num. 9. & 26. in fine vol.1.*

25 Limita V. non procedere in damno,quod conductor patitur ſua culpa, puta quia agrum non cultiuaſſet; quia tunc non poteſt petere remiſſionem. Capra *d.concluſ.88. num.28.* Roland. *conſ.86. num.11. vol.3.cap.propter ſterilitatem.* ibi, *ſine culpa coloni*, &c. *extrà locati.* & eſt textus *in l.merces §. culpa autem. ff.locati.* Redoan. *d.§.2. n.2.* Item dicitur ſua culpa damnum pati colonus,ſi potuit reſiſtere & prouidere caſui fortuito, & non prouidit. Redoan. *ibi in §. multi autem caſus,num.2.*

26 Amplia hanc limitationem, vt ſi colonus reliquerit agrum incultum, non poteſt petere remiſſionem, etiam quòd eo anno vbique fuiſſet ſterilitas. Capra *d.concluſ.88.n.30.l.ex conducto. §.quidam. ff.locati.* Redoan.*d.§.2.num.7.*

27 Limita VI. in ſterilitate, ſeu damno ab ipſo conductore præuiſo, vel quòd præuidere poterat, quia tunc nulla facienda eſt remiſſio: puta ſi ſterilitas prouenerit propter vineæ vetuſtatem,vt per Capram *d.concluſ.88.num.21.* & per Redoanum *d.§.2.num.15.* vel quando ſterilitas fuiſſet conſueta, vt *ibidem* per Capram *num.32.*Redoan. *d.§.2.d.num.15. & num.16.* vbi etiam hoc infert, quòd ob grandines in territorio Mediolani non fit remiſſio, quia ſolent ſæpè damnum ibi afferre,niſi damnum ſit inſolitum. Roland. *conſ.52. num.28.& 29. vol. 2.* vbi quòd non poteſt peti remiſſio ratione belli, aut ſterilitatis, ſi iſta aderat tempore contractus conductionis & locationis,& idem traditur per Nattam *conſ.610.vol.3. in diſcurſu.*

28 Limita VII. quando contractus locationis tranſiiſſet in contractum ſocietatis, putà quòd res locatur pro certa quota, puta medietate, vel tertia parte fructuum percipiendorum; tunc enim non fiet remiſſio,ſed damnum erit commune. Capra *d. concluſ. 88. num.2.* iſto enim caſu dicitur colonus partiarius, qui remiſſionem non petit,vt per Redoan.*de reb.Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced. §. 2. num.9.& 10.& 17.in fine,& 18.* vbi contrarium, quando colonus non dat incertam quotam fructuum percipiendorum, ſed certam quantitatem frumenti,olei,vini,& ſimilium; tunc enim eſt contractus innominatus, & æquiparatur locationi,& ſic datur remiſſio, prout in contractu locationis,vt *ibi.*

29 Limita VIII. quando contractus locationis eſſet tranſlatus in ſtipulationem,quæ cùm ſit ſtricti iuris, ideò facit ceſſare remiſſionem mercedis, quæ eſt bonæ fidei. Capra *d.concluſ.88.num.34.* vbi tamen dixit, quòd veritas eſt in contrarium, & ſic remiſſionem eſſe faciendam, etiam quòd in contractu adſit ſtipulatio. Redoan.*d.§.2.n.17.*

30 Limita IX. non procedere ſupradictam regulam in venditione fructuum, & ideò ſi communitas, ſeu alius vendat fructus percipiendos vnius anni ex aliqua tenuta, ſeu gabella. (vide Rolandum *conſ.81. num. 11.12.34.ſeqq.& 54.* vbi quòd conductori & emptori gabellarum non fit remiſſio ob peſtem,) vel

etiam

etiam plurium annorum, puta pro pretio mille ſcutorum: tunc non poteſt peti remiſſio, quia illa petitur in contractu locationis, & non venditionis. Et ſic cautela erit, ne conductor poſſit petere remiſſionem, quòd contractus celebretur in nomine venditionis: hæc tradit Capra *d. concluſ.* 88. *num.* 34. *& ſequen.* ad quorum declarationem vide omninò Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced.* §. *dicta verò, num.* 6. *& omnibus ſequen.* faciunt infrà tradita *quæſt.* 11. *num.* 18. vbi poſui, quando fructuum venditio dicatur locatio.

31 Amplia, hanc limitationem procedere etiam, quòd ſolutio pretij deberet fieri annuatim, & ſic in pluribus partitis; quia ſi in contractu aderit verbum, *vendo*, remiſſio non poterit fieri, etiam quòd ſolutio ſit in plures partitas diſtributa. Capra *d. concluſ.* 88. *num.* 37. *& ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria, & ponit alia in materia huius limitationis.

32 Limita X. non procedere in locatione operarum: ſi enim quis alteri locat operas ſuas vnius anni, vel vltrà pro certo ſalario, & impediatur aliquo caſu fortuito illas præſtare; ſiue caſus contingat in perſonam locatoris, ſiue in perſonam conductoris, remiſſio non poterit per conductorem peti. Capra *d. concluſ.* 88. *num.* 42. *& ſeqq.* vide quæ infrà dicentur de famulo infirmo.

33 Sublimita, quando caſus fortuitus contigiſſet culpa locatoris operarum, quia tunc peti poteſt remiſſio. Capra *d. concluſ.* 88. *num.* 43.

34 Sublimita II. niſi iſte operarius fuiſſet illo medio tempore alteri operatus, à quo habuiſſet mercedem: quia tunc ſimiliter pro rata eſſet facienda remiſſio. Capra *d. concluſ.* 88 *num.* 44. *& ſeqq.*

35 In materia huius limitationis particulariter diſputari poteſt, ſi famulus, ſeu mercenarius infirmatur, an debeat pro tempore infirmitatis mercedem habere? ſuper quo videas Villalob. *F. num.* 14. omnino *deciſ. Tholoſ.* 359 *& in addit.* vbi etiam, an eo tempore dominus debeat ſupplere de expenſis. Quòd etiam pro tempore infirmitatis debeat habere ſalarium, tradit Specul. *in tit. de locat.* § *poſtquam num.* 10. gloſſ. *in l. minoribus.* §. *de illo. ff. de vſufruct.* & faciunt tradita in principio huius limitationis, & relati per Capram *concluſ.* 88. *num.* 45. Contrarium tenet Capra *d. concluſ.* 88. *num.* 46. & Bart. *in l. ſi vno.* §. *item cùm quidam. ff. locat.* cuius opinio videtur melior ea ratione, quia conductio fit ſub tacita conditione, ſi deſeruiat, vt tenet additio ad Bart. *in d.* § *cùm quidam*, ad materiam famuli, qui non ſeruiuit, non debeat habere totam mercedem: vide *deciſ. Tholoſ.* 268. *& in addit.* Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuit. quæſt.* 6. *par.* 2. *n.* 16.

36 Hinc etiam dubitari contingit de operariis, qui operas ſuas locarunt in fabrica, vel in vinea, vel in gyro, & poſtea eadem die fuit pluuia, vel alius caſus fortuitus, an debeat totam habere mercedem. vide Roffred. *de libell. concept. in tit. de act. ex locat. num.* 23. *pag. mihi* 145. *per totum.*

37 Limita XI. ſupradictam regulam non procedere, quando altero anno non fuiſſet vbertas: quia vnius anni ſterilitas compenſatur cum vbertate alterius, vel præcedentis. Capra *d. concluſ.* 88. *num.* 52. Roland. *conſ.* 86. *num.* 6. *& ſeqq. vol.* 3. Æmilian. *conſil.* 4. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi de materia. Gomez *in tit. de locat. & conduct. cap.* 4. *tom.* 2. *num.* 18. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſione mercedis* §. 2. *num.* 4.

38 Amplia hanc limitationem, vt fieri debeat iſta compenſatio, nedum cum vbertate anni proximè, & immediatè ſubſequentis, ſeu antecedentis; ſed etiam cum vbertate anni mediati & interpellati, ſecundùm veriorem, & æquiorem opinionem, de qua *ibi* per Capram *num.* 52. & eſt de mente Rolandi *d. conſil.* 86. *num.* 6. *& ſeqq. vol.* 3. Redoan. *d.* §. 2. *num.* 4. licèt Innocentius ibi relatus contrarium tenuerit, *& num.* 6 vbi, quòd vbertas damni ſuppletiua dicitur eſſe, quando confuſis omnibus annorum eiuſdem locationis redditibus facto calculo apparet, quòd colonus non remanet læſus vltra dimidiam iuſti pretij, hoc eſt, penſionum.

39 Amplia II. eamdem limitationem, quia facta remiſſione vnius anni ſterilis propter alterius vbertatem, talis remiſſio non reuocatur, etiam quòd poſtea ſuperueniat annus fertilis, vt *ibidem* per Roland. *d. num.* 6. *& ſeqq.*

40 Sublimita, hanc limitationem procedere, quando vbertas veniſſet in tempore illius locationis, quo venit ſterilitas: quòd ſi vbertas veniat ſub diuerſa locatione, etiam quòd ſimus in eadem re locata, & inter eaſdem perſonas, tamen compenſatio non eſt facienda, vt *ibidem* per Capram *d. concluſ.* 88 *num.* 52. & Redoanum *d.* § 2. *ſub n.* 4. *&* 5.

41 Sed quæro in propoſito, quanta debeat eſſe talis vbertas ad hoc, vt cum ea ſterilitas compenſetur: Variæ fuerunt opiniones per Capram relatæ remiſſiuè *d. concluſ.* 88. *num.* 54. vbi tenet quòd in hoc conſiderandum ſit id quod percipi ſolitum eſt de fundo locato. Exemplum, ſi ex re locata ſolitum erat percipi triginta corbes, & in vno anno ſolùm ſunt percepti corbes decem, in præcedenti autem, ſeu ſequenti ſunt percepti corbes quinquaginta: tunc in totum eſt facienda compenſatio vnius anni ſterilis cum altero vbere, taliter quòd nulla poterit peti remiſſio. Si verò in vno anno fuerint percepti decem corbes, & in alio quadraginta, tunc compenſatio fit pro rata, videlicet pro illis decem corbibus perceptis vltra ſolitum, & conſuetum, vt ibi per eum. Et ſic vbertas dicitur, quando aliquid ſiue multum, ſiue modicum, vltra id quod ſolitum eſt quolibet anno percipi, percipiatur. Ita relatis aliis opinionibus concludit, & dicit communem Redoan. *d.* § 2 *num* 6. vbi exemplificat *vt ſupra, & n.* 8. *verſ. & aliud eſt.*

42 Limita XII. vt remiſſio ſit ſolùm facienda pro rata damni paſſi: puta, ſi conductor nihil percepit deductis expenſis, tunc remiſſio fiet in totum; ſi verò aliquid percepit, & nihilominus paſſus eſt damnum notabile, tunc fit remiſſio pro damni rata. Exemplificat Redoan. *de rebus Eccleſ. d. rubr. de remiſſ. merced.* §. 2. *num.* 7. *in fine, & num.* 8. *per totum*, & Capra *in concluſ.* 88. *num.* 49. *& ſeqq.* vbi de communi. Redoan. *de reb. Eccleſ. d. rubr. de remiſſ. merced. num.* 11.

43 Limita XIII. in contractu emphyteutico. Aliqua per Clarum *de iure emphyteutico quæſt.* 8. & dicetur in materia, emphyteota non ſoluens canonem, quando cadat à iure, *quæſt.* 33. *num.* 9. 10. *&* 11. Vide etiam Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 20. *per totam*, *in diſcurſu*, vbi de materia huius limitationis. Pro qua etiam vide Bello. *conſ.* 21. *&* 22. *deciſ. Bonon.* 13. *num.* 11. Villalobos *l. num.* 37. *& ſeqq.* Menoch. *de recup. pag.* 174. *num.* 99. Cotta *pag.* 152. *&* 262. *& ſeqq.* Cagnol. *in Authent. qui rem. num.* 4. *& ſequentib. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi etiam de locatore ad longum tempus.

44 Limita XIV. vt allegans ſterilitatem, ſeu damnum, illud debet probare. Roland. *conſil.* 86. *num.* 4. *vol.* 3. ſed quomodo probetur iſta ſterilitas, habetur per Couarruuiam *practic. quæſt. pag.* 204. *num.* 1. *& ſequentib.* Menochius *de arbitr. quæſt. caſ.* 76. *&* 77.

45 Limita XV. non procedere, quando fructus percepti, licèt ſint pauci, tamen ſunt cariores, & venduntur maiori pretio, quia tunc ſimiliter non fiet remiſſio, vt per Roland. *conſil.* 86. *num.* 8. *volum.* 3. prout nec etiam fit remiſſio propter vilitatem fructuum.

Digitized by Google

ctuum. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced.* §.2.*num.*13.

46 Limita XVI. quòd conductori ob peſtem, ſeu bellum, tunc demum fit remiſſio, ſi conductor penitus reliquerit domum: ſecùs ſi ibi ſupellectilia reliquerit, immò tenetur claues domino reſtituere. Franc. Marc. *quæſt.*1068.*& ſeq.* & eſt de mente Craſſ. *in communib. opinionib. lib.*1. *cap.*14. *quæſ.*5. *in tom.*2. *comm. opin.*

47 Scias in materia, quòd ſi certum ſit conductorem paſſum eſſe damna, ob quæ ſibi veniat facienda remiſſio penſionis: ſed neſcitur, & incertum eſt quantum importent huiuſmodi damna; tunc iudex poteſt ex officio ſe informare, & taxare eius arbitrio, etiam parte non aliter liquidante. Ad quam materiam vide Boſſium *in tit. de remiſſ. merced. n.*19.*pag. mihi* 410. & faciunt tradita *in Repert. iudic. q.*76.*n.*1.*& ſeqq.*

48 Pro cognitione eorum, quæ ſuprà tradita ſunt *num.*2. quærendum eſt, qui dicantur caſus fortuiti? Ad quod videndus Menochius *de recuper. poſſeſſ. pag.* 187.*num.*13.*& omnibus ſequen. per totam quæſt.* vbi etiam quòd inter caſus fortuitos connumeratur, vis fluminis, terræmotus, (Redoanus *d.*§.1.*num.*12.) locuſtarum edacitas, nix immoderata, piratarum, hoſtiumve incurſio. Capra *concluſ.*78.*n.*53.*& ſequent.* vbi de materia. Quòd fiat remiſſio propter hoſtium, ſiue latronum incurſum, ponit Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced.* §.1. *num.*11. *&* 15. & an ex facto Principis inducatur caſus fortuitus, vide Alexandrum *conſil.*57.*num* 9.*lib.*1. Aym. *conſil.*95.*num.*1. Boſſius *de remiſſ. merced. num.*76. Hos & alios enumerat caſus fortuitos Caroc. *tract. de locat. & conduct. quæſt.*12. *per totam, fol. mihi* 174. *tit. de caſibus.* Et an factum iudicis, ſeu Magiſtratus inducat caſum fortuitum, vide Angel. *conſ.*119. *num.*5. & an caſus inſolitus veniat appellatione caſus fortuiti, vide Zarzan. *opin.*143. & omninò ſuprà *num.* 9. & an caſus fortuitus veniat appellatione periculi, vide Roman. *ſingul.* 442. & Duen. *reg.*380. vide etiam ſuprà *num.*2. & quis dicatur caſus inſolitus, vide Caroc. *tract. de locat. & conduct. quæſt.* 9. *per tot. tit. de caſibus fol. mihi* 173.

49 Conductori fit remiſſio non ſolùm propter caſus fortuitos prædictos, ſed etiam generaliter propter quodcunque aliud impedimentum, quo non potuit vti frui re locata: tenetur enim locator manutenere conductorem in pacifica poſſeſſione rei locatæ, ac amouere omne impedimentum, quo impedimento per conductorem probato, poteſt conductor etiam ante finitum tempus de domo locata migrare, & ei locator tenetur ad damna & intereſſe. hæc tradit Ioſeph Ludou. *in commun. opin. concluſ.*14. *illatione* 37. *&* 39. vbi quòd hæc multò magis procedunt, quando impedimentum prouenisſet facto locatoris, qui non ſolùm tenetur pati, vt conductor fruatur re locata, ſed etiam non poteſt agere ad penſionem, niſi probet dictam patientiam præſtitiſſe, & ſic non ſufficit ei probare locationem & conſignationem, niſi etiam probet conductorem vſum fuiſſe re locata, vt *ibi*, *& in* 3. *ampliatione in fin.* Ad hanc materiam, quando ſcilicet locator teneatur conductori ad damna, &c. ſi non potuit vti re locata, vel facto locatoris, vel caſu fortuito, vel impedimento tertij, vide omnino Antonium Gomez *tit. de locat. & conduct. num.*1.*& ſeqq.* vbi etiam, quid ſi res locata fuerit euicta. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſione merced.* §. *Multi autem caſus*, *num.*5. vbi quòd colono impedito frui facto locatoris; etiamſi locator nihil faciat, quod impediat, ſi interpellatus potuit obuiare, & non obuiauit, facienda eſt remiſſio, etiam quòd caſus fortuitos in ſe ſuſceperit. *ibid. num.*6.

In remiſſione mercedis quod tempus ſpectandum 50
ſit, contractus, an verò recollectionis fructuum? Dic recollectionis, vt per Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienan. rubr. de remiſſ. merced.* §.2.*n.*11.

QVÆSTIO V.

De venditione duobus facta. Quis emptorum præferatur, & alia ad materiam l. quoties. C. de rei vendic.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
2. *Venditione duobus facta præfertur cui eſt res tradita.*
3. *Quid in Principe.*
4. *Quid in feudo.*
   Vbi etiam de emphyteuſi.
5. *Quid in donatione.*
6. *Quid ſi primus habet cauſam onerosam, & ſecundus lucratiuam.*
7. *Quid in datione in ſolutum.*
8. *Quid in locatione.*
9. *Quid ſi prima venditio eſt irrata.*
10. *Quid in venditione facta à non domino.*
11. *Quid de Prælato rem Eccleſiæ alienante.*
12. *Quid in venditione facta duobus eandem perſonam repræſentantibus.*
13. *Quid ſi obligauit venditor omnia bona ſua, &c.*
14. *Quid in venditione facta Eccleſiis, & pijs locis, &c.*
15. *Quid de venditione facta pauperi, ſeu miſerabili.*
16. *Quid de venditione facta Clerico, &c.*
17. *Quid ſi adeſt conſtitutum, & n.*18.*&* 37.
19. *Quid in caſibus, in quibus dominium tranſit ipſo iure.*
20. *Quid ſi ſecundus emptor ſciebat primam venditionem.*
21. *Quid in venditione facta in fraudem.*
22. *Quid in matrimonio.*
23. *Quid in hypothecante rem duobus, & n.*24.
25. *Quid ſi res non eſt tradita, vel ſumus in dubio.*
26. *Quid in promiſſione de vendendo.*
27. *Quid ſi primus emptor non ſoluiſſet pretium.*
28. *Quid ſi prima venditio fuiſſet nulla.*
29. *An primus emptor poſſit impedire ſecundam venditionem ac traditionem.*
30. *Vendens rem duobus, an puniatur pœna falſi, & quomodo, & num ſeqq.*
36 *Quid de iure Canonico.*
   *Iuramentum in litem an detur contra rem vendentem duobus. d. n.*30.
38. *Prima venditio facta per Procuratorem an præferatur ſecunda facta per dominum.*

DE materia huius quæſtionis præter in- 1
fraſcriptos, vide latè per Nouell. *reg.* 123. Imol. *concluſ.* 40. *lib.* 2. ſeu Gabriel. *concluſ.*11.*lib.*3.*pag. mihi* 399. Anchat. *quæſt.*2. *lib.*2. Couarru. *var. reſolut. pag. mihi* 645. *cap.*19. *per totum in diſcurſ.* Marſil. *in l. qui duobus. ff. de falſ.* Rom. *ſingul.* 382. Marſil. *ſingul.* 82. Viui. *in commun. opin. pag.*308. *verſ. vendens.* Roland. *conſ.*51.*num.*23.*& ſeqq. volum.*2. Diaz *regul.*229. Villalob. *Q. num.*17.*& P. n.*132.*& ſeqq. & V. n.*16. Roland. *conſil.*19. *in diſcurſu volum.* 1. Bonifacius *in tract. de furt.* §. *poſſeſſionis num.*99.

Regula ſit, quòd venditione duobus facta, præ- 2
fertur ille, cui res fuit tradita, etiam quòd ſit ſecun-

dus

Digitized by Google

dus emptor : textus eſt expreſſus in l.quoties. C.de rei vendicat.Benincaſius de paupert.pag. 144. n.1.& ſeqq. Imol.concluſ.40.lib.2.Gomez in tit. de empt. & vendit. num.20. vbi adducit rationes huius regulæ. Anchar. quæſt.2.n.1.lib.2.

3 Amplia I. hanc regulam, vt habeat locum etiam in contractu Principis; ſuper cuius ampliationis veritate, vide Pariſium conſ.11.num.59.vol.1. Imol. concluſ.40.lib.2.in 10.limitat.

4 Amplia I I.etiam in conceſſione feudi.Pariſ.conſ.1. n.106.vol.1.Sed contrarium tenet Cephal. conſ.147. n.18.vol.1. vide ſuper hac ampliatione Imol. d.concluſ.40.in 2.ampliatione,& in 2. limitat. in fin. & in 11. limitat. Cephal. conſ.90.num.45.& ſeqq.vol.1. & quid in emphyteoſi, vide Cephalum d.conſil.147.num.17. vbi quòd lex quoties non habet locum in emphyteoſi, & ſic prima inueſtitura valet, etiam quòd in ſecunda ſit tradita res.

5 Amplia I I I. vt etiam habeat locum in donatione.Pariſ. conſ.77. num.3.vod. vol.1. vbi de donatione quantitatis.Socin.iun.conſ.93. num.5 lib.1. Gomez in tit.de empt.& vend.num.20.in 1.ampliatione. Benincaſ. de paupert.d.pag.144. num.1. & ſeqq. in diſcurſu. Imol. in d.concluſ 40.lib.2.in 5.ampliat Roland.conſ.51.n.23. & ſequen.vol.2 quem videas.Clarus in §. donatio,q.13. verſ.aut verò donatur,prope finem.

6 Limita hanc ampliationem non procedere,quando primus haberèt titulum onerosum, puta ex cauſa emptionis: ſecundus autem titulum lucratiuum, ex cauſa donationis. nam tunc etiam quòd donatatio ſit tradita res, præfertur emptor primus, & non ipſe. Imol.d.concluſ.40.in 5.limit. Gomez d.num.20. in 2.limitat.ſub verſic.ex quo deducitur.

7 Amplia I V. vt habeat etiam locum in datione in ſolutum.Socinus iunior conſ.93.n.5.lib.1.Imol.d.concluſ.40. lib.1.in 12.ampliatione.

8 Amplia V. vt habeat locum etiam in locatione. Benincaſ. d.pag.144. num.1. & ſeqq. in diſcurſu. Imol. d.concluſ.40. in 1. ampliat. Gomez d. tit. de empt. & vend.num.20.in 2.ampliat. vide in propoſito Cottam in memorab. pag.156. & Couarruuiam variar. reſolut. pag.650.num.8.

9 Amplia V I. vt d.l quotiet, habeat locum, etiamſi prima venditio eſſet iurata.Imol. d.concluſ.40.lib.2.in prima ampliat.Gomez d.n.20.in 7.ampliat.

10 Amplia V I I.vt d.l.quotiet,habeat locum, etiamſi res ſit vendita duobus à non domino. Imol. d. concluſ.40 lib.2.in 6.ampliat. Anchar. quæſt.2 num.1.lib.2. vbi quòd etiam tempore venditionis venditor nullum ius haberet in re vendita: ſi poſtea ſuperuenit ius, adhuc præfertur ſecundus emptor cui res eſt tradita.

11 Amplia V I I I.etiam in Prælato,qui rem Eccleſiæ alienauit per viginti octo annos,& promiſit renouare poſt lapſum illorum; ſi poſtea finitis illis alium actualiter inueſtiat, ille præualet, qui fuit actualiter inueſtitus.Imol.d.concluſ 40.lib.2.in 7.ampliat.

12 Amplia I X. vt d.l.quoties, habeat locum etiam in venditione facta duobus eandem perſonam repræſentantibus, putà duobus exequutoribus teſtamenti. Menoch. de arbitr.quæſt.caſ.181.n.2.quem videas.

13 Limita I. regulariter ſupradictam l.quoties,non habere locum, quando in contractu venditor promiſit alteri non vendere, & pro præmiſſorum obſeruatione omnia bona ſua obligauit : quia tunc ſi ſecundus habet traditionem,tamen non præfertur primo. Cephal.conſ.147.num.11. Imol. d.concluſ.40. in 3.limitat. Gomez d.tit.de empt.& vendit.n.20.in 4.limit.

14 Limita I I. vt non habeat locum in venditione facta Eccleſiis & piis locis, quæ præfertur ſecundæ, etiam quòd in ea interuenerit traditio. Pariſius conſ. 77.num.2.& 6. vol.1. Gomez d. num.10. in 1. limitat. verſ.ex quo primò deducitur. Benincaſ. d. pag.144. n.1. & ſeqq. in diſcurſ. Imol. d.concluſ.40. lib.2. in 1. limit. vbi etiam quid de Eccleſia contra Eccleſiam.

Limita I I I. in paupere,ſeu aliqua alia miſerabili 15
perſona,cui facta venditio prima præfertur ſecundæ, etiam quòd in ea interuenerit traditio,vt per Benincaſium d.pag.144.n.1.& ſeqq in diſcurſu.

In quo aduertas, quòd Clericus, ſeu Eccleſiaſtica 16
perſona emens vt priuatus, comprehenditur ſub regula d.l.quoties, nec habet priuilegium Eccleſiæ, ſeu miſerabilium perſonarum. Gomez d. tit. de empt. & vendit.d.num.20.in 6.ampliat. vbi de magis communi. Cephal.conſil.97.num.2.vol.1. licèt contrarium videatur aſſerere Imol. d.concluſ.40. in 7.limitat.

Limita I V. non procedere, quando in prima ven- 17
ditione adeſſet conſtitutum, quia talis ficta traditio æquiparatur veræ,& ideò prima venditio, in qua adeſt conſtitutum, præfertur ſecundæ, in qua interuenit realis traditio. Roland. conſ.19.num.25.lib.1. Benincaſ. de paupert.d.pag.144.num.1.& ſeqq.in diſcurſu. Imol. d.concluſ.40. in 2. limitat. vbi declarat. Gomez d.num.20. in 4. ampliat. Roland. conſil.51. num.23. & ſeqq.vol.2. vbi quòd ille præfertur in venditione, qui primò habet conſtitutum. Et quis præferatur ex duobus habentibus conſtitutum, ponit Menochius de recuper. poſſeſſ. pag. 208. quæſt.8. & 9. Pro limitatione ſupradicta adde Ancharan. quæſt. 2.num.4. & ſequen.lib.2. vide in materia infrà num.37. adde pro eadem 4.limitat. Cephal. in conſ.147.num.7.& 20. vbi ampliatur etiam,quòd tale conſtitutum eſſet appoſitum à procuratore,vt ibi per eum.

Sublimita, hanc limitationem non procedere, 18
quando primum conſtitutum eſſet factum in fauorem abſentis timentis, & pro eo Notario ſtipulanti: quia ſi ſecunda ſit venditio cum traditione alicui alteri, antequam ille ratificet,primum conſtitutum nihil operatur. Gomez d. num. 20.in 4. ampliat. & idem Gomez ibi in addit.lit. F.ſuper quæ videas latè diſputantem Rolandum d.conſil.19.vol.1.per tot.Plot. in l.ſi quando, num.12. pag.6. C.vnde vi, & faciunt in propoſito tradita in materia conſtituti, quando operetur pro abſente, & in alia materia, quando Notarius pro abſente ſtipulatur,&c. Pro hac ſublimitatione adde Anchar.quæſt.2.num.5.lib.2.

Limita V. in illis caſibus, in quibus dominium 19
tranſit ipſo iure ſine traditione; quia tunc ſecunda etiam cum traditione non præfertur primæ venditioni.Benincaſ. d.pag.144.in diſcurſu. Imol. d. concluſ. 40.in 1.limit.Gomez d.n.20.in 1.limitat.

Limita V I. in ſecunda venditione facta in frau- 20
dem primæ : putà quando ſecundus emptor ſciebat primam venditionem; quia tunc traditio ſecunda non præfertur primæ venditioni. Imol. d. concluſ.40. in 4.limitat.Gomez d.n.20. in 2. limitat. vbi de æqua, & communi opinione. Anchar. quæſt.1. num.2. lib.2. Cephal.conſ.147.num.6.Couarr.variar.reſolut. cap.19. num.5.

Limita V I I. in beneficialibus & ſpiritualibus, in 21
quibus primus contractus attenditur, nec habetur reſpectus ad traditionem. Imol. d. concluſ.40. in 6. ſeu 7.limitat.

Hinc quæri poteſt, an l. quotiet, habeat locum in 22
matrimonio, & ſic, an ſecundum matrimonium, in quo eſt ſequuta copula, præferatur primo? traditur hæc materia per Villalobos M.num.73. Couarruu. de matrimon.pag.67.num.11. & Corſett. ſing.pag.175. vbi quòd matrimonium poteſt contrahi non obſtantibus primis ſponſalibus.

Limita

23 Limita VIII. In hypothecante rem duobus: quia ſecunda hypotheca, in qua interuenit rei hypothecatæ traditio, non præiudicat primæ. Gomez *d. n. 20. in 1. limit. verſ. ſecundò deducitur.*

24 An autem hypothecans rem duobus puniatur, & quomodo, vide Bonifac. de Vitell. *in tit. de extraordin. crimin. num. 16.* Papien. in actione hypothecaria *gloſſ. ſub eadem, in fine*, vbi diſtinguit. Imol. *d. concluſ. 40. lib. 1. in 8. limitat.* & vide infrà *num. 30. & ſeqq.* Dicas quòd punitur crimine ſtellionatus. *l. 1. ff. de crimin. ſtellion.* quod intellige, quando duobus hypothecatur res ſpecialiter; ſecùs ſi generaliter, ita Agne. *in d. l. 1. C. de crimin. ſtellion.* licèt hæc Angeli diſtinctio non placeat ibi Gomezio.

25 Adde pro complemento huius quæſtionis, quòd ſi eſt facta venditio duobus, & non appareat cui res fuerit tradita: vel ſi neutri ſit tradita, tunc non ſecundus, ſed primus præfertur. Gomez *d. num. 20. in 3. limitat.* Benincaſius *d. pag. 144. in diſcurſu*, quem videas: quòd datis paribus terminis prima venditio præferatur, tradit Cephal. *conſ. 147. num. 1.*

26 Quod limita I. quando vni eſſet facta promiſſio de vendendo, & deinde alteri venditio: quia etiam quòd ſecundo non ſit facta traditio, tamen præfertur primæ promiſſioni. Imol. *d. concluſ. 40. in 1. ampliatione.* Roland. *conſ. 69. num. 23.* vbi de communi. Iaſon *conſ. 117. col. 2. in fin vol. 1. & in l. ſi quis maior num. 13. C. de tranſact.* Sed aduerte, quòd Rolandus loquitur, quando cum ſecunda venditione interuenit traditio, ideò eum videas, quia credo, quòd loquatur etiam re non tradita; quia re tradita nulla eſt difficultas omninò.

27 Limita II. quando primus emptor non ſoluiſſet pretium in tempore: quia tunc licitè poteſt res alteri vendi, & ſecundus emptor præfertur primo, etiam non ſecuta traditione. Plot. *in l. ſi quando num. 177. & ſeq. pag. 86.* Menoch. *de arbitr. quæſtionib. caſ. 387. n. 18.* Decius *in l. contractus n 19. ff. de reg. iur.* vbi ampliùs, quòd primus emptor, cui facta eſt traditio, non præfertur ſecundo, niſi pretium ſoluerit, vel de illo fuerit adhibita fides. Gabriel. *pag 391. num. 12. & num. 53.* Anchar. *quæſt. 2. n. 8. lib. 2.* vbi quòd ſi primus emptor eſt in mora ſoluendi, etiam quòd habeat conſtitutum, res poteſt alteri vendi, & ſecundus emptor præfertur, vt ibi per eum.

28 Limita III. quando prima venditio fuiſſet nulla: quia tunc ſecunda præfertur, etiam non ſequuta traditione. Plot. *in d. l. ſi quando n. 178. C. vnde vi.* Menoch. *d. caſu 381. n. 19.* Anchatan. *q. 2. n. 8. lib. 2.* vbi ampliat, etiam quòd primus emptor habeat conſtitutum.

29 Limita IV. quòd licèt non ſequuta traditione primus emptor præferatur ſecundo: tamen ſi venditor, qui primam fecit venditionem, velit alteri eamdem rem vendere, & etiam tradere ad hoc vt præferatur primo, non poteſt iſte primus emptor impedire hanc venditionem, ſeu traditionem: ſed tantùm habet contra venditorem actionem ad intereſſe. Ita pulchrè Gomez *d. tit. de empt. & vend. n. 2. in 5. ampliat.* vbi hoc declarat procedere ante litem conteſtatam, ſecus poſtea: quia per litis conteſtationem eſt res effecta litigioſa, & ideò non poteſt alteri vendi, vt ibi per eum. Faciunt in materia, tradita in alia quæſtione, videlicet, an & quomodo venditor teneatur præciſè rem tradere.

30 Adde ſecundò quòd vendens rem duobus, punitur pœna falſi. Plot. *in d. l. ſi quando num. 178. C vnde vi.* Lancel. *Breu. pag. 196. n. 22.* Menoch. *d. caſu 381. n. 10. & ſeqq.* vbi quòd ponitur pœna ſtellionatus. Anchar. *quæſt. 2. n. 9. lib. 2.* vbi quòd tenetur pœna falſi. Dicitur eſſe in dolo, & contra eum iuratur in litem. Monticell. *regul. 15. n. 56.* vbi quòd tenetur pœna falſi. Hæc pœna non habet locum in donatione facta duobus, ſeu alio contractu, præter quàm in donatione, & hoc vltimum ibi declarat duobus modis. Item ſi vendens non tradidit primo emptori, per ſecundam venditionem non tenetur pœna falſi, *d. num. 56. in fine.*

Limita, quando primus non ſoluiſſet pretium: 31
quia tunc res poteſt licitè alteri vendi, vt dixi ſuperiùs *num. 27.*

Limita II. quando prima venditio eſſet nulla: dixi 32
ſuprà *num. 28.*

Limita III. quando in prima venditione fuiſſet 33
habita fides de pretio, & in ſecunda pecunia fuit numerata, quia excuſatur à pœna. Plot. *in d. l. ſi quando, num. 177. & ſeq. C. vnde vi.*

Limita IV. quia quicquid ſit, de iure in contra- 34
rium eſt conſuetudo, teſte Claro *in § falſum, verſic. vendens.*

Limita V. quando ſecundus emptor iam ſciebat 35
alteri rem venditam, vel ſcire debebat, & non curauit ſcire; quia tunc excuſatur à pœna. Menoch. *d. caſ. 381. num. 12. & ſeqq.*

Adde tertiò, quòd lex quoties habet locum etiam 36
de iure Canonico, ſuper quo vide Cephalum *conſ. 96. num. 2. vol. 1.*

Ad ea, quæ ſuprà de conſtituto dicta ſunt, adde 37
Anchar. *quæſt. 2. n. 6. lib. 2.* vbi quòd ad hoc, vt primus emptor cum clauſula *Conſtituti* præferatur ſecundo, cui res eſt tradita, neceſſe eſt, quòd res vel dicto tempore conſtituti eſſet penes conſtituentem, aliàs ſecùs. Et non ſufficit, quòd detineretur à conſtituente; ſed neceſſe eſt quòd verè poſſideretur, *d. n. 6.* Quis autem iſto caſu debeat probare rem venditam poſſeſſam eſſe à conſtituente, tempore conſtituti, dic quòd hoc onus ſpectat ad ſecundum emptorem, *ibidem n. 15. & ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria.

An autem prima venditio facta per procurato- 38
rem, præferatur ſecundæ factæ per verum dominum, vide per Cephalum *conſ. 147. n. 2. 7. & 19.*

QVÆSTIO VI.

De Euictione.

SVMMARIVM.

1. *Euictionis materia generalis.*
2. *Euictio habet locum in contractu emptionis.*
3. *Amplia in omnibus contractibus oneroſis.*
4. *Amplia in permutatione.*
5. *Amplia in datione in ſolutum.*
6. *Amplia in diuiſione hæreditatis.*
7. *Amplia etiam in diuiſione inter ſocios, & num. ſeqq.*
11. *Amplia etiam in legitima.*
12. *Amplia etiamſi euincatur pars rei.*
13. *Amplia etiam in eo, qui cecidit à poſſeſſione, & de actore effectus eſt reus, & num. ſeqq.*
16. *Quid ſi cecidit à poſſeſſione culpa, & facto ſuo.*
17. *Amplia, vt euictio habeat locum etiam in vſufructu.*
18. *Venditor an teneatur ad expenſas & ſumptus litis, ſi res non ſit euicta, & emptor fuerit abſolutus, & n. ſeq.*
20. *Amplia vt euictio habeat locum etiam in venditione animalis.*
21. *Limita, vt euictio non habeat locum in contractu lucratiuo.*
22. *Limita in donatione, & num. ſeqq.*
27. *Limita in legatis, & num ſeqq.*
31. *Limita in dote, & num. ſeqq.*
35. *Limita in tranſactione, & n. 36.*

37. *Limita, ubi ita eſt inter partes conuentum, & num. ſeqq.*
41. *Limita, ſi emptor non appellauit, &c. & num. ſeqq.*
48. *Limita, ſi emptor compromiſit, & ſuccubuit.*
49. *Limita, ſi emptor conſenſit in alienam iuriſdictionem, & num. 50.*
51. *Limita, ſi emptor à Principe cogitur alteri vendere.*
52. *Limita, ſi res euincatur per retractum.*
53. *Limita, ſi euincatur iure ſpeciali, puta reſtitutione in integrum, & num. ſeqq.*
56. *Limita lite non denunciata, cum plurib. num. ſeqq. vbi de materia.*
66. *Venditor an teneatur litem motam in ſe aſſumere, & expenſas miniſtrare, & an id poſſit facere ſine mandato. Et quid ſi compareat poſt iudicium cœptum, & quòd teneatur ſuſcipere litem in eodem ſtatu, & coram eodem iudice.*
67. *Limita, vt euictio non habeat locum, niſi re euicta poſt ſententiam, & tradita.*
68. *Fideiuſſorem de euictione quando quis praſtare cogatur.*
69. *& an poſſit retinere pretium, donec ſatis detur.*
70. *Limita, vt euictio non habeat locum in emente ſcienter rem alienam, & num ſeqq.*
75. *Limita, quando emptor fuit per violentiam expulſus, & n. ſeq.*
77. *Promittens defendere de iure & de facto, ad quid teneatur.*
78. *Limita ſi emptor potuit praſcribere, & non praſcripſit.*
79. *Limita in ſeruitutibus, & num ſeqq.*
83. *Limita, vt euictio non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, & num ſeqq.*
86. *Limita in tutore, & Procuratore, & ſimilibus.*
87. *Promittens de euictione de facto ſuo ad quid teneatur.*
Euictionis obligatio an tranſeat ad hæredes. ibid.
88. *Limita, vt euictio non habeat locum in venditione pignoris. Vide etiam, num. 95. & ſeqq. vſque ad 110.*
89. *Idem ſi emptor deficit in ſolutione pretij.*
90. *Idem ſi euincatur per contumaciam emptoris in iudicio.*
91. *Vel per imprudentiam iudicis.*
92. *Vbi quis non tenetur de euictione, an teneatur ad pretij reſtitutionem.*
93. *Promittens de euictione generaliter, &c. ad quid teneatur.*
94. *Fideiuſſor euictionis an praſtando rem liberetur.*
Promittens de euictione quocunque modo ſequuta, & qualitercunque, ad quid teneatur, & de materia. d. num 93.
110. *Cedens an teneatur de euictione.*
111. *Si emptor ſit moroſus in ſolutione, & iurauit, venditor liberatur à periculo euictionis.*
112. *Euictio habet locum etiam in alienatione rerum, fideicommiſſariarum.*

1 EVICTIO an & quando in emptione & venditione, ſeu alio contractu habeat locum, & generaliter de materia præter infraſcriptos videas Couarruuiam *variar. reſolut. pag. 960. num. 1. & ſeqq.* vbi *in princ.* dicit eſſe quadraginta caſus, in quibus venditor non tenetur de euictione; firmatur in Repertorio *verb. Emptor conuentus, per diſcurſum, & verb. Venditor tenetur de euictione, per tot.* Villalobos *Q. num. 38. & ſeqq.* Cæpoll. *caut. 97.* Roman. *ſing. 468.* Socin. *reg. 437. & 438.* Duen. *reg. 242.* Grat. *reſp. 139. part. 2.* Capicius *deciſ. 106. num. 1.* Nouell. *regul. 130.* Bello. *conſ. 50. num. 8.* Zarzan. *obſeruat. 56. cent. 1. & 24. cent. 3.* omninò Tiraquell. *de retract.* in eius Repertorio *verb. Euictio*, omninò etiam ſuper tota infraſcripta materia generaliter & particulariter, & latiſſimè videas per Capram *concluſ. 87. in diſcurſu*, præſertim *num. 25. 198.* & pluribus ſequen. & ad eum ſemper recurras.

Regula ſit, quòd euictio habet locum in contractu emptionis & venditionis, etiam quòd nihil fuerit promiſſum. Monticell. *de inuent. pag. 81. num. 91.* & ideò re euicta ab emptore, ei venditor de euictione tenetur. firmatur in Repert. &c. eſt text. *in l. 1. & quaſi per tot. ff. de euict. l. emptor fendi & quaſi, per tot. C. eod. cap. fin. extra de empt. & vendit.* 2

Amplia I. huiuſmodi regulam, vt euictio habeat locum in omnibus contractibus oneroſis. *l. libera. C. de ſent. & interloq. omn. indic.* Gomez *in tit. de empt. & vendit. num. 38.* 3

Amplia II. vt euictio habeat locum etiam in contractu permutationis. *l. ſi permutationis. C. de euict. l. 1. C. de rer. permut.* & vtrobique communiter Doctores, teſte Gomez *in d. tit. de empt. & vendit. num. 33.* 4

Amplia III. in datione in ſolutum. *d. l. libera. C. de ſentent. & interloqunt. omn. indic.* vbi Bald. & communiter Doctores, teſte eodem Gomez *d. n. 33.* 5

Amplia IV. vt euictio habeat locum etiam in diuiſione hæreditatis. *l. ſi familia. C. famil. herciſcund.* vbi gloſſ. & communiter Doctores. *l. ſi fratres C. com. vtr. iud. l. hæredes §. finali ff. famil. herciſcund. l. ſi cum venditor §. finali. ff. de euictione.* Gomez *ſub d. num. 33.* Duen. *reg. 105.* vbi de materia. deciſ. Lucen. *29. n. 13. 1. part.* 6

Amplia, hanc ampliationem procedere nedum in diuiſione hæreditatis, ſed etiam in diuiſione rei particularis, quæ fit inter ſocios habentes rem communem ex quocunque titulo. *l. item quamuis. §. finali. ff. comm. diuid.* Gomez *d. n. 33. in fin.* 7

Limita, hanc quartam ampliationem non procedere quando contrarium eſſet actum inter hæredes, quòd videlicet nemo teneatur de euictione: quia tunc nedum non debetur euictio, ſed nec pretium rei euictæ. *l. ſi familia. C. famil. herciſcund.* vbi *gloſſ. fin. in med.* & ibi communiter Doctores, teſte Gomez *in dicto tit. de emptione & vendit. num. 34.* vide ſuprà *num. 92.* ad quod vide Couarruuiam *variar. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 2.* vbi tamen quòd tenetur ad pretium. 8

Limita II. eandem ampliationem non procedere in diuiſione hæreditatis facta per teſtatorem, qui in teſtamento ſua bona inter hæredes diuiſit: tunc enim euictio non habet locum. Gomez *d. num. 34. verſ. ſecus tamen*, vbi limitat. 9

Limita III. quia cohæres non tenetur ad totale intereſſe rei euictæ, ſed tantùm ad pretium & æſtimationem illius: quia hæres non eſt in culpa. Gomez *d. num. 33. in fine.* 10

Amplia V. vt euictio habeat locum etiam in legitima per patrem in eius vita, vel teſtamento filiis aſſignata, quia ea euicta hæres tenetur de euictione. *l. ſcimus. C. de inoffic. teſtament.* vbi Bald. Salic. Iaſ. & alij, de quibus per Gomez *in tit. de empt. & vendit. num. 34.* 11

Amplia VI. vt euictio habeat locum, nedum ſi euincatur tota res, ſed etiam, ſi pars pro indiuiſo, vel pro diuiſo: quo caſu ſi euincatur pars pro diuiſo, fit æſtimatio loci, & bonitatis eius: ſi verò euincitur res pro indiuiſo, fit æſtimatio quotæ. Gomez *d. num. 34. in fin.* allegat *l. 1. ff. de euictionib.* vbi gloſſ. Odoffied. Bart. Bald. Salic. & communiter Doct. 12

Amplia

13 Amplia VII. vt euictio habeat locum etiam, quando quis, puta emptor, cecidit à poſſeſſione rei, & rem à poſſeſſore petit rei vendicatione, vel publiciana, & poſſeſſor fuit per ſententiam abſolutus. *l. euicta re verſ. 1. ff. de euict.* & eſt communis, teſte Gomez *ibidem num. 39.*

14 Limita, hanc ampliationem procedere, dummodò emptor ſuccubuerit in vtraque actione, videlicet rei vendicatione & publiciana; ſecùs ſi in vna tantùm. *l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de euict.* vbi communiter Doct. teſte Gomez *ſub d. num. 39.*

15 Limita II. procedere, quando reus ſuccubuit, quia reus probauit rem eſſe ſuam: ſecus ſi fuit abſolutus poſſeſſor, ex eo quòd emptor non probauit: quia tunc non poteſt agere de euictione contra venditorem. gloſſ. *in l. euictio. verſ. 1. ff. de euict. in gloſſ. final.* vbi ſolus Odofred. ſed contrarium tenet Caſtr. *in l. fin C. de action. empt* & Gomez *ſub d. n. 39.*

16 Limita III. quando emptor ſua culpa cecidit de poſſeſſione, & ſic ſua culpa effectus eſt petitor, quia tunc non agit de euictione. *l. ſi rem quam, verſ. ſi dupla. ff. de euict* vbi gloſſ. & communiter Doct. teſte Gomez *ſub dicto num. 39. & 43.* Dices, quòd quando res euincitur culpa & facto emptoris, tunc etiam quòd venditor de euictione promiſerit, non tenetur. Rolandus, qui concordantes allegat *in conſ. 67. n. 3. & ſeqq. vol. 4.* Hoc limita duobus modis: primò, niſi venditor expreſsè promiſerit de euictione, etiam quòd res euincatur culpa emptoris. Roland. *ibidem num. 5. & ſeqq.* Secundò limita, quando venditor promiſiſſet de euictione, quocunque modo, & caſu res euincatur. Rolandus *ibidem n. 8. & ſeqq.* & dicetur infrà *num. 93.*

17 Amplia VIII. vt euictio habeat locum etiam in vſufructu. *l. ſed & ſi quis. verſ. ſi vſusfructus. ff. de euict. l. vacca, eod. tit.* cum aliis, de quibus per eumdem Gomez *num. 45.*

18 Amplia IX. vt venditor teneatur ad intereſſe, nedum ſi emptor ſit condemnatus, ſed etiam quòd ſit abſolutus: tamen ei tenetur ad ſumptus & expenſas litis factæ. Gomez *d. num. 47.* vbi quòd iſta eſt communis opinio: licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

19 Multò magis hæc concluſio procedet, ſi res eſt euicta per ſententiam diffinitiuam, vel expreſsè venditor promiſit dictos ſumptus & expenſas, vt per Gomez *d. num. 47.* vide *in Repert. indic. verſ. expenſa num. 10.*

20 Amplia X. vt euictio habeat locum etiam in venditione alicuius animalis vitioſi, ſeu morboſi; de quo dixi in alio Repertorio in contractibus, *verſ. vendens rem*, &c.

21 Limita modò ſupradictam regulam pluribus modis, & primò, vt non procedat in contractibus lucratiuis, in quibus euictio non habet locum, vt per Gomez *vbi ſuprà n. 34. in fin.* & an habeat locum in donatione, traditur per Gozadin *conſ. 60. num. 4. 6. 16. 18. 21* & ferè per totum. Villalob. *D. n. 150.* text. *in l. Ariſto. § fin. ff. de donat. l. ad res donatas ff. de ædilit. edict.* Gonzad. *conſ. 60. num. 1.*

22 Pro cognitione huius limitationis diſtinguas in hunc modum; quamuis aliam ſimilem diſtinctionem credo tradat idem Ant. Gomez *tit. de donat. num. 4.* vbi videas. vide Burſat. *conſ. 31. n. 5* Boër. *deciſ. 67.* Mantic. *de tacit. & ambig lib. 13. cap. 23. num. 17.* Collectanea Ric. 1030. Riminal. iun. *Inſtitut. de donationib. à n. 100. vſque ad 127.* Tholoſ. *conſ. 14. num. 12.* Viui. *commun. opinion. 214.* Alphonſ. *collectan. 838.* Gozad. *dicto conſ. 60. num. 4. & 5.* apud quos etiam reperies alia plura ad materiam donantis: an & quomodo teneatur de euictione. Aut donatio incœpit à traditione, aut à promiſſione: ſi à traditione, & tunc aut donans ſciebat rem eſſe alienam, aut ignorabat: ſi ignorabat, tunc non tenetur de euictione. *l. Ariſto. §. fin. ff. de donat.* Gomez *in tit. de emptione & vendit.* vbi quòd nec etiam tenetur ad ſumptus factos in ipſa re euicta, vt expreſsè dicitur in præcitata *l. Ariſto.*

Si verò ſcienter, tunc non tenetur de euictione, 23
ſed ſolùm ad ſumptus, ſi quos donatarios fecit in re euicta actione de dolo: ita probat text. *in d. l. Ariſto.* Gomez *d. num. 35. in diſcurſ.* vide Gozadin. *conſ. 60. num. 18.* Corn. *conſ. 42. num. 4.* Aymon *conſ. 64 num. 4.*

Quòd ſi donatio incipiat à promiſſione, & poſtea 24
ſit ſequuta traditio, tunc donans tenetur de euictione, ſecundùm communem, de qua per Gomez *dicto num. 35.* vbi allegat concordantes: licèt aliqui ibi per eum relati, & Suarez *in addit. littera O.* contrarium dixerint. Et hæc communis procedit & ampliatur, etiam quòd ſcienter promittatur res aliena, ac etiam quòd promittatur quid ingentis, vt per Gomez *d. num. 35.* licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

Aduerte tamen in materia, quòd ſi res donata 25
euincatur non in totum, ſed in parte, etiam quòd ſuperſit quædam minima pars: tunc donans non tenetur de euictione, ſiue donatio incipiat à traditione, ſiue à promiſſione, quia donare quis præſumitur ius quod habet, & non aliud, vt per Gomez *in dicto num. 35.*

Aduerte etiam, quòd ſi donator expreſsè promit- 26
tit de euictione, tunc nulli dubium, quòd tenetur. *l. 2. C. de euict.* vbi gloſſ. & Doctores. Gomez *d. num. 35. in fine.*

Limita II. vt euictio non habeat locum in le- 27
gatis: ideò ſi res legata per hæredem ſolùm euincatur, legatarius non poteſt de euictione contra hæredem agere. *l. ſi is qui. ff. de euict. l. ſi a ſubſtituto. §. 1. ff. de legat. 1.* & vtrobique communiter Doctores, teſte Gomez *num. 36.* vide de hac materia etiam in materia legati rei alienæ, &c.

Sublimita hanc limitationem, quando legatum 28
eſt in genere, puta equi, & hæres ſoluat aliquem equum, qui euincatur; tunc enim tenetur de euictione. *l. hæres ſeruum. ff. de euict.* vbi gloſſ. & communis opinio, teſte Gomez *d. num. 36.* vbi allegat alia iura.

Sublimita II. quando teſtator ſcienter legat rem 29
alienam, vel coniunctæ perſonæ: quia tunc hæres licèt non teneatur propriè de euictione, tenetur tamen ad legati æſtimationem, vt per Gomez *dicto num. 36.* & diximus in materia legati rei alienæ.

Hanc ſublimitationem intellige non procedere 30
quando res eſſet in parte tantùm euicta: quia tunc etiam quòd ſcienter legauerit rem alienam; tamen hæres non tenetur de euictione, vt per Gomez *d. num. 36.*

Limita III. vt euictio non habeat locum in dote. 31
Gomez *vbi ſuprà num. 37.*

Sublimita, quando dotis contractus incipit à pro- 32
miſſione; quia tunc etiam in dote euictio habet locum. Gomez *d. num. 37.* & faciunt ſuprà tradita *num. 24.*

Sublimita II. quando dos fuiſſet data æſtimata, 33
ea æſtimatione, quæ facit emptionem: quo caſu vir tenetur reſtituere pretium, quia tunc etiam in dote euictio habet locum. Gomez *d. num. 37. in tit. de empt. & vendit.*

34 Sublimita III. niſi dolus ex parte dotantis interuenerit: quia tunc tenetur actione de dolo ad æſtimationem & intereſſe, & ad ſumptus & expenſas factas in re euicta, vt per Gomez *dicto num.37.*

35 Limita IV. vt euictio locum non habeat in tranſactione. *l. ſi pro fundo, verſ. fin. C. de tranſact.* Gomez *vbi ſuprà num.38.*

36 Sublimita, hanc limitationem procedere, quando euincitur res, quæ erat in lite, & fuit ex pacto dimiſſa apud vnum ex tranſigentibus: vnde ſecùs ſi fuiſſet data altera res non litigioſa; quia tunc in ea habet locum euictio. Gomez *vbi ſuprà n.38.*

37 Limita V. vt euictio non habeat locum, vbi ita eſt inter partes conuentum. Gomez *vbi ſuprà ſub num. 39. propè finem, verſic. primus quando*, &c.

38 Sublimita hanc limitationem, vt licèt iſto caſu venditor qui ita conuenit, non teneatur de euictione, tenebitur tamen benè ad pretij reſtitutionem, ne cum aliena iactura locupletetur. Gomez *d. verſic. primus quando*, &c. Couarr. *variar. reſolut. pag.960. n.1. & 2. in diſcurſu*, quem vide, & faciunt infrà dicenda *num.91.*

39 Sublimita II. quando ſcienter vendidit rem alienam: quia etiam quòd ſit conuentum, vt non teneatur de euictione; tamen benè tenebitur actione de dolo ad intereſſe. Gomez *d. verſ. primus quando, n.39. propè finem.*

40 Intellige has limitationes procedere, quando generaliter eſt conuentum, vt venditor non teneatur de euictione: ſecus ſi particulariter eſſet conuentum, vt non teneatur de euictione ex certa cauſa, vel perſona: quia re euicta ex ea cauſa, vel perſona ſpecificata, indiſtinctè non tenetur venditor nec ad intereſſe, nec ad pretium rei, vt per præfatum Gomez *ſub dicto num. 39. dicto verſic. primus quando*, &c.

41 Limita VI. vt venditor non teneatur de euictione, ſi emptor à ſententia contra eum lata non appellauit. *l. Herennius. §. quia Seia, ff. de euiction.* In materia vide Nattam *conſil.* 208. & Couarr. *variar. reſolut. pag.974. ſub num 9.* & facias infraſcriptas concluſiones.

42 Prima ſit concluſio, quòd ſi emptor habebat iuſtam cauſam, & ſic conſtat ſententiam latam eſſe iniuſtam; tunc emptor, niſi appellet, non poteſt agere contra venditorem de euictione. *d. §. quia Seia.* Gomez *ſub dicto num. 39. prope finem verſ. 2. eſt*, &c.

43 Secunda ſit concluſio, quòd ſi emptor habet iniuſtam cauſam, & ſic ſententia contra eum lata ſit iuſta, tunc oon tenetur appellare: vt dicit Gomez *ibidem.*

44 Tertia ſit concluſio, quòd quando ſumus in dubio, nec conſtat, an emptor habuerit iuſtam cauſam, necne: tunc ſimiliter non tenetur appellare, quia in dubio ſententia præſumitur iuſta, vt aſſerit Gomez *ibidem.*

45 Quarta ſit concluſio, quòd quando venditor fuit præſens ſententiæ contra emptorem latæ, tunc ſi ſententia ſit iuſta, emptor non tenetur appellare. Si verò conſtat, quòd ſententia ſit iniuſta, tunc emptor tenetur appellare, etiam venditore præſente. Gomez *ibidem*: vbi hanc firmat in effectu opinionem, & concluſionem, licèt aliqua ibi in contrarium deducat.

46 Quinta ſit concluſio, quòd ſi emptor denunciauit venditori ſententiam tempore congruo, & quo potuerit appellare: tunc excuſatur emptor, etiam quòd non appellauerit. Gomez *dicto num.39. verſic. ſecundus eſt.*

Sexta ſit concluſio, quòd ſi conſtat ſententiam 47
latam eſſe iuſtam, tunc emptor appellans non tenetur proſequi appellationem: ſi verò conſtat eſſe iniuſtam, vel ſimus in dubio, tunc tenetur etiam proſequi appellationem, niſi venditori denunciauerit appellationem interpoſitam. Gomez *ibidem*, & ſuper materia huius cpncluſionis vide Nattam *conſil.*208. & Couarruuiam *variar. reſolut. pag. 974. ſub d. num.9.*

Limita VII. vt de euictione non teneatur ven- 48
ditor, ſi emptor poſt litem motam compromiſit, & ſuccubuit. *l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict.* vbi gloſſ. & communiter Doctores, teſte Gomez *d. tit. de empt. & vendit. num.* 40. Abbas *conſil. 69. num.1. vol.1. pag.33.* Couarr. *variar. reſolut. pag.972. ſub num.7.* Quòd ſi venditor promiſit de euictione quomodocunque res euincatur, tunc tenebitur etiam re euicta per compromiſſum. Roland. *conſil. 69. num.10. vol.4.* & faciunt generaliter tradita infrà *num.93.*

Et idem eſt, ſi emptor conſenſerit in iuriſdictio- 49
nem alicuius iudicis incompetentis, vt per gloſſ. *in d. §. compromiſero.* & *ibi* communiter Doctores, teſte Gomez *d. num.*40.

Sublimita, hanc limitationem non procedere in 50
eo, qui cogitur vigore ſtatuti compromittere. Bart. & communiter Doctores *in d. §. ſi compromiſero*, teſte Gomez *d. num.*40.

Limita VIII. vt euictio non habeat locum, vbi 51
emptor per Principem cogitur rem alteri vendere: quia iſte videtur caſus fortuitus, cui non potuit reſiſti. *l. Lucius. ff. de euict.* vbi gloſſa & communiter Doctores, teſte Gomez *dicto num.*40. *verſic. quintus caſus* &c.

Limita IX. vt euictio non habeat locum, ſi res 52
euincatur per viam retractus. Gomez *d. num. 40. in fine.*

Limita X. vt euictio oon habeat locum, ſi res 53
euincatur iure ſpeciali, puta per reſtitutionem in integrum. *l. minor 25. annis. ff. de euiction.* Gomez *vbi ſuprà num.41.*

Sublimita: quia licèt iſto caſu non teneatur de 54
euictione ad totale intereſſe, tamen benè tenetur ad reſtitutionem pretij. *d. l. minor 25. annis.* vbi gloſſ. & communiter Doctores, teſte Gomez *d. num.*41. & vide infrà *num.92.*

Sublimita ſecundò, quando in contractu fuit ex- 55
preſsè promiſſa euictio, quia tunc euictio habet locum, etiam quòd res euincatur de iure ſpeciali, vt per Agne. *in dicta l. minor*, &c. ſequitur Gomez *dicto num.*41.

Limita XI. quia euictio non habet locum, niſi 56
lite venditori per emptorem denunciata. *l. emptor. C. de euict. l. ſi controuerſia, & l. empti actio C. eod. l.1. C. vbi in rem actio*, cum aliis, de quibus per Gomez *vbi ſuprà, in tit. de emptione & vendit. num.39.* ſuper qua materia, præter infraſcripta, vide Gomez *dicto num.39.* Villalob. *E. num. 38. & ſeqq.* Tiraquell. *de retract. pag. 737. num. 24. & multis ſequentib.* & Doctores ſuprà *in num.* 1. allegatos, omninò Capra *concluſ. 87. num. 218. & ſequentib. pluribus, vſque ad* 262. ad quem recurras. In materia ſublimita, hanc 11. limitationem non habere locum, ſi emptor probat iuſtitiam euincentis: quia iſto caſu obtinebit etiam non facta denunciatione. Alexand. *in l. non ſolùm §. morte num. 46. ff. de oper. nou. nunciat.* quem & alios refert Surdus *deciſ.* 22. *num.9.*

Amplia

57 Amplia, vt talis intenrio, ſeu denunciatio debeat fieri cum demiſſione copiæ libelli in publica forma, vt benè venditor certus reddatur de lite mota. Bartol. *in l. non ſolùm. §. morte num.* 48. *ff. de noui oper. nunciat.* cum aliis, de quibus per Gomez *in tit. de emptione & venditione num.* 39. vbi quòd hæc eſt communis & practicata opinio, licèt aliqui ibi per Gomez relati, ac ipſe Gomez contrarium dixerint, qui pro concordia dicit, quòd prima & communis opinio procedit, quando denunciatio fieret ſine iudicis authorizatione: ſecunda verò, quando fit cum iudicis authorizatione: ſuper qua materia vide Couarruuiam *var. reſolut. ſub pag.* 960. *num.* 3.

58 Amplia II. quòd ſi venditor eſt mortuus, tunc ſi reliquit plures hæredes, non ſufficit, quòd denunciatio fiat vni ex hæredibus; ſed eſt omnibus facienda: aliter alij, quibus non eſt facta denunciatio, non tenerentur. *l. ſi res. §. 1. ff. de euict.* cum aliis, de quibus per dictum Gomez *ſub d. num.* 39.

59 Amplia III. vt debeat hæc denunciatio fieri perſonaliter ſi poteſt. *l. ſi dictum fuerit. §. final. verſ. ſimili modo. ff. de euiction.* cum aliis, de quibus per Gomez *d. num.* 39.

60 Amplia IV. vt talis denunciatio debeat fieri ante ſententiam, & antequam lis ſit prupè ſententiam. *l. ſi rem quam. verſ. final. ff. de euict.* immò ante publicationem teſtium & concluſionem in cauſa, & antequam tranſeat tempus proponendi exceptiones & probationes faciendi. Gomez *ſub d. num.* 39. vbi infert ex hoc, quòd quando ſumus in caſu, in quo etiam in cauſa appellationis poſſunt admitti exceptiones, & probationes ſuper articulis datis in prima inſtantia: tunc cùm ſit venditori ſaluum ius ſe defendendi, poteſt denunciatio etiam in cauſa appellationis fidei, vt *ibi* per eum; & an talis denunciatio ſit facienda ante litem conteſtatam, vide Couarruuiam *variarum reſolutionum pag.* 960. *num.* 8.

61 Amplia V. vt talis denunciatio debeat fieri, etiam quòd venditor ſciat litem motam. *l. qui vxori, iuncta l. qui denunciaſſe. ff. de adulter.* Gomez *ſub dicto num.* 39. & in materia vide latè per Tiraquellum *de retract. pag. mihi* 737. *num.* 24. *& ſeqq.* Cotta *memorab. pag.* 275. Couarr. *variar. reſolut. pag.* 960. *num.* 3. Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. quæſt.* 66. *per totam.*

62 Sublimita, hanc limitationem non procedere, quando talis denunciatio fuiſſet per venditorem remiſſa. *l. Herennius. ff. de euictionib.* vbi gloſſa & communiter Doctores, teſte Gomez *ſub d. num.* 39. *& l. quæritur. verſic. ſi venditor. ff. de ædilit. edict.*

63 Sublimita II. quia non requiritur denunciatio, quando eſt notorium, quòd res non erat ementis, ſed euincentis, & quòd etiam quòd ei fuiſſet facta denunciatio, adhuc cauſam amiſiſſet. Gomez qui concordantes allegat, *ſub d. num.* 39. licèt Bartol. *in l. & qui natura. §. cùm me abſente* 2. *col. num.* 4. *ff. de negot. geſt.* contrarium dixerit. Immò iſto caſu, quando eſt notorium, nullam venditori competere defenſionem, poteſt emptor, antequam ſit condemnatus, rem petitori reſtituere. *l. emptorem. ff. de action. empt.* gloſſ. *in l. ſi cùm quæſtio. C. de euict.* & *ibi* communiter Doctores, teſte Gomez *ſub d. n.* 39. & in materia ſcias, quòd iſto caſu debet emptor probare rem eſſe alienam, & quòd etiamſi denunciaſſet, ſuccubuiſſet: aliàs autem facta denunciatione ſufficit oſtendere ſententiam, in qua eſt condemnatus. Gomez *d. num.* 39. Couarr. *variar. reſolut. pag.* 960. *num.* 6.

64 Sublimita III. quia denunciatio non eſt facienda vbi adeſt iuramentum: ſuper qua materia vide Cottam *in memorab. pag.* 275. *verb. emptor malè defendens*, vbi quòd venditor, qui ſciebat litem motam abſque alia denunciatione, tenetur de euictione, ſi in inſtrumento particulariter iurauerit defendere emptorem: ſed tamen ibi poſtea aliquos in contrarium allegat. Roland. *conſil.* 6. *num.* 48. *vol.* 1. Couarr. *var. reſol. pag.* 960. *n.* 5.

65 Sublimita IV. quia talis denunciatio non eſt facienda per emptorem minorem, aut Eccleſiam: ſuper cuius ſublimitationis veritate, vide Couarr. *var. reſolut. pag.* 960. *num.* 4.

66 Et in materia ſcias, quòd venditor, cui eſt facta denunciatio, non tenetur litem motam in ſe aſſumere, & expenſas miniſtrare, niſi iſtud expreſsè promiſerit: ſed ſufficit denunciatio ad hoc ſolùm, vt de euictione teneatur. Gomez *ſub d. num.* 39. Super hac materia, & infraſcriptis, vide deciſionem Bononienſ. 92. Licèt benè verum ſit, quòd ſiue emptor denunciauerit, ſiue non; poteſt, ſi vult comparere, & litem & cauſam in ſe aſſumere, etiam ſine mandato pro ſuo proprio intereſſe. *l. ſi parentes. C. de euict.* de quibus per Gomez *ſub d. num.* 39. quod intellige, ſi comparet ante iudicium cœptum cum emptore, ſecùs ſi pòſt: quia actore inuito non poſſet. *l. ſed ſi lege. §. item ſi rem diſtraxit. l. ſi mandato meo. §. 1. ff. de manum. teſtam.* cum aliis, de quibus per Gomez *ſub d. num.* 39. Quod iterum intellige, vt debeat ſuſcipere litem in ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur, argumento text. *in cap. final. vt lit. pendent. in* 6. Gomez *ſub d. num.* 39. Iterum illud idem intellige, vt teneatur proſequi litem coram eodem iudice, etiam quòd ipſe venditor eſſet Clericus, ſeu alia perſona priuilegiata. *l. venditori. ff. de iudiciis*, vbi gloſſa & communiter Doctores, teſte Gomez *ſub dicto num.* 39.

67 Limita XII. vt de euictione non teneatur venditor, ſeu alius, niſi in effectu re euicta per ſententiam: nec ſufficit litem eſſe motam. *l.* 3. *C. de euict. l. ſi cùm quæſtio, eod. tit. l. ſi plus. verſic. mota. l. habere licere. ff. de euict.* & eſt communis, teſte Gomez *ſub d. num.* 39. Immò eſt neceſſe, quòd etiam vltra ſententiam res fuerit tradita. *dicta l. habere licere*, & Gomez *d. num.* 39. Niſi ſimus in venditore ſcienter vendente rem alienam: quia quocunque tempore, etiam ante ſententiam, poteſt agi de euictione ob dolum vendentis, Gomez *d. num.* 39. Pro hac limitatione adde deciſionem Pedemont. 179. *num.* 4. *& ſeqq.* & de materia Ant. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 85.

68 Sed an & quando lite mota, vel non mota, ſi emptor dubitat de euictione, vel propter fideicommiſſum, vel alia de cauſa poſſit venditorem cogere ad præſtandum fideiuſſorem euictionis, vide Grat. *conſil.* 135. *volum.* 2. *deciſ. Pedemont.* 24. *per totam*, vbi diſputat & diſtinguit Aretin. *in §. final. num.* 4. *verſic. & aduertas. Inſtit. de ſuſpect. tutor.* vbi quòd regulariter venditor non tenetur dare fideiuſſores de euictione, & hoc ampliatur etiam quòd lis ſuper re vendita ſit mota, velitque emptor probare rem eſſe alienam. Gomez *in tit. de emptione & venditione, num.* 39. Fallit primò, ſi actum eſt, vt detur. Secundò, ſi imminet euictio in limine contractus. Gomez *dicto num.* 39. Fallit tertiò, quando pater vendit bona aduentitia filij. Quartò fallit, ſi in contrarium adeſt conſuetudo.

Quintò fallit, ſi venditio venit per reſcriptum Principis confirmanda. hæc tradit Aretin. *in d. §. finali.* Super quibus, & de materia, vide Fabium à Monte *in ſuo tract. de empt. & vendit. in 6. quaſt. princip. num. 51.* & ſi fideiuſſor datus de euictione moriatur, vel inops fiat; an tunc venditor teneatur dare alium fideiuſſorem, vide infrà *in fragmentis, verſ. fideiuſſor datus ſi decedat*, &c. & ad hanc materiam faciunt generaliter tradita *in Repert. quaſt. iudic. quaſt. 96. num. 9.* vbi poſui, an & quando debitor poſſit cogi ad præſtandum fideiuſſorem. Vide Capram *concluſ. 87. num. 32. & ſeq.* vbi quòd licèt venditor non teneatur præſtare fideiuſſorem de euictione: tamen hoc fallit ſi lis moueatur ante ſolutionem pretij, de quo tamen vide infrà *num. ſeq.*

69 Et an propterea, vel aliàs poſſit emptor retardare ſolutionem pretij, ex eo quòd res vendita reperiatur eſſe aliena, vel alteri obligata, & ſimiliter: & an tunc ſufficiat ſibi dari fideiuſſorem de euictione, habetur per Aret. & deciſ. Pedemont. *vbi ſuprà.* Neguſ. *de pignorib. pag. 85. n. 28.* Gratum *d. conſ. 155. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. quaſt. caſ. 224. lib. 2.* vbi dat cautelas contra emptorem. Gomez *d. num. 19.* vbi quòd quando eſt perfecta venditio, & pretio non ſoluto fuerit ſuper re vendita mota lis, & iſto caſu euictio dicitur imminere in limine contractus, & poteſt retineri pretium, donec ſatis detur. *l. ſi poſt perfectam. C. de euict. l. penult. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend.* cum aliis etiam ibi per eum allegatis: vbi etiam quòd ſi lis mota fuerit ex fraude venditoris ad hoc, vt retineat pretium, tunc non poteſt cogi ad dandum fideiuſſorem, & ibi etiam, quòd talis fraudis ſuſpicio tollitur iuramento emptoris, & litem mouentis. Et idem quod Gomez, tradit Capra *concluſ. 87. num. 32. & ſeq.*

70 Limita XIII. in emente ſcienter rem alienam, qui non poteſt contra venditorem agere de euictione. *l. ſi fundum. C. de euiction. l. ſi a matre, de iur. dot.* cum aliis, de quibus per Gomez *num. 42.* Villalob. *V. n. 14.* Caballin. *de euict. §. 5. num. 31.* hoc non habet locum, quando venditor expreſsè promiſiſſet de euictione. Roland. *conſ. 67. num. 2. vol. 4.* vbi concordantes allegat. faciunt generaliter tradita infrà *num. 39.* Caballin. *de euict. §. 5. num. 31.* Quid in emente ſcienter rem dotalem, vide infrà *quaſt. 26. num. 22.* pro limitatione adde Monticell. *de inuent. pag. 81. n. 91.*

71 Amplia hanc limitationem, vt nec emptor poſſit hoc caſu pretium retinere. Gomez *d. num. 42.* nec venditor pretium reſtituere. Villalob. *V. num. 14.* Couarruu. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 17. pag. 960. num. 1. & ſeqq.* quem videas, & infrà *n. 73. & 92.*

72 Amplia II. vt procedat etiam in eo, qui ſolus in genere ſciebat rem ad venditorem non pertinere, licèt ignoret ad quem in particulari pertineat: quia adhuc de euictione agere non poteſt. Gomez *dicto num. 42.*

73 Sublimita, quando pretium eſſet ſaltim conuerſum in vtilitatem vendentis, quia tunc emptor illud ſaltim poteſt repetere. *l. emptor. ff. de rei vendicat.* gloſſ. *in l. 1. C. de praſcript. 30. vel 40. annor.* & vtrobique communiter Doctores, teſte Gomez *d. num. 42. in fin.* & vide infrà *num. 92.*

74 Sublimita II. in emente ſcienter rem ſubiectam fideicommiſſo, quia tunc ad pretium poteſt agere, etiam quòd ſcienter emerit. *l. final. §. final. C. communia de legat.* vbi communiter Doctores, teſte Gomez *num. 42.* & in materia vide *in Repertor. quaſt. vltim. volunt. q. 2. num. 29.*

75 Limita XIV. vt de euictione non teneatur venditor, quando emptor per violentiam expellitur de poſſeſſione. *l. final. C. de act. empt.* vbi gloſſ. & communiter Doctores, teſte præfaro Gomez *vbi ſuprà num. 45.*

76 Amplia, vt propterea promittens de euictiune, intelligatur, ſi euincatur via iuris & iudiciali; non autem facti. Roland. *conſil. 45. num. 19. & ſeq. vol. 3.*

77 Amplia etiam, vt promittens defendere de iure & de facto, non intelligatur, ſi de facto emptor fuerit expulſus; ſed ſolùm ſi de facto ſit ſibi lis mota, & ideò hoc caſu nec etiam venditor tenetur de euictione, ſi res per violentiam euincatur, vt per Gomez *d. num. 43. in tit. de empt. & vendit.* & generaliter, ad quid teneatur promittens defendere de iure & de facto, vide Roland. *conſ. 45. num. 21. & ſeq. vol. 3.* Gozadin. *conſ. 94. num. 42.* adde deciſ. Pedemont. 48. *num. 8.* vbi quòd venditor promittens ſeruare indemnem emptorem ab omnibus moleſtiis & contradictionibus, tenetur de euictione, quocunque modo res euincatur.

78 Limita XV. vt de euictione non teneatur venditor, ſi emptor potuit præſcribere rem, & non præſcripſit; quia tunc dicitur culpa ſua de poſſeſſione cecidiſſe. Gomez *d. num. 43. verſ. nonus caſus*, per text. *in l. ſi dictum. §. ſi cùm poſſet. ff. de euict.*

79 Limita XVI. in ſeruitute vſus, in qua euictio locum non habet, vt per Gomez *d. tit. de empt. & vendit. ſub num. 45.* vbi etiam quòd hoc locum habet in omni ſeruitute vrbana, vel ruſtica, qua euicta venditor non tenetur, per *l. pen. ff. de euict.*

80 Sublimita, hanc limitationem non procedere, quando expreſsè dixit venditor fundum non debere ſeruitutem: quia tunc euictio habet locum. *l. pen. verſ. 1. ff. de euict.* præfatus Gomez *d. num. 45.*

81 Sublimita II. quando venditor ſciebat fundum debere ſeruitutem, & tacuit: quia tunc actione ex empto tenetur ad intereſſe. *l. 1. §. 1. ff. de action. empt. l. Iulianus, eod. tit.* cum aliis, de quibus per Gomez *d. num. 45. verſ. ſecundò limita.*

82 Sublimita III. quia licèt in iſtis ſeruitutibus venditor non teneatur de euictione ad totale intereſſe: tamen benè potuit agere emptor, quantò minoris eſſet empturus, ſi ſeruitutem ſciuiſſet. *l. quoties. ff. de adilit. edict. l. ſed etſi quid verſ. fin. ff. de euict.* & *ibi* communiter Doctores, teſte Gomez *d. num. 45. verſic. 2. limita.*

83 Limita XVII. quia euictio non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & ideò vltimus emptor non poteſt agere de euictione contra primum venditorem re euicta, ſed ſolùm contra proximè ſuum immediatum venditorem, eique litem denunciare tenetur. Gomez *vbi ſuprà num. 46.* vbi amplius, quòd hoc habet locum, ſiue ſucceſſor ſingularis ſit ex titulo oneroſo, ſiue lucratiuo.

84 Sublimita, ſi in inſtrumento ſint ceſſa omnia iura, & ſic etiam actio euictionis; quia tunc tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ſiue ſucceſſor ſit ex titulo oneroſo, ſiue lucratiuo. Gomez *vbi ſuprà d. n. 46.*

85 Et in materia ſcias, quòd re euicta ab vltimo emptore & ſucceſſore, primus emptor non poteſt agere contra ſuum venditorem de euictione, ſi vendidit ſimpliciter, nullo ſibi in re vendita iure reſeruato. Gomez *d. n. 46. propè finem.*

86 Limita XVIII. in tutore procuratore, ſeu alieno nomine vendente, qui non tenetur de euictione, ſuper quo videas Nouell. *reg. 230.*

87 Limita XIX. vt promittens de euictione de facto ſuo, non teneatur de facto ſui authoris. Nouell. *reg. 231.* Item promittens de facto ſuo, intelligitur etiam promiſiſſe de facto ſuorum ſucceſſorum. Suarez *litt. F. num. 6.* & faciunt ſuprà tradita *quaſt. 1. n. 29.*

&

Digitized by Google

& ſeq. & generaliter promittens de facto ſuo tantùm,ad quid teneatur, traditur per Gozadin. *conſ.*60. *num.*7.13.14.15.24. vide Ioſeph.Ludou. *in communib. opinio.lib.*1.*concluſ.*16.*in* 2. *illat.* vbi quòd promittens de facto ſuo,cenſetur etiam promiſiſſe de facto hæredis , ſecundùm magis communem , quam declara, vt *ibi* ; ſed de hoc dixi *in quaſt.* 1. ſuprà *n.* 29. *& ſeqq.* adde deciſ. Pedemont.48. *num.* 5. vbi quòd venditor tenetur de euictione,pro facto ſuo,& authorum ſuorum : ſed ſi promiſit ſeruare emptorem indemnem ab omnibus contradictionibus , tunc tenetur de euictione,quocunque modo res euincatur,vt ibi dicitur *num.*8.

88 Limita X X. vt euictio non habeat locum in venditione pignoris. Duen. *reg.*169. vbi de materia , de quo vide infrà *num.*95.*& ſeqq.*Balduin. *de pignorib. & hypoth.tit.de diſtinct. pignor. cap.*18. *verſ. hinc intelligimus,& ſeqq.*

89 Limita X X I. vt de euictione non teneatur venditor, qoando emptor defecit in ſolutione pretij , & hoc virtute iuramenti. Cotta *in memorab. pag.*451.

90 Limita X X I I. vt de euictione non teneatur venditor ſi propter contumaciam emptoris res euincitur in iudicio. Couarruuias *variar. reſolut. pag.* 960. *num.*9.Crem.*ſing* 88.

91 Limita X X I I I. vt de euictione non teneatur venditor , ſi res fuerit euicta propter imprudentiam iudicij. Couarr.*var.reſol.pag.*960.*n.*10.

92 Sublimita generaliter omnes ſupradictas limitationes,in quibus venditor non tenetur de euictione, vt benè teneatur ſaltim ad pretij reſtitutionem : ſuper qua materia vide Socinum *regul.*437.*&* 438.Alexandrinum *conſil.*152.*n.*2.Tiraquell.*de retract. pag.*43. *num.*19.Couarr.*variar.reſolut.pag.*960. *num* 1. *&* 2. & faciunt ſuprà tradita *num.*8.38.54.71.73.

93 Sublimita I I. generaliter , vt promittens de euictione generaliter , & quandocunque , ſemper tenebitur,etiam quòd aliàs de iure non teneretur.Couar. *variar.reſolut.pag.*960.*num.*7.Roland.*conſil.*67. *num.*8. *& ſeqq. vol.* 1. vbi idem ſi promiſiſſet de euictione quocunque modo,qualitercunque,& ſimilibus.

94 Pro complemento materiæ ſcias, quòd fideiuſſor euictionis condemnatus ad pretium rei euictæ, præſtando nihilominùs rem euictam liberatur , nec poteſt cogi ad pretij ſolutionem. *l. fideiuſſor euictionis.ff. de dol.except.* vbi etiam Bartol. & Albetic. Caball. *in materia de euict.*§.2. *num.*21. *pag.*27. Imol. *in l. ſi inſulam,num* 40.*ff.de verbor.obligat. pag.* 52. vbi etiam Iaſ. *num.*25. *verſ. in* 3. *oppoſitione.*& *ibidem* Rip. *num.* 72. *verſ.ex tertia oppoſitione.* Et eſt communis, vt per Socinum *in conſil.*199.*vol.*2.*per tot.* qui benè loquitur in materia , vbi *in* 3.*col.* ampliare videtur hanc concluſionem , etiam quòd res euicta ſit tranſlata in euincentem. Intellige procedere hanc conclusionem, prout loquitur, ſcilicet in fideiuſſore euictionis , vnde ſecùs in principali venditore , qui poſt rem euictam tenetur præciſè ad pretium, vt per gloſſ. *in d. l. fideiuſſor euictionis*,Iaſ.& Imol. *vbi ſuprà in d. l. ſi inſulam* . Alexand. *in d. l. ſi inſulam,num.* 28. *verſic.verùm quoniam,& verſic.placet tamen.* Contrarium quòd imò priuilegium *d.l.fideiuſſor* , competat etiam reo principali , tenet Socinus *d.conſil.*199. *num.*5. *vol.*2. vbi de communi.

95 Dixi ſuprà *n.* 88. quòd euictio non habet locum in venditione pignoris modò,pro cuius concluſionis cognitione facias regulam , quòd creditor vendens pignus non tenetur de illius euictione illius emptori. Neguſ. *in* 1.*membr.* 6. *part. princip. num.*40. Duen. *regul.mihi* 169. Caballin. *de euict.*§. 5. *num.* 36. & pro regula probat text.vbi gloſſ.Bart.& Salic. *in l.periculum. ff. de pignorib. & in l.*1. *&* 2.*C. credit. euict.pignor. non deb.*

96 Amplia , vt hæc regula procedat non ſolùm , ſi creditor vendat pignus conſiſtens in corpore , ſed etiam ſi vendat nomen debitoris hypothecatum.Neguſ.*d.num.*40.Duen.*ibi in* 2.*ampliat.* & eſt textus *in d. l.periculum.*

97 Amplia I I. etiam in creditore vendente fiſco: quia in hoc fiſcus vtitur iure priuato. Neguſ. *d. n.*40. *verſ.ſecundò amplia.* Duen. *ibidem* , *in* 1.*ampliat.* & eſt text.*in d.l.*1.*C.credit.euict.pign.non debere.*

98 Limita I. ſupradictam regulam procedere , quando creditor vendit pignus , iure creditoris expreſsè: vnde ſecùs ſi vendidiſſet vti dominus , & iure dominij : vel etiamſi ſimpliciter vendidiſſet , quia adhuc intelligitur vti dominus vendere. his , inquam,caſibus de euictione tenetur creditor. Neguſ.*in* 1.*membr.* 6.*part.princip.num.*40. *verſ.*4. *fallit.* Duen. *reg.*169. *in* 1.*limitat.*

99 Limita I I. regulam non procedere , quando creditor non doceret rem venditam eſſe ſibi obligatam: quia tunc de euictione tenetur. Neguſ. *d. num.* 40. *verſ. & primò fallit.* Duen. *ibidem in* 2. *limitat.* & eſt text. *in l.*1.*C.credit.euict.pign.non deb.*ibi,*prædium obligatum* , &c. & *ibi* notat *gloſſ.final.* cum qua alij Doct. tranſeunt,vt per Neguſ.& Duen.*vbi ſuprà.*

100 Limita I I I. vt tunc demum creditor non teneatur emptori pignoris de euictione , quando pignus euincitur à domino , & ſic quando pignus non erat pignorantis. Vnde ſecùs ſi euinceretur ab alio creditore priore & potiore in dicto pignore : quia tunc creditor tenetur de euictione , & ſic ad hoc vt creditor non teneatur de euictione, neceſſe eſt vt non ſolùm probet ſe eſſe creditorem , vt dixi *in antecedenti limitatione* ; ſed etiam neceſſe eſt, vt probet ſe potiorem creditore. Ita eſt text. *in d.l.*1.ibi,*potiorem ſe cæteris eſſe creditoribus*,&c.& *ibi* notatur per dictam gloſſ. finalem. Duen. *vbi ſuprà in* 4. *limitat.* vbi remiſſiuè ſublimitat ſecundùm Salic. *in d.l.* 1. & hanc limitationem tradit etiam Neguſ. *d. num.*4. *verſic.*2. *fallit*, vbi ſubdit , quòd ſufficit creditorem probare ſe potiorem in tempore.

101 Limita I V. in creditore vendente rem ſibi obligatam,ſciens non eſſe obligantis , ſed alienam : quia de euictione tenebitur. Duen. *ibid. in* 5. *limitatione.* Caballin. *de euict.*§.5.*num.*39. Neguſ. *d.num.*4.*verſ.*3. *fallit* , &c.

102 Limita V. quando creditor ſciebat ſibi non competere ius vendendi , & vendidit : quia tunc de euictione tenetur. Neguſ. *ibid.d.verſ.*4 *fallit* , vbi alia in materia huius limitationis. Duen.*ibid.in* 6.*limitat.*

103 Limita V I. quando creditor expreſsè ex pacto promiſit de euictione , quia tunc tenetur. text. *in d. l.*1.*C.credit.euict.pign non debere.* ibi, *niſi nominatim hoc repromiſſum à priuato fuerit.* Duen. *ibidem in* 2. *limitat.* Neguſ. *d.num.*40.*verſic.ſextò fallit.* Caballin. *vbi ſuprà num.*38.

104 Et in materia ſcias,quòd licèt creditor non teneatur emptori ad euictionem ; tamen benè ei tenebitur debitor, qui propter ſolutionem fuit liberatus: non enim licet , debitorem cum aliena iactura ſcilicet emptoris lucrari. *l. reſcriptum* §. 1. *ff. de diſtract. pignor.* & licèt creditor vendat , tamen cenſetur vendidiſſe debitor , vt per gloſſam , quam ibi ſequitur Salicet.*in d.l.*1.Neguſ.*d.n.*40.*ſub verſic.*3 *fallit* , &c. *& ſub verſic. Intellige tamen* ,&c.

105 Quod multò magis procedit , quando curia , iudex, nuncius , vel exequutor vendunt pignora : tunc enim creditor , ad cuius inſtantiam vendetur pignus, non tenetur de euictione , nec iudex, curia & ſimil.

Sed tantùm debitor,ſeu eius hæres. *l.ſi plus,vel minus §.1.ff.de euictionib.l.ſi ob cauſam.C.eod.*Neguſ.*vbi ſuprà num.43.* Imol. *in l. à Diuo Pio , §.ſi poſt addictum , in fin.ff.de re iudic.* vbi Iaſon omninò videndus *num.3.*& cæteri Doctores. Luc. de Pen. *in form. Capitol. in tit. de exequut.rei iudic.cap.2.num.40.*Alex.*in d §.ſi poſt addictum num.7.* & extat Vrbis ſtatutum *lib. 1. cap. 79. prope finem,& cap.*108. Caballin.*de euict. §.5. num.36.* Balduin.*de pignor.& hypoth.tit.de diſtract.pignor. c.*18. *verſ.non enim de euictione tenetur exequutor*, &c.

106 Item ſcias , quòd licèt creditor non teneatur emptori ad euictionem venditi pignoris, tamen benè tenetur eidem cedere ius, quod habebat io dicto pignore.*l.in creditore,ff.de euict.* notat Bart. *in l.pen.* quæ incipit,*Creditor,in princip ff.de diſtract.pignor.* Neguſ. *vbi ſuprà d.n.40. ſub verſ. tertiò fallit regula.* vbi quòd iſto caſu creditor tenetur cedere emptori pignoris contra debitorem contrariam pignoratitiam actionem , ex qua poſtea debitor tenetur emptori de euictione , vt ibi per eum. Caballin. *in tract. de euict. d. §.5.d.num* 36. vbi infert , quòd propterea Notarius ſolet in inſtrumentis apponere illam clauſulam , cedens & concedens eidem emptori omnia iura realia, perſonalia,& mixta,quæ dicto venditori competunt, &c.allegat Bertrand.*conſil.*357.*lib.3. part.*1. & Alciat. *conſ* 216.*num.7.Quamuis* &c.Ad quod faciunt tradita *in alio Repertor.verſic.cedere actionem fideiuſſori* , &c.

107 Sed dubium eſt , an & quo tempore creditor poſſit emptori facere hanc ceſſionem,an videlicet antequam emptor pignoris ſibi ſoluat , & exburſet pretium ,an verò poſtea? quòd ceſſio poſſit fieri ante exburſationem, & ſolutionem pretij , vel in ipſa ſolutione,non eſt dubium : ſed an poſt ſolutionem, videtur dicendum , quòd non ; quia per ſolutionem, quam facit emptor pignoris creditori , eſt liberatus debitor , & extincta actio , quam habebat creditor, quia ſolutione eius , quod debetur , omnis tollitur obligatio. *Inſtitut.quib mod.tollit.obligat. in princ.* ideò conſequenter non valet ceſſio poſt ſolutionem , & poſtquam debitor eſt liberatus , *in not. in l. Modeſtinus ff. de ſolut.* Tu verò diſtinguas in hunc modum. Aut ſumus in caſibus,in quibus creditor non tenetur de euictione pignoris venditi , & tunc poſt ſolutionem pretij ſibi factam nihil ampliùs cedere poteſt: quia per ſolutionem eidem factam ab emptore pignoris,debitor dicitur liberatus. *l.reſcripto §.1. in primo reſponſo,ff. de diſtract. pign.* & conſequenter ceſſio non valet poſt liberationem debitoris. *d. l. Modeſtinus.* Aut ſumus in caſibus, in quibus creditor tenetur emptori pignoris de euictione , de quibus ſuprà dixi *num.98. & ſeqq.* & tunc debitur non dicitur liberatus , ſed benè creditor impeditur contra eum agere, & ſic liberatio debitoris ſtat io ſuſpenſo pendente dubio euictionis euentu. *d.l. reſcriptum. §. 1. in vltim. reſponſ.*ibi, *Arbitror interim quidem nihil à debitore peti poſſe. ſed in ſuſpenſo haberi liberationem*,&c. & iſtis caſibus,in quibus , vt dixi , creditor tenetur emptori de euictione , & debitor non dicitur liberatus , etiam quòd creditor receperit ab emptore pretium pignoris, poterit fieri ceſſio etiam poſt ſolutionem , & exburſationem pretij,per ea, quæ in propoſito latè traduntur per Neguſ. *vbi ſupra num. 42. & ſequentib.* vbi etiam reſpondet ad contraria. faciunt generaliter tradita in materia ceſſionis validæ, quando videlicet ceſſio poteſt fieri poſt ſolutionem,&c.

108 Et hinc optimè infertur , quòd vbi res euincitur ab emptore (emptor autem agit de euictione contra creditorem) vendente pignus in caſibus , in quibus ei creditor de euictione tenetur , quos poſui ſuprà *num.98.& ſeqq.*& ob id creditor cogatur reſtituere emptori pretium , creditor habet regreſſum contra debitorem veteri pignoratitia actione contraria ad conſequendum ſuum creditum , quia , vt proximè dixi,in caſu, in quo creditor tenetur de euictione pignoris,debitor non dicitur liberatus, ſed liberatio pendet à futuro euentu euictionis : ideò ſi res euincitur ab emptore , & emptori creditor reſtituat pretium , creditor agit contra debitorem ad ſuum creditum conſequendum , veteri pignoratitia actione contraria. *l.ſi pignori §.final.ff. de pignorat.act.* & ibi expreſsè *de locat.* Caſtr. *verſ. nunc oppono extra gloſſ.* & iſtud etiam vult gloſſa notabilis *in l.1. C.credit.euict.pignor.non deb. in verſ. creditor.* Neguſant. *vbi ſuprà d. num. 43. 44. & ſeqq.* vbi latè defendit hanc opinionem ab aliis , qui volebant iſto caſu creditorem habere regreſſum contra debitorem , non veteri actione , ſed actione ex empto ad euictionem , quod ſibi videtur abſurdiſſimum. In quo aduertas , quòd quando res fuit data in ſolutum creditori , & illa ab eo euincitur , & tunc an creditor habeat regreſſum contra debitorem ex veteri actione ad conſequendum ſuum creditum , non verò vtili actione ex empto , videas per Bart. *in l. ſi quis aliam,in princip. ff. de ſolution.* & eſt materia diuerſa : quia aliud eſt in creditore vendente pignus , à quo euincitur pretium exburſatum per emptorem , & aliud quando euincitur res data in ſolutum creditori , vt per Neguſ. *vbi ſuprà num.42. in fine.* Item aduertas, quòd ſupradicta concluſio procedit,prout loquitur , videlicet in caſibus , in quibus creditor tenetur emptori pignoris de euictione , & in quibus ſimiliter debitor per ſolutionem factam creditori ex pretio pignoris non eſt liberatus : quia tunc creditor habet regreſſum contra debitorem ex veteri actione ad conſequendum ſuum creditum. Vnde ſecùs in caſibus , in quibus creditor non tenetur de euictione : quia ſi non tenetur de euictione , nec etiam poteſt ampliùs agere contra debitorem , qui per ſolutionem fuit liberatus , nec veteri , nec noua actione : emptor autem pignoris, cui illud euincitur , benè poteſt contra debitorem agere , non veteri actione olim creditori competente , quia illa iam eſt extincta per ſolutionem , (niſi forſan habuiſſet à creditore ceſſionem in tempore, quia tunc vti ceſſionarius poſſet experiri veterem actionem creditoris,per ea quæ poſui ſuprà *num.*106. *& ſeq.*) ſed aget noua actione vtili ex empto ad euictionem.*d.l.reſcriptum.§.1. in primo reſponſ. d.l. ſi plus. §.1.ff.de euict.l.ſi ob cauſam.C.eod.* poſui ſuprà *num.*104. *& ſeq.*& declarat optimè Neguſ. *vbi ſuprà d. num.42. & ſeqq.*præſertim *n.43.propè fin.*

An autem in caſibus,io quibus euictio in pignore 109
habet locum,illa intelligatur ad ſimplum,vel ad duplum, & an vſuræ veniant reſtituendæ , & ad materiam,vide Neguſ.*vbi ſupra num.41.* Imol.*in d.l.à Diuo Pio §.ſi poſt addictum,in fin.ff.de re iudic.*& *ibi* Alexand. Iaſ.& alios.

Cedens de euictione tenetur ceſſionario iurium 110
ceſſorum. Monticel. *de inuentar.pag. mihi 79.num.83.* in quo vide Nattam *conſil.78.num.1.& ſeqq.*vbi quòd cedens ius,quod habet in domo, non tenetur de euictione,ſi nullum ius habet,niſi cederet ſciens ſe nullum ius habere,quia tunc ratione doli tenetur ; *vt ibi* per eum. Sed contra hanc concluſionem videtur facere. nam relatiuum iunctum verbo præſentis , ſeu præteriti temporis , non conditionem importat , vt dixi infrà *quæſt.67.num.5.&* 13. ergo cedens iura quæ habet , cenſetur affirmare ſe iura habere : non ergo iura habens debet eſſe obligatus , cùm ſit mendax. Ideò conſidera ; debebat enim dicere : Cedo iura ſi quæ habeo , vel talia,qualia habeo ; tunc enim non

tenetur

Digitized by Google

tenetur de euictione, quia non affirmatiuè, ſed conditionaliter loquutus eſt.

111 Si emptor promiſit ſoluere pretium ſuum in tribus paghis, & ita iurauit: ſi in prima pagha deficiat, non ſolùm poteſt pro tota ſumma adſtringi, vt dixi infrà *in fragment. verſ. Iuramentum in contractu*, &c. ſed etiam venditor eſt liberatus à periculo euictionis, ſecundùm Mattheſ. *ſingul.* 50. incip. *Nota magnum, & ibi in addit.* Ad quam materiam vide etiam Doctores allegatos infrà *in fragment. d. verſic. Iuramentum in contractu*, &c. quia, credo, loquuntur etiam in hac materia euictionis.

112 Amplia principalem regulam, quia euictio etiam habet locum contra venditorem rerum fideicommiſſariarum, vt dixi *in Repert. vltim. volunt. q 2. n. 29.*

QVÆSTIO VII.

De forma.

SVMMARIVM.

1. *Forma quid, & quotuplex.*
2. *Formæ omiſſio quando vitiet actum.*
3. *Regulariter formæ omiſſio vitiat actum.*
4. *Amplia etiam in minimo.*
5. *Amplia etiam per æquipollens.*
6. *Amplia, vt debet forma ſeruari in tempore.*
7. *Amplia, vt forma debet interuenire in ipſo actu, & num. 9.*
8. *Amplia, vt cauſa iuſta, ſeu impedimentum non excuſat.*
   Amplia, vt nec ex poſt facto poteſt etiam validari, d num. 7. & 9.
10. *Amplia etiam in actu pio & fauorabili.*
11. *Amplia vt forma eſt fortior, quàm ſolemnitas.*
12. *Amplia etiam in milite, fœmina, ruſtico, & ſimilibus.*
13. *Amplia etiam de conſenſu partium.*
14. *Amplia, vt forma ad vnguem, & ad literam ſit ſeruanda, nec aliquid addi ſeu minui poteſt.*
15. *Amplia etiam in eo, quod fit præter formam.*
16. *Amplia, vt nec oriatur naturalis obligatio.*
17. *Amplia, vt defectus formæ ſit maior, quàm perſonæ.*
18. *Forma in dubio præſumitur ſubſtantialis.*
19. *Forma quando inducta dicatur.*
20. *Forma inducitur, ſi lex aliquid fieri prohibet.*
21. *Idem ſi annullat actum.*
22. *Idem per conditionem.*
23. *Idem per temporis appoſitionem.*
24. *Idem per verba* non aliter.
   Forma non inducitur ex eo, quòd lex aliquid fieri mandat. d. num. 20.
   & quid ſi dictum, quòd aliter fieri non poſſit. d. n. 24.
25. *Forma inducitur per verbum* poteſt.
26. *Item per ablatiuos abſolutos.*
27. *Formalis cauſa, quæ dicatur.*
28. *Forma inducitur ex decreto irritante.*
29. *Item ſi aliquid inducitur præter ius commune.*
30. *Item, ſi quid diſponitur cum certis modificationibus.*
31. *Item ſi fit mentio formæ.*
32. *Forma inducitur per hæc verba*, ita tamen, &c.
33. *Item per verba futuri temporis, & ſeq.*
35. *Forma inducitur per expreſſionem Ordinis.*
36. *Item per ſolemnitatem requiſitam in actu: ſecùs poſt actum.*
37. *Forma non inducitur per modum variabilem.*
38. *Forma inducitur per appoſitionem pœnæ.*
39. *Item per ſtudioſam animi applicationem ſtatuentis.*
40. *Item per dictiones taxatiuas.*
41. *Item per iuramentum.*

FORMA quid, & quotuplex. Tiraquel- 1
lus *de retract. pag. mihi* 747. *num.* 26.

Formæ omiſſio an & quando vitiet 2
actum, quandove ſeruanda ſit, & de materia traditur per Socin. iun. *conſ.* 37. *num.* 14. *& ſeq.* 2. *part.* Felin. *in cap. cùm dilecta* 6. *colum. verſic. de forma obſeruantia, de reſcript.* Firmatur in Repertorio *verb. forma, per totum.* Pariſ. *conſ.* 20. *num.* 18. *vol.* 4. *& conſ.* 19. *num.* 189. 2. *vol.* Decius *conſil.* 532. Roland. *conſ.* 73. *num.* 4. *& conſ.* 43. *num.* 13. 16. 17. 39. 40. 42. *& conſ.* 33. *num.* 3. Pariſ. *conſ.* 97. *num.* 2. *car.* 131. *vol.* 3. *& conſ.* 100. *num.* 30. *car.* 160. *vol.* 2. *& conſil.* 20. *num.* 16. 17. *car.* 27. *vol.* 4. *& conſ.* 65. *n.* 4. *& ſeqq. car.* 68. *vol.* 4. Diaz *regul.* 17. *&* 298. *&* 650. Æmilian. *conſ.* 64. *per totum.* Tiraquell. *de retract par.* 1. §. 33 *gloſſ.* 2. *n.* 29. vbi ampliat & limitat. *& part.* 2. §. 4. *gloſſ.* 6. *num.* 31. *& ſeqq.* &c.

Regula ſit quòd forma non ſeruata corruit actus: 3
allegat multa Rolandus *conſil.* 73. *num.* 40. *vol* 2. *& conſ.* 30 *num.* 2. *vol.* 3. *& conſ.* 72. *num.* 54. *eod. vol.* 3. & multa alia allegat Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 30. *l. cùm hi* §. *prætor. ff. de tranſact. l. Mænius, & l. qui hæredi. ff. de condit. & demonſtrat.* Baldus *in l. ordo col.* 2. *C. de exec. rei iudic.* Roland. *conſ.* 60. *num.* 24. *vol.* 4. ad materiam omninò Felin. *in cap. cùm dilecta, de reſcriptis.*

Amplia, vt formæ omiſſio etiam in minimo vitiet 4
actum: quia forma ſeruari debet, etiam quòd concernat quid minimum. Socinus iunior *d. conſil.* 37. *num.* 6. *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 9. *num.* 8. *& ſeqq. car.* 13. *vol.* 3. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 510. *num.* 188. *& pag.* 474. *num.* 26. *& in tract. de indicijs in reb. exig. feren. pag.* 32. *verſ.* 2. *eſt textus*, &c. *& ſeq.* vbi quòd licèt omiſſio leuis ſolemnitatis non vitiet: id tamen fallit, quando illa leuis ſolemnitas eſt de forma. *& de retract. pag.* 381. *num.* 11. *& ſeqq. & pag.* 926. *n.* 31. *& ſeqq.* Roland. *conſ.* 30. *num.* 5. *vol.* 3. *& conſil.* 72. *num.* 58. *&* 64. *eod. vol. & conſ.* 60. *num.* 28. *vol.* 4. Tiraquellus *de retractu par.* 1. §. 1. *gloſſ.* 11. *num.* 10.

Amplia II. vt nec poſſit per æquipollens adim- 5
pleri. Socinus iunior *d. conſil.* 37. *n.* 6. *vol.* 2. Tiraquell. *de retract. pag.* 381. *num.* 11. *&* 747. *num.* 58. *& ſeqq.* vbi quid ſi æquipollens ſit fortius, & vtilius, quàm forma expreſſa. Roland. *conſ.* 30. *num.* 4. *vol.* 3. *& conſ.* 72. *num.* 69. *eod. volum. & conſ.* 60. *num.* 28. *vol.* 4. deciſ. Pedemont. 163. *num.* 4. *& ſeqq.* Aduerte tamen, quando lex, ſiue ſtatutum conſiderat effectum: tunc forma poteſt per æquipollens adimpleri, vt per Cephal. *conſ.* 35. *num.* 46. vide in materia Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 308. *num.* 178. *& pag.* 311. *num* 194. vbi ſi lex requirit aliquid fieri, an ſufficiat, quòd illud ſit tacitè factum, vel in conſequentiam, vel per relationem ad aliud. Pro primo dicto huius ampliationis adde eumdem Rolandum *conſil.* 60. *num.* 25. *vol.* 4. & quòd forma poſſit per æquipollens adimpleri, quando ipſo iure inducitur idem effectus: vide *in deciſ. Pedemont.* 92. *num.* 15.

Amplia III. vt forma debeat etiam ſeruari in tem- 6
pore: quia tempus ordinatum à ſtatuto dicitur eſſe de forma. Cotta *in memoral. pag.* 843. Roland. *conſil.* 72. *num.* 71. *vol.* 3. deciſ. Pedemont. 163. *num* 9. *& ſeqq. & num.* 16.

Amplia IV. vt quando lex requirit aliquid pro 7
forma, tunc illud debet interuenire in ipſo actu, & non poſtea. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 450. *num.* 3. *&* 4. licèt contrarium voluerit Marian. *conſ.* 15 *Viſis prædictis, col.* 14. *& ſeq.* vide infrà *num.* 9.

Amplia

ROMA

8 Amplia V. vt cauſa etiam iuſtiſſima non excuſet à defectu formæ, vt per Roland. conſ. 72. num.64. vol.3. Sed quòd imò forma non ſeruata ex aliquo impedimento, ſiue neceſſitate actus non vitietur, traditur per eumdem Rolandum conſ.81. num.25. 26. 39. 40. 52. vol.1. & in deciſione einſdem conſily, & ibidem num.82.& ſeqq.& idem tradit Tirizæ. de teſtament.con-ing.pag.120.ſub num.4.

9 Amplia VI. vt nullum ex defectu formæ, ex poſtfacto conualidari nullo modo poteſt. Natt. conſ.430. num.28.vol.2.vide ſuprà num.7.

10 Amplia VII. vt formæ omiſſio vitiet etiam actus pios,& fauorabiles. Gram.deciſ.79.num.11. & 14. Tiraquell.de retract.pag.738. num.29. & 381. num.11.& ſeqq.& pag.926. num.51. & ſeqq. Rolandus conſil. 72. num.59.vol.3. Tiraquell.de retract. part.1. §.1. gloſſ.21. num.11. vbi quòd formæ omiſſio vitiat etiam actus pios,& fauorabiles.

11 Amplia VIII. vt forma dicatur pretioſior, & ſtrictioris iuris, & obſeruationis, quam ſolemnitas. Tiraq.de retract.pag.927.n.53.ad fin.

12 Amplia IX. vt formæ omiſſio non excuſet ætatem, ruſticitatem, ſexum, militiam, nec quamuis aliam qualitatem. Tiraquell. de retract. pag.926.n.51. Roland.conſ.30.num.8.vol.3. Ad quam materiam, an ruſticus, ſeu mulier excuſetur ab omiſſione formæ, vide in alio Repertorio iudicum q. 64. n.38. & 46.

13 Amplia X. vt nec forma omitti poſſit de conſenſu partium. conſil.crimin.118.num.11.pag.118.volum.1. in magnis. Menoch.de arbitrar.quæſt.quæſt.30. n.6. Roland.conſ.72.num.57.vol.3. & conſil.60. num.31. vol.4. Virgil.Boccac.in conſtitut. March.gloſſ.6.n.159.

14 Amplia XI. vt formæ nihil addi, ſeu minui poteſt. Item forma ad literam, & ad vnguem eſt ſeruanda. Roland. conſ. 30. num. 3. & conſ.72. num.68. vol.3.& ibidem num.60.& 69.& deciſ.Pedemont.164. num.4.& ſeq.

15 Amplia XII. vt ſit nullum nedum illud, quod fit contra formam; ſed etiam quod fit præter formam. Rolandus conſ.72.num.55.vol.3.

16 Amplia XIII. vt ex actu nullo, defectu formæ, non oriatur nec ciuilis, nec naturalis obligatio. Rolandus conſ.72.num.56.vol.3.

17 Amplia XIV. vt defectus formæ ſit maior, quàm perſonæ. Rolandus d.conſil.72.num.63.vol.3. Item defectus formæ eſt maior, quàm materiæ. Roland. conſ.60.num.3.vol.4.

18 Amplia XV. vt forma in dubio præſumatur ſubſtantialis. Mattheſ. ſingul.130. & ſeq.in addit. Villalob. pag. 8. in fin. Roland. conſ. 43. num.13. Siluan. conſ.40.num.17. Tiraquell.de retract. pag.738. num.29. Roland.conſ.30.num.1.vol.3. idem Rolandus conſ.15. num.26.vol.3.

19 Forma an & quando, & per quæ verba inducta dicatur, vide Pariſ.conſ.47.n.28. car.59. vol.3. Neuiz. conſil. 1.num.30. Socinus iunior conſ.37. num.6. vol 2. Berous quæſt.24. per totum. Ancharr. quæſt. 141. in fin. Iaſon in l.1, num 10 ff. de liber. & poſth. firmatur in Repertorio verb.forma num.30.& 47. Æmil. conſ.64. per tot.

20 Forma an inducta cenſeatur per legem, ſeu ſtatutum, quæ prohibet aliquid fieri vlteriùs non annullando actum: de iſta materia videas in alia quæſtione vbi agitur, quando lex dicatur aſſiſtere, ſeu reſiſtere actui, videlicet infrà quæſt.50. num.10. & ſeqq. præſertim num. 14. & 15. Aymon conſil.93. num.7. Diaz regul. 425. Per quod etiam quòd lex vlteriùs annullando actum non procedat: tamen inducit formam, ſi actum illum fieri prohibet, vel reſiſtit: ſecùs ſi non prohibet, ſed tantummodò mandat aliquid fieri certo modo, quia tunc non inducit formam, vt per Virgil.Boccac. in conſtit. March.gloſſ.6. num.158. & 162.

Forma inducitur per legem, ſeu ſtatutum, quæ 21 actum annullat, ita Boccac. d.gloſſ.6. n.159. Menoch. de arbitr.quæſt.quæſt.50.num.5. Rolandus conſ.60. n.23. & ſeqq.vol.4. vbi de communi, vide infrà num.28. & an annullando actum dicatur annullare ipſo iure. de hoc particulari vide infrà quæſt.50.num.16.

Forma cenſetur inducta per conditionem appoſi- 22 tam à lege, vel ſtatuto. Cott. in memorab. pag. 150. verb.conditio, & pag.134. Rolandus conſ.81. num.16. & 15. & conſ.97. num. 60. vol.1. & conſil.55. num.25. vol.3. quando conditio importet formam, traditur per Sarmient. ſelect. interpret. lib.1. cap.1. in diſcurſu, præſertim num.12.in fin.& ſeq & faciunt in propoſito tradita in alio Repertorio in contract.verſ.conditio, quando debeat in forma ſpecifica adimpleri, num.5. pro primo dicto. Adde deciſ. Pedemont.169. n. 5. Boccac. d.gloſſ.6.num.156.

Forma cenſetur inducta per temporis appoſitio- 23 nem, ſuprà num.6. Virgil.Boccac. in conſtitut. Marchia gloſſ.6.num.162.

Forma cenſetur inducta per verba non aliter. Ro- 24 land. conſ.43.num.12. faciunt dicta in alio Repertorio in indic.ver. clauſula, Non aliter, &c. videlicet in tract.clauſularum pag.244. Roland.conſ.59. n.11. vol.3. Boccac.d.gloſſ.6. num.161. vbi idem ſi dictum, Aliter fieri non poſſit. Tiraquell. de retract. pag.934. num.14. Menoch. de arbitr.quæſt.caſu 237.num.34. deciſ.Pedemont.163.num.13.& ſeq. Roland. conſ.63. num.29. & ſeqq. vbi quòd talia verba important formam ſpecificam, volum.4.

Forma inducitur per verbum poteſt, adiunctum 25 negatiuæ orationi. Tiraquell. de ll. connub. pag.415. num.1. de quo vide in alio Repertorio verb. Poteſt. n.2. in Repertorio iudic. in fragmentis inter diuerſa.

Forma cenſetur inducta per ablatiuos abſolutos. 26 Roland.conſ.81.num.15.16.82.& ſeqq.vol.1. deciſ. Pedemont.163. num.12. & an ablatiui abſoluti importent conditionem, traditur in alio Repertorio verb. ablatiui pro primo dicto. Adde Roland. conſ.55. n.25. vol.3.& Sarmient. ſelect.interpretat lib.1.cap.1.num.16. & quòd forma cenſeatur inducta per conditionem appoſitam à lege, vel ſtatuto, Baldus in Authent. matri & auiæ num.3. in fin.verſ. & conditio, quæ apponitur.C.quando mulier tutel.offic. Dec.conſ.77. poſt num.1. verſ.& ipſa conditio,& conſ.466. in fin. num.18. verſ. & conditio formam inducit. Roland. conſil.97. n.60. lib.1. & conſil.55.num.15.lib.3.vide ſuprà n.22.

Formalis cauſa quæ dicatur. Moran. in ſpeculo 27 pag.8.num 22.25.& 26.

Formæ ſignum præcipuum colligitur ex decreto 28 irritanti. Roland. conſ.30. num.11.volum.3. conſil. crimin.118. num.10. vol.1. in magnis. Gabriel pag. 760. num.70. Rolandus conſ.60.num.23.& ſeqq.vol.4. vbi de vi. Boccac.d.gloſſ.6.num 159.

Forma cenſetur inducta, ſi à ſtatuto aliquid indu- 29 citur præter ius commune. Roland. conſ.72. num 61. vol.3 Boccac.d.gloſſ.6. num.163. & num.165. vbi ampliat, etiam quòd exprimatur id quod fuerat de iure communi de honeſtate, ſed non de neceſſitate.

Forma cenſetur inducta, ſi aliquid diſponitur à 30 lege, ſeu ſtatuto cum aliquibus modificationibus. Roland. d conſil. 72. num.61. vol. 3. Boccac.d.gloſſ.6. num.166. deciſ.Pedemont.164.num.11.

Forma cenſetur inducta, ſi lex vtitur verbis iſtis, 31 puta, iuxta formam prædictam, vel aliàs fit mentio formæ. Roland.d.conſ.72. num.61. vol.3. Boccac. dicta gloſſ.6.num.164.

Digitized by Google

32 Forma inducitur per hæc verba, *ita tamen*, &c. deciſ. Pedemont. 128. *num.* 16.

33 Forma inducitur per verba futuri temporis. deciſ. Pedemont. 169. *num.* 5. Item forma inducitur per appoſitionem temporis, & quòd tempus non obſeruat formam. Felin. *in cap. cùm dilecta, de reſcript. col.* 8. *verſ. octauum ſignum*, per textum *in l. ſcire oportet. §. conſequens*, ibi, *non aliter audiri, ſi non fuerit obſeruatum conſtitutum tempus. ff. de excuſat. tutor.* Bald. *in Authent. quæ ſupplicatio, prope finem. C. de precib. Imperat. offerendis.* Roland. *conſ.* 72. *num.* 7. *lib.* 3.

34 Forma omiſſa actus vitiatur, in tantum, vt actus nullus defectu formæ ratificari non poteſt. Et ratificatio iſto caſu operatur, non prout ex tunc, ſed prout ex nunc, vt dixi infrà *quæſt.* 55. *num.* 9.

35 Forma cenſetur inducta à lege, quæ poſuit ſolemnitates per ordinem, quid, puta, priùs, & quid poſteriùs explicandum ſit, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *num.* 160. *&* 167. vbi id declarat, quando id quod omittitur, eſſet grauis præiudicij: ſecùs ſi leuis. Adde pro primo dicto Felin. *in cap. cùm dilecta col.* 7. *verſ. ſextum ſignum, de reſcriptis*, ex Baldo, quem allegat ibi *num.* 8. *ad fin. verſ. & eſt ratio. C. ne liceat tertiò prouocare.*

36 Forma non cenſetur inducta per ſolemnitatem requiſitam poſt actum. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *num.* 158. ſecus ſi in actu: quia tunc eius omiſſio vitiat actum ipſo iure, vt dixi infrà, *quæſt.* 50. *num.* 21. faciunt ad hanc concluſionem ſuprà tradita *num.* 7. *&* 9. adde ad eadem Boccac. *vbi ſuprà, gloſſ.* 8. *num.* 308. *in medio.*

37 Forma non cenſetur inducta à lege per modum, qui variabilis ſit. Virgil. Boccac. *d. gloſſ.* 6. *num.* 158. *in fin.*

38 Forma inducitur per appoſitionem pœnæ contrafacienti impoſitam. Boccac. *d. gloſſ.* 6. *n.* 166.

39 Forma, quòd quid inductum ſit, colligitur ex vehementi & ſtudioſa animi applicatione, quam diſponens habet circa modum in diſpoſitione expreſſam. Virg. Boccac. *d. gloſſ.* 6. *num.* 168.

40 Forma inducitur per dictiones taxatiuas. Boccac. *d. gloſſ.* 6. *num.* 167.

41 Forma inducitur per iuramentum, quòd lex præcipit in actu interuenire debere. Virgil. Boccacius *d. gloſſ.* 6. *num.* 169. facit, quia iuramentum in ſpecifica forma adimplendum eſt, vt dixi infrà, *verb. Iuramentum num.* 13.

QVÆSTIO VIII.

Conductor quando poſſit expelli per ſingularem ſucceſſorem, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Succeſſor ſingularis, quando teneatur ſtare locationi.*
2. *Regulariter non tenetur ſtare.*
3. *Quid ſi adeſt iuramentum.*
4. *Quid ſi adeſt ſpecialis hypotheca.*
5. *Quid ſi generalis.*
6. *Quid in locatione ad longum tempus.*
7. *Quid ſi non eſt tranſlatum plenum ius.*
8. *Quid in fiſco.*
9. *Quid ſi ita eſt conuentum.*
10. *Quid ſi colonus fecit impenſas.*
11. *Quid ſi eſt promiſſum conductorem non expellere.*
12. *Quid in muliere ſoluto matrimonio.*
13. *Quid in Prælato.*
14. *Quid in feudo, ſeu emphyteuſi.*
15. *Quid in legatario.*
16. *Quid in ſucceſſore neceſſario. vbi de materia.*
    Quid in datione in ſolutum, ibid.
17. *Quid in immiſſo ex primo, vel ſecundo decreto.*
18. *Quid in re redempta vigore pacti de retrouendendo.*
19. *Quid ſi pactum eſt, vt durante locatione res non vendatur.*
20. *Locator vendendo rem locatam ſemper conductori tenetur ad intereſſe.*
    Quod fallit, quando conductor poterat retinere rem, donec ab emptore ſolueretur intereſſe, & non retinuit, d. num. 19.
    Emptor ſoluendo intereſſe conductori, quando illud recuperet à venditore, d. num. 20.
21. *Intereſſe quod conductori debetur, in quo conſiſtat.*
22. *Conductor quando poſſit expelli per emptorem præſtita ſatiſdatione de reficiendo intereſſe.*
23. *Quid in colono partiario.*
24. *Præciſè, vel cauſatiuè ſtare locationi quid ſit.*

IN hac materia generaliter videas præter infraſcripta, Alexand. *in l. ſi filiusfamilias, §. ſi vir in quinquennium. ff. ſolut. matrim.* firmatur in Repertorio *in verb. colonus, per totum*, & ſignanter *num.* 40. vbi ponit multas limitationes, & *n.* 17. *&* 29. deciſ. Pedemont. 82. vbi ponit duos caſus, in quibus ſucceſſor tenetur ſtare colono, &c. & alios duos, in quibus non tenetur ſtare: omninò Aret. Gomez *ſub tit. de locat. & conduct. num.* 5. *& ſeqq.* Neguſ. *de pignorib. in* 1. *membr.* 2. *part. num.* 5. *cum multis ſeqq. pag. mihi* 3. *&* 4. Grat. *reſponſ.* 95. *num.* 10. *& ſeqq.* Couarr. *variar. reſolut. cap.* 15. *pag.* 591. Cotta *in memorab. pag.* 834. Pariſ. *conſil.* 32. *num.* 117. *car.* 77. *vol.* 1. Romanus *ſingul.* 63. Marſil. *ſingul.* 325. Duen. *reg.* 140. Zarzan. *opin.* 48. Socin. *reg.* 387. Tiraquell. *de retract. pag.* 907. *num.* 13. *& ſeqq.* Maſuer. *in tit. de locat. & iur. emphyt. num.* 44. *&* 45. *pag. mihi* 224. Roland. *conſ.* 49. *per tot.* Natta *conſil.* 426. *num.* 1. *& multis ſeqq.* Gozad. *conſ.* 24. *num.* 9. *& conſil.* 7. *num.* 6. Corſet. *ſingul. pag.* 191. *à tergo. verb. pactum.* deciſ. Bononienſ. 54. Anchar. *quæſt.* 42. Nouell. *reg.* 55. 1

Regula ſit, quòd conductor & colonus poſſunt per ſucceſſorem ſingularem expelli, qui non tenetur ſtare locationi per locatorem factæ: licèt benè conductor habeat actionem ad intereſſe contra locatorem, quando locator vendit rem locatam, tunc tenetur conductori, qui non poteſt frui re locata, ad intereſſe, etiam quòd nullam conductor habeat hypothecam, *& in deciſ. Lucen.* 38. *num.* 14. *& ſeqq.* 1. *part.* ita eſt text. *in l. ſi merces. §.* 1. vbi Bart. Caſtr. & alij. *ff. locat.* Cephal. *conſ.* 254. *num.* 7. Guido Pap. *quæſt.* 480. *in princip.* quòd emptor non tenetur ſtare colono, regulariter eſt text. *in l. emptorem. C. locati.* 2

Limita I. hanc regulam non procedere quando contractus locationis eſſet iuratus, quia tunc ſucceſſor tenetur ſtare locationi. Guidopap. *d. quæſt.* 480. ſuper quo videas omninò Roland. *conſil.* 6. *per tot. vol.* 1. Neguſ. *de pignorib. in* 1. *membr. dicta* 2. *part.* & alios ſuprà allegatos *num.* 1. Et aduerte, quòd iſto caſu, quando videlicet interuenit iuramentum, tunc emptor tenetur ſtare colono præciſè, quia ſoluendo intereſſe non liberatur, vt *in deciſ. Lucen.* 38. *num.* 8 *& ſeqq.* vbi tamen loquitur, quando cum iuramento concurrit etiam hypotheca, *part.* 1. 3

Limita II. quando locator in ſpecie obligaſſet rem locatam: quia tunc ſimiliter ſucceſſor tenetur ſtare locationi. Guidopap. *d. quæſt.* 480. & eſt communis opinio, vt per Plot. *in l. ſi quando, num.* 192. *C. vnde vi.* deciſ. Pedemont. 155. *num.* 2. *&* 4. vbi quòd 4

iſto

Google

iſto caſu ſucceſſor tenetur ſtare locationi præciſè; quia poteſt colonus rem retinere, donec ſtuatur locatione, vt *ibi* per eum: ſed contrarium, quòd propter ſimplicem hypothecam ſpecialem abſque iuramento emptor non teneatur ſtare colono præciſè, ſed tantùm cauſatiuè, quia videlicet colono detur retentio ſola, donec ſibi ſoluatur intereſſe, traditur *in deciſ. Lucen.* 38. *num.* 5. *& ſeqq. part* 1. facit Anchar. *quæſt.* 64. *num.* 12. *part.* 2. vbi quòd ſingularis ſucceſſor poteſt expellere conductorem etiam habentem hypothecam in re condocta: vide ad hæc Natt. *conſil.* 416. *lib.* 2. & Roland. *conſ.* 6. *lib.* 1. qui latè diſputat, & concludit, quòd ſtante iuramento emptor tenetur præciſè ſtare locationi.

5 Limita III. vt ſimiliter ſucceſſor teneatur ſtare locationi, quando adeſt hypotheca generalis. Guidopap. *d. quæſt.* 480. & eſt communis, vt per Plot. *dicto num.* 192. & iſta eſt verior, & in iure ſuſtentabilior opinio, vt *in deciſ. Pedemont.* 155. *num.* 4. Sed contrarium, quòd imò generalis hypotheca non ſufficiat, traditur per Cephal. *conſ.* 131. *num.* 3. & iſta eſt magis communis opinio, vt *in d. deciſ. Pedemont.* 155. *d. n.* 4. vnde pro concordia potes dicere, vt prima opinio (quam ego etiam firmaui in Repertor. *verb. Clauſula contractuum, verb. Locator promiſit*) procedat, quòd ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare locationi cauſatiuè, quando adeſt generalis hypotheca, & ſic dabitur retentio pro intereſſe. Secunda verò & communis opinio procedit, vt non teneatur præciſè. Ita traditur *in d. deciſ. Pedemont.* 155. *num.* 6. ſuper quo videas omninò Rolandum *d. conſ.* 6. *per tot. vol.* 1. *& deciſ. Lucen.* 38. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi ſecundùm magis communem coocludit, quòd per hypothecam generalem circunſcripto iuramento emptor teneatur ſtare colono non præciſè, ſed cauſatiuè; quia ſcilicet ei datur retentio, donec ſoluatur intereſſe. licèt aliqui ibi per eum relati dixerint, quòd nec etiam cauſatiuè teneatur ſtare.

6 Limita IV. in locatione ad longum tempus. Guidopap. *d. quæſt.* 480.

7 Limita V. quando in ſucceſſorem non eſt tranſlatum plenum ius; quia tunc tenetur ſtare locationi. Guidopap. *d. quæſt.* 480.

8 Limita VI. in fiſco, ſuper cuius limitationis veritate, & materia, vide Guidopap. *d. quæſt.* 480. *in diſcurſu.* Couarr. *variar. reſolut. pag.* 253. *num.* 5. vide infrà *n.* 16. & Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 53.

9 Limita VII. quando conuentum eſſet, vt ſingularis ſucceſſor, puta emptor, teneatur ſtare locationi factæ; quia pacta ſunt ſeruanda. Guidopap. *dicta quæſt.* 480. Idem quando expreſsè pactum eſt, vt locatione durante non poſſit res locata vendi. deciſ. Lucen. 38. *n.* 11. 1. *part.*

10 Limita VIII. quando colonus feciſſet aliquas impenſas in re locata; quia poſſet eam retinere, donec ſibi de impenſis ſatisfactum eſt: vt per Guidopap. *d. quæſt.* 480. Roman. *ſing.* 177.

11 Limita IX. quando in inſtrumento locationis locator promiſit conductorem non expellere durante locatione; quia tunc ſucceſſor tenetur ſtare locationi; quod an ſit verum, habetur per Neguſ. *de pignorib. dicto* 1. *membr.* 2. *part. pag.* 3. *& ſequen. in diſcurſ.*

12 Pro complemento huius materiæ,

Quæro primò, an mulier teneatur ſtare locationi factæ per maritum ſoluto matrimonio? Videas ſuper hac particulari quæſtione Alexand. *in d. l. ſi filiofamilias. §. ſi vir in quinquennium ff. ſolut. matrimon.* Villalob. *L.* 135. Tiraquell. *de retract. pag.* 907. *num.* 13. *& ſeqq. in diſcurſ.* eumdem Villalob. *lit. M.* 145. vbi quòd mulier non tenetur iſto caſu ſtare locationi: quod intellige duobus modis. Primò, vt licèt non teneatur iure præciſè, tamen benè tenebitur ſtare cauſatiuè, hoc eſt, ad damna & intereſſe conductoris, vt per Craſſ. *in commun. opinion. lib.* 1. *cap.* 14. *quæſ.* 1. *tom.* 2. vbi de communi. Secundò intellige procedere in locatione ad longum tempus; ſecus ad modicum: in qua tenetur etiam præciſè ſtare locationi, vt per Craſſ. *d. quæſt.* 1. Sed quòd imò ſemper vxor teneatur ſtare præciſè locationi per maritum factæ, tenent aliqui ibi per Craſſum relati *d. quæſt.* 1. *in princip.*

Quæro ſecundò, an Prælatus teneatur ſtare loca- 13
tioni de re Eccleſiæ factæ per prædeceſſorem? Dic quòd non; quia talis locatio morte prædeceſſoris finitur, vt per Craſſum *in commun. opinionib. lib.* 1. *cap.* 14. *quæſ.* 2. *tom.* 2. vbi de communi. latè de hac materia vide referentem Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. pag.* 335. *& ſeqq. vſque ad pag.* 345. & particulariter, an teneatur ſtare feudo, vel emphyteuſi conceſſæ per ſuum anteceſſorem: vide *ibidem pag.* 340. *num.* 27. 28. *&* 29. quòd non teneatur ſtare locationi, tradit Puteus *deciſ.* 181. *lib.* 1.

Quæro III. quid in feudo, ſeu emphyteuſi? Di- 14
cas quòd ſi feudum, ſeu emphyteuſis ad dominum reuertitur; tunc dominus non tenetur ſtare locationi, nec præciſè, nec cauſatiuè, vt *in deciſ. Pedemont.* 155. *num.* 9. *& ſeqq.* ſuper qua materia vide Romanum *ſingul.* 63. Corſet. *ſingul. emphyteoſis* 3. *pag.* 157. Maſuer. *in tit. de locat. & iur. emphyt. n.* 44. *&* 45.

Quæro quartò, quid in Legatario, an teneatur 15
ſtare locationi factæ per teſtatorem de re legata? vide Nouell. *reg.* 55.

Quæro quintò, an ſucceſſor neceſſarius ex cauſa 16
dationis in ſolutum ſibi à debitore, vel à iudice facta, teneatur ſtare colono? vide Tiraquellum *de retract. pag.* 907. *num.* 13. *& ſeqq.* omninò Cephal. *conſil.* 254. *per totum, in diſcurſu vol.* 2. vbi declarat pluribus modis, *& conſ.* 255. ſimiliter per tot. vbi pulchrè. Dicas quòd regulariter ſucceſſor neceſſarius tenetur ſtare colono. Cephal. *d. conſ.* 254. *num.* 1. intellige cauſatiuè, non præciſè, ſecundùm magis communem: de qua *in d. conſil.* 254. *num.* 20. *& ſeqq.* hoc eſt, quia tenetur cauere locatori de releuando ipſum indemnem ab intereſſe, quod poterat ab eo petere conductor ob ſibi non ſeruatam locationem, & ſic cum conductore nihil ſibi eſt agendum, vt *dicto conſil.* 254. *num.* 28. *& conſ.* 255. *num.* 20. *& ſequentib. omnibus*, vbi ſimiliter pulchrè exemplificat. Quis autem dicatur ſucceſſor neceſſarius, vide *in d. conſil.* 254 *num.* 24. *& ſeqq.* fiſcus autem, & Eccleſia, etiam quòd ſint neceſſarij ſucceſſores, non tenentur ſtare colono, nec præciſè, nec cauſatiuè, vt *in d. conſ.* 255. *num.* 46. *& ſeqq.* de quo vide etiam ſuprà *num.* 8.

Et quòd miſſus in poſſeſſionem ex primo decre- 17
to, teneatur ſtare locationi, traditur per Craſſum *in commun. opinion. lib.* 1. *cap.* 14. *quæſ.* 3. *tom.* 2. & quid de immiſſo ex ſecundo decreto, traditur per Cotiam *in memorab. pag.* 184.

Quæro ſextò, an venditor, qui vigore pacti de re- 18
trouendendo redimit rem venditam, teneatur ſtare locationi factæ per emptorem, traditur per Cephal. *conſ.* 254. *&* 255. Tiraquell. *de retract. pag.* 907. *num.* 13. *& ſeqq.* Cagnol. *in l.* 2. *quæſt.* 75. *C. de pact. int. empt. & vendit.*

Adde in materia, quòd in omni caſu, in quo con- 19
ductor poteſt retinere rem conductam, donec ſibi ab emptore ſoluatur intereſſe, puta quando habet generalem, vel ſpecialem hypothecam, de quo dixi ſuprà *n.* 4. *&* 5. ſi admiſiſſet emptorem in re conducta abſque

Digitized by Google

abſque ſolutione intereſſe, non poteſt ampliùs ad dictum intereſſe agere contra venditorem, & locatorem reſpectiuè, ex allegatis *in deciſion. Lucen. 38. num. 7. 1. part.* allegat Burſatum *conſil. 101. num. 3. lib. 1.*

20 Quando emptor ſoluit conductori aliquod intereſſe ad hoc, vt poſſit ingredi in poſſeſſionem rei venditæ, tunc pro recuperatione iſtius intereſſe poteſt agere contra venditorem, quando ſcilicet ignorabat emptor locationem factam; ſecùs ſi de illa notitiam habebat, vt *in dicta deciſ. Lucen. 38. num. 12. & ſeqq. 1. part.*

21 Intereſſe conductoris ob non finitam locationem, poteſt eſſe in ſolutione facta penſionum anticipatè, quæ ſibi omninò reſtituendæ ſunt. Item poteſt tale intereſſe conſiderari circa partem fructuum ſibi tangentem ex fundo locato, *d. deciſ. Lucen. 38. num. 20. & ſeqq. 1. part.*

22 Aduerte in materia, quòd licèt conductori in aliquibus caſibus ſuprà poſitis detur retentio, donec ſibi per emptorem, ſeu locatorem ſoluatur intereſſe: ſi intereſſe hoc non erit liquidum, poterit expelli præſtita cautione de reficiendo intereſſe, vt *in dicta deciſ. Lucen. 38. num. 19. & ſeqq.* vbi tamen dicit, quòd ſi intereſſe, licèt non ſit liquidum, poſſit tamen de facili liquidari, talis ſatiſdatio non admittetur. Item nec admittetur iſta ſatiſdatio, quando conductor eſſet perſona ruſtica & pauper: venditor autem & emptor eſſent diuites, quia tunc cùm ille pauper conductor difficiliter poſſit dictum intereſſe litigando recuperare, non poteſt expelli ex re conducta, etiam quòd illud non ſit liquidum, niſi facta effectuali exburſatione, nec ſatiſdatio admittetur, vt ibi per eum.

23 An autem ſucceſſor ſingularis, puta emptor, teneatur ſtare colono partiario, vide de hoc particulariter *deciſ. Pedemont. 82.*

24 Superiùs ſæpiùs dixi, quòd emptor tenetur ſtare locationi, &c. modò præciſè, & modò cauſatiuè. Quæro modò, quid ſit ſtare locationi præciſè, vel cauſatiuè? vide pulchrè declarantem hos terminos Cephalum *conſ. 254. num. 20. & ſeqq.*

QVÆSTIO IX.

Generalis oratio quando generaliter intelligenda, ſeu reſtringenda ſit? Quid de dictione, Omnis, Nullus, *& alia ad materiam, hîc videas; & quid de dictione* Quicunque, Quomodocumque, *& alijs ſimilibus.*

SVMMARIVM.

1. *Oratio generalis quando generaliter intelligenda, quandove & quomodo reſtringenda.*
2. *Generalis oratio generaliter intelligenda eſt.*
3. *An comprehendat caſus priuilegiatos.*
4. *Priuilegia non ſunt multiplicanda.*
5. *Generalis oratio an comprehendat cauſam dotis. vbi etiam de cauſa pia.*
6. *An feudalia, & emphyteotica bona.*
7. *An milites.*
8. *Generalis oratio an comprehendat caſus, in quibus eſt maior ratio.*
9. *Genus dicens, an cenſeatur etiam dixiſſe omnes ſpecies.*

10. *Generalis oratio comprehendit etiam extraordinaria.*
11. *Generalis oratio reſtringitur ex circunſtantijs.*
12. *Item non comprehendit ſpiritualia.*
13. *Nec trahitur ad caſus inſolitos.*
14. *Item reſtringitur ad habilitatem.*
15. *Item reſtringitur ad naturam rei.*
16. *Notarius ad inueriſimilia.*
17. *Item reſtringitur ſecundùm ſubiectam materiam.*
18. *Item non trahitur ad caſum iniquum, & prohibitum.*
    Item reſtringitur ratione auſteritatis, & crudelitatis, ibid.
19. *Item non trahitur ad caſum inhoneſtum.*
20. *Item reſtringitur à tacita, & coniecturata ratione.*
21. *Item ſecundùm mentem contrahentium.*
22. *Item reſtringitur ratione affinitatis.*
23. *Item ne ſequatur contrarietas, ſeu correctio iuris, & num ſeqq.*
    Item reſtringitur, & declaratur ſecundùm ius commune, ibid.
36. *Item reſtringitur, vt euitetur fraus.*
37. *Item recipit temperamentum ab æquitate, & iuſtitia.*
38. *Item reſtringitur per punctum rationis.*
39. *Item ciuiliter eſt intelligenda.*
45. *Item nec trahitur ad ea, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei in materia ſtricta.*
70. *Generalis oratio non comprehendit vniuerſitatem.*
71. *Vniuerſalis negatiua trahitur ad omnes caſus, &c.*
72. *Vniuerſalia verba geminata quid operentur.*
74. *Generalis oratio an comprehendat perſonam loquentis.*
75. *Oratio quomodo dicatur generalis. quando vniuerſalis, quando particularis, & quando ſingularis.*
76. *Vniuerſale ſignum comprehendit etiam ea, quæ veniunt acceſſoriè.*
77. *An vniuerſalis oratio comprehendat perſonam eius, cui verba diriguntur.*
78. *Generalis oratio reſtringitur, ne quis indebitè patiatur damnum.*
79. *Item reſtringitur, ne ſequatur abſurdum.*
80. *Vniuerſalis oratio non reſtringitur etiam in odioſis.*
81. *Quid de oratione indefinitè.*
83. *Generalis oratio reſtringitur ad ſuam cauſam.*

Dictio *Omnis* quid ſignificet.

25. Omnis *dictio quid ſignificet.*
26. *Comprehendit quæ aliàs non comprehenderentur.*
27. *Quid ſi eſt adiuncta cum dictione* Alia.
28. *An comprehendat caſus inſolitos.*
29. Nullus *quid ſignificet.*
30. *Quid de dictione* Nullo modo.
31. Omnis *dictio an trahatur ad caſus inopinatos.*
32. *An reſtringatur ſecundùm habilitatem.*
33. *An trahatur ad caſus improprios.*
34. Omnis *dictio nullam recipit fallentiam.*
    Omnis *dictio prolata ab homine nunquam reſtringitur, ibid.*
    Omne *qui dicit, nihil excludit, ibid.*
35. *Habetque vim ſpecialis expreſſionis.*
35. Omnis *dictio eſt vniuerſalis, & potior quàm generalis.*
72. *Præſertim quando fuerit dictum,* Omnis *&* quicunque.
73. Omnis *dictio comprehendit futura.*
77. Omnia & ſingula, &c. *quid ſignificent iſta verba.*
81. Omnis *dictio eſt vniuerſalis collectiua.*
    Omnis *dictio non ſignificat inſolidum, ibid.*

40. Quicunque, *num.* 40. *& ſequent.* *& n.* 72. 81.
49. Quiuis.
50. Quilibet, *& ſeqq.*
53. Quiſque.
54. Quicquid, *& ſeq.*
56. Quouis modo, *& ſeqq.*
60. Quoquomodo, *& ſeq.*
62. Quomodocunque, *& ſeqq.*
63. Qualitercunque.
64. Quolibet modo.
65. Qualiſcunque.
66. Quandocunque, *& ſeqq.*
84. Omnimodo.

1 GENERALIS oratio quando generaliter intelligenda, qoandove, & quomodo reſtringenda. ponitur hæc materia per Nicolaum Euerard. *in loco à ratione legis ſtricta*. *num.* 4. *& ſeqq. in diſcurſ.* vbi plura alia vltra infraſcripta Cardinalis Tuſchus *practic. concluſ. in verb. generalis diſpoſitio concluſ.* 9. *& ſeqq.* & latè per Alderanum Maſcardum *de generali ſtatutorum interpretatione, concluſ.* 5. & per Aymon. *conſil.* 294. *num.* 1. *& ſequentib.* vbi infert ad plures quæſtiones. Socin. *regul.* 219. Duen. *regul.* 133. Aym. *conſil.* 3. Cephal. *conſil.* 76. *num.* 84. *& ſeqq.* Bertachin. *in Repertorio verb. Generalis*, pulchrè & latè Hercul. *de negat. num.* 85. & faciunt, quæ infra dicentur de dictione *Omnis*, & de dictione *Quicunque*, &c. omninò remiſſiuè per Euerardum *in loco de generalitate, propè finem*, vbi plures ponit modos, quibus generaliter reſtringitur. & *in* 2. *libr. inſtrument. in verſic. Oratio generalis, in Repertorio*, & Bertazo. *conſil.* 76. *num.* 7. *& ſeqq. pluribus*, vbi de pluribus modis, quibus generalis & vniuerſalis oratio reſtringitur.

2 Regula ſit, quòd generalis oratio eſt generaliter intelligenda: vt per Socinum, Duenam, & alios modò allegatos. Roland. *conſil.* 61. *num.* 9. *& ſequent. volum.* 3.

3 Amplia iſtam regulam. Primò, vt comprehendat etiam caſus priuilegiatos, qui non repetiuntur habere priuilegium ſpeciale in materia illa orationis, ſeu diſpoſitionis generalis. Ita Natt. *conſ.* 613. *num* 6. *&* 7. *volum.* 3. Decius *in l.* 1. *C. de edendo in* 3. *notabili*, & *ibidem* Bolognett. *num.* 27. *& ſeq.* vbi hoc diſputat. Idem Decius *in l.* 1. *ff. de regul. iur. & in l.* 2. *C. vnde liberi.* Iaſon *in l. fin. C. de inoffic. teſtament.* Tiraquell. *de retract. gloſſ.* 14 §. 1. *num.* 91. *cum multis ſequentib.* vbi etiam de materia. Cephal. *conſil.* 72. *num.* 11. *& ſeq. volum.* 1. quem videas, *& conſil.* 96. *num.* 1. *&* 25. *volum.* 1. Hercul. *de negatiua num.* 5. 81. *& ſeqq.* ad quem ſemper recurras in materia, de qua etiam per Imolam *concluſ.* 16. *&* 17. *lib.* 3. Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 9. *&* 10. vbi pro, & contrà.

4 Ratio iſtius ampliationis eſt, quia priuilegia non ſunt multiplicanda. Natt. *d. conſ.* 613. *n.* 6. *& ſeq. vol* 3. Cephal. *conſ.* 75. *n.* 53. *&* 117. *num.* 36. *vol.* 1. vide infrà *quæſt.* 12 *n.* 12. vbi quando ſpecialia ſint trahenda in conſequentiam.

5 Particulariter autem, an generalis oratio comprehendat caſum dotis, vide Lamherten. *de contract. gloſſ.* 21. *num.* 2. *in fine*, *& num.* 4. vbi quòd comprehendit cauſam dotis, niſi ſpecialiter in illo caſu reperiatur priuilegiata. Imol. *concluſ.* 16. *&* 17. *lib.* 3. Iaſon *in l.* 1. *in* 3. *notab. ff. ſolut. matrimon.* vbi Ripa *num.* 14. omninò Decium *conſil.* 301. omnes ſuprà allegatos *in num.* 3. *in* 1. *ampliatione*, omninò etiam Neguſ. *de pignorib. & hypothec. in* 2. *membr.* 8. *part. ſub num.* 23. *& ſeqq.* vbi quòd communis opinio eſt, quòd dos non comprehendatur ſub generali diſpoſitione, quam ſequitur Cephal. *conſil.* 13. *num.* 43. *vol.* 1. *in materia.* Cotta *in memorab. pag.* 241. Hercul. *de negat. d. num.* 5. 81. *& ſequentib.* Idem Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 10. vbi etiam, quòd nec cauſa pia. Cephal. *conſ.* 195. *n.* 11.

Item particulariter, an generalis oratio compre- 6
hendat bona emphyteutica, ſeu feudalia, præter tradita in materia, bonorum appellatione quidnam veniat, videlicet *in quæſt.* 28. *num.* 8. vide latè inferentem Tiraquellum *de retract. pag.* 58. *num.* 3. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 19. *in diſcurſu*, vbi *n.* 1. ponit, an generalis oratio comprehendat milites.

Amplia II. vt generalis oratio trahatur ad om- 7
nes caſus, licèt in vno ſit maior ratio, quàm in alio: vt 8
in deciſ. Bononienſ. 76. *num.* 9. Cephal. *conſ.* 29. *n.* 1. *vol.* 1. *& conſ.* 138. *num.* 10. *eodem volum. & conſil.* 227. *num.* 15. *vol.* 2. Neuiz. *conſil.* 19. *num.* 1. vbi plures allegat, & faciunt tradita in materia extenſionis. Sed qoòd generalis oratio non trahatur ad caſus habentes diuerſam rationem, traditur *in deciſ. Pedemont.* 167. *n.* 2. vide infrà *num.* 43. pro primo dicto adde Roland. *conſil.* 7. *num.* 21. *volum.* 4. *per l.* 1. §. *quod autem. ff. de aleator.*

Amplia III. vt dicens genus, cenſeatur etiam & 9
omnes ſpecies dixiſſe; quia ſub genere omnes ſpecies continentur: ſuper quo videas latè Tiraquellum *de leg. connub. gloſſ.* 7. *pag.* 492. *num.* 86. *& pluribus ſequentib.* præſertim *num.* 87. 119. 123. 124. *&* 125. vide infrà *num.* 35. vide etiam infrà *num.* 46. ad quod vide Hieronymum de Monte *quæſt* 1. *num.* 11. vbi quòd generalis oratio comprehendit etiam illa, quæ ſpecialiter nominanda erant. Sed contrà *num.* 14. vbi quando lex requirit fieri ſpecialem mentionem, tunc non ſufficit generalis, & idem tradit *num.* 15. Concorda quòd prima opinio procedit in diſpoſitione conformi iuri communi: ſecunda autem in correctoriis iuris communis, vt *ibidem num.* 19.

Amplia IV. vt generalis oratio comprehendat 10
etiam remedia extraordinaria, vt per Placam *cap.* 1. *pag.* 17. *in fin.*

Limita I. quia nulla oratio eſt adeò generalis, & 11
vniuerſalis, quin ex conſideratione debitarum circunſtantiarum, ciuiliter debeat intelligi, & limitationem recipere. deciſ. Pedemont. 90. *n.* 19. *&* 20. Maſcard. *concluſ.* 1157 *num.* 92.

Limita II. quia generalis oratio non comprehen- 12
dit ſpiritualia. Roman. *ſingul.* 56.

Limita III. quia generalis oratio non compre- 13
hendit caſus, ſeu perſonas inſolitas. deciſ. Pedemont. 90. *n.* 19. Roland. *conſ.* 60. *n.* 47. *& ſeqq. vol.* 1. vbi de materia, vide infrà *num* 28.

Limita IV. quia generalis oratio debet ſemper 14
reſtringi ad terminos habiles, & ſecundùm habilitatem interpretari. Neuiz. *conſ.* 19. *num.* 1. vbi ſublimitat. Roland. *conſ.* 61. *num* 43. *& ſeqq. vol.* 1. vbi quòd ſermo prolatus à lege reſtringitur ad terminos habiles; ſecùs in ſermone prolato ab homine, & idem tradit *in conſil.* 60. *num.* 50. *eodem vol.* 1. Vide pro hac quarta limitatione Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.* 234. *num.* 86. *& ſeq.* Nicol. Euerard. *in loco à ratione legis ſtricta num.* 7. vbi an & quando generalis oratio reſtringatur ad habilitatem perſonæ, & eumdem Menoch. *de arbitr. quæſt. quæſtione* 54. *num.* 17 *&* 18. vbi declarat. vide infra *num.* 32. 41. Hieron. de Monte *quæſt* 1. *num.* 12. vbi quòd generalis oratio non reſtringitur ad habilia, niſi ex natura actus, vel ſubiecta materia.

Limita

15 Limita V. quia generalis oratio reſtringitur ad naturam rei. Roland. *in conſ.74.num.54.& ſeqq.vol.*1. Aym.*conſ.*186.*num.*5.

16 Limita VI. quia generalis oratio non trahitur ad inueriſimilia, vt per Roland. *conſil.* 86. *num.*48. *&* 73.*volum.*3. deciſ. Pedemont.9. *num.*17. vbi quòd non trahitur ad id, quod veriſimiliter non fuiſſet conceſſum. Cephal. *conſil.* 115. *num.*6. *& ſeqq.vol.*1. vbi quòd non trahitur ad caſum veriſimiliter non præuiſum.

17 Limita VII. quòd generalis oratio intelligenda & reſtringenda eſt ſecundùm ſubiectam materiam. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. dicta pag.*234.*num.*86. *& ſeq.* & faciunt tradita in materia, verba ſunt interpretanda ſecundùm ſubiectam materiam, &c. adde pro hac limitatione deciſ. Pedemont.167.*num.*11. *& ſeqq.*

18 Limita VIII. quia generalis oratio non trahitur ad caſum iniquum. Cephal. *conſil.*115.*num.*6. *& ſe . vol.*1. Tob. Non. *conſ.*95. *num.*7. vbi quòd generalis oratio reſtringitur ratione auſteritatis, & crudelitatis, adde deciſ. Pedemont. 119.*num.*8. vbi quòd generalis oratio ad prohibita de iure diuino, vel naturali non extenditur.

19 Limita IX. quia generalis oratio non trahitur ad caſum inhoneſtum. deciſ. Pedemont.90. *num.*19.

20 Limita X. quia generalis oratio reſtringitur ſecundùm mentem contrahentium. dicta deciſ. Pedemont.90.*num.*17. Oſaſc.*conſ.*64.*n.*61. vbi quòd generalis oratio reſtringitur à ratione non ſolùm expreſſa, ſed etiam tacita. vide infrà *num.*3.

21 Limita XI. quia generalis oratio reſtringitur à tacita & coniecturata ratione. deciſ. Pedemont. 90. *num.* 16. *in fine.*

22 Limita XII. quia generalis oratio reſtringitur ratione affinitatis. Cephal.*conſil.*144.*num.*25.

23 Limita XIII. quia generalis oratio reſtringitur ad hoc, ne ſequatur contrarietas, ſeu correctio iuris communis, interpretaturque vt minus.

24 Corrigat ius commune quàm ſit poſſibile. deciſ. Pedemont. 167. *num.* 2. 4. 5. vbi limitat, *& num.*6. *&* 7. & ideò generalis oratio intelligitur ſecundùm iuris diſpoſitionem. deciſ. Pedemont. 167. *num.* 5. ad quæ etiam vide Hippol. Riminald. *Inſtitut. per quas perſonas nob. ius acquir. num.* 49.*&* 50.§.1 Nicol. Euerard. *in loco à ratione legis ſtricta, num.* 12. *& ſeqq.* vbi an lex generaliter loquens ſit in omnibus intelligenda, quando ſequeretur correctio iuris.

25 Quæro in materia, an hæc dictio *Omnis* debeat generaliter intelligi, quando & quomodo reſtringatur, & quos caſus comprehendat. Multa de huius dictionis ſignificatione traduntur per Cottam *in memorab. pag.* 503. *in fin.* Roland. *conſil.* 87. *num.*8. *& ſeqq.volum* 2.*& conſil.* 5. *num.*35.*& ſeqq.*45. *& ſeqq. vol.*1. *& conſil.*60. *num.*19.*& ſeqq.* & Matheſ.*ſingul.* 136.*in addit.* Hercul. *de negat. num.* 84. vbi latè Menoch.*de recuper.poſſeſſ pag.*256. *num.* 194. Plot. *in l. ſi quando n.*15.*C.vnde vi,& ibi num.*16. vbi limitat duobus modis. faciunt quæ in ſimili infrà *n.* 40. traduntur de dictione *Quicunque.*

26 *Omnis* dictio comprehendit ea, quæ aliàs in diſpoſitione non comprehenderentur. Cephal.*conſ.*56. *n.*10 *& ſeqq.vol.*1.*& conſ.*92 *n.*10.*& ſeqq.eod.vol.* Aym. *conſ.*294.*n.*1. vbi infert. vide infrà *n.*44.*&* 59. *& n.*54. exornat Roland. *conſil.*54.*n* 44. *& ſeqq. vol.*3. Virgil. Boccac.*in conſtitut. March gloſſ.*7.*n.*3. Oſaſc. *conſil.*64. *n.*68.*verſ.ad hoc reſpondeo,* vbi benè.

27 *Omnis* dictio adiuncta cum dictione *alia*, quid ſignificet, traditur per Roland. *conſil.*5. *num.*45. *& Farinacij Repert. de Contractib.* *ſeqq.volum.*1. *& conſil.* 61. *num.* 41. *& ſeqq. eod. volum.* Cephal. *conſil.*134.*num.*19. *& ſeqq. volum.*1. vbi quòd in materia ſtricta dictio *Alius* denotat ſimilitudinem, etiam quòd ſit adiuncta ſigno vniuerſali. Vide infrà *in fragment. verſic. Alius enim, num.*15. vbi generaliter Roland. *conſil.*27. *num.* 18. *volum.*4. vbi quòd dictio *Alius* adiecta ſigno vniuerſali implicat maiora expreſſis, & non ſimilia tantùm. Ad idem Oſaſcus *conſil.*64. *num.* 68. *verſ. nec aduerſatur dictio,* Aliis. & quod implicet ſimilia, eſt deciſio Pedemontana 68.*num.*7. vide Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.*6.*num.*2 vbi quòd poſita poſt ſpecialem diſpoſitionem ampliat ad maiora expreſſis, dummodò non ſint diſſimilia.

28 *Omnis* dictio, an comprehendat caſus & perſonas inſolitas, vltra ſuperiùs tradita *num.*13. vide Roland. *conſ.*60 *num.*47.*& ſeqq.*

29 *Nullus* dictio quid ſignificet, traditur per Herculan. *de negat. num.* 84. Menoch. *de recup poſſeſſ. remed.* 14. *pag.*203. *num.* 3. 4. 6. *&* 7. vbi de dictione *Nullus*, & *Nullo modo.* de hoc vide ..... *de publicis concubinis, in gloſſ. Ipſas autem concubinas, num.* 2. *fol. mihi* 180. *in tract. crimin. tom.* 11. *part.* 1. Cephal. *conſil.* 58. *num.* 67. *volum.*1. vide eumdem Cephalum *in conſil.* 13. *num.* 13. *volum.*1. vbi quòd iſtud verbum *Nullus* non debet generaliter intelligi, adducit text. *in l in perſonam ſeruilem ff. de regul. iur.* vbi in perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio, & tamen benè cadit obligatio naturalis. Sed quòd imò dictio *Nullus* excludat generaliter omnes caſus cuiuſcunque generis, traditur per Plot. *conſ. crimin. diuerſ.*72. *num.*4. *tom.* 2. *in magnis*, faciunt in propoſito infrà tradita *num.* 71. de oratione vniuerſali negatiua.

31 *Omnis* dictio trahitur etiam ad caſus inopinatos. Hercul. *de negat. ſub num.* 84.

32 *Omnis* dictio quando reſtringatur ad terminos habiles, præter ſuperiùs tradita *n.*14. vide pulchram diſtinctionem Roland.*conſ.*96.*n.*12.*& ſequen.*28.*& ſeqq. & n.*48.*vol.*1. vide infrà *num.*41. Dic quòd prolata ab homine, non recipit reſtrictionem ex habilitate. Rolandus *conſil.*27.*num.*27.*vol* 4.

33 *Omnis* dictio non includit caſus improprios. Cephal.*conſ.*14.*n.*6 *vol.* 1. Sed contrà Cephalus ipſe *in conſil.*92.*n.*10.*& ſeqq. vol.*1. *& conſil.*150. *n.*8. *& ſeqq.* vbi quòd vniuerſale ſignum comprehendit, quod impropriè eſt tale. vide infra *n.*41.55.*&* 58.

34 *Omnis* dictio nullam recipit fallentiam. Plot. *in l ſi quando n.*15.*C.vnde vi*, vbi *n.*16. hoc limitat duobus modis. Et quando eſt prolata ab homine, nullam recipit reſtrictionem. Rolan.*d. conſ.*27.*num.*27. *vol.*4. *& conſ.*54 *n.*42.*volum.*3. vbi idem dicit de dictione, *Quicunque* prolata ab homine: qui enim omne dicit, nihil excludit, *l. a procuratore C. mandati.cap. ſi Romanorum §.dicendo verò* 19. *diſtinct.cap.ſoluta.de maior.& obed.* Anchar.*quæſt.*7.*num.*2. *part.* 2. Boccacius *in conſtitut. March.gloſſ.*7. *n* 10. vbi idem dicit de dictione *Quomodocunque*, prolata ab homine.

35 *Omnis* dictio habet vim ſpecialis expreſſionis. Cephal.*conſ.*92.*num.*10. *& ſeqq. vol.*1. vide ſuprà *num.*9. Cephal. *conſ.*150.*num* 11. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March.gloſ.*7.*num.*9. vbi quòd dictio *Omnis* eſt vniuerſalis, & ſic plus potens, quàm generalis oratio: vnde comprehendit etiam ea, quæ in generali diſpoſitione non venirent, niſi de eis ſpecifica mentio fieret.

36 Addendo aliqua ſuprà traditis de generali oratione, ſcias, quòd generalis oratio reſtringitur, vt euitetur fraudis euentus. *deciſione Pedemont.* 167. *num.*3.

37 Item oratio, quantumuis vniuerſalis & geminata, recipit temperamentum à iuſtitia, & æquitate. *deciſ. Pedemont.* 167. *n.* 6.

38 Item oratio generalis recipit interpretationem per punctum rationis. *d. deciſ. Pedemont.* 167. *num.* 5. *& ſeqq. in diſcurſu.* vide ſuprà *num.* 20.

39 Item oratio quantumuis generalis, eſt ciuiliter intelligenda, *dicta deciſ. Pedemont.* 167. *num.* 11. Moron. *de fide, &c. pag.* 237. *num.* 19. vbi quòd non amarè, ſed ciuiliter verba vniuerſalia ſunt intelligenda.

40 Quarto etiam in materia, quomodo extendatur, ſeu reſtringatur dictio *Quicunque*? faciunt generaliter ſuprà tradita *num.* 1. *&* 25. in quo particulariter videas Roland. *conſ.* 5. *num.* 44. 47. *& ſeqq. vol.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 93. *num.* 12. *& ſeqq. per totam illam quæſtionem in diſcurſu.* Diaz *reg.* 783. Aymon. *de antiquit. tempor. cart.* 183. *num.* 41. Crot. *conſil.* 104. *num.* 6. Imol. *concluſ.* 41. *lib.* 2. *pag.* 479. *& ſeqq.* Vide omninò exornantem, & declarantem Tiraquellum *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 20. *& ſeqq.*

41 *Quicunque* dictio regulariter reſtringitur ad habilitatem, ſecundùm Menochium *de arbitr. quæſtion. caſu* 316. *num.* 32. Sed quando hoc procedat; diſtingue vt per Roland. *conſil.* 96. *num.* 12. *& ſeqq.* 28. *& ſeqq. &* 48. *vol.* 1. & per eumdem Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.* 214. *n.* 83. *& ſeqq.* & faciunt ſuprà in ſimili tradita *n.* 14. *&* 32. vide deciſ. Pedemont. 26. *n.* 8. *&* 18. *verſ. ſequi ſubſi lit.*

42 *Quicunque* dictio continet etiam caſus improprios. Tirizæ. *de teſtament. coniug. pag.* 210. *verſic. nam illa.* deciſ. Pedemont. 102. *num.* 4. Cephal. *conſil.* 137. *num.* 15. & faciunt ſuprà in ſimili tradita *num.* 33. vide infrà *n.* 55. *&* 58. Virgil. Boccac. *in conſt. t. March. gloſſ.* 7. *n.* 9. vbi quòd cumprehendit caſus improprios & abuſiuos.

43 *Quicunque* dictio continet caſus maiores. deciſ. Pedemont. 102. *n.* 4. vide ſuprà *n.* 8.

44 *Quicunque* dictio continet caſus, qui aliàs non continerentur. Cephal. *conſil.* 147. *num.* 15. & faciunt ſuprà tradita *num.* 26. 54. 59. Boccac. *d. gloſſ.* 7. *num.* 9.

45 *Quicunque* dictio non extenditur ad ea, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, in materia ſtrictè interpretanda. Imol. *concluſ.* 41. *lib.* 2. *in fin.* & Gabriel *pag.* 642. *num.* 7. vbi extenditur ad omnes dictiones vniuerſales.

46 *Quicunque* dictio habet vim ſpecialis expreſſionis, & ſic continet ea, quæ eſſent ſpecialiter exprimenda. Cephal. *conſil.* 58. *num.* 18. deciſ. Pedemont. 102. *num.* 4. vbi quòd continet etiam caſus non expreſſos. Et faciunt ſuperiùs tradita *num.* 9. *&* 35. Boccac. *dicta gloſſ.* 7. *num.* 9. vbi quòd eſt dictio vniuerſalis potior, quàm generalis: ideò comprehendit etiam ea, quæ in generali oratione non venirent.

47 *Quicunque* dictio non continet ea, quæ veniunt de iure ſpeciali, ſed ſolùm quæ veniunt de iure communi. Gabr. *pag.* 642. *n.* 5.

48 *Quicunque* dictio reſtringitur, vbi agitur de præiudicio tertij. Gabriel *d. pag.* 641. *n.* 6.

49 Sed quid de dictione *Quiuis*, videas per Roland. *conſil.* 5. *num.* 44. 47. *& ſeqq. volum.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 93. *num.* 11. *& ſeqq. per tot. quæſt. in diſcurſu.*

50 Item quid de dictione *Quilibet*? Dic quòd eſt vniuerſalis, & prolata ab homine non recipit reſtrictionem, ſed augmentum. Roland. *conſ.* 70. *num.* 42. *vol.* 3. quòd ſit vniuerſalis, ponit Corn. *conſ.* 220. *n.* 11. *vol.* 2. Dec. *conſil.* 619. *num.* 2.

Quilibet dictio eſt diſtributiua, ſeparatimque per 51
omnes verſatur, ipſoſque diſtributiuè & ſeparatim comprehendit. Roland. *dicto conſil.* 70. *num.* 44. *volum.* 3.

Quilibet dictio ſignificat actum in ſolidum. So- 52
cinus *conſil.* 50. *num.* 1. *& ſeq. volum.* 1. Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 31. *gloſſ.* 1. *num.* 11. *pag.* 659. *num.* 11. deciſione Pedemont. 23. *num.* 11. gloſſ. & Bartol. *in l. ſi pluribus, de legat.* 2. Hieron. de Monte *quæſt.* 27. *num.* 21.

Item quid de dictione *Quiſque*, dicas ſimiliter, 53
quòd omnes in ſolidum comprehendit. Tiraquell. *de retract. pag.* 660. *num.* 12.

Item quid de dictione *Quicquid.* Dic quòd eſt 54
vniuerſalis, & comprehendit caſus, qui aliàs non comprehenderentur. Roland. *conſil.* 55. *num.* 50. *vol.* 3. faciunt dicta infrà *num.* 59. & ſuprà *num.* 26. *&* 44. Adde Redoan. *de rebus Eccleſiæ rubric.* 2. *num.* 46. *& ſeq. pag.* 51. vbi, quòd dictio *Quicquid* importat idem quod dictio *aliquid*, & propterea verificatur in qualibet re, etiam minima. & idem dicit *in rubr.* 12. *num.* 1. *& ſeq. pag.* 82. *& pag.* 233. *num.* 13.

Quicquid dictio non includit caſus improprios. 55
Cephal. *conſil.* 14. *num.* 6. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 11. & faciunt ſuperiùs tradita *num.* 33. & infrà *num.* 58. *& n.* 42.

Item quid de dictione *quouis modo*, &c. videas 56
ſuper Aduerbij huius ſignificatione Cephal. *conſil.* 13. *num.* 2. *& conſ.* 76. *num.* 84. *& ſeqq. volum.* 1. Crot. *conſil.* 104. *num.* 7. Idem Cephal. *conſil.* 150. *num.* 15. vbi quòd non recipit interpretationem reſtrictiuam: ſed includit omnes modos ſimiles, & diſſimiles, etiam maiores expreſſis.

Quouis modò Aduerbium includit etiam modum 57
indirectum. Cephal. *conſ.* 76. *n.* 16. *vol.* 1.

Quouis modo Aduerbium includit etiam caſus im- 58
proprios. Natt. *conſ.* 474. *n.* 23. *& ſeqq. vol.* 2. & faciunt ſupra tradita *n.* 55. *& n.* 33. *&* 42.

Quouis modo Aduerbium continet caſus, qui 59
aliàs non continerentur. Cephalus *conſil.* 121. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 1. faciunt ſuperiùs tradita *num.* 54. *&* 26. *&* 44.

Item quid ſignificet Aduerbium *quoquo modo*, 60
&c. videas per Roland. *conſil.* 5. *num.* 44. 47. *& ſequent. volum.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 9. *n.* 12. *& ſeqq. per tot. quæſt. in diſcurſu.* Cephal. *conſil.* 53. *num.* 18. *& ſeqq. vol.* 1. *& conſil.* 121. *num.* 1. *& ſequentib.* vbi quòd etiam comprehendit modos, qui alias non comprehenderentur. Et de materia vide Virgil. Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.* 7. *num.* 11. Maſcard. *concluſ.* 1157. *num.* 98. vbi quòd importat omnes modos excogitabiles.

Quoquo modo Aduerbium includit modos ſimiles, 61
ac diſſimiles, æquales, ac maiores expreſſis. Cephal. *d. conſil.* 53. *num.* 22. *vol.* 1.

Item quid de Aduerbio *Quomodocunque*, videas 62
Roland. *d. conſ.* 5. *num.* 44. 47. *& ſeqq. vol.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. d. pag.* 93. *d. num.* 12. *& ſeqq in diſcurſu,* deciſ. Pedemont. 167. *num.* 11. vbi quòd interpretatur ſecundùm ſubiectam materiam. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 7. *num.* 10. vbi quòd denotat præciſam mentem diſponentis. Et prolata à lege reſtringitur ad terminos habiles: ſecùs prolata ab homine. de quo etiam dixi ſuprà *n.* 34. & vide Boccac. *ibidem num.* 26. vbi quòd & in materia odioſa hæc dictio ampliat.

Qualitercunque Aduerbium quid ſignificet, vide 63
Roland. *dicto conſil.* 5. *num.* 44. 47. *& ſeqq. volum.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. d. pag.* 93. *num.* 11. *& ſeqq.*

ſeqq. in diſcurſ. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ. 7. num.11.& num.16.*vbi quòd etiam in materia odioſa hæc dictio eſt ampliatiua, de quo particulariter dixi infrà *num.*80.

64 *Quolibet modo* Aduerbium quid ſignificet, vide Roland.& Menoch.*vbi ſuprà in præcedenti verſ.* Maſcard.*concluſ.*1157.*num.*97.

65 *Qualiſcunque* dictio quid ſignificet, traditur per Cottam *in ſuis memorabilibus pag.*722.*& ſeqq.*

66 *Quandocunque* Aduerbium quid ſignificet, vide Cottam *in memorab.pag.*725.Roland.*conſ.*21.*num.*3.4. 9.24.*& ſeqq.*Nouell.*regul.*167.Cephal. *conſ.*40.*num.*5. *& ſeqq. vol.*1. de quo videas etiam in materia pacti de retrouendendo,&c.

67 *Quandocunque* Aduerbium eſt vniuerſale,comprehenditque omnes caſus,qui excogitari poſſunt, *conſ. crimin.diuerſ.*114.*n.*36.*& ſeqq.vol.*2.*in magnis*,per text. *in l.cùm fideicommiſſi. §. cùm Pollidius.ff. de vſur. l. cùm virum.ff. de fideicomm.*

68 *Quandocunque* Aduerbium reſtringitur ſecundùm caſum proximè præcedentem,*d.conſ.crimin.*114.*n.*57.

69 *Quomodocunque* Aduerbium reſtringitur ad id, de quo eſt cogitatum, & ſecundùm mentem diſponentium.*d.conſil.crimin.*114.*num.*58.*& ſeqq.*

70 Et in materia generaliter ſcias, quòd omnes ſupradictæ vniuerſales dictiones non comprehendant vniuerſitatem. Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſ.* 181.*num.*16. Contrarium, niſi oratio ſit prolata ab ipſa vniuerſitate, tradit Lamberten. *de contract.gloſſ. fin.num.*116. & quòd dictio *Quicunque* comprehendat vniuerſitatem,ciuitatem,municipium, corpus,& Collegium, poſuit Virgil. Boccac. *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.*6.*num.*2.

71 Item ſcias, quòd ſicut oratio vniuerſalis affirmatiua omnes caſus includit, ita etiam vniuerſalis negatiua omnes caſus excludit & perſonas: immò maiorem vim habet vniuerſalis negatiua,quàm vniuerſalis affirmatiua. Lancellott. *de attentat. appellatione penden. cap.*12. *in præfat. num.*76. *& ſeq.* faciunt ſuprà tradita de dictione *Nullus*, & *nullo modo*, *num.*29.*&* 30.deciſ.Pedemont.100.*num.*44. Maſcard. *concluſ.*70.*n.*14.

72 Item ſcias, quòd verba geminata vniuerſalia nullatenus reſtringantur. Virgilius Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *num.*2. vbi quòd comprehenduntur etiam diſſimilia: puta ſi ſit dictum *omnibus*, *& quibuſcunque*, vt per Hieron. de Monte *quæſt.*1. *num.*55.deciſ.Pedemont.90.*num.*5.*&* 6.declara, vt *in num.*15.*&* 19.& quid ſi dictum,*omnia*,*& ſingula*, vide infrà *num.*77.

73 *Omnis* dictio comprehendit futura. Roland. *conſ.* 27.*num.*28.*vol.*4.

74 Generalis oratio an comprehendat perſonam loquentis, vide Gabriel *tit. de verbor. ſignificat. concluſ.*9. *lib.*6. Dic regulariter quòd non, vt eſt textus *in l.inquiſitio. C. de ſolut.* Put. *deciſ.* 44. *num.* 1. *lib.*1. vbi etiam quòd generalis ſermo non comprehendit perſonam eius, cui verba diriguntur. Dec. *in l.*2.*§.ſi procurator,col.final. verſ.* 2. *ff. quod quiſque iuris.* quod intellige, quando ratio eſt diuerſa, vt ibi per Put.

75 Oratio quando dicatur generalis, & quando vniuerſalis: quando particularis, & quando ſingularis,Couarr. *variar.reſolut. pag.*211. *num.*1. *&* 2. *lib.*1. *cap.*18.

76 Vniuerſale ſignum comprehendit etiam ea, quæ veniunt acceſſoriè, vt per Cephalum *conſ.*150. *n.*10. *volum.*1.

77 Omnia & ſingula iſta verba quid ſignificent, poſui in Repertorio clauſularum *pag.*nunc 246.

Generalis oratio ſemper reſtringitur, ne quis indebitè damnum patiatur, deciſ.Pedemont.59. *num.*8. Declara,vt *in num.*15. pro primo dicto. Adde aliam deciſ.Pedemont.90. *num.*13. *&* 19. Oſaſc. *conſil.* 64. *poſt num.*62. Ad hanc materiam, an & quando generalis oratio reſtringatur, ne quis indebitè damnum patiatur, vel ne quis indebitè lucrum faciat, vide Nicolaum Euerardum *in loco à ratione legis ſtricta num.* 6. 7. *&* 8. *& num.* 10. *in* 5. *limitatione*, *& num.*11. *in* 3. *limitatione.* vbi plures ponit declarationes. 78

Generalis oratio, dictioneſque quantumcunque vniuerſales, ſemper reſtringuntur, ne ſequatur abſurdum. deciſ. Pedemont. 90. *num.*13. *& num.* 19. Virgilius Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 6.*num.*2. *in fin.* Item ſemper in vniuerſalibus ſumitur interpretatio, quæ vitio careat, etiam quòd illa reſtringantur, vt per Hippol. Riminald. *Inſtitut. per quas perſon. ius nob. acquir.* §. 1. *num.*50. Nicolaum Euerardum *in loco à ratione legis ſtricta poſt num.* 6. *& num.*10. 79

Generalis oratio per vniuerſalem dictionem prolata, etiamſi materia ſit odioſa, reſtringi non debet. Roland.*conſ.*54.*n.*59.*vol.*3.Virgil. Boccac. *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.*7.*num.*26. 80

Omnis dictio eſt vniuerſalis collectiua. Dictio verò *Quicumque* eſt vniuerſalis diſtributiua, attribuens rem cuique in ſolidum, quod non operatur dictio *omnis*, vt per Virgil.Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.*7.*num.*9. 81

Quid de oratione indefinita, vide infrà *in fragmentis.* 82

Generalis oratio & diſpoſitio ſemper reſtringi debet ad ſuam cauſam.Oſaſc.*conſil.*64.*n.*61.vbi exornat: tradunt Doct.*in l.ſi de certa.C.de tranſact.* 83

Omni modo, vel *omnibus modis* verba quid ſignificent, vide Bennon.*de publ.concubin.in verb. ipſas autem concubinas,num.*1.*& ſeq.fol.mihi* 180.*inter tract. crimin. tom.*11.*part.*1. 84

Qvæstio X.

De verborum interpretatione, tam in contractibus, & ſtatutis, quàm in alia qualibet diſpoſitione.

Svmmarivm.

1. *Verba an attendantur potiùs, quàm mens, & num. ſeqq.*
2. *Verba clara non indigent interpretatione.*
3. *Verba ſunt notæ animi noſtri.*
4. *Verba quando propriè ſunt intelligenda.*
5. *Verba interpretantur ſecundùm conſuetudinem loci contractus.*
   Verba cenſentur ſe conformare cum iure communi. ibid.& 30.
6. *Quid in teſtamentis.*
7. *Quid in ſtatutis,& num.ſeqq.cum n.13.& 30.*
10. *Quid ſi conſuetudo ſit contraria iuri communi.*
11. *Verba interpretantur ſecundùm veriſimilia.*
12. *Item vt actus valeat.*
13. *Verba quando largè, ſeu ſtrictè intelligenda.*
   Contractus verba ſunt ſtrictè interpretanda.ibid.
   Statuta quando ſint ſtrictè interpretanda,ibid.
14. *Verba quando ſint intelligenda in potiori ſignificatione.*
15. *Verba intelligenda naturaliter potius, quàm ciuiliter.*

16. *Item ne interpretatio poſſit reprehendi à Iuriſprudentibus.*
17. *Item vt aliquid operentur.*
& cum effectu, n.38.
18. *Item ſecundùm ſubiectam materiam.*
19. *Verba dubia quomodo interpretentur, & ſeqq.*
20. *Contra emptorem.*
21. *Per promiſſorem.*
22. *Contra ſe fundantem in illis.*
23. *Contra proferentem.*
24. *In æquiorem & benigniorem partem.*
25. *Arbitrio inducta.*
26. *Item vt vtrique parti ſit conſultum.*
27. *Item vt minus præiudicet.*
28. *Item arbitrio boni viri.*
29. *Item vt euitetur contrarietas.*
30. *Verba interpretantur, vt minus lædant ius commune.*
31. *Item ne ſequatur abſurdum.*
32. *Item ſecundùm communem vſum loquendi.*
33. *Verba intelligenda ſimpliciter, & non ſecundùm quid.*
34. *Verborum interpretatio facienda eſt, quæ vitio caret.*
Item ſemper facienda interpretatio, quæ aptior ſit, ibid.
35. *Verba interpretanda principaliter, & per prius: non autem ſecundariò, & in conſequentiam.*
36. *Verba vbi non conueniunt, ibi etiam nec conuenit diſpoſitio. &c.*
37. *Verba intelliguntur ſecundùm naturam contractus.*
38. *Verba intelligenda cum effectus.*

1 MAGNA eſt inter Doctores varietas, an in contractibus, ac aliis diſpoſitionibus attendantur potius verba, quàm mens, vel è contrà? Vna fuit opinio, quòd attendatur mens, & non verba, quam tenuerunt Marſil. *conſ.*85.*num.*3. *fol.*30.*vol.*2.Boër.*deciſ.*146.*num.*1.*part.*1.*fol.*184. Roland.*conſil.*17.*num.*22. *lib.*2. *& conſ.*8.*num.*31. *lib.*1. *& conſil.*96. *num.*1. *& ſeqq.* 38. *& ſeqq. eod. volum.* verba enim debent deſeruire menti, & non mens verbis: vt per Roland. *d.conſ.*8.*num.*31. *& conſ.* 61. *n.*33. *& ſeqq. vol.*2. vbi quòd præfertur mens etiam coniecturata. Grat. *reſponſ.*131.*num.*8. *& ſeqq. vol.*1. & faciunt, quæ infrà dicentur, in materia extenſionis, videlicet *quæſt.*12.*num.*18.*cap.*1. & in alia materia. Contractus qualis ſit, quomodo cognoſcatur, *quæſt.*11. *num.*27. *&* 19. & hæc eadem opinio, quòd mens præferatur verbis, latè probatur per Tiraquellum *de retract. donat. in verb. libertus, pag. mihi* 151.*num.*55. & latiùs *in pag.*154.*num.*39. *& pluribus ſequentib.* vbi latiſſimè loquitur in omni materia generaliter & particulariter. exornat Roland. *conſ.*18.*num.*34. *& ſequent. volum.*8. Item exornat Moronus *de fide*, &c. *pag.*83. *n.*22. Doctores *in l. non dubium, C. de legib.*

2 Contrariam opinionem, quòd verba attendantur, & non mens, tenuerunt multi, de quibus per Tiraquellum *vbi ſuprà de retract. donat. pag.*137.*num.*18. *& ſeqq.* quam contrariam opinionem hoc modo declarandam puto. Nam ſi de mente diſponentis clarè conſtat, tunc etiam quòd verba ſint in diſpoſitione contraria, attenditur mens, & non verba: quia, vt modò dixi, verba debent deſeruire menti, & non mens verbis; & ſic procedet prima opinio. Si verò de mente non clarè conſtat, tunc non eſt de illa diſputandum: quia vbi verba ſunt clara, ibi non cadit diſputatio voluntatis. Roland. *conſ.*51. *num.*6 *&* 7. *vol.* 1. & expreſſa verba demonſtrant præſumptionem tacitæ mentis. Roland. *conſ.*62. *num.*9. *volum.*1. Curt.iun. *conſ.*169.*num.*1. & ſic attenduntur verba, & non mens. Et procedet hæc ſecunda contraria opinio, quia verba declarant mentem, & ſunt notæ earum rerum, quæ ſunt in animo. Et facit, quia verba clara non patiuntur interpretationem. *l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obligat. l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat.* 3. & claris verbis aliquid non eſt addendum, vel minuendum. Bald. *in l. maximum vitium col.*2. *verſ. item facit ad aliam quæſtionem. C. de liber. præter. l.*1. *C. de nou. Cod. confirm.* & Raynutius *de teſtament.* Hieronym. de Monte *quæſt.*1.*num.*7. vide infrà *in fragmentis, inter diuerſa, verſ. præſumptionibus non eſt locus, num.*43. exornat Cephalus *conſil.*138. *num.* 2. *& ſeqq. vol.*1. Roland. *conſ.*79. *num.*51. *& ſeq. vol.* 3. vbi quòd verba clara non recipiunt interpretationem nec ab homine, nec à conſuetudine, neque à ſtatuto.

Mens colligitur ex verbis. Cephalus *conſil.* 253. *num.*29. Curt.iun. *conſ. pro vxore num.*542. *& ſeq.* & verba præcedentia declarant animum ſequentem. Maſcard. *concluſ.*94. *num.*7. *& concluſ.*95. *num.*5. vbi quòd animus hominis cognoſcitur ex eius ſermone. Plura ad hæc idem Maſcard. *concluſ.* 1042. *num.*6. *& ſeqq.* Nec mens præſumitur contraria verbis, vt pulchrè in propoſito traditur per Roland. *conſ.*59. *n.*42. *& ſeqq. vol.* 3. vbi ita diſtinguendo concordat opiniones. Placa *cap.*2. *pag.*61. *num.*20. *& cap.*39. *pag.*669. *& ſeq.* Rolan. *conſ.*61. *num.*17. *&* 57. *&* 54. *vol.*2. vbi loquitur, præſertim quando adeſt clauſula, *Non aliter*, &c. Socin.iun. *conſ.*95. *num.*14. *lib.*1. *& conſ.* 128. *n.*83. *eod. vol.* Cephal. *conſ.*87. *num.*8. *& ſeq. volum.*1. Pariſius *conſil.*131. *num.*20. *cart.*200. *vol.*2. *& conſ.*15. *num.*20. *& conſ.*149. *num.*22. *cart.* 126. *volum.*4. & faciunt in propoſito, quæ infrà dicentur in materia extenſionis, & in materia contractus, qualis ſit, quomodo cognoſcatur, &c. *quæſt.*11. *num.*1. & facit Monticell. *in Repertorio teſtium pag.*430. *col.* 1. *verſ.*1. vbi quòd nullum eſt mentis noſtræ maius teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum. 3

Verba an & quando ſint propriè intelligenda, 4
Diaz *reg.*639. Socin. *reg.*441. Cephalus *conſ.*107. *n.*13. *vol.*1. vbi quòd verba impropriantur, quando non poſſunt intelligi in caſu proprio. Faciunt in propoſito, quæ infrà dicentur in materia extenſionis *quæſt.*12. *in* 1. *cap.* & quòd regulariter verba ſint intelligenda in proprio ſignificatu, nec ab ipſis recedendum, eſt text. *in l.*1. *§. ſi is qui nauem, verſ. in re igitur. ff. de exercit. act. l. non aliter. ff. de legat.* 3. Amplia etiam in pœnalibus. Bertaz. *conſil. crimin.*35. *num.*7. *lib.*1. Aret. *in l. cum lege, in princ. C. de teſtam.* Alciat. *regul. de præſumpt. vlt. num.*7. Decius *in l. ſemper in obſcuris, num.*3. *in tecto num.*11. *& in l. in contrahenda num.*13. *& l factum. §. in pœnalibus, num.*10. *ff. de regul. iur.* Ad hanc materiam vide omninò Alderan. Maſcard. *de generali ſtatut. interpretatione, concluſ.* 4. vbi præſertim quid in ſtatutis.

Verba contrahentium cenſentur ſe conformare 5
cum iure communi. Villalob. *T. num.* 72. Roland. *conſ.*37. *num* 2. Cephalus *conſil.* 25. *num.*17. *& ſeqq. vol.*1. ſuper qua materia vide Doctores infrà allegatos *num.*7. *& ſequent.* Item verba contrahentium recipiunt interpretationem à conſuetudine loci. Roland. *conſ.*40. *num.*19. *lib.*2. Menoch. *caſ.*199. *num.*11. vide infrà *num.*10.

Sed quid in verbis teſtamenti, an ſint intelligenda 6
ſecundùm ius commune, videas *in Repertorio quæſtionum vltimarum voluntatum, quæſt.*43. *n.*24.

Item quid in ſtatutis, an ſtatutorum verba ſint in- 7
terpretanda ſecundùm ius commune. In materia vide lati ſſimè per Alderan. Maſcard. *in tract. de generali ſtatutorum interpretat. concluſ.*2. *fol. mihi* 85. vide etiam ad hanc materiam Aymon. *conſil.* 186. *num.* 9. *&*

conſ.

Digitized by Google

conſ.259.num.2.& conſil.236.num.9.Socin.iun.conſ.29. num.8.part.1.& conſ.5.num.4. & conſ.75. num.4. lib.2. Grat.in pluribus conſilÿs.de quibus in eius Repertorio verb.ſtatutum,omninò Cott.in memor. pag.789. Mattheſ.ſingul.84.in addit. Diaz regul.694. Cephal.conſil. 146.num.17. vbi quòd ſtatuta magis interpretantur ſecundùm alia ſtatuta, quàm ſecundùm ius commune.

8 Regulariter ſtatutum recipit interpretationem à iure communi.Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif. pag.63. in principio.Roland. conſ.37.num.2. Aym. de antiquit.temp.par.4.§. videamus modò de aliquibus limitationibus num.49 Nicol. Euerard. in loco à ratione legis ſtricta num.14.& 16. vbi de materia; & in loco à ratione legis larga, num.59. Catel. Cotta in memorabil. in verſic.ſtatutum derogant iuri commun. vbi quòd ſtatutum correctorium iuris communis non recipit interpretationem à iure communi, & vide etiam in materia benè exemplificantem,& declarantem, Villagut in tract.de extenſione legum,rubr.de extenſ. leg.correct.& pœnal.ſimul num.271.& ſeqq.Alderan.Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione,concluſ.2.vbi latè, an & quando ſtatuta recipiant interpretationem à iure communi,& quid ab aliis ſtatutis, & eorum obſeruantia.Vide etiam Cephal.conſ.25.num.17.& ſeqq. volum.1.Contard. in l.vnica. C.ſi de mom.poſſeſſ in tit. de Ægidiana, quæſt.1. vbi quòd ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi, & patiuntur eaſdem ampliationes, ac limitationes ac ius commune. Roland. conſ.62.num.6. & ſequentib. volum.3. vbi ampliat,etiam quòd verba improprientur. Cephal. conſ. 257.num.9 & num.32. & ſeq. & num.58. vbi limitat, quando verba eſſent ſuperflua: ad hoc enim ne verba ſint ſuperflua,ſtatuta, & contractus interpretantur contra ius commune. Pro primo dicto,quòd ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam à iure communi,eſt textus in l.1.§.lex falcidia, & ibi Bartol. ff.ad leg.falcid,& in l.vt gradatim. §.1.ff. de munerib. & honorib.Aym.conſ.116.num.9. Socin.iun. conſ.11.n.12. lib.1.Decian.conſil.16.n 24.lib.1.

9 Amplia etiam quòd ſtatuta ſint derogatoria iuri communi, quia adhuc ab eo interpretationem recipiunt. Lancell. in Bren. pag.160. num.10. verſ. vnum tamen,& eſt communis opinio, vt per Roland. conſil. 72.num.28.32.& ſeqq.vol.3. vbi exornat,& infert; licèt Baldus ibi per eum relatus contrariam tenuerit: ſed aduerte, quòd cum Baldo ſentit idem Rolandus ſibi contrarius conſ.62.num.45 & ſeqq. eodem volum.3. vbi concludit, quòd quando ſtatutum venit derogatiuè ad ius commune, ſeu aliquid addit, vel minuit, tunc non recipit interpretationem à iure communi. Ad idem Cephal. conſil.137. num.27. vbi quòd ſtatutum differens à iure communi non recipit interpretationem à dicto iure communi, vide infrà num.30. Hercul.de cautione de non offend. pag. 176. n.4. vbi declarat, quòd ſtatuta correctoria iuris communis recipiant interpretationem à dicto iure.Vide Contard. in l. vnica.C ſi de mom.poſſeſſ.in tit.de Ægidiana quæſt 1. num.6.vbi quòd conſtitutio declaratoria, ſeu confirmatoria iuris communis recipit interpretationem à iure communi. Magon.deciſ Lucen.6.n.31.vbi quòd ſtatutum derogatorium,ſeu correctorium iuris communis non recipit à iure communi interpretationem,ſed,vt iacet,intelligendum eſt, vbi concordantes allegat, & de magis communi teſtatur Menoch. conſ.88.num 30.

10 Sed an ſtatuta recipiant interpretationem à iure communi,vel à conſuetudine,videas per Aym. de antiquit.temp.pag.140. num.49. vide etiam ſuprà num 5. Virgil.Boccac.in conſtitut. March.gloſſ.6. num.94. vbi quòd verba legis interpretantur ſecundùm conſuetudinem loci,in qua lex viget.

Verba contractus interpretantur ſecundùm veriſimilia. Roland. conſ.37. num.23. faciunt generaliter tradita in materia veriſimilitudinis, & infra quæſt.11. num.3. 11

Verba ſemper interpretantur,immò etiam impropriantur,vt actus valeat. Neuiz. conſ.26. n.7. & ſeqq. & num.14.& conſ.17.num.62. Roland.conſ.8. num.22. & 23.vol.1. Cephal.conſ.51.num.38. & ſeqq. volum.1. Menoch.de arbitr. quæſt. caſ.199. num.22. vide in alio Repertorio in contract.verb. Actum,&c.num.2. & infrà in materia extenſionis quæſt.12.num.5. eundem Menochium de arbitr.quæſt.caſu 186. num.11. & ſeqq. vbi declarat materiam pro principali dicto. Adde eundem Menoch. de recuper. poſſeſſ.pag.263. num 163. & ſeqq. Cephal. conſ.147. num 24. & 25. vbi quòd hæc interpretatio, ſeu præſumptio eſt cæteris fortior. Et idem tradit Roland.conſ.61.num.27.& ſeqq.vol.3. vide infrà in fragment.verſ. Actum,num.2. 12

Verba quando ſtrictè, & quando largè ſint interpretanda, Mattheſ. ſingul 94.in addit. Iſta eſt propria materia extenſionis,de qua infrà quæſt.12. In contractibus verba ſunt ſtricte interpretanda, etiam quòd promiſſio reddatur inualida. Rolandus conſ.59.n.25. vol.3. licèt ſtatuta ſint ſtrictè interpretanda, id non procedit in fauorabilibus ſtatutis quæ impropriantur,& extenduntur.Lamberten.de contract.gloſ.2.n.22. vide infrà quæſt.12 n.16. vbi poſui. 13

Verba ſunt intelligenda in potiori ſignificatu. Cephalus conſ.35. num.58. & ſequent. vol.1. Aymon. conſ.218.num.6.Grat.conſ.10. num.53. & ſeqq. vol.1. & conſ.67.n.44.eod. volum. pag.82. declara vt per Tiraq. de retract.pag.883.n.41. 14

Verba intelliguntur naturaliter potius, quàm ciuiliter. Tiraquell. de reuoc. donat. pag. 459. num 15. Placa cap.40.pag.682 Cephal. conſil.82.n.12.vol.1. 15

Verba ſunt interpretanda eo modo, vt talis interpretatio non poſſit à Iuriſprudentibus reprehendi. Menoch.de arbitr quæſtionib.quæſt.7.n.22. & caſu 199. num.8. 16

Verba ſunt ſemper interpretanda, vt aliquid operentur: quia nullum verbum debet eſſe ſuperfluum. 17 Neuiz. d.conſil.29.num.9.Roland.conſil.61.num.14.& ſeqq.volum.3.& num.16.& ſequent.vbi ampliat, etiam quòd deberet fieri verborum impropriatio, & n.18. & ſeqq. vbi quòd raditur verbum minimè: ſed nec ſyllabam præſumendum eſt ſuperfluè fuiſſe appoſitam. Exornat etiam hanc concluſionem idem Rolandus conſil.61.num.32.& ſeqq.volum.3 vbi quòd iſto caſu etiam verba impropriantur. Cartarius de exequut.ſentent.cap.final. num.71.& 72. vbi pariter exornat. Declara & limita, vt per Menochium de arbitr. quæſt.caſu 186. num 11.& ſeqq. Pariſ.conſ.119. num.50. & ſequent. vol.1. vbi limitat quinque modis. Socin. reg.440.Aym.conſ.70.num.29. & pulchrè in conſil.135. num.14.fol.116. verba enim in ſcriptura fruſtraneè appoſita fuiſſe præſumendum non eſt. l.ſi quando, de legat.1. Bald. in rubr.de contrahend. empt. in 9. quæſt. & propterea debent intelligi ſemper ne ſint otioſa. cap.ſi Papa de priuileg.in 6. Socin. iun. conſ.119. n 19. & conſil.89.num.15.vol.3.vbi quòd nedum verba, ſed quòd ne quidem ſyllabas fruſtratoriè in contractibus appoſitas fuiſſe præſumendum eſt. Refert & ſequitur Roland.conſil.64.n.13.& ſeqq vol.4.latè de materia Mantic.de coniectur.lib.3.tit.6.

Verba ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundùm ſubiectam materiam. Menoch. de arbitrar. quæſtionib.caſ.199.n.2.faciunt ſuprà tradita quæſt 9.num.... & infrà in materia extenſionis. 18

Digitized by Google

19 Verba dubia quomodo debeant interpretari, latè per Menochium *de arbitr. quaſt. caſu* 199. *per tot.* vbi ponit plures interpretationes.

20 Verba dubia contra emptorem interpretantur. Roman. *ſingul.* 27.

21 Verba dubia in contractu interpretantur per promiſſorem. Matheſ. *ſingul.* 171. *in addition.* Petraſ. *ſingul.* 97.

22 Verba dubia interpretantur contra ſe fundantem in illis. Aymon. *de antiquis. temp. pag.* 220. *n.* 114. *al.* 214. Gozadin. *conſ.* 60. *n.* 12. *&* 74. *n.* 13. Grat. *reſponſ.* 86. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 249. *num.* 18. declarat per Iacob. Æmilian. *conſ.* 95. & Cagnol. *in l. cùm quid num.* 77. *& ſeqq. ff. ſi cert. petat.* Grat. *reſponſ.* 135. *n.* 4. *lib.* 2. Bellon. *conſ.* 80. *n.* 10. vbi declarat *l. veteribus. ff. de pact.* Put. *deciſ.* 166. *n.* 10.

23 Verba dubia interpretantur contra proferentem, fallit quando contrarium eſſet magis veriſimile. Ita Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.* 51. *num.* 54. Pro regula adde deciſ. Pedemont. 29. *n.* 10. Hercul. *de caut. cap.* 33. *n.* 3. vbi quòd interpretantur contra eum, qui ſibi legem apertiùs dicere potuit, & non dixit.

24 Verba dubia interpretantur in æquiorem & benigniorem partem. Menoch. *de arbitr. quaſtion. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 18. *&* 21. *& lib.* 2. *caſu* 199 *n.* 4. *& ſeqq.* Virg. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 6. *num.* 92.

25 Verba dubia interpretantur arbitrio iudicis. Menoch. *d. caſu* 199. *n.* 1. *& n.* 23. vbi declarat.

26 Verba dubia interpretantur taliter, vt vtrique parti, ſi poſſibile, conſultum, & ſatisfactum ſit. Menochius *d. caſu* 199. *n.* 11.

27 Verba vbi ſunt dubia, debet capi illa interpretatio, quæ minùs præiudicialis eſt. Menoch. *d. caſu* 199. *num.* 17. & in dubio ſumenda eſt ſemper illa interpretatio, quæ minùs tertio præiudicet. Socin. iun. *conſ.* 6. *n.* 31. *lib.* 2.

28 Verba dubia ſunt interpretanda, vt talis interpretatio magis, quàm ſit poſſibile, conueniat arbitrio boni viri. Menoch. *d. caſu* 199. *num.* 21.

29 Verba dubia taliter ſunt interpretanda, vt pugnantia & contraria ad concordiam reducantur. Sic Menoch. *d. caſ.* 199. *n.* 23.

30 Verba ſemper ſunt interpretanda, vt minùs lædant ius commune, quàm ſit poſſibile, maximè in ſtatutis. Socin. iun. *conſ.* 11. *num.* 11. *&* 13. vbi quòd propterea verba improprientur. *& conſ.* 30. *num.* 9. *&* 18. *lib.* 1. *& conſ.* 6. *num.* 8. *& conſil.* 1. *num.* 22. *&* 30. *lib.* 2. In ſtatutis, ad idem deciſ. Pedemont. 59. *num.* 12. *& ſeq. & deciſ.* 67. *num.* 19. *&* 22. Rolandus *in conſ.* 72. *num.* 35. *& ſequen. vol.* 3. Quando hæc concluſio ſit vera, vide latè per Alder. Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretatione concluſ.* 12. Adde in materia omninò Petraſ. *ſingul.* 7. *num.* 59. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 265. *num.* 268. faciunt ſuprà tradita *num.* 5. *& ſeqq.* præſertim *num.* 9. de ſtatutis, vt ſint interpretanda, vt minùs derogent, &c. ponit Cephal. *conſil.* 177. *num.* 18. deciſ. Pedemont. 27. *num.* 4. vbi quòd iſta regula, quòd ſtatuentes præſumantur ſe conformare cum iure communi, habet locum in dubiis, ſecùs in claris.

31 Verba ſemper interpretanda, ne ſequatur abſurdum. dixi infrà *in fragment. inter diuerſa, verſ. Abſurditas vitanda num.* 31. quibus adde Mantic. *de coniectur. lib.* 3. *tit.* 7. faciunt tradita *in Repertor. vltim. volunt. quaſt.* 43. *n.* 29. vbi particulariter quid in vltimis voluntatibus.

32 Verba interpretantur ſecundùm communem vſum loquendi. dixi infrà *in fragment. inter diuerſa, verſic. vſus communis loquendi, num.* 1.

33 Verba ſtatuti debent intelligi ſimpliciter, & non ſecundùm quid. Roland. *conſ.* 62. *num.* 20. *volum.* 3. vbi ampliat id procedere etiam in diſpoſitione fauorabili. faciunt infrà tradita *num.* 35.

Verborum interpretatio ſemper facienda eſt ea, quæ vitio caret, & quæ rei gerendæ aptior eſt. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *n.* 93. 34

Verba prolata ab homine, vel à ſtatuto, ſunt intelligenda principaliter, & per prius, non autem ſecundariò. Tiraquell. *in tract. Res inter alios, pag.* 4. *verſic. huc facit.* faciunt ſuprà tradita *num.* 33. 35

Verba vbi non conueniunt, ibi etiam nec conuenit diſpoſitio, &c. Vide infrà *quaſt.* 12. *num.* 19. 36

Verba contractus intelligenda ſunt ſecundùm illius naturam. *l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. petat. l. in lege. ff locati.* Roman. *conſ.* 509. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam quòd verba improprientur. Aym. *in rubric. ff. de legat.* 1. *num.* 9. 37

Verba cuiuſcunque diſpoſitionis ſunt ſemper intelligenda cum effectu. textus eſt *in l. ſi per alium. §. doceri, in fin.* & *ibi* gloſſ. & communiter omnes Doctores, *ff. ne quis eum qui.* Vide exornantem, & inferentem Marſilium *in l. qui falſam, num.* 31. *& ſequen. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Ponitur materia per Doctores *in l.* 1. *§. hac autem verba ff. quod quiſque iuris.* Idem Marſilius *in l. is qui cum telo num.* 43. *& ſequentib. C. ad legem Corneliam de ſicariis.* 38

QVÆSTIO XI.

Contractus qualis ſit? Quomodo cognoſcatur? puta in emphyteoſi, cenſu, venditione, locatione, permutatione, & ſimilibus.

SVMMARIVM.

1. *Contractus talis præſumitur, qualis in ſui figura apparet.*
   Item qualem partes nominant, ibid.
   Item cognoſcitur ex verbis, ibid.
2. *Sed quid ſi ſubſtantia repugnat verbis & nominationi.*
3. *Contractus iudicatur ſecundùm veriſimilia.*
4. *Item per id quod pluris eſt.*
5. *& quid ſi in inſtrumento adſint plura verba diuerſos contractus ſignificantia.*
6. *Emphyteuticus contractus quomodo cognoſcatur.*
7. *Cognoſcitur non ex verbis, ſed ex ſubſtantia & effectu.*
8. *Emphyteuſis requirit ſcripturam.*
9. *Quando erit cenſualis, & quando emphyteoticus.*
10. *Quid ſi à principio non præſtetur certa quantitas.*
11. *Quid ſi penſio correſpondet fructibus.*
12. *Emphyteoſis recipit omnia pacta, &c.*
13. *Venditionis contractus quando ſit, & num. ſeqq.*
14. *Venditio præſumitur, vbi eſt facta mentio de pretio, & num. ſeqq.*
15. *Locatio quomodo cognoſcatur à venditione, & n. ſeq. num.* 18. *& ſeq. & n* 28.
19. *Quid ſi in inſtrumento adeſt verbum* vendo.
20. *Permutatio quid ſit, quando dicatur, & in quo differat à venditione.*
21. *Venditionis appellatione qui contractus veniant, & num. ſeqq.*
26. *Ceſſio iurium facta mediante pretio dicitur venditio.*
27. *Solutio diuina an oſtendat præceſſiſſe emphyteoticum contractum, vel cenſum.*

CONTRA

1 CONTRACTVS talis præſumitur, qualis in ſui prima figura apparet. Ita Neuiz. *conſ.24. num. 20.* Item contractus talis iudicatur, qualem partes nominant, &c. idem tradit Natta *conſil. 194. num.1. & ſeq.* vbi exornat, *& conſil. 49. num. 34. eod. volum. & ibid. num. 14.* vbi reſpondet ad contraria, etiam quòd aliæ præſumptiones in contrarium præponderent. Pro hac ampliatione facit Natta *conſil. 607. num.1. in fin. ver. aut conſtat, vol.3.* Aret. *conſil. 55. in fin.* Ruin. *conſil. 161. num. 29. lib.1.* Aymon. *conſil. 20. n.4.* Alexandrin. *conſil. 142. num.2.* & ideò qualis ſit contractus, & contrahentium intentio, cognoſcitur ex verbis. Æmilian. *conſil.4. num.1. & per tot. in diſcurſu.* Pulchrè Roland. *conſil.61. num.5. & ſeqq. volum.2. & conſ.96. num.15. eodem volum. & conſil.8 num.1. & ſeqq. vol.1.* & faciunt ſuperiùs tradita *quæſt.10. n.2. & 3. & infrà num.7. & 19.*

2 Aduerte tamen, quòd ſi mens contrahentium, & affectus contractus repugnat verbis & nomini appoſito in eo, tunc contractus iudicatur ſecundùm affectum, ſeu mentem contrahentium, & non ſecundùm nomen ac verba. Roland. *conſ.8. num.31. lib.1. & conſil. 61. num.33. & ſeqq. volum.2. & conſ.96. num.38. & ſeqq. vol.1.* Grat. *reſponſ.131. num.8. & ſeqq. lib.1.* Villalob. *L. num.134.* pulchrè Roland. *conſil. 69. num. 40. & ſeqq. vol.3.* Tiraquell. *de retract. pag.640. num.1. & ſeqq.* quem videas in materia, & faciunt ſuperiùs tradita *quæſt.10. num.1. & infrà n.7.* Adde pro hoc eodem dicto Aym. *d. conſil.20. n.4.* & Alexandrin. *d. conſil.142. n.2.* quem videas, *& infrà num.19.*

3 Contractus qualis ſit, iudicatur ſecundùm veriſimilia. Grat. *d. reſponſ.131. num.8. & ſeqq. lib.1. in diſcurſu.* Roland. *conſ.37. num.23.* & faciunt ſuperiùs tradita *quæſt.10. num.11.* & faciunt etiam infrà tradita *in fragment. verb. Veriſimilitudo, num.6.*

4 Contractus qualis ſit, inſpicitur ſemper id quod pluris eſt, & in quo magis præualet. Tiraquell. *de retract. lignag. §.30. gloſſ.1. num.9. & 10.* & faciunt tradita in materia mixti. Roland. *conſil.1. num.67. & ſequent. vol.4. & conſil.50. num.64. & ſeq. vol.3. & ibidem n.45. & ſeqq.*

5 Si in inſtrumento iungantur duo verba, quorum quodlibet contractum diuerſæ naturæ ſignificet, qualis tunc reputetur contractus, pulchrè declarat, & exemplificat Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.1. quæſt.7. n.17. vſque ad numerum 28.*

6 Quæro modò particulariter in materia, quomodo cognoſcatur contractus emphyteoticus ab aliis contractibus, habetur per Corſetum *in ſuis ſingularib. verb. contractus, pag.145.* Facias infraſcriptas regulas. Aliquæ coniecturæ contractus emphyteotici ponuntur per Roland. *conſil.96. n.29. & ſeqq. 41. & ſeqq. volum.1.* & vide *in lib.1. Informationum ciuilium, in tabula verb. Emphyteoticus contractus, in diſcurſu.*

7 Prima ſit regula, quòd emphyteoticus contractus cognoſcitur non ex verbis, ſed ex re & effectu. Villalobos *L. num.134.* Cotta *memorab. pag.271.* Socin. *conſil.266. & 167.* Decius *conſil. 164.* Clarus *de iur. emphyt. quæſt.1. verſ. & aduerte, & ſequen.* Rolan. *conſil.96. num 1. & ſeqq. & num 38. & ſeqq. volum 1.* vbi reſpondet ad contraria. & faciunt ſuprà tradita *num. 2. & quæſt.10. num.1.* Sed quòd etiam contractus emphyteoticus dicatur, ſi partes ita illum nominant, præter generaliter tradita ſuprà *num.1.* tradit Natt. *conſil. 49. num.13.14.34.* vbi reſpondet ad contraria, *& conſil.194. num.1. & ſeq. vol 1.*

8 Secunda ſit regula, quòd emphyteoticus contractus requirit ſcripturam. Villalob. *E. num.44.* Aymon. *de antiquit. cart.128. num.40.* Clarus *de iur. emphyteot. quæſt.4.* Roland. *conſ.87. n.9. & ſeqq. vol.1.* dixi aliquid infrà *verſ. Emphyteoticus contractus, n.36.*

Tertia ſit regula, quòd emphyteoticus contractus in dubio non præſumitur, ſed cenſualis, vt per Marſilium *ſingul.95.* Aymon *de antiquit. cart.128. num.40.* Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.16. num.5. pag.101.* Sed contrà per Clar. *de iur. emphyt. quæſt.1. verſ. ſed pone.* In materia vide Viuian. *conſil.68. verb. feudalis,* &c. Couarr. *variar. reſolut. pag.805. num.1.* Roland. *conſil.69. num.40. & ſeqq. vol.3.* vbi quòd ſi in contractu transferatur omne ius ſub certa annua penſione, licèt verbum *penſio* referatur ad locationem, ſeu emphyteoſim; nihilominus quia in locatione, ſeu emphyteoſi non transfertur omne ius, ideò erit iudicandus contractus cenſualis, & non emphyteoticus, vt ibi per eum, & per Redoan. *de rebus Eccleſiæ rubr.1. §. contractus pariter cenſualis, ſub num.3. pag.31.* faciunt in propoſito infrà tradita *in fragment. verſic. Cenſualis contractus in quo differat ab emphyteotico, num. 6.* Si fuerit dictum: Concedo in emphyteoſim pro annuo cenſu; vel, Concedo in emphyteoſim, vel cenſum, & ſic in dubio, quia contrahentes vſi ſunt vtroque nomine; tunc erit contractus emphyteoticus, & non cenſualis, ex traditis per Redoan. *de reb. Eccleſiæ, rubr.1. §. Contractus pariter cenſualis, num.3.4. & 8.* 9

Quarta ſit regula, quòd contractus emphyteoticus dicitur etiam quòd à principio certa quantitas non ſoluatur, ſecundùm communem & ſeruatam opinionem, de qua relatis etiam contrariis teſtatur Redoan. *de rebus Eccleſiæ rubr.1. § ſimiliter dare in emphyteoſim, num.3. & 4.* Villalob. *E. num.45.* Clar. *de iur. emphyteot. quæſt.3.* 10

Quinta ſit regula, quòd contractus emphyteoticus non eſt, ſed potiùs locatio; quando penſio correſpondet fructibus. Roland. *conſil.96. num.25. & ſeqq. 41. & ſeqq. vol.1.* Cephal. *conſil.9. num.12.* Quod amplia, etiam quòd in contractu adſit nomen emphyteoſis, vt per Menoch. *de arbitr. quæſt. quæſt. 7. num. 26. lib.1.* Declara omninò vt per Nattam *conſ. 49. num.18. & ſeqq. & conſ.114. num.4.6. & ſeqq. vol 1. & conſil.512. n.1. & 3. vol.2.* Cagnol. *in Authent. qui rem, num.6. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Pro regula huius verſiculi adde deciſ. Lucen.64. *num.14. 1. part.* vbi concordantur allegata. & vide deciſ. Pedemont.53. *num. 16.* vbi quòd licèt non ſit propriè emphyteoſis, vbi penſio correſpondet fructibus; in aliis tamen qualitatibus non alteratis adhuc iſte contractus retinet naturam emphyteoſis. 11

Sexta ſit regula, quòd emphyteoſis recipit omnia & quæcunque pacta. in qua regula videas *l.2. in princip.* vbi gloſſ. Iaſon *num.8.* & communiter Doctores, *C. de iur. emphyt.* Socinus iunior *conſil. 71. num.2. vol.1.* Baldus *in l.2. col.1. in 1. & 2. quæſt. C. eodem,* & Bartol. *ibidem num.7.* Rolandus *d. conſil.96. num.46.* Pulchrè Natta *d. conſil.49. num.18. & ſeqq. & d. conſil 114. num.6. & ſeqq. vol.1.* Declara & exemplifica, vt per Redoan. *in tract. de reb. Eccleſ. pag.529. & ſequen. num.1. & omnibus ſequentib.* 12

Quæro ſecundò, quando dicatur contractus venditionis, quomodóve venditio præſumat. habetur per Marſilium *ſingul.18.* & Socinum *regul 116.* 13

Venditio regulariter præſumitur, vbi eſt facta mentio de pretio. Menoch. *in 4. remed. retinen. poſſeſſ. num. 10. & 22.* Diaz *regul 785* vbi de materia. Cephal. *conſil. 10. volum. 1. in diſcurſu,* vbi an ſit mutuum, etiam quòd in contractu ſit facta mentio de pretio. 14

Fallit, vt per Menochium *ibidem n. 23.* quia aliquando pretium exponitur pro mercede locatoris. *l qui inſulam. §. qui ædem. ff. locati.* 15

Fallit,

16 Fallit, quando pretium non eſt condignum rei emptæ: tunc enim dicitur potiùs locatio, quàm emptio, vt *ibidem num.*24.

17 Fallit tertiò, quando pretium eſſet incertum, quia tunc non eſt venditio. Romanus *ſing.* 749. Cephal. *conſ.*10.*vol* 1. Tiraquell. *de retract. pag* 36. *num.*1. quibus in locis diſputatur etiam, quid ſi pretium ſit collatum in arbitrium tertij; ſed iſta materia eſt poſita infra in Contractibus, *verſ. Venditio*, &c.

18 Venditio autem quomodo particulariter cognoſcatur à locatione, præter ſuperiùs tradita *num.*15. *& ſeq.* videas Socin. *regul.*116. Marſil. *ſing.*38. Æmilian. *conſil.*4. Mattheſ. *ſingul.*10. *&* 68. Menoch. *in* 4. *remed. retinen. poſſeſſ. in* 2. *quæſt. per totam*, vbi optimè diſtinguit plures caſus. Alexandrin. *conſil.* 141. vide etiam infrà *num.*28.

19 Et in materia ſcias, quòd etiam quòd in inſtrumento repetiatur verbum *Vendo*; tamen ſi ſubſtantia & effectus contractus ſit locationis, vel alterius contractus, tunc non denominatur à verbo, & à nominatione contrahentium, ſed ab effectu, & ſubſtantia, per ea quæ generaliter ſuprà tradita ſunt *num.*2. *&* 7. & in ſpecie Bartol. *in l.*1. *num.*5. & *ibi* Iaſon *n.*22. *C. de iur. emphyteot.* & eſt communis, vt per Bellon. *conſ.*21. *num.*5. *& ſeqq.* Roland. *conſil.*69. *num.*40. *& ſeqq. volum.* 3. In qua materia vide etiam Cottam *in memorab. pag* 902. Menoch. *in* 4. *remed. retinen. poſſeſſ. n.*21. vbi pro & contrà. Neuiz. *conſil.*92. *n.*44. & vide etiam paulò inferiùs *num.*28.

20 Venditio quomodo cognoſcatur à permutatione, vbi traditur res & pretium; ſi pretium præponderat, dicitur venditio: ſi præponderat res, dicitur permutatio. Rolandus *conſ.*15. *num.*46. *volum.*3 vbi de communi, latiſſimè Tiraquell. *de retract. pag.*640. *& pluribus ſequentib.* Roland. *conſil.*69. *num.*42. *volum.*3. vbi quòd ſi Notarius ſcripſit permutationem, & in rei veritate ſit venditio, ſtatur naturæ rei, & non verbo Notarij. Villalobos *C.* 191. vbi quòd permutatio ſit aliquando pretio interueniente. & *P.*73. vbi generaliter quomodo cognoſcatur permutatio. Couarru. *variar reſolut pag.*421. *num.* 9. vbi an ſit permutatio, quando res & pecunia cum alia re permutatur. Capra *in tract. de permutat. benefic pag* 125. *num.*14. vbi quòd licèt large ſumpto vocabulo permutatio comprehendat omnem contractum, per quem rei pro alia re fit in alium tranſlatio: propriè tamen permutatio eſt, quando datur ſpecies pro ſpecie, & *ibidem num.*15. dicit, quòd permutatio non dicitur perfecta, niſi ſequuta traditione. An autem venditionis appellatione veniat permutatio, & ſic an ſtatutum de venditione loquens comprehendat caſum permutationis, dic quòd comprehendit, ſi ſit fauorabile, ſecus ſi odioſum. Ita diſtinguendo concordat contraria Lambertén. *de contract.* &c. *gloſſ.* 1. *num.* 41. *&* 45. Redoan. *rubr.*1. *pag.* 7. *num.*4. *de rebus Eccleſiæ non alienandis.*

41 Venditionis autem appellatione, qui contractus veniant, generaliter habetur per Romanum *ſingul.* 614. Diaz *regul.*217. *&* 774. Duen. *regul.* 239. Villalob. *D.*152. Ripam *in l. filiusfamilias* §. *Diui num.*102. *ff. de legat.* 1. Nouell. *regul.*227. Cephal. *conſ.*16. *num.*4.5. 57. *& ſequen. vol.*1 Tiraquell. *de retract. pag.*22. *num.*49. *& pag.*38. *num.*3. *&* 4. pulchrè Pariſius *conſ.* 82. *& ſequentib. volum* 3. Iaſon poſt alios *in d.* §. *Diui, num.*106. *& ſeqq. in* 1. *lectura, & in* 2. *lectura num.* 143. *& ſequent.* & quid veniat appellatione emptionis, vide Romanum *ſingul.*614. Diaz *in reg.*227.

22 Regula ſit, quòd venditionis verbum trahitur ad omnem ſpeciem alienationis. Tiraquellus *de retract. pag.*22. *num.*49. quando eadem eſt ratio. Venditionis appellatio omnem alienationem, & dominij tranſlationem continet. Ideò ſtatutum prohibens venditionem ob fauorem publicum, ſiue illam prohibeat ratione rei, ſiue ratione perſonæ, comprehendit etiam alienationem, ex traditis per Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.*1. §. *appellatione quoque n.*1. 2. 8. *& pluribus ſequentib pag.*19.

23 Fallit primò vbi fit mentio de pretio. Tiraquellus *ibidem pag.*36. *n.*1.

24 Fallit ſecundò in materia odioſa. Tiraquell. *ibid. pag* 3 *num.*2.

25 Fallit tertiò de communi vſu loquendi vbique locorum: de quo *ibidem* per Tiraquellum *pag.* 38. *num.*3. *&* 4.

26 Et in materia ſcias, quòd venditionis appellatione venit etiam ceſſio iurium, facta mediante pretio, quæ nihil aliud eſt iſto caſu, quàm venditio. gloſſ. *in l. apud Celſum* §. *ſi enim legitima, in verb. pretio. ff. de dol. except.* & ita fuit deciſum *in vna Romana prælationis coram Seraphino die* 6. *Septembris* 1572. pro Pico contra Porcellam. Natta *conſil.* 398. *num.* 20. *volum.* 2. Port. *conſil.*198. *num.*3. Rota *in antiquis deciſ.*2. *in tit. de locat & conduct pag.*66. Romanus *conſ.* 86. *num.*12. & in materia videas Pariſium *dicto conſil.* 82. *&* 88. *vol.*3.

27 Adde ſuprà traditis de contractu emphyteotico, Pariſ. *conſil.*84. *&* 85. *num.*1. *& ſeqq. pluribus, volum.*4. & Ludou. Bero. *quæſt.* 14. *per totam.* Quibus in locis tractatur, an ſolutio annuæ penſionis facta per annos quadraginta, oſtendat præceſſiſſe contractum cenſualem, vel emphyteoticum. Et ſi non apparet, an præſumatur factus ad tertiam generationem, vel in perpetuum. Et quid in Eccleſia, & quid in priuato, & nonnulla alia ad materiam, ibi videas. Ad quam materiam, an ſcilicet ex diutina ſolutione præſumatur emphyteuſis, vide Villalobos *E.n.*46. *& ſeqq.* Alcina *de præſumpt. pag.*214. *à tergo.* Felinus *in cap. cùm Bertoldus num.*28. *de re iudic.* Albertus *in l.* 2. *C. de iur. emphyteot. num.* 10. *& ſeqq.* & Clarus *in* §. *emphyteoſis quæſt.*1. *verſ. ſed pone.* Viui. *in commun. opinion. pag. mihi* 56. *in paruis, verb. ſoluens alicui.* Baldus *in l. iudicia, col.*1. *C. de rei vendicat.* vbi quòd in dubio, ille cui ſoluitur, præſumitur proprietarius. Et idem tradit Cephalus *conſil.*9. *num.*18. *vol.*1. Couarru. *variar reſolut, pag. mihi* 265. *verſ quinto, vbi*, &c. vbi etiam an ex diutina præſtatione cenſus præſumatur. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.*441. *num.*19.

28 Ad ea, quæ ſuprà poſui *num.*15. 16. 18. *&* 19. de venditione, & locatione, adde, quòd valde controuertunt Doctores, an vendens fructus, ſeu redditus alicuius tenutæ, pedagij & ſimilis, dicatur locare, an verò proprie vendere. de qua quæſtione etiam tractaui ſuprà, *quæſt.*4. *num* 30. vbi poſui, an iſto caſu ſit facienda remiſſio tamquam locatori: an verò deneganda ſicut emptori. Et vide in propoſito Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſione mercedis.* § *dicta verò num.*6. *& omnibus ſequentib.* vbi latè recitat opiniones, ſed tandem reprobata opinione Bartol. cum Imol. concludere videtur, quòd inſpicienda ſunt in primis verba contractus. In quo ſi apponitur verbum *Vendo*, erit venditio: ſi verbum *Loco*, erit locatio. At ſi verba contractus ſunt dubia, & apta comprehendere & locationem & venditionem, putà quando adeſt verbum *Concedo*; tunc ſi ſolutio eſt diſtributa pro rata ſingulis annis, erit venditio. Et ita in ſumma videtur ibi concludere, licèt multum prolixo ſermone.

QVÆS

Qvæstio XII.

Extenſio quando ſit licita de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam. Item quando diſpoſitio dicatur fauorabilis, & odioſa, & de materia.

Svmmarivm.

1. *Extenſio quando facienda generaliter.*
2. *Quid de caſu vero ad fictum. vbi etiam ad caſum præſumptum.*
   Fictio an habeatur pro veritate, ibid.
   Extenſio an fiat de perſona ad perſonam, maximè ſubrogatam, ibid. & 14.
3. *Quid ſi ratio eſt diuerſa, vel non tanta.*
4. *Quid in pœnalibus.*
   Pœna an habeat locum in caſu expreſſe, ibid.
   Statutum pœnale quando dicatur, ibid.
   Extenſio an ſit licita ex maioritate rationis, ibid. & 11.
5. *Extenſio fit, ne actus reddatur eluſorius.*
6. *Idem fauore animæ, vel pia cauſa.*
7. *Ratio ampliat, & reſtringit dictum.*
8. *Ratio quando dicatur, vel requiratur expreſſa: quandóve præſumatur vnica, vel duplex, & de materia.*
9. *Extenſio an fiat, ſi verba ſunt intelligenda ad literam, &c.*
10. *Quid ſi adeſt dictio taxatiua.*
11. *Quid in correctorijs & exorbitantibus.*
12. *Statutum quando dicatur correctorium, & exorbitans.*
13. *Extenſio non fit in tacitè ſubintellectis, & n. ſeq.*
15. *Quid vbi lex aliquid decidit per præſumptiones.*
16 *Quid in fauorabilibus.*
17. *Quid in odioſis.*
18. *Extenſio non dicitur, vbi adeſt eadem ratio, ſed declaratio, &c.*
19. *Non ſufficit diuerſificare caſus, niſi ratio diuerſa afferatur.*
20. *Extenſio fit, ne legi fiat fraus.*
21. *Extenſio an fiat fauore publicæ vtilitatis.*
   Vbi verba legis non conueniunt, ibi nec legis diſpoſitio locum habet, d. n. 19.
22. *Extenſio quomodo facienda in ſimilibus.*
23. *Extenſio fit, ne ſequatur abſurdum.*
24. *Extenſio quomodo fiat in ſimilibus, & de materia.*
25. *Extenſio quomodo fiat in expreſſis, & de materia.*
26. *Extenſio fit à veriſimilitudine.*
27. *Statutum quando fauorabile, & quando odioſum*
28. *Quid ſi eſt contra ius commune.*
29. *Quid ſi obuiet fraudibus.*
30. *Quid ſi fauet Religioni.*
   Vel obſecrationi iuramenti, ibid.
31. *Quid ſi imponatur finis litibus.*
32. *Statutum quando dicatur ſtricti iuris, vel bonæ fidei.*
33. *Quid ſi eſt contra naturalem æquitatem.*
   Quid ſi contra bonos mores, ibid.
   Quid ſi contra alia ſtatuta, ibid.
34. *Quid ſi partim odioſum, & partim fauorabile.*
35. *Quid ſi principaliter reſpiciant commodum, vel incommodum alicuius.*
36. *Quid ſi puniat delicta, & num. 39.*
37. *Quid ſi odium eſt rationabile.*
   Quid ſi per illud redeamus ad ius commune, ibid.
38. *Quid ſi reſpiciat publicam vtilitatem.*
39. *Quid ſi agatur de euitanda pœna.*

Magnam reperio in huius quæſtionis materia Doctorum varietatem, & confuſionem. Ideo generaliter ſi vis ſcire, an & quando ſit licita extenſio in ſtatutis, cæteriſve diſpoſitionibus, pœnalibus, exorbitantibus, correctoriis, fauorabilibus, odioſis, ab identitate, ſeu maioritate rationis, de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam, videas præter ea, quæ infrà particulariter dicentur, Imol. *in l. dotalem. §. de viro. ff. ſolut. matrimon.* Natt. *conſil.* 343. *num.* 6. *lib.* 2. omninò Euerard. *pag mihi* 361. *vſque ad* 419. vide in loco *a ratione legis ſtricta*, &c. & in loco *à ratione legis larga*, &c. latiſſimè diſputantem Aymon. *de antiquit temp. cart.* 139. *num.* 42. *& omnibus ſequentib.* vſque ad finem illius partis, *& cart.* 163. *num.* 1. *& ſeqq. vſque ad finem.* Corra *memorab. pag.* 783. *& ſeqq.* Pariſ. *conſ.* 41. *num.* 73. *&* 81. *car.* 52. *volum.* 3. *& conſil.* 23. *n.* 30. *car.* 60. *volum.* 2. Roman. *ſing* 461. 748. Corſet. *ſingul. verb. additio num.* 2. *pag.* 140. *à tergo*, *& pag.* 154. *&* 156. *à tergo.* Diaz *reg.* 276. Duen. *reg.* 286. *& ſeq.* Tiraquell. *in tract. Ceſſante cauſa in* 21. *limitatione per totam*, vbi latè, *& de reuocan. de nat. pag.* 154. *num.* 39. *& pluribus ſequentib.* Abb. *in cap. final. extrà de reſcript.* Felin. *in proœm. Gregorian. in verb. Gregorius.* Iaſon *in l. final. de in ius vocand.* Villalobos *C.* 171. *& F. num.* 150. *& ſequentib.* Zarzan. *opin.* 98. Viui. *car.* 64. *à tergo, verb. Extenſio, & verb. ſeq. In odioſis*, &c. vbi latè in alio Repertorio *verſ. caſus omiſſus*, &c. omninò Cæpoll. *in tract. de interpretat. legis extenſiua, per totum*, & omninò etiam Honded. *conſil.* 95. *per tot. in diſcurſu.* vbi plura notabilia in materia. Villagut *in tract. de extenſione*, Gambacurt. *de extenſ. in tract. tom.* 18. *fol.* 24. poſui etiam *in fragment. crimin.* 1

Extenſio an ſit licita de caſu vero ad caſum fictum, videas Aymon. *de antiquit. tempor. cart.* 176. *num.* 11. Corſet. *ſingul. pag.* 202. *ſtatutum* 4. *in fine*, Diaz *regul.* 700. Tiraquellus *de leg. connub. pag.* 486 *num.* 48. vbi limitat. Pariſ. *conſil* 22. *num.* 41. *cart.* 57. *volum.* 2. vbi quando fictio æquiparetur veritati. Et in materia ſcias, quòd licèt regulariter de caſu vero ad caſum fictum non fiat extenſio, tamen ſecùs eſt de perſona vera ad fictam, quia eſt licita extenſio de perſona vera ad perſonam fictam, & ſubrogatam in locum veræ perſonæ, & illam repræſentantem, vt per Tiraquellum *gloſſ.* 5. *de ll. connub. pag.* 463. *num.* 195. & Roland. *conſil.* 68. *num.* 42. *& ſeqq. volum.* 1. Sed vide in propoſito, quæ infrà generaliter dicentur de extenſione facienda de perſona ad perſonam. Adde in materia Roland. *de lucro dotal. quæſt.* 75. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi quòd in ſtatutis fit extenſio de caſu vero ad præſumptum. Adde Contard. *in l.* 1. *C ſi de moment. poſſeſſ. in ampliat. ſeu quaſi, num.* 145. *in fine*, vbi quòd & in odioſis fit extenſio de caſu vero ad fictum, quando ex eo damnum irrecuperabiliter infertur: allegat Ruin. *in l.* 4. *num.* 8. *ff. de verb. obligat.* Adde deciſ. Pedemont. 126. *num* 5. vbi quòd quando fictio introducitur à lege ſuper actu, ſuper quo lex ipſa diſponere poteſt; tunc verè & non fictè diſponere dicitur. Vide etiam in deciſ. Pedemont. 92. *num.* 13. vbi quòd licèt regulariter extenſio non fiat de caſu vero ad caſum fictum; tamen fallit quando caſus verus & fictus ſunt à iure æquiparati per viam regulæ. Roland. *conſil.* 83. *n.* 29. *volum.* 3. & quòd in ſtatutis fiat etiam extenſio de caſu vero ad præſumptum, vide latè de hoc in deciſ. Pedemont. 21. *per totam*, *in diſcurſu*, etiam per Menochium *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 47. Ad hanc materiam vide in deciſ. Pedemont. 21. *per totam*, *in diſcurſu*. Rolan. *conſil.* 83. *num* 15. *volum.* 3. vbi quòd fictio in iis, quæ ſunt iuris, denotat veritatem. poſui *in fragmentis.* 2

Exten

3 Extenſio nunquam conceditur, ſi ratio eſt diuerſa, vel minor. Aymon. *conſ.6. num.*10. *&* 11. vbi ampliùs dicit, quòd in caſibus diuerſis & diſſimilibus non conceditur extenſio etiam à maioritate rationis. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 467. *num.* 215. vbi quòd quando ratio eſt diuerſa, non conceditur extenſio, nec etiam in ſimilibus & æquiparatis. poſui *in fragmentis.*

4 Extenſio in pœnalibus quando ſit facienda, habetur per Panormitanum *in cap. finali, extrà de reſcript.* Felin. *in verb. Gregorius, in proœmio Gregoriano.* Iaſon *in l. finali ff. de in ius vocan.* Decius *in l. factum ſuum §. in pœnalibus. ff. de regul. iur.* qui facit regulam, quòd regulariter pœnalia non ſunt extendenda. Exornat Roland. *conſil.* 59. *num.* 51. *& ſeqq. volum.* 3. omnino Duen. *reg.* 286. *& ſeqq.* Villalob. C. 171. Zarzan. *opin.* 98. Viui. *in commun. opinion. cart.* 74. *ver. in odioſis*, vbi latè. Ripa *in rubr. de iudic. extrà num.* 22. vbi quòd in pœnalibus ex maioritate rationis eſt licita extenſio ſecundùm magis communem. deciſ. Pedemont. 94. *num.* 13. vbi quòd argumentum de minori ad maius affirmatiuè valet etiam in delictis. Sed contrarium dicit Boſſ. *pag.* 10. *num.* 44. *verſ. veritas tamen.* & contrarium latè defendit Boſch. *collect. in repetit. rubr. excomm. de iudic. num.* 43. & in materia ſcias, quòd pœna non habet locum, niſi in caſu expreſſo, (hoc particulare poſui *in tit. de delict. quæſt.* 18. *num.* 7.) vt per Rolandum *conſ.* 27. *num.* 14. *volum.* 1. & per Menochium *de arbitr. quæſt. caſ.* 276. vbi infert ad plura, & Hercul. *de negatiua num.* 9. *& num* 130. *in fine*, quem videas. In hac materia, an & quando in pœnalibus ſit licita extenſio, videas etiam ſuprà allegata *num.* 1. & Socin. *conſil.* 275. *num.* 6. *&* 8. 11. *&* 12. omnino etiam Honded. *conſil.* 95. *per totum, in diſcurſu.* Menochius *de recup. poſſeſſ. pag.* 20. *num.* 11. vbi quòd in ſtatutis pœnalibus ſit extenſio ad hoc, ne delicta remaneant impunita. Sed de hoc vide etiam infrà, vbi agetur, an ſtatuta punientia delicta dicantur fauorabilia, &c. videlicet *num.* 37. vide deciſ. Pedemont. 67. *num.* 8. vbi quòd in pœnalibus ab identitate rationis ſit extenſio, quia leges pœnales reſpiciunt publicam vtilitatem, dicunturque fauorabiles & piæ, & idem per Mandoſ. *in addit. ad Roman. conſ.* 234. *prope finem.* vide Tiraquell. *de renoc. donat. pag.* 725. *num.* 248. *& ſeq.* vbi quòd nunquam in pœnalibus ſit extenſio, quando pœna imponitur ipſo iure. Placa *cap.* 1. *pag.* 26. vbi ſecundùm communem, quòd in pœnalibus non eſt licita extenſio etiam à maioritate rationis. Et idem latè comprobat Hondedeus *conſ.* 95. *num.* 99. *& ſeqq. lib.* 1. licèt ipſe Placa poſtea in concluſione quæſtionis contrarium teneat. Et an, & quando ſtatutum dicatur pœnale, ponitur per Aymon. *de antiquit. temp. cart.* 161. *num.* 152. *& ſeq.* vide in materia *in* 2. *cap. huius quæſtionis num.* 10. adde Sarmient. *ſelect. interpretat. lib.* 1. *cap.* 12. vbi quòd in pœnalibus regulariter ſemper eſt facienda ſtricta interpretatio, niſi in caſu, in quo lex vel redderetur eluſoria, vel ei fieret fraus, quia tunc admittitur lata interpretatio, vt ibi per eum: de quo etiam particulariter dixi *in num. ſeq.* Ad hanc materiam, quando ſcilicet in pœnalibus ſit licita extenſio, vide latè ampliantem, & limitantem Aymon. *de antiquit. temp.* 4. *part.* §. 1. *num.* 106. *& ſeqq.* & latiùs *d.* 4. *part.* §. *videamus modò*, &c. *per totum*, vbi pulchrè. Adde quòd etiam in pœnalibus ſit extenſio, ſi ita patiatur proprietas verborum, dixi ſuprà *quæſt.* 10. *num.* 4. poſui *in fragmentis.*

5 Extenſio eſt licita, vbi aliàs diſpoſitio redderetur eluſoria, ſeu fruſtratoria. Aymon. *de indemnit. mulier. num.* 29. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 448. *num.* 115. faciunt ſuperiùs tradita in ſimili *quæſt.* 10. *num.* 12. *&* 27. adde pro eodem dicto eumdem Aymon. *de antiquit. temp. cart.* 164 *num.* 8. vbi remiſſiuè. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 301. *num.* 18. vbi quòd iſto caſu etiam pœnalia extenduntur. Ziriz. *de teſtament. coniug. pag.* 137. Menoch. *de recuper poſſeſſ. pag.* 263. *num.* 262. *& ſequentib.* Roland. *conſil.* 8. *num.* 22. *&* 23. *volum.* 1. Aymon *conſil.* 272. *vol.* 2. Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. vbi allegat textum *in l. tali. ff. de iur. dot. & in l. ſi in diem. ff. de condit. & demonſtrat.* faciunt in ſimili infrà tradita *num.* 20. Aymon *de antiquit. temp. part.* 4. §. 1. *num.* 139. Sed in contractibus, dic quòd illius verba ſunt ſtrictè interpretanda, etiam quòd promiſſio reddatur inualida. Rolandus *conſil.* 59. *num.* 25. *volum.* 3. Ad materiam vide in ſimili ſuprà tradita *quæſt.* 10. *num.* 12. poſui *in fragmentis.*

Extenſio quando ſit facienda fauore animæ, vel 6
piæ cauſæ, vide Tiraquellum *de priuileg. pia cauſ. pag.* 183. Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.* 68. *n.* 554. vbi quòd extenſio fit ad caſum fictum fauore animæ, & idem tradit *in pag.* 138. *al.* 226. *n.* 15. deciſ. Pedemont. 147. *n.* 21. vbi quòd quando agitur fauore animæ, & vt euitetur peccatum, ſit extenſio etiam in correctoriis & pœnalibus. poſui *in fragmentis.*

Ratio generalis ſtatuti extendit illud, quamuis 7
ſpecialiter loquens. Cotta *in memorab. pag.* 730. *& ſeqq.* Aymon *de antiquit. temp. cart.* 205. *num.* 51. *&* 60. vbi quòd ratio ampliat & reſtringit dictum *l. cùm pater §. dulciſſimus. ff. de acquir. poſſeſſ.* Roman. *d. conſil.* 36. *num.* 4. *in fin.* deciſ. Pedemont. 59. *poſt num.* 7. *verſ. nam ratio.* & idem tradit Cephal. *conſ.* 16. *n.* 7. *& conſil.* 30. *num.* 35. *& conſil.* 134. *num.* 33. *& ſeqq.* & Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 94. *num.* 19. *&* 20. Sed in contrarium, quòd ratio non ampliet dictum, videtur eſſe textus *in §. fratres*, & *ibi* gloſſa *Inſtitut. de nuptijs, & in l. de eo. § ſi quis ex vuis*, & *ibi* gloſſ. *ff. ad exhib.* vide Menochium *ibidem pag.* 314. *num.* 56. *remed.* 16. *fol* 185. vbi pro prima opinione Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 1. *num.* 2. vbi quòd ratio generalis extendit diſpoſitionem ad caſum, ad quem alia verba non adaptantur; etiam in materia ſtricta. poſui *in fragmentis.*

Ratio certa & expreſſa in ſtatuto, quando dica- 8
tur? & an in dubio præſumatur vnica, vel duplex ratio, habetur per Cottam *in memorab. pag.* 740. *& ſeqq.* Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 502. *num.* 145. vbi quòd ſi tacitè non poteſt intelligi, ſeu colligi niſi vnica ratio, habetur pro expreſſa. Et idem traditur per Neuiz. *conſil.* 31. *num.* 3. & eumdem Tiraq. *ibidem pag.* 429. *num.* 26. *& in tract. Ceſſante cauſa, in* 21. *limitatione num.* 7. *& ſeqq.* vbi plures adducit concordantes. & per Euerard. *in loco à ratione legis larga, pag. mihi* 383. *verſ. ampliatur enim*, &c. Aymon *de antiquit. temp. part.* 4. §. 1. *num.* 83. *conſ. crimin.* 124. *num.* 3. *pag.* 129. *volum.* 1. *in magnis.* vbi quòd in dubio non vnica, ſed duplex præſumitur ratio. Tiraq. *Ceſſante cauſ. in* 21. *limitat.* vbi latè quando requiratur, quòd ratio ſit expreſſa in ſtatuto, vel habeatur pro expreſſa. Et an in dubio præſumatur vnica, vel duplex ratio. De quo vltimo videas etiam Imol. *in concluſ.* 37. *in fin. lib.* 2. *pag.* 529. vide etiam Euerard. *vbi ſuprà pag. mihi* 384. ſed hîc cadit, & Gabriel. *pag.* 676. *num.* 5. *& ſeqq.* de magis communi, licèt etiam referat contrarium tenentes. Et quando ratio eſt ſcripta, tunc valere extenſionem, allegationes ponit & exornat Arnald. Albert. *de agnoſcen. aſſert. Cathol. quæſt.* 23. *num.* 3. & Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 1. *num.* 18. vbi quòd quando ratio eſt expreſſa, vel quando vnica tantùm reddi poteſt, ſit extenſio etiam in pœnalibus, odioſis, exorbitantibus, & correctoriis, & ibi teſtatur de communi. Et idem tenet Mandoſius *in additionib.*

ad

Digitized by Google

ad Roman. conſil. 234. *prope finem.* Declara tamen vt per Hondedeum *conſil.* 95. *num.* 21. *& ſeqq.* Iunc. *num.* 113. *& ſequent. &* 118. *& ſeqq.* & per Eugen. *conſil.* 49. *num.* ... *lib.* 2. Put. *deciſion.* 55. *ſub num.* 3. *lib.* 3. vbi quòd ea, quæ comprehenduntur per rationem expreſſam in ſtatuto, non dicuntur ſumpta per interpretationem, ſeu extenſionem: ad quod faciunt infrà tradita *ſub num.* 18. poſui *in fragmentis.*

9 Extenſio an ſit licita ſtante ſtatuto, quòd verba intelligantur ad literam, vel prout ſonant. Cotta *in memorabilib. pag.* 626. *al.* 783. *& ſeqq.* latè & pulchrè in materia huius ſtatuti vide Rolandum *conſil.* 51. *num.* 13. *& omnibus ſequentib. volum.* 3. *& conſil.* 62. *num.* 36. *& ſeqq. eodem volum.* Dic quòd iſto caſu non conceditur extenſio, vt per Menochium *in l. finali num.* 228. *C. de edict. diui Adriani tollendo, & num.* 222. *& ſeq.* vbi alia ad materiam huius ſtatuti, ad quam vide omninò Decium *conſil.* 64. & Mandellum *conſil.* 771. poſui *in fragmentis.*

10 Extenſio an ſit licita, vbi adeſt dictio taxatiua. Viui. *cart.* 39. *in verb. Dictio.* Imol. *concluſ.* 20. *lib.* 4. *pag.* 778. Aymon *de antiquit. tempor. part.* 4. §. 1. *num.* 97. *& num.* 110. *& ſeqq. pluribus vſque ad num.* 134. vbi latè ponit materiam, qui ſcilicet caſus cenſeantur, & quando excluſi per dictionem taxatiuam, & facit regulam cum 13. limitationibus. vide infrà *in fragmentis verſic. Taxatiua dictio num.* 6. *inter diuerſa.*

11 Extenſio quando ſit licita in correctoriis, & exorbitantibus, vide deciſ. Pedemontanam 120. *num.* 4. *&* 5. *& num.* 8. *&* 12. vbi pro & contrà. Et poſtea declarat quando in exorbitantibus extenſio habeat locum. *& deciſione* 21. *num.* 13. vbi quòd in correctoriis non fit extenſio ex maioritate rationis. Vide etiam ad hoc præter Doctores ſuprà allegatos *num.* 1. pulchrè per Rolandum *conſil.* 27. *num.* 7. 8. 21. *volum.* 1. Cephalum *conſil.* 15. *num.* 5. Natta *conſil.* 532. *num.* 30. *volum.* 2. pulchrè etiam Menochium *de recuperand. poſſeſſ. pag.* 116. 205. *al. num.* 17. *in fin. & ſequentib.* Couarruuium *variar. reſolut. pag.* 789. *num.* 4. vbi quòd in correctoriis fit extenſio, quando per correctionem redimus ad ius commune. Ad idem deciſio Pedemontana 147. *num.* 20. de quo etiam infrà, vbi agetur, quando ſtatutum dicatur fauorabile, vel odioſum. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 186. *al.* 401. *num.* 2. vbi quòd ſtatuta contra ius commune nec etiam extenduntur ex maioritate rationis. Roland. *conſil.* 71. *num.* 34. *& ſequent.* 45. *& ſeqq. volum.* 1. vbi quòd in correctoriis & exorbitantibus fit extenſio de maioritate rationis, pulchrè *ibi & num.* 61. vbi quòd in correctoriis fauorabilibus fit extenſio, etiam quòd non ſit tanta ratio. Quòd in exorbitantibus, & correctoriis ſit licita extenſio ex maioritate, ſeu identitate rationis, dicit communem Iaſon *in rubr. ff. de re iudic. num.* 13. & Ripa *in rubr. extrà de iudic. num.* 22. & faciunt in propoſito, quæ infrà dicentur, quòd vbi adeſt eadem ratio, ibi non dicitur extenſio, ſed declaratio, &c. Vide Tiraquellum *de reuocat. donat. pag.* 153. *verſic. malè igitur, & pag.* 168. *num.* 49. Cephalus *conſil.* 2. *num.* 21. vbi quòd non fit extenſio in correctoriis. In correctoriis & exorbitantibus non fit extenſio, etiam ex maioritate rationis, niſi ratio ſit expreſſa ſecundùm communem, de qua per Tirizæ. *de teſtament. coniugum. pag.* 135. *à tergo.* & quòd in correctoriis non fiat extenſio etiam ex maioritate rationis, tradit Euerardus in loco *à ratione legis larga,* &c. *pag. mihi* 379. *verſicul.* 2. *caſu,* vbi plures adducit concordantes. Hieronym. de Mont. *quæſtion.* 1. *num.* 15. ſecundùm gloſſam communem approbatam *in Authentic. quas actiones,* vbi Doctores, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Rolandus *conſil.* 74. *num.* 17. *volum.* 3. vbi de communi, deciſione Pedemontana 147. *num.* 2. maximè quando ſumus in correctoriis, & pœnalibus ſimul, vt *ibidem num.* 3. Vide eumdem Tiraquellum *de reuocatione donation. pag.* 142. *num.* 23. vbi quòd in exorbitantibus non fit extenſio, ex eadem ratione, ſed contrà *pag.* 151. *num.* 36. *& pag.* 167. *num.* 49. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 226. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi quòd exorbitantia non extenduntur, niſi ſint fauorabilia. Et quòd in exorbitantibus fauorabilibus ſit licita extenſio, tradit Aymon. *de antiquit.* 4. *part. in princip. num.* 78. *& ſeq.* & idem in correctoriis fauorabilibus tradit Menoch. *in l. finali num.* 41. *C. de edict. diui Adriani tollende.* Placa *cap.* 1. *pag.* 26. vbi quòd in correctoriis non eſt licita extenſio, etiam à maioritate rationis, & ibi teſtatur de communi, licèt poſtea ipſe in concluſione illius quæſtionis contrarium teneat. Io materia vide Euerard. in loco *à ſpeciali, pag. mihi* 528. *& ſequent.* de quo loco à ſpeciali dicetur particulariter infrà *num.* 22. Sed generaliter & latè vide eumdem in loco *à ratione legis larga,* &c. vbi primò ponit de correctoriis. Secundò de exorbitantibus. Et vtroque caſu facit regulam cum ampliationibus & limitationibus, Aymon. *de antiquit.* 4. *part. in princip. num.* 75. *& ſeqq.* vbi quando in exorbitantibus concedatur extenſio. & *num.* 78. vbi quòd difficiliùs extenditur ius correctorium, quàm exorbitans. In limitatoriis fit extenſio à rationis identitate; in correctoriis verò non fit extenſio, etiam ex maioritate, ſecundùm communem, de qua Menoch. *in l. fin. num.* 34. *&* 35. *C. de edict. diui Adriani tollende, & num* 73. vbi quòd in exorbitantibus concedatur extenſio ob æquitatem. poſui *in fragmentis.*

Statutum quando dicatur exorbitans, & quando correctorium, Menochius *de recuperand poſſeſſ. pag.* 18. *num.* 10. *& pag.* 204. *num.* 13. Tiraquell. *de retract. pag.* 14. *num.* 31. vbi quando contra ius, & quando præter ius dicas, quòd quando per ſtatutum limitatur, ampliatur, ſeu declaratur ius commune, & iuris communis regula, tunc dicitur exorbitans: ſi verò in totum tollitur, & corrigitur, dicitur correctorium. Ita colligitur per ea, quæ tradita ſunt ab Euerard. in loco *à ratione legis larga,* &c. *in diſcurſu.* & tradit Aym. *de antiq. temp.* 4. *part. in princ. num.* 75. poſui *in fragmentis.* 12

Extenſio nunquam fit in tacitè ſubintellectis. 13
Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 486. *num.* 50. poſui *in fragmentis.*

Extenſio vbi aliàs conceditur de caſu ad caſum, 14
tamen non conceditur de perſona ad perſonam. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 463. *num.* 195. Cephal. *conſil.* 107. *num.* 28. *& ſeqq. & conſil.* 114. *num.* 7. vbi ampliat etiam quòd ſimus in fauorabilibus. Sed contrarium, quòd imò in fauorabilibus ſit licita extenſio de perſona in perſonam, traditur per Tiraquell. *de reuocan. donat. num.* 49. *al.* 62. *pag.* 53. 168. & Euerard. *pag.* 397. *verſic. Secundò dicta,* &c. Pro dicto generali, quòd de perſona ad perſonam non ſit licita extenſio, adde Mandellum *conſil.* 74. *num.* 2. Cephalum *conſil.* 142. *num.* 22. *& conſil.* 2. *num.* 22. Euerard. *pag.* 396. *& ſeqq.* vbi limitat tribus modis. Pro eodem dicto adde deciſionem Pedemont. 23. *num.* 48. Tiraquell. *de reuocand. donat.*

in verb. libertis, *num.* 28. *&* 29. *fol. mihi* 45. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.* 142. *num.* 23. & aduerte quòd imò ſit licita extenſio de perſona ad perſonam, videtur tenere Abb. *in cap. ſanè, de priuileg. num.* 3. vbi quòd lex loquens de vna perſona, trahitur etiam ad aliam: quia illa perſona cenſetur nominata non ad reſtringendum, ſed gratia exempli. Conferunt ad hanc materiam, quæ in ſimili traduntur *in Repertorio quæſtionum vltim. volunt.* in extenſione fideicommiſſi, & ſubſtitutionis, & interpretatione mentis teſtatoris, &c. Pro principali dicto adde Rolandum *conſil.* 56. *num.* 24. *volum.* 3. Cephal. *conſil.* 139. *num.* 27. Adde quòd quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto, tunc etiam de perſona ad perſonam fit extenſio. Virgilius Boccacius *in conſtitut. Marcb. gloſſ.* 1. *num.* 15. poſui *in fragmentis.*

15 Extenſio non conceditur, vbi lex aliquid decidit per præſumptiones. Roland. *conſ.* 27. *num.* 22. *volum.* 1. vide ſuprà. Extenſio fit de caſu vero ad fictum, *n.* 2. poſui *in fragmentis.*

16 Extenſio fit in fauorabilibus: quia fauorabilia non ſunt ſtrictè interpretanda, vt per Rolandum *conſil.* 72. *num.* 65. *& ſeqq. volum.* 1. vide Doctores allegatos ſuprà *num.* 1. & quòd etiam in correctoriis, & exorbitantibus fauorabilibus ſit licita extenſio, poſui ſuprà *num.* 11. ideo ſtatuta fauorabilia extendi etiam, verba impropriando dixi. Lambertẽn. *de contractib. gloſſ.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 22. poſui *in fragment.*

17 Extenſio in odioſis, an, & quando ſit licita, præter ſuprà allegatos *num.* 1. vide Viui. *in communib. opinionib. pag. mihi* 64. *& ſequen. verb. in odioſis*, &c. vbi latè. Et quòd ab identitate rationis etiam in odioſis ſit licita extenſio, traditur per Iaſon. *in rubric. ff. de re iudic. num.* 13. & Rip. *in rubr. extrà de iudic. num.* 22. qui teſtatur de communi. poſui *in fragment.*

18 Extenſio non dicitur fieri vbi adeſt eadem ratio, ſed enucleatio, declaratio, incluſio: quia ratio eſt anima & medulla diſpoſitionis. Ideo ſemper ab identitate rationis fore licitum trahere legem, ſeu ſtatutum de vno caſu ad alium, traditur per Aymon *de antiquit. qui exornat hanc concluſionem part.* 4. §. 1. *num.* 90. *& ſeqq.* Roland. *conſil.* 14. *num.* 22. *& ſeqq.* 30. *& ſeq volum.* 3. vbi de communi, & pariter exornat: ſicut etiam exornat Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 1. *num.* 19. Cror. *conſil.* 135. *num.* 35. vbi ampliùs quòd extenſio fit, quando eſt ſimilis ratio, non quando eſt eadem. Viui. *cart.* 85. *verb. filius, verſic. & ratio iſtius communis.* Pariſ. *conſil.* 32. *num.* 72. *cart.* 75. *volum.* 1. *& conſil.* 42. *num.* 15. *cart.* 98. *volum.* 2. pulchrè Menochius *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 205. *num.* 17. *in fine, & ſequentib.* Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 445. *num.* 105. meliùs Rolandus *conſil.* 27. *num.* 5. 6. 7. *&* 19. vbi declarat *volum.* 1. *& conſil.* 72. *num.* 59. 40. 43. *& ſequentib. eodem volum.* vbi pulchrè, *& conſil.* 81. *num.* 17. *eodem volum.* meliùs præter omnes in materia dicit Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.* 152 *num.* 37. *& ſeq.* Aymon. *conſil.* 186. *num.* 11. Aduerte quòd iſta concluſio, quòd videlicet ſtante identitate rationis non dicatur fieri extenſio, ſed comprehenſio; &c. vt ſuprà dixi, procedit quando ratio eſt expreſſa in diſpoſitione, aliter ſecùs. Quando autem ratio dicatur expreſſa, vel habeatur pro expreſſa, vide ſuprà *num.* 8. ita etiam declarat Euerard. in loco *à ratione legis larga, pag. mihi* 381. *verſic.* 1. *fallit*, &c. Aymon *de antiquit. tempor. part.* 4. *in* §. 1. *num.* 82. & faciunt ſuprà tradita *ſub dicto num.* 8. Item procedit in correctoriis ſimpliciter; ſecus in correctoriis & pœnalibus ſimul. Ita etiam limitat Euerard. in loco *à ratione legis larga*, &c. *pag. mihi* 384. *verſic. ſed danda nunc eſt*, &c. Aymon *de antiquitat. tempor. part.* 4. §. 1. *num.* 83. Item procedit quando in totum & omnimodo eſt eadem ratio, ſecùs ſi afferri poteſt aliqua diſſimilitudo. Ad idem Euerard. in loco *à ratione legis larga*, &c. *pag. mihi* 385. *verſicul.* 4. *iſtud intellige, & verſic.* 5. &c. vbi exemplificat, quando vellet quis facere extenſionem ad caſum minùs fauorabilem. Hæc colliguntur ex traditis per Rolandum *dicto conſil.* 27. *num.* 19. *volum.* 1. Item prædicta regula procedit, & requirit non ſolùm expreſſionem rationis in lege, ſed etiam quòd caſus non expreſſus comprehendatur ſub expreſſo, ſaltem ex larga vocabuli ſignificatione, & hanc opinionem tenuerunt Alexand. Corn. & alij relati per Aymon. *de antiquitat. tempor. part.* 4. §. 1. *num.* 86. vbi tamen, & *numeris ſequentibus*, dicit in contrarium eſſe communem opinionem, & concordantes adducit, quòd ſcilicet ſufficiat rationem eſſe ſcriptam in lege, abſque eo quòd caſus non expreſſus comprehendatur ſub expreſſo, ex lata vocabuli ſignificatione. Poſui & ego *in fragmentis.*

19 Scias in materia, quòd non ſufficit diuerſificare caſus, niſi diuerſitatis ratio afferatur. Aymon. *conſil.* 190. *num.* 2. *volum.* 1. *& conſil.* 186. *column.* 2. *verſic. quartò reſpondeo, & conſil.* 187. *num.* 2. Euerardum in loco *à ſpeciali, pag. mihi* 527. Sed aduerte quòd contra hanc regulam facit alia regula, quæ habet, quòd vbi verba legis non conueniunt, ibi nec legis diſpoſitio locum habet: de qua *in l.* 4. §. *ait prætor*, vbi Alexand. poſt alios *num.* 25. *ff. de damn. infect.* Felin. *in cap. nonnulli, ſub num.* 34. *verſ. vbi verba, de reſcript.* Pariſ. *conſil.* 59. *num.* 36. *volum.* 3. Neuiz. *conſil.* 15. *num.* 11. poſui *in fragmentis.*

20 Extenſio ſemper eſt facienda, ne aliàs fiat fraus legi, etiam quòd ſimus in odioſis, & aliàs ſtrictè intelligendis. *l.* 4. §. *penultim. ff. ad Macedoniam. l. ſed & Iulianus*, §. *mutui dationem, ff. eodem*, cum aliis, de quibus per Sarmient. *ſelect. interpretat. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. *& ſeqq.* faciunt ſuprà tradita *num.* 5. in ſimili caſu. Et quibus modis dicatur legi fraus fieri, vide infrà *in fragmentis, inter diuerſa, lit. L. num.* 17.

21 Extenſio an fiat fauore publicæ vtilitatis, vide *in ſequenti cap. num.* 12. quibus adde Cephalum *conſil.* 118. *num.* 47. *& ſequentib.* vbi quòd ſicut extenſio fit ratione publicæ vtilitatis; ita etiam denegatur extenſio, quando ita ſuadet publica vtilitas: ſed quando diſpoſitio dicatur reſpicere publicam vtilitatem, dixi infrà *num.* 38.

22 Extenſio quomodo & quando fiat in ſpecialibus? Dicas regulariter ſpecialia non eſſe multiplicanda, vt dixi ſuprà *quæſt.* 9. *num.* 4. nec in conſequentiam trahenda. *l. quòd verè contrà, & l. ius ſingulare ff. de legib.* Eoerardus in loco *à ſpeciali*, vbi hanc regulam limitat tribus modis, primò vt non procedat in fauorabilibus. Secundò vt nec procedat in æquiparatis. Tertiò vt nec procedat in iis, quæ ſub caſu expreſſo comprehenduntur ex lata vocabuli ſignificatione. Adde Zarzan. *quæſtione* 11. vbi quòd ſpecialia trahuntur ad conſequentiam de ſimilibus ad ſimilia. Quid in priuilegiis & beneficiis, vide infrà *verſic. priuilegia num.* 10. *& verſic. Principis, num.* 6. poſui *in fragmentis.*

Extenſio

23 Extenſio facienda etiam in correctoriis ne ſequatur abſurdum. Aymon. *de antiquit. tempor. part.* 4. *num.*137. §. 1. & faciunt tradita *in fragment. inter diuerſa. verſic. Abſurditas vitanda num.* 31. poſui *in fragmentis.*

24 Extenſio fit etiam de ſimilibus ad ſimilia iura, ponderat Virgilius Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *num.* 95. Qui autem dicantur actus ſimiles, vt inde argumentum à ſimili, & extenſio fieri poſſit, vide omnino Menochium *de arbitrar. quæſtionib. caſu* 84. *in* 2.*libr.* & quando quid dicatur ſimile, & ſimilitudinis definitio, traditur *in deciſione Pedemont.*68. *num.*9. vbi quòd ſimile dicitur, in quo adeſt eadem ratio: diſſimile autem, in quo diuerſa. Et idem tradit Maſcard. *concluſione* 1253. *num.* 5. Zarzan. *quæſt.* 11: Cott. *in memorabil. pag.* 762. Aymon *de antiquit. tempor. cart.* 150. *num.* 102. vbi quòd argumentum à ſimili ad hoc vt valeat, ſufficit ſimilitudinem eſſe in caſu, de quo agitur, (& tradit Arnald. *de agnoſcen. aſſert. Cathol. quæſt.* 24 *num.*9. vbi concordantes allegat, & faciunt in ſimili tradita de argumento ab æquiparatis, infrà *num.* 25.) licèt non in aliis. Rolandus *conſil.*8. *n.*18. *&* 49. vbi quid in materia limitatoria. Adde in materia Arnald. *in loco ſuprà citato dicto num.*9. vbi quòd argumentum à ſimili valet etiam in exorbitantibus, quando agitur de fauore, & maximè procedit, quando aliqua lege, ſeu ſtatuto cauetur, quòd procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Adde Cephalum *conſil.* 257. *num.*24. vbi quòd ſimiles caſus non cenſentur excluſi etiam per dictionem taxatiuam. Item adde quòd etiam in delictis licitum eſt procedere de ſimilibus ad ſimilia. Maſcardus *concluſione* 1253. *num.* 4. Euerardus *in loco à ſimili.* poſui *in fragmentis.*

25 Extenſio fit etiam in æquiparatis: vbi enim duo ſunt à lege antiqua æquiparata, tunc lex noua ſuperueniens de vno diſponens, regulariter & de alio diſpoſuiſſe cenſetur, deciſio Pedemontana 6. *num.* 9. *& ſeq. & deciſione* 147. *num.* 17. Aymon *de antiquit. pag. mihi* 226. *num.* 9. Decius *in l. factum* §. *in pœnalib. num.* 13. *ff. de regul. iur.* Limita primò procedere quando à lege antiqua facta eſt æquiparatio per viam regulæ, aliàs ſecùs. Limita ſecundò vt procedat, quando æquiparatio eſt facta in omnibus & per omnia, aliàs ſecùs. Limita tertiò quando in caſu omiſſo à lege noua eſt aliter prouiſum per aliam legem. Hæc traduntur in dicta deciſione Pedemont. 6. *num.* 9. *& ſeq.* Limita quartò vt argumentum ab æquiparatis non valeat, niſi æquiparatio facta ſit in caſu, de quo agitur. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 55. *num.*5. *lib.* 2. *& in tract. de recuper. poſſeſſ. pag.* 141. *al.*250. *num.*57. *in* 15. *remedio*, vbi ſimiliter dicit, quòd argumentum ab æquiparatis non valet niſi in caſu, in quo facta eſt æquiparatio. *& in* 1. *remedio recuper. poſſeſſ. num.* 98. vbi quòd ad hoc vt valeat argumentum ab æquiparatis, ſufficit æquiparationem eſſe factam in puncto, de quo agitur, & faciunt in ſimili ſuprà tradita de argumento à ſimili, *num* 24. Ad hanc materiam præter infraſcripta videas Rolandum *conſil.* 27. *num* 2. 15. *& ſequentib. volum.* 1. Pariſ. *in Repertorio conſiliorum, verb. Argumentum ab æquiparatis.* Aymon *de antiquit. tempor. part.* 4 §. 1. *num.*98. *& ſeqq. plurib. & num.* 114. *& ſeqq. & eadem* 4. *part.* §. *videamus num.*9. vbi quid in pœnalibus? Dic quòd etiam in pœnalibus valet hoc argumentum, vt in deciſione Pedemont. 94. *num.* 20. & idem in pœnalibus odioſis, aut correctoriis latè defendit, &

communem dicit Aymon *dicto* §. 1. *num.* 99. *& ſequentibus, vſque ad numerum* 209. poſui *in fragmentis.*

Extenſio fit ſemper à veriſimili mente diſponentis, & è contra ceſſante veriſimilitudine, ceſſat extenſio, vt dixi infrà *in fragmentis verſic. Veriſimilitudo, per totum.* 26

Quæro in propoſita materia extenſionis, an & quando ſtatutum, ſeu alia diſpoſitio dicatur fauorabilis, vel odioſa? generaliter hæc materia tractatur per Mattheſ. *ſingul.* 110. *column.* 21. Cephal. *conſil.* 3. *num.* 35. Tiraquell. *in retract.* §. 30. *gloſſ.*1. *num.* 5. *cum ſequentib. pag. mihi* 641. *& in præfatione num.* 55. *verſic. ex his autem, pag.* 24. vbi latè Doctores, præcipuè Iaſon, *in l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb.* Romanus *ſingul.* 39. *num.* 2. Tirizæ. *de teſtamentis coniugum, pag.* 136. *num.* 6. Marcus Mantua *in cap. odioſa, de regulis iuris in* 6. 27

Statutum, ſeu diſpoſitio contra ius commune dicitur odioſum. Aymon. *de antiquit. temp. cart.* 159. *num.*42. *& ſeqq.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. num* 24. *pag.*19. Tiraquell. *de retractu, pag.*27 *num.*62. Tirizæ. *de teſtament. coniug. pag.*136. *num.*6. vbi quòd omnis receſſus à iure communi eſt odioſus. Menochius *in l. final. n.* 38. *C. de edict. diui Adrian. tollend.* vide aliquid infrà *num.*33. 28

Statutum, ſeu diſpoſitio, per quam obuiatur fraudibus, dicitur fauorabilis. Aymon. *de indemnit. mulier. num.* 8. *& ſeq.* & propterea extendendum. Idem Aym. *de antiquit. tempor. part.* 4. §. 1. *num.* 136. Virgilius Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *num.* 79. faciunt generaliter tradita infrà *quæſtione* 20. *num.* 55. *in fragmentis, verſicul. Extenſio.* 29

Statutum, ſeu diſpoſitio fauens Religioni, & obſeruationi iuramenti, dicitur fauorabilis. Aymon *de indemnit. mulier. num.*49. vide infrà *verſ. Iuramentum, num.*50. & ibi tradita. 30

Statutum, ſeu diſpoſitio, per quam imponitur finis litibus, dicitur fauorabilis. Cott. *in memorabilibus pag.* 550. *& ſequentibus.* Neuizzan. *conſilio* 5. *num.* 35. deciſio Pedemontana 22. *num.*8. 31

Statutum, ſeu diſpoſitio quando dicatur ſtricti iuris, & quando bonæ fidei. Cotta *in memorab. pag.*783. 32

Statutum, ſeu diſpoſitio, quæ eſt contra naturalem æquitatem dicitur odioſa. Aymon. *de antiquitate tempor. cart.* 209. *num.* 61. Adde Virgilium Boccacium *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 6. *num.* 80. vbi quòd omnis diſpoſitio, quæ non conuenit æquitati, nec bonis moribus, nec legibus, vel ſtatutis dicitur odioſa. Sed de diſpoſitione contra leges dixi ſuprà *num.* 28. & poſui *in fragment. verſic. Extenſio.* 33

Statutum, ſeu diſpoſitio ſi in ſe partim contineat fauorem, & partim odium, an debeat reputari fauorabilis, vel odioſa: præter Tiraquellum *de retract. ſupra allegatum num.* 1. vide Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.* 18. *num.* 26. *&* 17. *& pag.* 20. *num.* 33. *& ſeqq.* Tiraquell. *de retract. pag.* 27. *num.* 64. vbi quòd etiam in dubio præſumitur fauorabilis. Tirizæ. *de teſtament. coniugum, pag.*136. *num.*5. vbi quòd iſto caſu ſtatutum reputatur odioſum, & non fauorabile: fauoris enim ratio non habetur in diſpoſitione, quæ mixtam cauſam, fauoris ſcilicet, & odij in ſe continet, vt in deciſione Pedemont. 126. *num.*14. ideo reſtringenda, ſecundùm Honded. *conſil.* 95. *num.* 112. Sed contrarium, quòd imò debeat reputari 34

tari fauorabile traditur per Couarruuiam *variar. reſolut. pog.* 194. quod intellige procedere, quoties odium à fauore diſtingui non poteſt, quòd ſi poteſt diſtingui, tunc fauor vt fauor, & odium vt odium aſſumendum eſt, & ſic diſpoſitio reputabitur partim odioſa, & partim fauorabilis, vt ibi per eum. Sed quòd abſurdum ſit dare ſtatutum partim odioſum, & partim fauorabile, traditur per Sarmient. *ſelect. interpretat. lib.*1. *cap.*12. *num.* 2. vide in deciſione Lucen. 26. *num.*23. 1. *part.* vbi quòd conſtitutio partim odioſa, & partim fauorabilis debet cenſeri fauorabilis, ſi principaliter in fauorem ſtatuta ſit. Ideò principalem rationem attendendam dixit Roman. *conſil.*39. *num.*2. & Tiraquell. *Res inter al. acta, pag.*5. *à tergo, verſic. ex his ſit*, vbi quòd ſtatutum dicitur reſpicere publicam vtilitatem, ſi eam reſpiciat principaliter, ſecùs ſi in conſequentiam.

35 Statutum, ſeu diſpoſitio, quæ principaliter reſpicit incommodum alicuius, dicitur odioſa: ſi verò principaliter reſpicit commodum, dicitur fauorabilis, vt per Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.*19. *num.*28.

36 Statutum, ſeu conſtitutio puniens delicta, an dicatur odioſa, vel fauorabilis, vide Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.* 19. *num.* 29. *& ſeqq.* Marſil. *in practic. crimin.* §. *aggredior num.* 58. *& ſeqq.* Couarru. *variar. reſolut. pag.* 195. vbi quòd eſt fauorabilis & extendenda. Odium enim iſto caſu videtur rationabile: ideo non facit diſpoſitionem odioſam. Caſtr. *in l. bona fides, column.* 2. *ff. depoſiti.* vide ad materiam Honded. *conſil.* 95. *num.* 16. *in fin. & ſeq. & num.* 102. Quod videlicet intellige, vt ſit fauorabilis & extendenda ad hunc effectum, ne delicta remáneant impunita: ſecùs ſi punirentur delicta mitiori pœna, quàm ea, de qua in conſtitutione pœnali: quia tunc nec eſt fauorabilis, nec extendenda, vt ibi per eum, & per Tob. Non. *conſil.* 95. *num.* 9. allegat Bartol. *in l.* 2. §. *qui exercitum, ff. de his, qui notant. infam.* Curt. iun. *in l.* 2. *num.*70. *C. de edendo.* & quid ſi tale odium ſit rationabile, vide *in fragmentis*, vbi poſui, *verſic. Extenſio in pœnalibus.*

37 Statutum, ſeu diſpoſitio, per quam redimus ad ius commune, dicitur fauorabilis. *conſil. criminal.* 124. *ſub num.*14. *pag.*130. ſuper quo vide Tiraquell. *de retract. pag.* 25. *num.* 58. *& ſequen.* & Neuiz. *conſil.* 2. *num.* 55. Menoch. *in l. finali num.* 40. *C. de edict. diui Adrian. tollend.* In quo videas declarantem Sarmient. *ſelectione interpret. lib.* 1. *cap.* 12. & quæ ego ſuprà poſui *cap.* 1. *num.* 4. & *num.* 13. vide etiam *in fragmentis* vbi poſui, *verſicul. Extenſis.*

38 Statutum reſpiciens publicam vtilitatem, ſemper eſt fauorabile, & extendendum: publicam autem vtilitatem dicitur reſpicere ſtatutum, ſi de ea in ſtatuto in aliqua eius parte, præſertim in prooemio ſit mentio, per ea quæ traduntur communiter per Doctores relatos à Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. *& ſeqq.* qui tamen hanc opinionem falſam credit, ex eo potiſſimum, quia ſi vera eſſet, omnes leges, & omnia ſtatuta eſſent fauorabilia, cùm nulla ſit lex, vel ſtatutum, quòd ſit factum ob priuatam vtilitatum: ſed omnia publicam reſpiciunt vtilitatem, vt ibi per eum, qui ex hoc infert non eſſe attendendum, quòd de publica vtilitate in ſtatuto ſit mentio: ſed ad illius extenſionem eſſe ſolùm conſiderandum, an ſit contra ius commune, necne. Ideo ibi eum videas, qui optimè in propoſito declarat materiam: vide ſuprà *num.*21. vbi quando extenſio facienda propter publicam vtilitatem.

Licèt diſpoſitio puniens delicta dicatur fauorabilis, vt dixi ſuprà *num.* 36. vbi tamen agitur de euitando pœnam, eo etiam caſu dicitur agi de fauore. Cephal. *conſil.*140. *num.*24. vide etiam ad materiam Gigant. *de criminib. laſ. maieſt. lib.* 5. *tit.* 1. *num.*4. vbi quòd lex quantumcunque ſit fauorabilis, vbi tamen eſt appoſita pœna, erit odioſa, & non extendenda. Ad hanc materiam, an ſcilicet, & quando ſtatuta punientia delicta ſint fauorabilia, vel odioſa, vide Claud. Seyſſel *in repetit. l. vt vim num.*71. *& ſeqq. ff. de inſtit. & iur. in fragmentis verſ. Extenſio in pœnalibus.* 39

QVÆSTIO XIII.

Nouatio quando inducatur.

SVMMARIVM.

1. *Nouatio quando inducta dicatur generaliter.*
2. *Nouatio non inducitur, niſi expreſsè dicatur, & n.*3. *vbi de materia.*
Nouatio an inducatur ope exceptionis, etiam quòd non expreſsè dicatur, ibid.
Statutum, ſiue conſuetudo, an poſſit inducere nouationem contra formam l. finalis. C. de nouat. *d. num.*2.
*Nouatio an inducatur, ſi aliquid addatur prima obligationi, d. n.*3.
& quid ſi detur pignus nouum, ibid.
Vel nouus fideiuſſor, ibid.
4. *& quid ſi ſecunda obligatio eſt incompatibilis cum prima, & n. ſeq.*
*& quid ſi eſt diuerſa à prima, ibid. & n.*14.
*& quid ſi mutatur cauſa obligationis, d. n.*4.
Nouatio an inducatur per compromiſſum, ſeu transactionem, ibid.
5. *Nouatio in parte non trahitur ad totam obligationem.*
6. *& quid ſi pignora prima obligationis ſint repetita in ſecunda.*
Quando quis præſumatur voluiſſe renunciare anterioritati, &c. ibid.
7. *Nouatio an inducatur per tranſlationem cenſus, ſeu canonis.*
8. *An per adiectionem noua qualitatis.*
9. *& quid ſi dicatur addendo cautelam cautelæ.*
& quid ſi in ſecundo inſtrumento iura primi inſtrumenti conſeruantur, ibid.
10. *& quid ſi quis eligit vnum debitorem pro alio.*
Nouatio quando facta dicatur per delegationem debitoris, ibid.
11. *& quid ſi debitori terminus prorogetur, an ſit fideiuſſor liberatus.*
12. *Nouatio an inducatur, ſi ſecunda obligatio continet idem quod prima.*
& quid ſi ſit dictum, pro illis decem, qua mihi debentur, ibid.
13. *Nouatio an inducatur per ſubſequentem ſtipulationem pœnalem.*
14. *& quid ſi aliquid minuatur de prima obligatione.*
& quid ſi in primo inſtrumento venditionis adeſt pactum de retrouendendo: in ſecundo verò non, ibid.
15. *& quid ſi ſecundus contractus eſt factus in exequutionem præcedentis tractatus.*

16. *Minor*

Digitized by Google

16. *Minor an poſſit in ſui præiudicium nouare priorem obligationem.*

1 NOVATIO an & quando inducatur per ſecundum contractum, & de materia, vide Firma. *in Repert. verb. Nouatio. per totum.* Socin. *in l. qui vſumfructum. ff. de verb obligat. & in l. cum filio, num. 34. ff. de legat. 1. & in l. 1. ff. ad leg. falcid. & in l. qui ſe §. ex conuentione. ff. de re iudic.* Grat. *reſp.* 126. *lib.* 1. Cagnol. poſt alios *in l. ſingularia. ff ſi cert. petat.* Bart. *in l. iuriſgentium. §. adeò, num.* 1. vbi Angel. *circa finem. ff. de pact.* Alexand. *conſ.* 78. *num.* 21. *&* 23. *volum.* 1. Tiraquell. *de retract. conuention. in fine, num.* 165. Aretin. *conſil.* 21. *num.* 1. Iacob. Æmilian. *conſil.* 87. *num.* 2. *& ſeqq.* latè Mattheſ. *ſingul.* 178 Diaz *regul.* 708. omnino Gabriel. *concluſ.* 1. *lib.* 3. *tit. de nouatione*, & omnino etiam Menoch. *lib.* 3. *præſumptione* 134. *per totam*, Maſcard. *lib.* 2. *concluſ.* 1107. Andr. Gayl. *obſeruat.* 30. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 40. *lib.* 2.

2 Nouatio non inducitur, niſi expreſsè dicatur fieri nouationem, vel remitti priorem obligationem. Pro hac regula eſt text. *in l. fin. C. de nouat. & in §. propterea. Inſtitut. quib. mod. tollit. oblig.* faciunt pro hac concluſione Authores infrà allegandi *in tertio, num. ſequenti.* & ita etiam tradit Hercul. *de caut. pag.* 60. *num.* 1. vbi id ampliat, vt nec cenſeatur inducta ope exceptionis, & iſta eſt magis communis, vt ex Gabriel *ibidem num.* 56. licèt multi ibi relati *num.* 53. contrarium dixerint. Vide in hoc Andream Gayl. *obſeruat.* 30. Gratus *reſp.* 89. per text. *in l. fin. C. de nouat.* addens quòd iſta expreſſio eſt de forma. Sed quòd immò etiam tacitè inducatur nouatio, tenet Afflictus *deciſione* 44. *num.* 13. *& ſeqq.* & quòd nouatio poſſit etiam coniecturis & præſumptionibus probari, tradit Hercul. *de caut. dicta pag.* 60. *num.* 7. & quòd ſufficiant coniecturæ, tradit Gabriel *tit. de nouation. concluſion.* 1. *lib.* 3. *num.* 57. *& num.* 58. vbi declarat, dummodo coniecturæ ſumantur ex verbis expreſſis in diſpoſitione, aliàs ſecus: puta quando ſit dictum, pro illis decem, quæ mihi debes, &c. vt *ibi num.* 59. Pro primo dicto Surd. *conſil.* 145. *num.* 26. *lib.* 1. Sed pro prima concluſione adde Menochium *de recuperand. poſſeſſ. pag.* 161. *num.* 379. *& ſequen.* vbi quòd non ſufficiunt præſumptiones, & quòd nec ſtatutum poteſt contrarium diſponere. Vide Gabriel. *concluſ.* 1. *tit. de nouation. lib.* 3. *num.* 48. vbi quòd nec ſtatutum, nec conſuetudo, nec partium conſenſus poteſt inducere nouationem contra formam *l. final. C. de nouation.* vbi videas, quia allegat pro & contrà. His adde Bald. *conſil.* 318. *volum.* 1. vbi quòd niſi ſit omninò receſſum à prima obligatione, non dicitur facta nouatio: quia non eſt veriſimile, quòd quis voluerit renunciare potiori iuri prouenienti ex prima obligatione, vt ibi per eum: ſed in hoc vide Cephalum *conſil.* 35. *num.* 52. *& ſeqq.* vbi videtur tenere contrarium.

3 Nouatio non inducitur, quando aliquid additur primæ obligationi, vt magis eſſet cautum de prima: puta ſi datur nouus fideiuſſor, vel nouum pignus. Bartol. *in l. qui ſe. §. ex conuentione num.* 2. *ff. de re iudic.* Fulgoſ. *conſil.* 129. Gabriel *concluſ.* 1. *lib.* 3. *tit. de nouation. num.* 2. hodie enim per adiectionem nouæ perſonæ non inducitur nouatio etiam ope exceptionis, niſi expreſsè agatur ſecundùm communem opinionem, contra gloſſ. *in l. finali, C. de nouat.* & contra Bartol. *in l. Valerianus. ff. de prætor. ſtipulat.* ſaltim à tempore. Alexand. de Imol. citra, ex allegat. per Grat. *conſil.* 89. *num.* 15. *& ſeqq. volum.* 1. & de communi etiam teſtatur Iaſon *in l.* 1. *ad finem. C. de iudic. pag.* 119. & de magis communi Ripa *in dicta l. qui ſe. §. ex conuentione num.* 8. *pag.* 42. *ff. de re iudic.* de communi etiam Socin. *conſil.* 21. *num.* 3. *lib.* 1. Alexand. *conſil.* 67. *num.* 1. *lib.* 2. Imol. Paul. & Socin. *in l. qui vſumfructum. ff. de verb. obligat.* Fulgoſ. Dec. Iaſ. & Alciat. *in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.* Communem etiam dicit additio ad conſilium Alexandri 13. *in verb. verum lib.* 2. vide in materia Alexan. *conſil.* 10. *lib.* 2. Albert. *in l. final. C. de nouat.* Cephal. *conſil.* 35. *num.* 52. *& ſeqq. volum.* 1. vbi videtur tenere contrarium; pro primo dicto adde etiam Villalob. *N. num.* 32. & quid ſi aliquid minuatur in prima obligatione, vide inferiùs *num.* 14.

Nouatio cenſetur inducta, quando ſecunda obligatio aduerſatur primæ, & eſt cum prima incompatibilis, etiam quòd non ſit expreſsè facta mentio nouationis. Baldus *conſil.* 318. *num.* 4. *volum.* 1. *& in l. pacta nouiſſima, num.* 9. *in fin. C. de pact. & in l. finali, num.* 1. *verſic. vt quando fortè. C. de nouat.* Hieron. Gabriel. *conſil.* 81. *num.* 3. Dec. *conſil.* 463. *num.* 6. Surd. *conſil.* 145. *num.* 23. *in fine, & ſeqq. lib.* 1. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag.* 163. *num.* 391. Gabr. *dicta concluſ.* 1. *tit. de nouat. num.* 60. *& ſeqq.* vbi infert in compromiſſo & tranſactione: ſed in compromiſſo adducit pro & contrà. Immò quando partes in ſecunda obligatione adducunt diſpoſitionem diuerſam à prima, tunc dicitur facta nouatio. Hercul. *dicta pag.* 60. *num.* 4. *&* 5. vbi ex hoc infert, quòd quando in ſecunda obligatione mutatur cauſa primæ obligationis, tunc dicitur facta nouatio, puta quando cauſa mutui transfertur in cauſam depoſiti, vt per Gabr. *tit. de nouation. concluſ.* 1. *lib.* 3. *num.* 63. *&* 71. & Rot. *deciſion.* 860. *in antiquis.* 4

Intellige vt nouatio cenſeatur inducta ex actu incompatibili, ſolùm reſpectu eius, quod eſt incompatibile cum primo contractu, non autem in cæteris, cùm nunquam cenſeatur receſſum ab inſtrumento, niſi quatenus de neceſſitate inferatur. Dec. *conſil.* 97. *num.* 5. Pariſ. *conſil.* 78. *num.* 18. *lib.* 3. Aymon. *conſil.* 26. *num.* 7. *& conſil.* 70. *num.* 18. & facit, quia abſolutione ſequuta in ſecundo inſtrumento de aliquibus in primo contentis, in aliis remanet obligatio firma. Grat. *reſponſ.* 89. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. 5

Nouatio non inducitur ſi pignora prioris obligationis repetantur in ſecunda obligatione: quia cenſentur reperita cum priuilegio prioritatis. Neguſ. *de pignorib. pag.* 145. *a tergo.* Roman. *conſil.* 121. non enim eſt veriſimile, quòd quis voluerit renunciare ſuo potiori iuri, & anteriori. Baldus *conſil.* 318. *volum.* 1. 6

Nouatio quomodo inducatur per tranſlationem cenſus, vel canonis de vna domo in aliam? Dicas quòd tunc alio non conuento tranſlatio cenſetur facta cum præſeruatione omnium, quæ reperiuntur in conſtitutione cenſus, ſeu rei, quæ transfertur. *l. legatum ſub conditione. ff. de adim. legat. l. legatum ff. de condit. & demonſtrat. l. Caio, in principio,* vbi gloſſ. *in verb. transferebatur. ff. de aliment. & cibar. legat.* 7

Nouatio an inducatur per adiectionem nouæ qualitatis. Pariſ. *conſ.* 91. *num.* 22. *cart.* 143. *vol.* 1. 8

Nouatio non inducitur, ſi in contractu adeſt clauſula cautelam cautelæ addens, & ſine præiudicio iuris, &c. ſeu alias præſeruatiua: vide in hoc Cagnol. *in l. ſingulari, num.* 158. *ff. ſi cert. petat.* Neuiz. *conſil.* 52. *num.* 33. *& ſeq.* vbi vide Grat. *conſil.* 126. *num.* 8. *lib.* 1. 9

*lib.*1. Butſat. *conſ.* 121. Gabriel *tit. de nouat. concluſ.*1. *lib.*3.*n.*56.vbi quòd non ſit nouatio, quando ſit reſeruatio iurium primi inſtrumenti.

10 Nouare non videtur ille, qui elegit vnum debitorem pro alio. Patiſ. *conſil.*107. *num.*19. *volum.*3. Iſta materia delegationis debitoris meliùs præter omnes tractatur per Gabrielem *concluſ.*1. *lib.*3. *tit. de nouat. num.*19. *& ſeqq.* vbi latè, an & quando debitor aſſignando ſuo creditori alium ſuum debitorem, ſit liberatus, ibi ampliat & limitat pluribus modis, & *ibidem num.*1. *& ſequentib.* vbi ſimiliter, an & quando debitor aſſignatus, ſit liberatus à primo ſuo creditore, ad eum ſemper recurras, & *ibidem num.*49. *& ſequentib.* vide in hoc Cagnol. *in l. ſingularia num.*158. *ff. ſi cert. petat.* Debitor aſſignans ſuo creditori aliquem ſuum debitorem, liberatur ſi debitor aſſignatus promiſerit ſoluere creditori, aliàs ſecus. Cagnol. *in l. ſingularia num.*15 . *& ſeq. ff. ſi cert. petat.* vbi tamen *n.*161. dicit communem opinionem eſſe in contrarium, ideò ibi videas. Adde etiam Surdum *volum.*1. *conſ.*145. *num.*1. *&* 4. vbi etiam dicit eſſe neceſſaria tria requiſita ad inducendam delegationem. Et particulariter, an creditor habeat regreſſum contra principalem debitorem, ſi debitor aſſignatus non eſt ſoluendo. Vide ſuper hoc omnino Straccam *de mercat. tit. de decoctor. par.*1. *num.*4. *& ſeqq.* Corn. *conſ.*206. *num.*5. *vol.*4. vbi teſtatur de veriori opinione, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Adde Straccam *de mercat. tit. de decoctor. par.*1.5. *num.*1. vbi quòd per prorogationem termini factam debitori non eſt facta nouatio, nec liberatus fideiuſſor, &c. vt paulò inferiùs *num. ſeq.*

11 Nouatio quando dicatur facta cum debitore ob prorogationem termini ad ſoluendum, ita quòd fideiuſſor dicatur liberatus. Gabriel *pag.*341. *concluſ.*3. *tit. de fideiuſſor. lib.*3. vbi multa præter infraſcripta: ſuper quibus vide etiam Maſſam *de obligat. Camer. num.*19. *& ſeqq.* Sed an hæc prorogatio facta debitori ſaltem proſit fideiuſſori, dixi infra *verſic. fideiuſſor, num.*1. Dic quòd non eſt liberatus fideiuſſor. Gomez *tit. de fideiuſſor. num.* 2. Iaſ. *in l.*1. *C. de iudic.* Felin. *in cap.*1. *num.*5. *de iureiurand.* Fulgoſ. *conſil.*129. *pag.*147. Decius *conſil.* 400. *num.*1 Grat. *reſponſ.*122. *part.*2. Federic. *in virid. concluſ.*23. Hercul. *de caut. pag.*60 *n.*3. vbi quòd quando tempus non eſt vniforme, tunc tacitè cenſetur facta nouatio, & *ibidem num.*6. vbi quòd quando in ſecunda obligatione longius tempus apponitur, tunc ſimiliter cenſetur facta nouatio. Et an per prorogationem termini dicatur facta nouatio, vide *ibidem num.*7. Gabriel. *concluſ.*1. *tit. de nouat. lib.*3. *num.*3. vbi quòd per vlteriorem dilationem non cenſetur inducta nouatio, nec etiam ope exceptionis, vt *ibi num.*66. vbi teſtatur de veriori opinione, licèt aliqui ibi per eum relati *num.*65 contrarium dixerint. Adde Straccam *de mercat. tit. de decoctor. part.*5. *num.*1. vbi quòd per prorogationem termini factam debitori, non eſt facta nouatio, nec liberatus fideiuſſor, niſi in fideiuſſore obligato terminatè pro tempore certo tantùm, puta in fideiuſſore pro conductore domus pro penſione vnius anni, vel fideiuſſore pro officiali in vno anno pro ſyndicatu. nam vltra illum annum facta prorogatione fideiuſſor non tenetur, vt ibi per eum. Et ita etiam diſtinguit Maſſa *de obligat. Camer. tit. de vi inſtrument. obligat.* Camer. *num.*19. *& ſeqq.* vbi plura alia in materia.

22 Nouatio cenſetur inducta per ſecundam promiſſionem factam eiuſdem ſummæ, & eiuſdem cauſæ: quia vltima promiſſio cenſetur facta animo nouandi, etiam quòd non ſit expreſsè dictum ſecundùm *gloſſ. final. circa finem, in l. finali C. de nouat.* quam allegat Gabriel *tit. de nouat. concluſ.*1. *lib.*3. *num.*69. ſaltim ope exceptionis, vt *ibidem num.*54. vbi exemplificat, quando illud, quòd in ſecunda obligatione continetur, eſt coæquale cum priori. Sed aduerte, quòd contraria opinio videtur verior, vt *ibidem d. num.*69. *verſ. contrarium tenem,* &c.

Nouatio cenſetur inducta per ſubſequentem pœnalem ſtipulationem, quia pœnalis ſtipulatio nouat præcedentem obligationem, vt per Gabrielem *tit. de nouat. concluſ.*1. *lib.*3. *num.*67. vbi de magis communi, licèt aliqui ibi per eum relati, contrarium omnino dixerint. 13

Nouatio non inducitur, ſi in ſecundo inſtrumento aliquid minuatur. Alex. *conſil.* 27. *num.*4. *& ſeqq. lib.*3. vbi ponit exemplum in ſecundo inſtrumento venditionis, in quo erat omiſſum pactum de retrouendendo; quod tamen erat appoſitum in primo, & idem tradit Cagnol. *in l.*2. *num.*196. *C. de pact. int. empt.* quem videas, ſi hoc dicat; & faciunt in propoſito ſuprà tradita *num.*3. *&* 4. 14

Nouatio cenſetur inducta per ſecundam obligationem factam in exequutionem præcedentis tractatus, & omnes contractus anteriores cenſentur reſolui, per ea, quæ in propoſito notat Mandellus *conſil.* 70. *num.*12. 15

Nouatio facta per minorem, in qua ſit læſus, non valet, vtputa quando liberato ſuo creditore accepit alium in eius locum non æquè idoneum. *l. patri. §. ex hoc intelligimus.* & *ibi* gloſſ. *& l. minor annis, in princip.* vbi Bart. *ff. de minor.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.*8. *num.*139. 16

QVÆSTIO XIV.

De alienatione rerum minoris.

SVMMARIVM.

1. *Alienatio rerum minoris quando & quas ſolemnitates requirat generaliter & n.*2. *&* 3. *cum n.*52.
4. *Primò requiritur cauſa. & d. n.*2.
*Qua cauſa debet exprimi in contractu, n.*12.
8. *& debet probari, vbi etiam quòd talis cauſa debet diſcuti.*
9. *Nec creditur minori iudici, aut Notario de cauſa aſſerenti, & num ſeqq. cum n.* 51. *vbi etiam de alijs ſolemnitatibus.*
13. *& ſi cauſa eſt falſa, alienatio eſt nulla, & n.*81.
14. *Nec conualidatur ex alia cauſa non expreſſa.*
*Secundò debet vrgere æs alienum, num.*5. *vbi etiam de materia.*
*Nec ſufficit paruum æs alienum, d. n.*4.
*Sed debet eſſe tale, vt eius ſolutio non poſſit differri, d. num.*5.
& de tali debito debet conſtare ex actis, ibid.
Tertiò debet vendi res minùs damnoſa, num. 3. 6. *&* 52.
*& ideo iudex debet priùs ſe informare de bonis pupilli, & alia facere, de quibus d. n.*6.
*Quartò debet interuenire tutoris auctoritas, n.*7.
15. *Quintò requiritur iudicis decretum.*
16. *Quod debet interponi iudice ſedente pro Tribunali.*
& in diebus non feriatis, ibid. & 60.
17. *& cum cauſa cognitione.*
18. *Sextò de his omnibus ſit ſeparata ſcriptura.*
19. *Septimò requiritur ſubhaſtatio, & num. ſeqq. vbi de materia.*
21. *Alienatio rerum minoris facta ſine dictis ſolemnitatibus eſt nulla, & n.*53.

22. *Quid*

22. *Quid in tranſactione,& n.105.*
23. *Quid in compromiſſo.*
24. *Quid in donatione.*
25. *Quid in ſolutum datione.*
26. *Quid in ſubhaſtatione.*
27. *Quid in repudiatione hæreditatis,ſeu legati,& n.99.*
28. *Quid in alienatione rei emphyteoticæ.*
29. *Quid in alienatione argenti fodinæ,&c.*
30. *Quid ſi fundus ſit ſterilis.*
31. *Quid ſi alienatio fiat in affines.*
32. *Quid ſi fiat ob debitum fiſcale.*
33. *Quid de alienatione rei in pignus datæ,& n.70.*
Quid de datione in pignus, num.43. ſeu hypotheca. num 68.
34. *Quid ſi in venditione adeſt iuramentum.*
35. *Quid ſi adeſt ſtatutum, quòd minor habeatur pro maiore.*
36. *& an minor teneatur reſtituere pretium.*
37. *Quid in alienatione minoris vtili,& n.47.*
38. *Quid ſi alienet iuſſu teſtatoris.*
39. *Quid ſi ex cauſa dotis,& 77.*
40. *Emens à pupillo ſine ſolemnitatibus an dicatur in dolo,& n.55.*
41. *Forma libelli in reſciſſione nullæ alienationis.*
Quid debeat iſto caſu probari,ibid.
Quæ remedia competant, ibid.& contra quos, n.54.
42. *Quid in alienatione annuorum reddituum, & n.58.*
44. *Quid in diuiſione facienda per minores, & n.90.*
45. *& an ſolemnitates præſumantur ex diuturnitate, & 95.*
46. *& quid de alienatione rerum mobilium.*
47. *& quid vigore ſtatuti vrbis.*
48. *& quid ſi alienatio fiat per patrem pupilli.*
& quid ſi fiat per tutorem, ibid.& ſeq.& n.54.
49. *Quomodo cum tutore quis tutè contrahat.*
50. *Quid ſi extat edictum, quòd nemo contrahat cum minore.*
Non poſſunt bona immobilia minoris alienari, ſi adſunt alia,d.n.6.84.
52. *Non poteſt res magna minoris vendi pro paruo debito.*
53. *Poſſeſſio, & dominium an transferatur ex iſta nulla alienatione.*
54. *Quomodo ſuccurratur pupillo, vel emptori contra tutorem,qui nulliter alienauit rem minoris, & d. n. 48.& ſeq.*
Fructus an lucretur emptor rerum minoris ſine ſolemnitatibus,d.num 40.
56. *Præſcriptio quomodo currat in rebus minoris alienatis.*
57. *Emens an debeat probari pretium verſum in cauſam,pro qua fuit facta alienatio.*
58. *In alienatione ſocietatum officiorum an ſolemnitates ſolitæ requirantur,& d.n.42.*
Quid in alienatione pecuniarum,d.n.58.
59. *Minor an poſſit alienanti conſentire.*
60. *In alienatione facta coram Principe decretum non requiritur.*
61. *Adultus curatore carens non poteſt alienare ſine decreto.*
63. *Quid in minore,qui ætatis veniam impetrauit.*
64. *Quid de minore, qui in teſtamento dat licentiam alienandi.*
65. *Conſuetudo an poſſit tollere ſupradictas ſolemnitates.*
66. *Doctor minor an poſſit alienari ſine decreto.*
Emens a pupillo ſine decreto,an eo inuito poſſit dicere emptionem nullam,d.n.57.
67. *Iudex indebitè interponens decretum punitur.*
69. *Fideiuſſor an obligetur in alienatione rei minoris nulla.*
70. *Creditor pupilli an poſſit ipſius rem ſibi pignoratam abſque alio decreto vendere.*
Minor ſine decreto non poteſt iuri hypotheca renunciare,d.num.33.
71. *& an poſſit procuratorem ad alienandum conſtituere.*
& an decretum requiratur in alienatione facienda per procuratorem, ibid.
72. *Quid de minore mercaturam exercente.*
73. *Quid in receptione in feudum,ſeu emphyteoſim.*
75. *Quid in locatione,ſeu datione in emphyteuſim.*
& quid in impoſitione cenſuum, d.num 42.
74. *Minor an poſſit ſine decreto retrouendere.*
An iuri redimendi renunciare,ibid.
An pactum de retrouendendo prorogare,ibid.
An in emptione apponere pactum de retrouendendo, ibid.
An in aditione.ſeu diſtractione hæreditatis,d.n.27.
75. *An in permutatione.*
76. *An ingredi religionem, & in eam ſua bona transferre*
Melioramenta facta in re minoris nulliter vendita an ſint reficienda,ſub n.55.
78. *Notarius punitur, ſi conficit inſtrumenta minorum ſine ſolemnitatibus.*
Quomodo intelligatur ſtatutum mandans maiorem 20. annorum reputari, pro maiore 25. annis, d. num 63.
79. *Regulariter minor, aut tutor non poteſt immobilia,& quæ ſeruando ſeruari poſſunt ſine iudicis decreto alienare.*
80. *Iudex indebitè interponens decretum punitur.*
81. *Si iudex recuſet interponere decretum, alienatio valet, etiam ſine decreto.*
83. *Decretum iudicis non debet feſtinanter interponi in alienatione rerum minoris.*
85. *Iudex debet curare, vt pretium ex venditione redactum creditoribus ſoluatur.*
86. *Amicorum ſeu conſanguineorum præſentia non ſupplet iudicis decretum.*
87. *Iudex an debeat ſe ſubſcribere in decreto.*
88. *Decretum an poſſit poſt actum interponi.*
Quæ fuerit ratio, quare Rex noluerit,bona minorum poſſe alienari ſine decreto,d.n.79.
Decretum an debeat ferri in ſcriptis,d.n.87.
Decretum à quo iudice interponendum,d n.88.
89. *Decretum an ſufficiat incertum, alternatiuum, vel conditionale.*
91. *Minor an in caſu neceſſitatis poſſit alienare res etiam à teſtatore prohibitas alienari.*
92. *An poſſit ſine decreto actionem cedere.*
93. *An cedere bonis.*
94. *Tutoris auctoritas an ſuppleatur per decretum iudicis*
95. *Decretum non præſumitur,niſi probetur.& 45.*
96. *Solemnitates an præſumantur interueniſſe ex iudicis decreto.*
97. *Fructus percepti an poſſint ſine decreto alienari.*
98. *Poſſeſſio an poſſit ſine decreto per minorem alienari.*
99. *Minor an poſſit ſine decreto iuri ſuo renunciare.*
100. *An alienare pro redemptione captiuorum.*
Quid de alienatione molendini,d.num.46.
101. *Quid de alienatione cauſa ſtudiorum.*
102. *Quid de impoſitione,ſeu remiſſione ſeruitutis.*
103. *Quid ſi minor non alienat,ſed facit actum per quem deuenitur ad alienationem.*
104. *Minor poteſt dicere de nullitate ſuæ alienationis,& ſic facto proprio contrauenire.*
Item & id poterunt minoris hæredes, ibid.
Non tamen id poterunt minorum tutores, vel curatores, ibid.

1 ALIENATIO rerum minoris, an, & quando, & quas ſolemnitates requirat, præter infraſcripta videas Cephal. conſil. 115. num. 1. vol. 1. Roland. conſ. 7. num. 19. vol. 3. vbi remiſſiuè dicit debere interuenire octo ſolemnitates. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. pag. 250. num. 146. & ſequentib. vbi ponit omnia requiſita in dicta alienatione. Plot. in l. ſi quando num. 198. §. vnde vi. Rolan. conſ. 99. per totum vol 1. Afflict. deciſ. 249. Decium conſ. 556. per totum, omninò Pariſ. in Repert. conſ. in verb. Alienatio rerum minoris, per plures verſiculos, vbi latè, & eumdem Pariſ. conſ. 35. num. 50. cart. 117. vol. 3. Roman. ſingul. 779. num. 17. Marſil. ſing. 498 Roland. conſil. 54. per diſcurſum. vol. 2. & meliùs in conſ. 33. vol. 1. vbi particulariter ponit omnia requiſita. Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 171. per totum lib. 2. omninò etiam Roland. conſil. 18. num. 72 & omnibus ſequent. Rolandin. in ſuis commentar. ſub tit. de contract. & eorum diuiſ. in rubr de inut. contract. ratione rerum, 2. part. conſ 81. Foller. in pract. cenſur. pag. mihi 166. num. 39. & ſeqq. vbi allegat Pariſ. conſil. 85. 98. 99. & 100. lib. 1. omninò & latiſſimè Caualcan. de tutor. & curat. vbi de tota infraſcripta materia.

2 Dicas, quòd in alienatione rerum ſtabilium pupil-
3 li octo requiruntur: videlicet, Cauſa. Ad idem Simoncellus de decreto lib. 1. tit. 1. num 17. & num. 98. Maſcardus concluſ. 531. num. 63. vbi quòd præſumitur dolus in tutore alienante ſine cauſa. Debitum. Cognitio, Res minus damnoſa. Vide in propoſito Roland. conſil. 99. vol. 1. præſertim num. 4. & ſeqq. vbi an credatur Notario non extare alia bona minùs damnoſa, de quo vltimo vide infrà num. 11. & num. 51. & quæſt. 17. num. 2. quòd debeat vendi res minùs damnóſa, traditur per Roland. conſ 60. num. 8. vol. 4. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 49. & quòd non poſſit vendi res magni valoris, ſi modici erat ſufficiens, ponit Maſcard. de probat. concluſ. 531. num. 65. lib. 1. de quo di-
4 citur infrà num. 52. Non pro paruo debito. vide infrà num. 52 Tutorum auctoritas. Decretum iudicis, & ſubbaſtatio, de quibus per Afflictum deciſ 249. & Dec. conſil. 556. vel ſic dicas, principaliter bona minorum non poſſe alienari ſine iuſta cauſa, & decreto iudicis, vt per Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 171. num. 4. diuerſa ac plura requiſita plures & diuerſi Doctores poſuerunt, quos recenſet Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 16. & ipſe in d. 1. tit. ponit 16. requiſita. Ideò conſtituas in materia regulam, vt infrà num. 79. Ad hoc autem, vt dicatur res alienata ex iuſta cauſa, plura requirun-
5 tur neceſſaria. Primò, debet cogere æs alienum, l. ob æs. C. de præd. minor. l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eor. Roland. conſ. 60. num. 1. vol. 4. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 35. & taliter vrgere debet, vt hæc prædiorum alienatio in tempus differri non poſſit: ideò æs alienum debet eſſe de præſenti, nec ſufficit, quòd ſperetur de futuro. d. §. ne paſſim, ibi, ſi modò vrgeat creditor, & in §. ſi æs alienum il 1. in eadem l ibi, ſed eſt de materia. ſi vrgeat æs alienum, &c. Roland. conſil. 60. num. 2, vol 4. Simoncell. lib. 1. tit. 1. num. 38. 39. 40. vbi declarat. Et ex actu debet conſtare. Et ideò Notario aſſerenti debitum, & creditorum inſtantiam non eſt credendum, vt per Roland. conſ. 7. num. 70. vol. 3. & conſ. 99. num. 3. & ſeqq. vol. 1. de quo vide infrà num. 11. & num. 51. & quæſt 17. num. 2. Adde pro hoc dicto eumdem Roland. conſ. 60. num. 5. vol. 4. vbi quòd Notario aſſerenti creditorum inſtantiam non creditur. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 37. & 42. nedum de creditorum inſtantia; non enim ſufficit æs alienum, niſi & creditores inſtent. Roland. d. conſ. 60. num. 3. vol. 4. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 36. verùm etiam debet iudex aſſerere talem creditorum inſtantiam euitari non poſſe. Roland. d. conſil. 60. num. 4. vol. 4. vbi quòd iudex debet adhibere cauſæ cognitionem ſuper huiuſmodi inſtantia creditorum; & idem Simoncellus de decreto lib. 1. tit. 1. num. 37. Menoch. vbi ſuprà d. caſu 171. num. 4. & ſeqq & idem Roland. conſ. 7. n. 10. vol. 3. vbi quòd primum requiſitum in tali alie-
natione eſt neceſſitas vrgens. Secundò debet iudex 6
ſe informare (vt ait Simoncellus de decreto lib. 1. tit. 1. num. 43.) de bonis & fortunis minoris, & nonnulla alia facere, de quibus ibidem per Menoch. num. 9. & ſequentibus, ad quem omninò recurras in materia. Et ſi adſunt bona mobilia, ſeu pecunia, ex quibus creditores poſſint ſatisfieri, non poſſunt bona immobilia alienari. Et ideò iudici debet liquere per diſcuſſionem bonorum non extare bona mobilia, vt per Roland. conſ. 60. num. 6. vol. 4. vbi num. 7. quòd etiam requiritur interloquutoria iudicis non extare bona mobilia: vide Ioſeph. Ludou. in concluſ. 14. illatione 35.
vide etiam infrà num. 84. Tertiò debet interuenire 7
tutoris, vel curatoris auctoritas, vt per Decium & Afflictum vbi ſuprà, & ibidem per Menoch. num. 22. & per Roland. conſ. 60. num. 9. & ſeq. vol 4. allegat l. neque, & l. cum qui. C. de author. tut gloſſ. & Bald. in l. 1. ff. de rebus eorum, cum aliis, de quibus ibi per eum. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 56. & num. 8. vbi ampliat, quòd tutor non poteſt alteri demandare, vt faciat ea,
quæ ipſe facere tenetur. Quartò debent probari, & 8
diſcuti cauſæ, propter quas alienatio à iudice conceditur, vt per Decium, & Afflictum vbi ſuprà. Et cauſa debet probari ante decreti interpoſitionem. Simoncellus de decret. lib. 1. num. 1. num. 18 & 19. Adde Me-
noch. vbi ſuprà num. 21. & ſeq. vbi propterea infert, 9
quòd iudici de cauſis aſſerenti non creditur: ſed quòd oportet illas probare, antequam interponatur. Super quo videas etiam Moron. de fid. treg. & pac. pag. 114.
num. 4. vbi quòd nec minori cauſam aſſerenti credi- 10
tur. Item nec Notario, vt ibidem per Moron. num. 10. 11
& infrà quæſt. 16. num. 3. & quæſt. 15. num. 24. & ſuprà in hac eadem quæſt. num. 3. & num. 5. vide infrà num. 51. & quæſt. 17. num. 2. Ioſeph. Ludou. concluſ. 14. illat. 26. Vir-
gil. Boccac. gloſſ. 4. num. 8. & 9. & talis cauſa debet eſſe 12
nedum vera, ſed etiam expreſſa, vt ibi num. 6 Debent enim in inſtrumento exprimi cauſæ, alias non præ-
ſumentur. Anchar. quæſt. 16. num. 3. & ſeqq. part. 2. & 13
ideò ſi probatur falſa, alienatio inualidatur, vt ibidem per Moronum num. 7. de materia vide infrà num. 81.
Nec verificari, aut iuſtificari poteſt ex alia cauſa non 14
expreſſa, vt ibidem per Moronum num. 8. Quintò re- 15
deundo ad propoſitum, his peractis requiritur Decretum iudicis, l. neque tutores. C. de adminiſtr. tutor. l. 1. & ibi gloſſ. & Bald. ff. de rebus eorum, cum aliis per Roland. conſ. 60. num. 12. & ſeqq. vol. 4. & dixi infrà n. 79. vide Afflictum, & Decium, vbi ſuprà, & Menochium d. caſu 171. num. 15. & Roland. conſ. 7. num. 21. & ſeqq. volum. 3. vbi quòd debet iudex ſedere pro Tribunali.
Simoncell. de decreto lib 1. tit. 1. num. 63. Roland. conſ. 7. 16
num. 92. vol. 3. vide in Repert. iud verſ. Decretum n. 33.
& non in diebus feriatis. vide infrà num. 60. Taleque 17
decretum iudicis debet eſſe cum cauſæ cognitione. Roland. d. conſ. 7. num. 64. & ſeqq. volum. 3. & conſ. 60. num. 13. & ſeqq. vol. 4. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 31. & ſeqq. & num. 15. vbi in quibus conſiſtat cauſæ cognitio. Faciunt generaliter tradita in Repertorio iudic. verſ. decretum num. 3. Moron. ibidem pag. 114. num. 3. & faciunt generaliter tradita in materia de-
creti interpoſiti ſine cauſæ cognitione. Sextò requi- 18
ritur, quòd de his omnibus fiat ſeparata ſcriptura. (Virgil. Boccac. in gloſſ. 4. num. 11.) à contractu venditionis, vt per Menoch. d. caſu 171. num. 26. & Roland.

*conſ.7.num.67.volum.3.*vide infrà *quæſt.16.num.4.*adde pro eodem dicto eumdem Roland. *conſ. 60. num.14. & ſeqq.vol.4.*Simoncell.*de decreto lib.1. tit.1. num.100. & ſeqq.* vbi *num.104.* quòd hoc non ſeruatur de conſuetudine,& idem Anchar.*quæſt.16.num.2.& 7.part.2.*

19 Septimò requiritur ſubhaſtatio,vt *ibidem* per Meno-
20 chium *num.18.& ſeq.*vbi etiam dat formam talis ſubhaſtationis,& Roland. *conſ.7.num.24. vol.3.* vbi quòd ſubhaſtatio debet eſſe per 20. dies ante celebrationem contractus. In qua materia vide Roland.*conſ.99. per totum,vol.1.& conſ.60.num.16.& ſeqq.volum.4.* vbi ſimiliter quòd bona debent ſubhaſtari per 20. dies. Et quòd non ſtatur inſtrumento venditionis facienti mentionem de ſubhaſtationibus , niſi aliunde appareant, vide Simoncell. *de decret. lib.1. tit. 1. num.64. & ſeqq.*

21 Igitur alienatio rerum minoris facta ſine ſupradictis ſolemnitatibus eſt nulla.vide infrà *num.* 50. & 53. Multa in propoſito allegat Roland. *conſ.7. n.16. & ſeqq.vol.3.*

22 Et an in tranſactione minoris requirantur ſupradictæ ſolemnitates.Menoch. *d. caſ.171. n.40. & ſeqq. & num.74.& ſeqq.*vbi declarat Cephal. *conſ.115. n.1.* vbi quòd requiruntur, & idem tradit Roland. *conſ.7. num.18. volum.3.& infrà quæſt.16. num.20.* ad idem Simoncell.*de decreto lib.2.tit.6.inſpect.10.num.99.& ſeqq.* vbi ampliat,etiam quòd dimittatur res,in qua aduerſarius eſt in poſſeſſione, & limitat vno modo, vt *ibi n.103.& ſequen.*vide infrà *num.* 105.

23 Et quid in compromiſſo. Menochius *d. caſu* 171. *num.43.& ſeqq.* Dicas , quòd minor , quando res eſt clara,ad eius fauorem compromittere non poteſt : ſi verò eſt dubia,poteſt , ſed cum tutoris , ſeu curatoris auctoritate , & iudicis decreto. Simoncell. *de decreto lib.2.tit.6. inſpect.8.num.71.& ſeqq & num.75.* vbi de forma huius decreti,& *num.76.* vbi quòd ſi decretum interuenit in compromiſſo , non eſt neceſſe quòd interueniat in laudo. & *num.77.* vbi quòd quando agitur de mobilibus , quæ ſeruari non poſſunt , non eſt neceſſarium decretum. & *num.* 89. vbi quòd quando compromiſſum fit vigore ſtatuti , tunc iuſſus iudicis de faciendo compromiſſum habetur pro decreto. An hoc ſtatutum comprehendat minores , dixi *in verb.Compromiſſum num.9. in Repert. iudic. & num.22.* vbi de materia. Virgil.Boccac. *gloſſ.8. num.129.* quem vide in materia.

24 Et quid in donatione minoris , vide *ibidem* per Menochium *num.46.& ſeqq.* vide etiam *in Repertorio vltim.volunt.verſ. inter,num.18. infrà quæſt.41. num.12. & ſeqq.*

25 Et quid in datione inſolutum , vide Simoncell.*de decreto lib.2.tit.6.num.111. & ſeqq.*Menoch. *d.caſ.171.*
26 *num.50.& ſeqq.* & quid in datione in ſolutum neceſſaria,puta quando fundus minoris eſt pignori captus & diſtractus, & ſic in ſubhaſtatione : vide *ibidem* per Menochium *num. 71.& ſeqq* vbi quòd non debent interuenire ſolemnitates prædictæ. Et idem Simoncell. *de decreto lib.2. tit. 5. num. 27. & tit. 6. inſpect.9. num.91.& ſeqq.* vbi quòd tutor poteſt reſtituere ſine decreto rem , ad quam eſt condemnatus per ſententiam latam.

27 Et quid in repudiatione legati , ſeu hæreditatis, *ibidem* per Menochium *num.52. & ſeqq.infra quæſt.16. num.35.*Simoncell.*de decreto lib.2.tit.6.inſpect.5. n.55. 56.& 59.in fin.* vbi minor non poteſt ſine iudicis decreto hæreditatem repudiare, ſeu aditam diſtrahere, niſi in caſu, in quo tota hæreditas conſiſteret in mobilibus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,*& n.52. & ſeqq.* vbi quòd minor poteſt hæreditatem adire ſine iudicis decreto , cum authoritate tamen tutoris , ſeu curatoris,etiam quòd hæreditas eſſet lucroſa,& opuleota,& ſi tutorem & curatorem non habeat,iudicis decretum requiritur,vt *ibi.*vide *in Repertor. vltim.volunt.verſ.minor num.4.*

Et quid in alienatione rei emphyteoticæ , *ibidem* 28
per Menoch. *num.56.*Simoncell. *de decret. lib.2.tit.6. inſpect.3.* vbi quòd non poteſt alienari ſine decreto. Et quid in datione in emphyteoſim , vide infrà *n.73.* vbi etiam an poſſit in emphyteoſim accipere.

Et quid in alienatione argenti fodinæ,ſalinæ,&c. 29
ibidem per Menoch.*n.57.& ſeq.*

Et quid ſi fundus ſit ſterilis. *ibidem* per Menoch. 30
num.60.& ſeqq.& per Roland.*conſ.7. num.27. volum.3.* vbi quòd debent interuenire ſolemnitates. & idem Simoncell. *de decret. lib.3. tit. 8. inſpect. 17. num.126. verſ.2.id probatur* , &c. *& num.129.* vbi declarat non procedere in fundo ſterili damnoſo. faciunt generaliter infrà tradita *in num.37.*

Et quid ſi alienatio fiat in affines , vide *ibidem* per 31
Menochium *num.65.*

Et quid ſi alienatio fiat ob debitum fiſcale : dic 32
quòd etiam requiritur decretum iudicis,vt *ibidem* per Menoch.*num.66.*

Et quid de alienatione fundi , qui ad pupillum 33
tantùm ſpectat iure pignoris? dic quòd prædictæ ſolemnitates non debent interuenire , vt per Menochium *d. caſu* 171. *num. 73.* Simoncell. *de decret.lib.2. tit.5.num.33.* vbi id declarat tribus modis, & quòd è conuerſo de alienatione rei per pupillum alteri pignorata. vide *infrà num.70.*Quòd minor ſine decreto non poſſit renunciare iuri hypothecæ,tradit Simoncell.*ibid.num.35.*

Et an alienatio bonorum minoris firmetur iura- 34
mento , vide in materia iuramenti minoris , quando firmet contractum nullum , &c. vide infrà *in quæſt.19.*

Et quòd ſi ſtatutum dictet , quòd conſtitutus in 35
18.anno habeatur pro maiore vigintiquinque annis, dic quòd ſtatutum tale non trahitur ad alienationem bonorum.Roland.*conſ.7. num.17. vol.3.* & idem defendit à contrariis Simoncellus *de decreto lib. 3. tit.8.inſpect.3. num.24. & ſeqq.* vbi *num.26.* teſtatur de receptiori opinione , & dicit in hoc eſſe multum conſideranda verba ſtatuti,*d.num.26. in fin.* & an iſto caſu minor poſſit diuidere,vide infrà *num.90.* & vide etiam infrà *num.63.*

Et an minor teneatur reſtituere pretium acceptum 36
ex venditione nulla ex defectu ſolemnitatum prædictatum, dic quòd non,niſi probetur pretium fuiſſe verſum in ipſius pupilli vtilitatem , vt per Roland. *conſ.60.num.32.& ſeqq. vol.4. & conſ.7. num. 28. vol.3.* ad quod vide omninò Simoncell.*de decret.lib.3. tit.7. num.17. & ſeqq.* & quæ in ſimili dixi *infrà quæſt.41. num.24.& 25.& num.60.& infra quæſt. 20. ſub num. 21.* & de hoc vide *in alio Repert. in contract. verſ. Contractum reſcindere* , &c. vbi generaliter. Et in materia contractus minoris , &c. vide infrà *quæſt.41. num.24.* Lamberten.*de contractibus gloſſa 24.n.1.& 2.*

Et quid ſi alienatio ſit minori vtilis. Roland. 37
conſ.99.vol.1.& conſ.7.num.26.& ſeqq. vol.3. vbi quòd adhuc requiruntur prædictæ ſolemnitates : ſed quòd imò ſi alienatio ſit minori vtilis , valeat abſque dictis ſolemnitatibus , traditur per Ancharanum *quæſt. 6.num.23.part.2.*vbi *num.24.* dicit,quòd decretum iudicis facit præſumere vtilitatem alienationis. Adde quòd etiam minor, inuito emptore poteſt ſtare venditioni ſibi vtili factæ ſine decreto. Simoncell. *de decret.lib.3.tit.8.inſpect.6. num.45.* dummodò contractum ratificet cum debitis ſolemnitatibus : quia poteſt illum ratificare etiam inuito emptore , quod declara,

clara, vt ibidem per Simoncell. inſpect.17. num.130. 131.& ſeq.& in num.124.& ſeqq. latè reprobatis contrariis defendit non valere alienationem rerum minorum ſine decreto etiam vtilem, niſi ſubſit cauſa neceſſitatis, & teſtatur de magis communi: immò quòd nec etiam iudex poteſt ex ſimplici vtilitate interponere decretum, niſi etiam vrgeat æs alienum. Ad materiam Virgil. Boccac. in conſtitutionib. March. gloſſ.8.num.49.50.& 51.& infrà in ſimili quæſt.20.n.25. & quæſt.16.num 13.

38 Et an prædictæ ſolemnitates requirantur, quando pupillus alienat de iuſſu teſtatoris, Rolandus dicto conſ.99.vol.1. Menochius d. caſu 171. num.67.& ſeqq. Dic quòd non, vt per Lamberten. de contract. eorum, &c. gloſſ.1.num.5. ad quod vide in ſimili tradita infrà quæſt.62.num.15.& quæſt. 20. num.54.& 64. vbi tradita poſſunt etiam applicari ad hanc ſpecialem materiam.

39 Et quid ſi alienatio fiat ex cauſa dotis. Couarru. practic.quæſt.pag.100.num.10. Menoch.d.caſu 171. n.4. vide infrà num.77.

40 Et in materia ſcias, quòd emens res pupilli ſine ſolemnitatibus, dicitur eſſe in dolo, per ea, quæ dicta ſunt in impreſſis quæſt.89.num.91. in materia, dolus quando, & ex quibus præſumatur. & tradit Plot. in l.ſi quando num. 204.& ſeqq. C. vnde vi. vbi etiam in quam pœnam incidat, & quando. Aymon. de antiquit.tempor.cart.198. num.5. Roland. conſ.18. num. 85. vbi quòd propterea non facit fructus ſuos, & conſ.60. num.42.& ſeqq. volum.4. vide infrà num.55. Roland. conſ.41. num 36. volum. 3. vbi quòd emens à minore ſine ſolemnitatibus, dicitur eſſe in mala fide.

41 Et quæ ſit forma libelli in reuocatione rerum minoris nulliter alienatarum, vide Plotum in d. l. ſi quando, num 205. vbi etiam quid debeat iſto caſu pupillus probare. Et an competat iſto caſu remedium cap. reintegranda, dixi in Repertor. quæſt. iudicialium, quæſt.22. num.30.& ſeqq. & an competat remedium l.1.C. de reſcind. vendit. vide infrà quæſt.42. num.39. & de aliis remediis, & praxi agendi de nullitate iſto caſu videas per Boccac. gloſſ.10.num.34.& 35. vide Cephalum conſil.115. num.9. volum. 1. vbi quòd ſi tutor alienauit rem minoris viliori pretio: de quo etiam per Roman. ſingul. 80. & per Simoncell. de decreto lib.3. tit. 7. inſpect.1. num. 13. vide eumdem Cephal. d.conſ.115.num.9.vol.1. vbi quòd datur etiam rei vendicatio, & quòd remedium detur, ſi res peruenit ad tertium poſſeſſorem. Roland. conſ.69.num.48.& ſeqq. omnibus, volum. 4. & an pupillo ſuccurratur contra tutorem, qui alienauit, vel contra emptores, vide infrà num.54.

42 Et an prædictæ ſolemnitates requirantur in minore alienante annuos reditus? Dic quòd ſic, Ioſeph. Ludouic. concluſ.48. verſ. pecunia data ad cenſum, & ſeq. vbi idem in alienatione etiam pecuniarum datarum ad ſocietatem officij. Item requiritur decretum in impoſitione cenſuum, vt per Redoan. de reb. Eccleſ. rubr.16.num.31.& ſeq.pag. 103. & per Simoncell. de decret. lib.2. tit.6.inſpect. 3. num.33. vide etiam infrà num. 58. ſed declara, vt per Tiraquellum de retract. pag. mihi 64.num.6.& ſeqq. vide infra quæſt.15.num.4.& etiam quæſt.16.num.29.

43 Et an in datione pignoris prædictæ ſolemnitates requirantur? Dic quòd ſic, præter ſubhaſtationem. Menochius d.caſu 171.num.30.& ſeqq. vide infrà n.68. Simoncell. de decret. lib.2. tit.5. num.23.24.& 25. vbi optimè declarat.

44 Et quid in pupillo volente diuidere cum fratre, vel alio ſocio, an nihilominus requiratur cauſa, & decretum iudicis, & quæ ſint iuſtæ cauſæ, quibus pupillus poſſit deuenire ad diuiſionem, vide per Menoch. d.caſu 171.num.34.& ſeqq. Lamberten. de contract.eorum, &c. gloſſ.1.num.29. vbi quòd diuiſio fructuum valet facta per minorem, etiam ſine iudicis decreto, quod intelligas procedere quoad fructus: ſecùs ſi agatur de diuiſione dominij, ſiue proprietatis alicuius rei communis inter plures minores, quia tunc neuter tutor poteſt diuiſionem petere ſine iudicis decreto, vt ibi num.30. per text. in l. ſi pupillos ff. de rebus eorum, & in l. inter omnes. C. de præd. minor. Si verò agatur de diuidendo rem communem in aliquo maiore, tunc ſi minor vult maiorem ad diuiſionem prouocare, id non poteſt ſine iudicis decreto: ſi verò prouocatur à maiore, tunc valet diuiſio etiam ſine iudicis decreto, licèt benè ſemper tutoris auctoritas interuenire debet, vt ibidem per Lamberten. d. gloſſ.1. num.31. 33. 36.& 37. vbi generaliter, quòd diuiſio vtilis minori valet, etiam ſine decreto. vide infrà num.90.

Et an in alienatione minoris ſolemnitates præſu- 45
mantur ex diuturnitate temporis, per Moron. de fid. treg.& pac. pag. 117. num. 17. & in ſumma ſolemnitates quando præſumantur, &c. vide infrà quæſtione 15. num.19.& infrà num.95.

Et quid de alienatione rerum mobilium, & quæ 46
ſeruando ſeruari non poſſunt, vide Commentar. in ſummam Roland. ſub tit. de contract. & eorum diuiſione, in rubr de inut. contract. ratione rerum 2. part fol.81. De molendino, vide Simoncell. de decreto lib.3. tit.8. inſpect. 12. per totam, num.80.& ſeqq. & Ioſeph. Ludou. concluſ.48. verſ. de molendinis etiam. & ſeqq. vbi quòd eius alienatio non valet ſine decreto, etiam quòd ſit poſitum in aquis, & non muro affixum. Quid de pecuniarum alienatione, vide infrà num.58. Adde Simoncell. de decreto lib.3. tit.8. num.21.& 22. vbi quòd minor etiam adultus curatore carens non poteſt ſine decreto aliquam rem mobilem, ſiue mobilia alienare, quæ ſeruando ſeruari poſſunt; ſed benè poteſt alienare mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: prout ſunt veſtimenta, vinum oleum, frumentum, & alia, quæ in ſua naturali bonitate non poſſunt vltra triennium ſeruari, illa omnia poſſunt ſine iudicis auctoritate alienari. Simoncell. de decreto lib.3. tit.8. num 49. in fine, & ſeqq. Lamberten. de contract. gloſſ. final. num 222.& ſeq. vbi tamen, quòd eſt neceſſarium adhibere auctoritatem tutoris, ſiue curatoris. Et licèt frater, cui minor ſucceſſit, haberet aliquas res mobiles venales, quæ ſeruando ſeruari poterant, puta merces, non per hoc filio minori permittitur illas diſtrahere ſine iudicis decreto, vt per Simoncell. ibidem lib.2. tit.6. inſpect.4. num.41. quòd regulariter non poſſint alienari mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſint, tradit idem Simoncell. de decreto lib. 1. in præfatione num. 15. Quid de ceſſione actionis, vide infrà num.92. Quid de alienatione fructuum, infrà n.97.

Et quid vigore ſtatuti vrbis, vide in cap. 21. in re- 47
format. Leonis X. cuius verba ſunt hæc. Vbi aliqua alienatio per tutores, vel curatores cum iudicis decreto cauſa expreſſa, & cognita fieri contingat de rebus minorum, ſeu pupillorum etiam ſtabilibus, & conſtet id factum fuiſſe in euidentem ipſorum minorum vtilitatem, ſeu pupillorum commodum, talis alienatio valet ac tenet.

Et an prædictæ ſolemnitates requirantur in alie- 48
natione rerum pupilli facta per patrem adminiſtratorem, ſeu tutorem, vide Gottam in ſuis memorab. pag.196. Menochium d.caſu 171. num.54. Romanum
ſingul.104. & quomodo quis tutè cum tutore contra- 49
hat, Cæpol. cautel. 141. Cotta pag. 891. Menochius ibidem num.77.& ſeqq.& in Repert. quæſtionum vltimarum voluntatum, verſ. tutor. num.6. Adde in materia,
quòd

quòd omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum minoris, debent etiam interuenire, quando tutor alienat dictas res, vt per Simoncell. *de decreto lib.2.tit.6.inſpect.1.num.16.*

50 Si extat edictum Principis, ſeu Gubernatoris loci, quòd nemo contrahat cum minore: adhuc tamen alienatio facta per minorem cum iudicis decreto, ac tutoris auctoritate, & aliis ſolemnitatibus à iure requiſitis valebit, non obſtante dicto ſtatuto, vt dixi *in alio Repert. in materia filij familias, ſeu minoris contrahentis*, de quo dicemus *infrà quæſt.* ...

51 Dixi *ſuprà num.*11. quòd Notario, iudici, ſeu minori aſſerenti cauſam, non creditur, etiam quòd de ea in inſtrumento fiat mentio, niſi de ea aliunde appareat. Sed in hoc vide Anchar. *quæſt.6. n.17.part.2.* vbi, quòd ſi in inſtrumento inſeritur cauſa, talis præſumitur vera abſque alia probatione, & ita ſecundùm eum practicatur, quicquid in contrarium diſponat ius commune, & *quæſt.* 16. *num.*1. vbi generaliter dicit, quòd ſi in inſtrumento fit mentio de cauſa, ac aliis ſolemnitatibus, tunc ei creditur abſque alia probatione, & ita ſimiliter ſecundùm eum ſeruatur in practica. vide *infrà quæſt.*17. *num.*2. vide tamen *deciſ. Pedemont.*170.per totam: vbi quòd Notario aſſerenti in hoc inſtrumento ſolemnitates interueniſſe, & cauſam neceſſitatis, non eſt credendum, & ibi de materia. Simoncell. *de decreto lib.*1. *tit.*1. *num.*101. 102. 103. *&* 104. vbi an credatur iudici, ſeu Notario aſſerentibus ſolemnitates interueniſſe, & cauſæ cognitionem.

52 Præter alia requiſita in alienatione rerum minoris, eſt illud de ſubſtantia, quòd non poteſt vendi res magna pupilli pro ſoluendo paruum debitum. Roland. *conſ.60.num.9.vol.4.* & ideo ſi vendatur res maioris quantitatis, quàm ſit debitum puta ſoluendum, & vrgens alienandi neceſſitas, an alienatio in totum, vel pro parte reſcindatur, an verò ſit valida, vide *in deciſ. Pedemont.*169. *num.*18. & omnibus ſequen. Quòd pro modico debito magna poſſeſſio vendatur, id fieri non poſſe, tradit Simoncell. *de decreto lib.*1. *tit.*1.*num.*50.51.52.*&* 53. vbi limitat, quando id quod ſupereſt æri alieno, eſſet in modica quantitate.

53 Dixi ſuprà *num.*21. quòd alienatio rerum minoris facta ſine ſolemnitatibus eſt nulla. Addo Roland. *conſ.60.num.18.& ſeqq. vol.* 4. vbi quòd eſt nulla ipſo iure, & quòd ex ea non transfertur nec dominium, nec poſſeſſio in emptorem: ad quod videas generaliter tradita *in Repert quæſt. iudicial. quæſt* 24. *num.*45. vbi ſcilicet poſui, an & quando ex nullo contractu poſſeſſio transferatur. Et vide etiam in ſimili tradita *infrà quæſt.* 20. *num.*8. & omninò in hac materia vide Lamberten. *de contract. rerum*, &c. *gloſſ.*1.*quæſt.* 28 *& pluribus ſeqq.* vbi latè generaliter & particulariter, an, & quando & quam pupillus, ſeu minor transferat poſſeſſionem, quandove ex contractu eius nulla transferatur poſſeſſio, optimè præter alios omnes ponit hanc materiam.

54 Si res minoris nulliter alienetur, nulli dubium quòd pupillo ſuccurritur contra emptores pluribus remediis, de quibus ſuprà *num.*41. habet enim actionem tam in rem, quàm in perſonam, ſcilicet contra tutorem, contra emptores, & contra tertios poſſeſſores, vt per Simoncell. *de decret. lib.*3. *tit.*7. *inſpect.*1. *num* 12. *& num.*21. *& num.*18. *& num.*22. vbi enim pupillus eſt læſus ex facto tutoris, habet actionem contra tutorem, ac etiam poteſt petere reſtitutionem. Rolandus *conſ.72.num.46.& ſeq.vol.*3. Boccac. *gloſſ.*4. *num.*4. & ad hanc materiam vide etiam Virgil. Boccac. *in d.gloſſ* 8. *num.*183. vbi etiam quòd ſi eſt minor læſus ex contractu procuratoris. Sed quid ſi eſt læſus in iudicialibus, vide *in Repertor. iudicium verſ. minor.num.*5. & idem Boccac. *gloſſ.*10. *num.*31. vnde diſtinguendum ſecundùm Roland. *conſ.* 10. *num.*18. *& ſeqq. volum.*1. Odd. *de reſtit. part.*1. *quæſt.*3. *art.*1. *num.*3. Sed quid ſi huiuſmodi res alienatæ per pupillum auocentur, quomodo emptori ſuccurratur contra tutorem, qui alienauit, vide Cephalum *conſ.*115. *num.*3. *& ſeqq. volum.*1. faciunt generaliter tradita *in Repert, quæſtion. vltim. volunt. verſ. tutoris cautela, num.*6. *& verſ. tutoris contractus, num.*7. ſi tutor expreſsè non obligauit bona ſua, vel non promiſerit de euictione nomine proprio, non tenetur de nullo contractu minoris.

Adde ſuprà iam traditis *num.* 40. Lamberten. *de* 55
*contract. eor. num.*114. *&* 124. vbi quòd emptor rerum minoris ſine decreto, ſi in bona fide ſit, quia putauit id ſibi emere licere, lucratur fructus, aliàs ſecùs. & *num.*164. vbi quòd ruſticus, & mulier, ac aliæ ſimiles perſonæ, qui iuris ignorantia excuſantur, de quibus dixi *in Repert. iud. quæſt.*64. etiam quòd emant res minoris ſine ſolemnitatibus, faciunt tamen fructus ſuos. Tu verò in hac materia vide *infrà quæſt.* 20. *num.* 79. vbi quid de contrahente cum muliere, ſiue minore ſine ſtatutariis ſolemnitatibus. & *in Repertor. iudic. quæſt.*62. *num.*7. *&* 46. vbi generaliter poſui, quando contrahens contra iuris prohibitionem faciat fructus ſuos. & *in crimin. quæſt.*30. *num.*11.14.16. 36. vbi poſui, an & quando dolus & mala fides præſumatur in eo, qui contrahit contra ius, vel ſtatutum, vel ſine debitis ſolemnitatibus: ſed quid ſi emens res minoris ſine ſolemnitatibus dicat ſe ignoraſſe huiuſmodi ſolemnitates debuiſſe interuenire, an hoc ei credatur maximè iuranti ad hoc, vt faciat fructus ſuos? Dic quòd non creditur, & propterea non facit fructus ſuos, niſi iurans ſit perſona honeſta, & pro eius iuramento aliæ concurrant coniecturæ, vt per Lamberten. *vbi ſuprà d.gloſſ.*1.*num.*181. *& ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria, & adducit concordantes: ad quæ vide tradita *in Repert. iud. quæſt.*64. *num.*11. *& ſeqq.* vbi poſui, an & quando iuris ignorantia probetur iuramento, vide Simoncell. *de decreto lib.*3. *tit.*7. *inſpect.*1. *num.*14. vbi quòd emens res minoris viliori pretio, in caſu tamen, in quo res poterat vendi, non tenetur reſtituere fructus pro rata pretij reſtituendi, & *ibi* teſtatur de communi. Et quid de melioramentis, dixi *in Repert. iudic. quæſt.*38. *num.*49. de fructibus, quando emptor illos lucretur, vide omninò *in deciſ. Pedemont.*159. *per totam.*

Minoris bona nulliter alienata ſine debitis ſo- 56
lemnitatibus an præſcribantur, vide Lamberten. *de contract* &c. *gloſſ.*1. *n.*263. *& ſequent. vſque ad num.*268. vbi multa pro & contra. Et faciunt ad propoſitum in ſimili tradita *infrà quæſt.* 20. *num.* 80. vbi de præſcriptione rerum alienatum à muliere, ſeu minore prohibita à ſtatuto, &c. *& in vltim. volunt. quæſt.*1. *num.*35. vbi, an, & quando prohibita alienari poſſint alienari & præſcribi. & *in Repert. iud. quæſt.*96. *num.*17. *& ſeqq.* vbi, an & quando errans in iure poſſit præſcribere, &c. Simoncell. *de decret. lib.*3. *tit.*9. *num.*45. 46. *&* 47.

Emens rem minoris alienatam ex cauſa neceſſi- 57
tatis, puta æris alieni, an debeat probare pretium verſum in extinctionem illius æris alieni. An verò ſufficiat probaſſe tempore alienationis æs alienum imminuiſſe, vide *in deciſ. Pedemont.*169. per totam, vbi latè faciunt infrà tradita *num.*85.

Minor non poteſt alienare ſine iudicis decreto 58
pecunias deſtinatas in emptionem prædiorum. Ioſeph. Ludou. *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.*48. *verſ. ampliatur* 3. *& ſeqq.* Simoncell. *de decret. lib.*3 *tit.*8. *num.*112. vbi quòd omnes hoc ſequuntur, & plures adducit

adducit Concordantes, vide de hoc Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. 5. num. 15. vſque ad n. 26. pag. 60. & ſeq. & rubr. 14. num. 6. & ſeqq. pag. 96. & ſeqq.* & faciunt generaliter tradita *infrà quæſtione 28. num. 32.* faciunt generaliter tradita de alienatione rerum mobilium minoris ſuprà *num. 46.* In materia ponas regulam affirmatiuam, quòd minor poteſt etiam ſine decreto expendere ac diſponere de pecunia, & hoc quia dicta pecunia computatur inter mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Simoncell. *de decreto lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. num. 115. & ſeq.* vbi de communi, & plures adducit concordantes. Ad idem Lamberten. *de contract. gloſſ. fin. num. 222.* Limitatur hæc regula, vt non procedat, quando pecunia eſſet poſita ad fructum, puta ad cenſum, annuos redditus non poſſe ſine decreto alienari, vltra tradita *ſuprà num. 42.* poſuit Simoncell. *de decreto lib. 3. tit. 8. inſpect. 7. num. 57.* ſiue ad cambium in aliquo banco campſoris, ſiue ad ſocietatem officij in aliqua negotiatione, ſeu mercatura, vel ex ea pecunia eſſet emptum aliquod officium, puta Equitis ſancti Petri; his enim caſibus, in quibus ipſa pecunia fructus facit, non poteſt minor ſine decreto alienare, Simoncell. *ibidem num. 119. & 121.* vbi tamen ſublimitando dicit, quòd diſdictas ſocietatum, & officiorum poteſt minor ſine decreto facere. Item ſi venditor cenſus, vult cenſum redimere, poteſt minor pretium recipiendo cenſum retrouendere abſque iudicis decreto: de quo vltimo vide etiam *infra num. 74.* & de cenſu, & ſocietatibus officiorum dixi *ſupra* aliquid *num. 42.* Eſt tamen neceſſaria auctoritas tutoris, ſeu curatoris in alienatione pecuniæ, vt per Lamberten. *de contract. gloſſ. finis, num. 222. & ſeq.* Ad iſtam materiam, quando pecunia habeatur pro re mobili, quæ ſeruando ſeruari non poſſit, & poſſit propterea ſine decreto alienari per tutorem & minorem, vide etiam per Redoanum *de rebus Eccleſ. rubr. 5. num 9 & ſeqq. vſque ad num. 26. pag 60 & ſeq.* & faciunt generaliter infrà tradita *quæſt. 29. num. 32.*

59 Minor ſicut non poteſt ſine iudicis decreto bona ſua alienare, ita etiam nec poterit alienanti conſentire. Simoncell. *de decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 16. num. 142. & ſeq.* Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. 1. §. ſub vocabulo.* In diſcurſu faciunt infrà tradita *quæſt. 20. num. 6. & in Repertor. vltim. volunt. quæſt. 1. num. 60.*

60 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num. 16.* de decreto interponendo in die feriato, addendo facias concluſionem, quòd decretum iudicis non poteſt interponi in alienatione rerum minoris in die feriata, ſecundùm magis communem, de qua per Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1. num. 84.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ. 4. num. 15.* licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Limita primò, vt procedat in diebus feriatis in honorem Dei; ſecùs ſi interponatur in diebus feriatis inductis ob hominum neceſſitatem, puta vindemiarum, vel meſſium, *ibidem n. 81.* Limita ſecundò, quando ſtatutum in alienatione rerum minoris non requireret aliam ſolemnitatem niſi iudicis decretum, & quòd conſanguinei vnus, vel duo iurent in manibus iudicis dictam alienationem non eſſe in præiudicium minoris. Nam tunc cùm nulla requiratur cauſæ cognitio, ideò etiam die feriato interponi poteſt decretum, *ibidem num. 86.* Limita tertiò, in contractu vtili ipſi minori, *num. 85. in fine.* Limita quartò, fauore piæ cauſæ, *d. num. 85. in fine.* Limita quintò, vbi immineret neceſſitas actus, *ibidem num. 87.*

61 Minoris contractus factus coram Principe non indiget iudicis decreto. Simoncell. *de decreto lib. 1. tit. 1. num. 88.*

Minor adultus, etiam curatore carens, non poteſt alienare ſine iudicis decreto bona immobilia, ſecundùm communem & veriorem opinionem, quam à contrariis defendit Simoncell. *de decreto lib. 3. tit. 8. inſpect. 2. num. 16. & ſeqq.* 62

Minor, etiam qoòd veniam ætatis impetrauerit à Principe, non tamen per hoc poteſt immobilia alienare ſine iudicis decreto, & debitis ſolemnitatibus, vt per Simoncell. *de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 3. num 23. & 27.* immò in formula conceſſionis veniæ ætatis, de qua per Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ. 8. num. 225.* expreſsè excipitur poteſtas alienandi ſine iuris ſolemnitatibus. Ideò non eſt mirum, ſi illæ debeant interuenire. Et quando poſſit minori à Principe concedi ætatis venia, quandove conceſſa valeat, & de materia, vide Rolandum *conſ. 7. n. 93 & omnibus ſequentib. vol. 3.* Quòd minori poſſit concedi per Principem venia ætatis, de forma reſcripti huius impetrationis, ac de eius requiſitis, & quòd minori, qui veniam impetrauit, denegetur reſtitutio in integrum, videas Boccac. *in conſtitut. March. d. gloſſ. 8. num. 225.* Sed quid de eo, qui à ſtatuto reputatur maior, ſi puta excedat annum vigeſimum? dic quòd licèt poſſit ſe ſine curatoris auctoritate obligare, non tamen poteſt alienare immobilia ſine decreto, & multò minùs donare, vt per Simoncellum *ibidem lib. 1. tit. 2. inſpect. 3. per totam*, vbi reſpondet contrariis, & de communi videtur teſtari Virgilius Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ. 7. ſub num. 32. pag 14[illegible]. 2. facie in princ. & num 36. in fine, & d. num. 32. in fine*, vbi quòd ſtatutum hoc procedit etiam, quando minor contrahit extra territorium ſtatuentium, præſertim inter ſubditos ſtatuentibus, vel de rebus in loco ſtatuti exiſtentibus. Vide etiam ſuprà *num. 35.* 63

Minor poteſt in teſtamento dare exequutori licentiam alienandi res ſuas mobiles. Et iſto caſu exequutor alienat etiam ſine decreto, ac etiam quòd alienatio fiat pro exequutione contractus per minorem celebrati, dixi *in Repert. vltim. volunt. in fragmentis verſ. Exequutor. num. 34.* 64

Minor poteſt ſine decreto, & aliis ſuprà narratis ſolemnitatibus alienare, quando illis conſuetudine abrogatum eſt; quæ tamen conſuetudo ſtrictiſſimè interpretanda eſt. Simoncell. *de decreto lib. 3. tit. 8. inſpect. 5.* 65

Minor etiam quòd ſit Doctor non poteſt bona ſua alienare ſine iudicis decreto, vt per Simoncell. *de decreto lib. 3. tit. 8. inſpect. 6.* ad quod faciunt tradita infrà *quæſt. 41. num. 56. & in Repert. iudic. verſ. Reſtitutio. num. 35.* 66

Iudex interponens decretum in alienatione rerum minoris indebitè, quomodo puniatur, dixi *in Repert. crimin. quæſt. 20. num. 82.* 67

De minore, an poſſit ſine decreto, ac debitis ſolemnitatibus rem in pignus dare, dixi aliqua ſuprà *num. 41.* An autem minoris bona ſint tacite ſine decreto hypothecata pro reſtitutione dotis, dixi infrà *ſub verſ. Hypotheca. num. 6.* in extenſione huius quæſtionis. Et an inuecta & illata per minorem in domum conductam ſint tacitè pro eius penſione hypothecata, vide *in Repert. iudic. quæſt. 7. num. 8. & ſeqq.* vbi eſt propriè locus ſuus. An autem, quando minor emit cum pacto, quòd donec ſoluatur pretium, res venditori hypothecata remaneat, valeat iſto caſu huiuſmodi hypotheca abſque iudicis decreto? dic quòd non, licèt benè valeat emptio, vt per Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 5. num 54 & ſeqq. inſpect. 5.* vbi hoc declarat duobus modis. Primò, in emptione facta à fiſco. Secundò, in emptione facta de pecuniis alicuius pupilli, vt *ibi in d. num. 54. & ſequentib.* 68

Fideiuſſor

Digitized by Google

69 Fideiuſſor an obligetur, quando alienatio, in qua ipſe interuenit, rei minoris eſt nulla ob defectum ſolemnitatum, dixi infrà *in fragment. verſic. fideiuſſio. num. 5.*

70 Minor quando poſſit ſine decreto rem ſibi cum debitis ſolemnitatibus pignoratam vendere, ſiue alienare rem ſibi in pignus datam, dixi ſuprà *num.* 33. Quarto modò è contra, an ſine decreto poſſit alienare rem ſuam alteri pignoratam? Dic quòd non, vt per Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 5. inſpect. 4. num.* 34. Sed an creditor minoris poſſit rem ſibi cum debitis ſolemnitatibus pignoratam vendere abſque alio iudicis decreto ſecundùm iuris communis, ſeu conuentioois formam, dic poſſe. Simoocell. *ibidem num.* 38. *& ſeqq.* vbi de communi: licèt alij *ibid.* relati *num.* 36. *& ſeq.* contrarium dixerint, & *ibid. num.* 40. vbi quòd id multò magis procedit in re pignorata à patre ipſius minoris, cui idem minor ſucceſſerit.

71 Minor ſicut non poteſt ſine decreto, ac debitis ſolemnitatibus rem ſuam alienare: ita pariter ſine eiſdem ſolemnitatibus non poterit ad alienandum procuratorem conſtituere. Et hoc non habet difficultatem. Sed ſi procurator ad alienandum fuerit cum decreto conſtitutus, adhuc tamen quando procurator alienat, & decretum & aliæ ſolemnitates requiſitæ in alienatione rerum minoris interuenire debent, niſi forſan fuiſſet procurator conſtitutus non generaliter ad alienandum, ſed ad alienandum certum fundum: quia tunc cùm in conſtitutione Procuratoris fuerit habita ſpecialis cauſæ cognitio ſuper illo fundo, in illius actuali alienatione non requiritur aliud decretum, & facit ratio generalis, de qua *in Repertorio iudicial. verſ. decretum num.* 20. Hæc tradit Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 5. inſpect. 4 n. 49. & ſeqq.* vbi *num.* 53. hoc vltimum declarat vno modo. Faciunt ad hanc materiam in ſimili tradita, infrà *quaſt. 20. num. 9.*

72 Minor an poſſit ex cauſa mercaturæ bona ſua alienare, ſeu hypothecare, videas per Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 6. inſpect. 4. per totam*. vbi *num.* 40. in primis dicit, quòd minor impubes, vel pubes habeos curatorem non poteſt ex ſe mercaturam exercere: licèt benè poſſit eſſe mercator adultus curatorem non habens. Cui tamen adulto, etiam quòd mercator ſit, datur reſtitutio, ſi læſus fuerit, *& n.* 43. *& ſeqq.* vbi quòd minor adultus mercator in libro, & albo mercatorum deſcriptus non poteſt ex cauſa mercaturæ bona ſua contrahendo ſine iudicis decreto hypothecare, licèt bene poſſit perſonam ex dicta cauſa obligare, vt *in num.* 49. & *ibi* reſpondet ad contraria, *& num.* 37. vbi quòd minor non poteſt exiſtens mercator, trafficum, ſeu menſam mercatoris vendere ſine iudicis decreto, & *num.* 39. vbi quòd cauſa erigendi trafficum & mercaturam, non poteſt ſine iudicis decreto fundum, ſeu bona immobilia vendere, licèt benè poſſit pecuniam expeodere, vt *ibidem num.* 38. Adde quòd ſtatutum poteſt facere, minorem mercatorem poſſe ſe obligare, vt in caſu conſtitutionis, de qua per Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ. 7. num.* 32. vbi rationem affert huius ſtatuti. Quia mercator præſumitur induſtrioſus, & non facilis, vt decipiatur, *& num.* 34. *&* 35. vbi quòd contrahens cum minore deberet probare illum mercatorem; niſi minor ipſe ſe talem in inſtrumento aſſerat, *& num.* 36. vbi quòd hoc ſtatutum non habebit locum, niſi quando minor contrahit cauſa mercaturæ, *& num.* 37. vbi quis propriè dicatur mercator.

73 Minor cum tutoris auctoritate poteſt ad breue tempus etiam ſine decreto rem ſuam ſtabilem locare; ſed non ad longum tempus, puta decennium, vel vltrà, etiam quòd in locatione adſit pactum, quòd ex ea nullum ius reale conductori acquiratur. hæc tradit Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 6. inſpect. 2.* Item minor, ſeu eius tutor, vel curator non poteſt rem ſuam in emphyteoſim concedere, nec etiam in feudum ſine iudicis decreto, etiam quòd feudum, ſeu emphyteoſis eſſent ad ipſum minorem reuerſa. Et ſicut non poteſt in emphyteoſim dare, nec in feudum: ita nec poterit ſine dicto decreto in emphyteoſim, ſeu feudum accipere. Hæc tradit Simoncell. *vbi ſuprà, inſpect. 3. num. 31. & ſeqq.* Sed an poſſit ſine decreto rem emphyteoticam vendere, dixi ſuprà *num.* 28.

Minor poteſt ſine decreto retrouendere rem à principio venditam cum pacto de retrouendendo: quia iſto caſu dicitur potius de neceſſitate, quàm de voluntate vendere. Simoncell. *de decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 1. num. 2.* Noo tamen, ſi emit cum pacto de retrouendendo poteſt ſine decreto illi iuri redimendi renunciare, etiam ex titulo venditionis, *num. 3. &* 4. Multò minùs ſine dicto decreto poterit venditori prorogare tempus ad redimendum conuentuo, *ibidem num. 5. & 6.* Sed an minor, ſine decreto emendo rem immobilem, poſſit ad fauorem venditoris apponere pactum de retrouendendo? videtur dicendum, quòd non, per text. *in l. 1. §. vlt. ff. de reb. eorum*, per quem textum plures relati à Simoncello *vbi ſuprà, num.* 11. dixerunt iſto caſu emptionem valere, ſed non pactum de retrouendendo: ſed in contrarium eſt communis & verior opinio, quam latè defendit Simoncellus *ibidem num. 14. & omnibus ſequentib.* per totam illam inſpectionem, vbi relatis omnibus intellectibus *ad §. vltimum*, concludit etiam ſine decreto minorem ementem poſſe apponere in emptione pactum de retrouendendo, & illud valere quando in eodem cootractu apponitur incontinenti, ſecus ſi ex interuallo, vt *ibidem num.* 9. Quid de retrouenditione cenſus, vide ſuprà *num.* 58. 74

Minor non poteſt ſine iudicis decreto permutare, etiam quòd permutatio ſit ei vtilis. Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 6. inſpect. 13. num.* 119. Sed contra, quando eſt vtilis, tenet Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. 1. §. venit etiam permutatio num.* 7. vide generaliter *in Repert. vltim. volunt. quaſt. 1. n.* 67. & de Eccleſia infrà *quaſt. 16. num.* 45. 75

Miooris ingredientis Religionem, bona ipſo iure tranſeunt io Monaſterium, dixi *in Repertor. vltim. volunt. in fragment. inter diuerſa verſ. Monachi num.* 5. vbi de materia. In propoſito adde, quòd tranſeunt ſine iudicis decreto ſecundùm communem, à qua nemo diſcrepat, & de qua per Simoncell. *de decreto lib. 3. tit. 8. inſpect. 14. num.* 97. & per Tiraquellum *in tract. Res inter alios acta, pag. 8. à tergo, verſic. licèt minor habens*, &c. vbi loquitur de minore pubere. Faciunt in ſimili tradita infrà *quaſt. 20. num.* 65. Si tamen minor fuerit ingreſſus Monaſterium dolo & fraude, & magnis perſuaſionibus, quas faciebat Abbas, ob magnas eius facultates, licèt ingreſſus teneat; tamen bona non acquiruntur Monaſterio, ſed agnatis. Simoncell. *ibidem num.* 102. & quid ſi metu? vide infrà *in fragment. verſ. Monachi profeſſio num. 37. inter diuerſa.* Aduerte tamen, quòd licèt minor ante ingreſſum Religionis poſſit teſtari, vt dixi *in Repert. vltim. volunt. quaſt.* 65. non poteſt tamen illa donare, ſeu alio modo inter viuos de eis diſponere, vt per Simoncell. *ibidem num. 105. & ſeqq.* vbi reſpondet contrariis, & ampliat etiam cum iudicis decreto: ſolus enim ingreſſus Religionis non eſt ſufficiens cauſa interponendi decretum, vt *ibi* per eum, *& n.* 107. 76

Digitized by Google

vbi hodie ſecundùm Concilium Tridentinum, quomodo valeat minoris renunciatio,ſeu obligatio ante ingreſſum religionis.

77 Minor ex cauſa dotis an poſſit bona ſua alienare,dixi ſuprà *num.*39.quibus adde, quòd ſi minor ex cauſa dotis, ſeu donationis propter nuptias alienat pecuniam, vel alias res mobiles, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non requiritur iudicis decretum. Simoncellus *de decreto lib.*3.*tit.*8.*in ſpecl.*13.*num.*88. Si verò dos conſtituitur in immobilibus, vel mobilibus, quæ ſeruari poſſunt, requiritur iudicis auctoritas, *num.* 89. vbi de communi, & de communi etiam Virgilius Boccacius *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 8. *num.* 56. & in hoc propoſito dotis cauſa eſt priuilegiata, quia licèt regulariter res minorum non poſſint etiam cum decreto alienari, niſi ſubſit cauſa neceſſitatis, & alienum æs: cauſa tamen dotis ſupplet dictam cauſam neceſſitatis, & æris alieni, & iuſta eſt cauſa interponendi decretum, vt ibi *num.*90. Amplia, vt dictum decretum requiratur, nedum quando minor dotem conſtituit pro alia perſona: ſed etiamſi ſe ipſam dotaret, & etiam in muliere ſe ipſam dotante, loquitur Boccac. *d.gloſſ.*8. *ſub eodem num.*56. Simoncell. *ibidem num.*95. vbi reſpondet ad contraria. Sed

Limita, quando dos fuerit ſemel conſtituta cum decreto primo marito. nam poterit ſecundo, & tertio viro conſtitui abſque alia ſolemnitate, *ibidem num.*93.

Limita II. quando dos conſtitueretur in vltima voluntate; quia tunc decretum non requiritur, *num.*94.

Limita III. vt decretum requiratur in conſtitutione dotis, quando ſcilicet bona alienantur per minorem, vt ex pecunia inde exacta dos conſtituatur. Secùs quando ipſa corpora rerum immobilium in dotem darentur. Simoncellus *ibi*, *num.* 96. quæ tamen limitatio credo ſit contra mentem Doctorum, qui loquuntur generaliter, vt videre eſt apud Lamberten. *de contract. gloſſ.*21. *num.*11. vbi expreſsè loquitur, quando minor dat immobilia in dotem, & ita etiam loquitur Boccacius *d.gloſſ.*8. *ſub eodem n.*56. & in materia adde, quòd ſi dos fuerit nimis exceſſiua, etiam quòd interuenerit decretum, tamen ſi minor fuerit læſus,reſtituitur,vt *ibidem num.*9. Ad materiam vide Lamberten.*de contractib. gloſſ.*21. *num.*9.10. & 11.

78 Notarius conficiendo inſtrumenta alienationis rerum minoris, ſine requiſitis à iure ſolemnitatibus, punitur, vt per Simoncell. *de decreto lib.*1.*tit.*1.*in ſpecl.* 7.*num.*107.

79 Regula poteſt poni in hac materia, & in extenſione huius quæſtionis, quòd non licet minori, nec eius tutori, ſeu curatori immobilia, & quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſine iudicis decreto alienare. quæ regula eſt communiter recepta, ac plura concordantia iura, & infinitas Doctorum auctoritates ad eam comprobandam, adducit Simoncellus *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. & 2. Quæ autem requirantur ad hoc, vt iudex ſuum interponat decretum, dixi ſuprà *num.* 2. & *ſequentib. in diſcurſu.* Ratio autem regulæ ſupradictæ eſt, ne minores decipiantur. Simoncellus *ibidem in præfat. num.* 24. & *ſeq.*

80 Iudex ſi in alienatione rerum minoris indebitè ſuum decretum interponat,punitur,vt dixi *in Repert. crimin.quæſt.*19.*num.*82.

81 Dixi ſuprà *num.* 13. & 14. quòd decretum ex falſa cauſa interpoſitum non validat alienationem rerum minoris: addo pro eadem regula, quæ generaliter dixi *in Repert. iudic. verſ. Decretum num.*4. & in materia vide ampliantem & declarantem Simoncell.*de decret.lib.*1.*tit.*1.*num.*21. & *ſeqq.vſque ad numerum* 30.

82 Alienatio bonorum minoris facta ſine iudicis decreto, valet; quando iudex requiſitus vt interponat decretum ex iuſta cauſa, recuſauerit interponere. Simoncellus *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *num.*30.

83 In materia cauſæ cognitionis, quod debet decretum præcedere, adde quòd decretum feſtinanter & breui tempore interpoſitum eſt ipſo iure nullum, quia præſumitur latum ſine cauſæ cognitione, vt dixi *in Repertor. iudic. in fragmentis verſ. Decretum, num.*2.

84 Dixi ſuprà *num.* 6. quòd nec etiam ex cauſa neceſſitatis poſſunt vendi immobilia, quando adſunt mobilia, vel pecunia: adde quòd ſi aliter fiat, venditio eſt nulla. Simoncellus *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 44. Amplia etiam quòd minor ex tali venditione non probet læſionem, *num.* 45. Amplia ſecundò quòd non ſtatur verbis inſtrumenti, in quo dicatur bona mobilia non extare; ſed in hoc debet præcedere iudicis interloquutoria *dicto num.*45. Amplia tertiò vt talis venditio ſit nulla ipſo iure, & ideò non eſt opus reſtitutione; ſemperque de tali nullitate opponi poteſt, *ibidem num.*46. Limita quando eſſet notorium non extare alia bona, *ibidem n.*47. vbi declarat.

85 Vltra alia requiſita in alienatione rerum minoris, de quibus ſuprà *num.* 2. & *ſequentib.* eſt & aliud, quòd ſcilicet facta alienatione ob æs alienum, iudex curare debet, vt pretium rei venditæ effectualiter creditoribus ſoluatur, vt per Simoncellum *de decreto lib.* 1. *tit.* 1.*num.*55. Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. Marchiæ gloſſ.* 4. *num.* 5. vide ſuprà *num.*57.

86 Decretum iudicis in tantum requiritur in alienatione rerum minoris, vt amicorum, & conſanguineorum præſentia illud non suppleat, vt per Simoncell.*de decret.lib.*1.*tit.*1.*num.*58. licèt Bald.*in conſ.* 200. *num.*5. ibi per eum allegatus contrarium dixerit, & *num.*59.vbi tamen, quòd conſanguineorum præſentia facit præſumere in tali decreto cauſæ cognitionem.

87 Decretum iudicis prædictum, de iure debet habere eiuſdem iudicis ſubſcriptionem, ſecus de conſuetudine. Simoncell. *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *num.*62. Sed an iſtud decretum debeat fieri in ſcriptis, vide *ibidem* per Simoncell. *in præfat. num.* 28. & *ſeqq.* Dic quòd ſic, vt per Lamberten. *de contract. gloſſ.*14. *num.*10. vbi ex hoc infert decretum non poſſe probari per teſtes, niſi etiam deponant, quòd iudex illud interpoſuit in ſcriptis. Præterea decretum prædictum poteſt in principio inſtrumenti ante alienationem, vel incontinenti in inſtrumento alienationis in fine interponi: ſecus poſt alienationem ex interuallo, vt per Simoncell. *de decreto in præfatione num.*31.32.& 33. & *lib.*1.*tit.*1.*in princ. num.*61. Conferunt generaliter tradita infrà *verſ. auctoritas num.* 42. vbi ſcripta ponam in extenſione *quæſt.* 20. *ſub num.*56. vbi eſt propriè locus diſputandi, quando conſenſus, ſeu auctoritas debeant in actu, vel poſt actum interuenire.

88 Decretum à quo iudice interponendum, an à iudice rerum venditarum, an à iudice loci originis, vel domicilij ipſius minoris. Dixi *in Repertor. iudicial. verſ.decretum num.* 26. an à poteſtatibus terrarum, an verò habentibus imperium, dixi *ibidem num.*1. An à locum tenentibus, ſeu Auditoribus Præſidis, ſeu

Aſſeſſo

Aſſeſſoribus,dixi *ibidem num*.28. vbi etiam an à iudi-
ce delegato.

89 Decretum iudicis in alienatione rerum minoris
an ſufficiat incertum, conditionale, vel alternati-
uum,dixi *in Repert. iudic. verſ.decretum num*.30.

90 De diuiſione vltra ea,quæ ſuprà dixi *num*.44.con-
ſtitui poteſt regula, quòd minor bona ſua commu-
nia cum fratre, ſeu alio ſocio diuidere non poteſt,
quia diuiſio alienationis eſt ſpecies. Redoan. *de
reb. Eccleſ. rubr*.1.§. *venit quoque diuiſio num*.1. *&* 8.
pag.40,*& ſeq*.Simoncell. *de decreto lib*. 2. *tit*.4. *num*.1.
& ſeqq.*& num*.14. vbi particulariter quòd nec etiam
poterit diuidere annuos redditus, nec merces,& ne-
gociationes, licèt ſint res mobiles, & hanc regulam
eſſe communem, & veram reprobatis contrariis de-
fendit *ibidem num*.15.16. *&* 17. Amplia, vt nec
minor poſſit diuidere, etiam quòd à ſtatuto ex-
cedens, puta annos octodecim reputetur maior.
Simoncellus *ibidem num*. 19. vbi reſpondet con-
trariis.

Limita quando minor haberet ſocium rixoſum,
inhoneſtum, exoſum, communia bona dilapidan-
tem, & ſimilia facientem iudicis arbitrio: quia tunc
poterit minor diuidere cum iudicis decreto. Ibi-
dem per Simoncell. *num*.6. *& ſeqq*. vbi de communi.
Redoan. *de rebus Eccleſia, vbi ſuprà pag*. 40. *num*.2.
& 6.

Limita II. quando minor vult diuidere non pro-
prietatem bonorum, ſed perceptionem fructuum,
qui annuatim colliguntur, vel gratia adminiſtratio-
nis,aut commodioris culturæ:quia tunc poteſt etiam
ſine decreto.Simoncell.*ibidem num* 13.Redoanus *vbi
ſuprà num*.3.*&* 6. *pag*.40. *&* 41. vbi de communi aſſe-
rit eſſe Simoncell.*& num*.14.

Limita III. quando diuiſio eſſet minori vtilis.
Redoan.*ibidem num*.2.*& num*.9.*pag*.40.*&* 41.Simon-
cell. *ibidem num*. 20. vbi tamen dubitat de hac limi-
tatione.

Limita IV. quando diuiſio eſſet iurata,*n*.21.

Limita V. quando minor poſt perfectam æta-
tem tacendo diuiſionem ratificauerit, vt dixi infrà
quaſt.18.*num*.24.

Limita VI. quando minor prouocatur à maio-
re ad diuiſionem, & non prouocat. nam tunc cùm
diuiſio ſit neceſſaria, & non voluntaria, ideò mi-
nor poterit diuidere etiam ſine decreto. Redoanus
ibidem num.4. *&* 7. *pag*.41. Simoncell.*ibidem num*.23.
& ſeqq. vbi quòd ita omnes ſcribentes tenent, ne-
mine contradicente: ſed vide *in quaſt*. 20. *num*.70.
& eumdem Simoncell. *num*. 32. vbi hanc quintam
limitationem declarat tribus modis, & remiſſiuè
ponit, an in dubio minor cenſeatur prouocatus
ad diuiſionem, vel è contra. Et in propoſito ſcias
pro ampliatione huius quintæ limitationis, quòd
quando minor prouocatur à maiore, tunc ſi res
diuidenda cum maiore ſit etiam communis cum
aliis minoribus, puta fratribus, poterit occaſione
dictæ prouocationis factæ à maiore, fieri etiam
diuiſio illius rei inter alios minores, ſecundùm
communem, de qua ibidem Simoncell. *num*. 29.
& ſequent. vbi tamen ipſe contra communem ſen-
tit. Forma autem decreti interponendi in tali diui-
ſione ponitur *ibidem num*. 33. & de modo & forma
faciendi iſtam diuiſionem minoris, vide *in Reperto-
rio vltim. volunt. verſ. diuiſio num*. 7. vbi tradita po-
nas hìc, ſi libuerit, & accommodes ad hanc ipſam
materiam, & huius quæſtionis extenſionem.

Sublimita præcedentes omnes limitationes,vt non
procedant, quando agitur de diuiſione alicuius rei
prohibitæ etiam alienari à teſtatore. nam tunc cùm
duplex concurrat prohibitio,legis ſcilicet,& homi-
nis, ideo erit minori prohibita diuiſio, etiam in
omnibus caſibus ſibi à iure permiſſis, de quibus
ſuprà, ſecundùm communem, de qua *ibidem* per
Simoncell. *num*. 9. *& ſeqq*. vbi tamen ipſe *num*.12.
hanc communem declarat, vt ſcilicet minor in ca-
ſibus à iure permiſſis non poſſit diuidere rem etiam
ab homine alienari prohibitam ſine iudicis decre-
to, cum decreto autem poſſit, & ad hoc faciunt in-
frà tradita *in ſequen. num*. 91. vbi generaliter de ma-
teria. Ad hanc eamdem materiam diuiſionis fa-
ciunt tradita in ſimili infrà *quaſt*. 20. *num*. 67. *& ſeqq*.
& generaliter *in Repert. vltim. volunt. quaſt*.1. *num*.72.
74. & in ſimili de Eccleſia paulo inferiùs, *quaſt*.16.
num.37.

Minor ex cauſa neceſſitatis, puta ob æs alie- 91
num, poteſt bona immobilia alienare, vt dixi ſu-
prà *num*. 4. *& ſeqq*. Sed an in dicto caſu neceſſita-
tis, & aliis caſibus à iure permiſſis poſſit aliena-
re rem etiam prohibitam alienari à teſtatore? Dic
quòd non: quia quando concurrit duplex prohibi-
tio, hominis ſcilicet, & legis, tunc res aliàs in ali-
quo caſu alienari permiſſa alienari non poteſt, per
ea, quæ generaliter dixi *in Repertorio vltim. volunt*.
queſt.1. *num*. 34. & in terminis in alienatione rerum
minoris plures adducit concordantes Simoncell.
in tract. de decret. lib. 2. *tit*. 4. *num*. 9. *& ſeq*. vbi de
magis communi. Et ibi ampliat etiam quòd non
adſint alia bona, quæ poſſint alienari. Declara
hanc concluſionem non procedere, quando neceſ-
ſitas eſſet magna & vrgens, puta carceris, captiui-
tatis, famis, aut ſimilium. Iſtis enim caſibus po-
teſt minor etiam rem prohibitam alienari à teſta-
tore alienare, quia non eſt præſumendum, quòd
teſtator, qui hæredem dilexit eum inſtituendo pro-
hibuerit alienationem in caſu tam vrgentis neceſ-
ſitatis, vt ibidem *num*. 11. Declara ſecundò, quia
minor licèt in caſu neceſſitatis non poſſit alienare
rem prohibitam alienari à teſtatore, id debet in-
telligi ſine decreto, quia cum decreto poterit, *ibidem
num*.11. vbi latè defendit hanc declarationem con-
tra communem.

Mobilia an poſſint ſine decreto alienari, dixi 92
ſuprà *num*. 46. verùm quia diſputant Doctores, an
actio ſit res mobilis, vel immobilis, vt dixi infrà
queſt.28.*num*.18. ideò ſi vis ſcire, quando minor ſine
decreto poſſit cedere actionem, vide Simoncell.
de decreto lib.1.*tit*.3. *per totum*, vbi quòd non poteſt
cedere actionem, quæ competit ad res immobiles,
vel ad mobiles, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: ſe-
cus verò actionem competentem ad res mobiles,
quæ ſeruari non poſſunt. Sed quid ſi actio competat
alternatiuè ad quid immobile, puta ad fundum, vel
ad quid mobile,puta ad pecuniam, vide de hoc par-
ticulari *ibidem n*.5.*& ſeqq*.

Minor ſi à creditoribus non moleſtatur, non po- 93
teſt bonis cedere; ſi verò moleſtatur,& eſt pupillus
impubes, tunc nec etiam poteſt; ſi verò adultus,po-
teſt cedere,ſed cum decreto iudicis,& non aliàs; niſi
ſimus in caſu,in quo minor,non habeat niſi mobilia,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vel actiones &
mobilia, quia tunc poteſt cedere etiam ſine decreto.
hæc tradit Simoncell. *de decret.lib*.2. *tit*.6. *inſpect*.15.
num.26.*& ſeqq*.

Dixi ſuprà *num*.7. quòd tutoris, ſeu curatoris 94
auctoritas debet interuenire in alienatione rerum
minoris. Amplia modò hanc concluſionem, vt de-
cretum iudicis non suppleat defectum interuenien-
tis tutoris, vt dixi *in Repertor. iudic. verſ. decretum*,
num.31.

95 Decretum iudicis in tantum requiritur in alienatione minorum, vt ſi de eo non appareat in inſtrumento, illud non præſumatur, ſed cùm ſit ſolemnitas intrinſeca, ſit per allegantem probanda. Poſui hæc *in Repertorio iudicial. quæſt.* 79. *num.* 14. vbi eſt locus ſuus, vnde ſumas in extenſione huius quæſtionis nonnullas allegationes, deinde te remittas ad ea, quæ ibi dicuntur. Videas etiam ſuprà *num.*45.

96 Limita, & multum notabiliter, principalem regulam, vt licèt in alienatione rerum minoris ſint neceſſariæ tot ſolemnitates, de quibus ſuprà, quarum ſingularum etiam probatio ſit neceſſaria, vt dixi pariter ſuprà *num.*4. *& ſeqq. in diſcurſu.* Quia tamen iudicis decretum habet pro ſe præſumptionem, facitque præſumere omnes ſolemnitates interueniſſe, vt dixi *in verſ. Decretum num.*5. *&* 14. *in Repert. iudicial.* Ideò etiam quòd de tot ſolemnitatibus non appareat, valebit alienatio ſtante ſolùm iudicis decreto. quod, vt dixi, habet pro ſe præſumptionem, & hoc amplia & limita pluribus modis, vt *in d. verſ. decretum num.*5. *&* 14.

97 Fructus connumerantur inter mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; ideò poſſunt ſine decreto alienari, ſed non in perpetuum. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 49. *& ſeqq. inſpect.* 7. *per totam.*

98 Minor dubium non eſt, quòd non poteſt alienare rem ſuam immobilem, quoad proprietatem: ſed an quoad poſſeſſionem tantùm, dic quòd ſic, ſecundùm communem, de qua per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 8. *num.* 58. Sed contrarium, quòd imò minor etiam ſimplicem & nudam poſſeſſionem poſſit ſine iudicis auctoritate diſtrahere, veriùs tradit, & defendit Simoncellus *ibidem num.* 59. *&* 60. vbi ex hoc infert, quòd minor non poteſt ſine iudicis decreto alienare rem alienam à ſe bona fide poſſeſſam: in qua tamen dominium non habet, ſed tantùm poſſeſſionem.

99 Ad ea, quæ ſuprà dixi *num.* 27. de repudiatione hæreditatis; adde Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.*8. *num.*63. vbi quòd minor poteſt ſine decreto hæreditatem nondum agnitam repudiare, *& num.* 64. vbi quòd pariter poteſt fideicommiſſum remittere, *& num.*65. vbi etiam quòd poteſt donationem nondum acceptatam ratificare, *& n.*68. *& ſeq.* vbi quòd non poteſt fundum ſibi legatum repudiare, *& num.* 70. vbi generaliter, quòd minor non poteſt ſine iudicis decreto renunciare iuri acquiſito: ſecus iuri acquirendo. Adde ad materiam Redoanum *de reb. Eccleſiæ rubr.* 1. §. *pariter repudiatio, num.* 1. *& ſequentib.* vbi quòd fundum, aut legatum pupillus ſine decreto repudiare non poteſt. Delatam autem hæreditatem etiam damnoſam pariter ſine tutoris authoritate repudiare non poteſt. Vide in ſimili de Eccleſia infrà *quæſtione* 16. *num.* 35. & generaliter *Repertorium vltim. volunt. quæſtione* 1. *num.*68.

100 Minor poteſt alienare res ſuas immobiles pro captiuorum, & carceratorum redemptione, dummodo decimum octauum ætatis annum impleuerit, aliàs ſecùs. Item dummodò alienet cum iudicis decreto, aliàs ſecùs. Cauſa enim redemptionis deſeruiret loco cauſæ interpoſitionis decreti, non loco decreti. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.*11. *num.*75. *& ſeqq.* licèt aliqui *ibidem* relati dixerint poſſe iſto caſu minorem alienare etiam ſine decreto.

101 Minor poteſt cum iudicis decreto pro ſe, & ſui ipſius vtilitate alienare bona ſua immobilia ex cauſa ſtudiorum, ſecus ſine decreto, & ad vtilitatem alterius. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 15. *per totam num.*108. *& ſequentib.*

102 Minor ſicut non poteſt ſine decreto fundum alienare, ita nec etiam poteſt in eodem fundo ſeruitutem imponere, vel in alieno impoſitam remittere. Lamberten. *de contract. gloſſ.* 1. *num.* 382.

103 Minor prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus facere omnes actus, quibus ad alienationem deuenitur: facit regula generalis, de qua *in Repertorio vltim. volunt. quæſt.* 1. *num.* 25. Item facit alia regula generalis, de qua *in Repertorio iudicial. quæſt.*83. *num.* 44. Item facit quod ſuprà in ſuis locis particularibus hac eadem quæſtione diximus, quòd minor non poteſt compromittere, tranſigere, litigare, procuratorem conſtituere, bona ſua hypothecare, & ſimiles actus facere, ex quibus poſtea ad alienationem deuenitur.

104 Hæres minoris poteſt dicere de nullitate alienationis defuncti ob defectum ſolemnitatum iuris: ſed an ob defectum ſolemnitatum ſtatutariarum, & an lapſo quinquennio, hæc videas *in Repertorio vltim. volunt. quæſt.* 3. *num.* 39. Sed in materia aduertas, quòd licèt ipſe minor poſſit iſto caſu ſuæ propriæ alienationi, & contractui contrauenire, vt per Virgilium Boccacium *in conſtitutionib. Marchiæ gloſſ.*2. *num.*1. Item & hæres, vt modò dixi: non tamen id poterunt tutores, ſeu curatores, qui contraxerunt nomine pupilli. Boccacius *dicta gloſſa ex num.*39.

105 Minor an poſſit ſine iudicis decreto tranſigere, dixi aliquid ſuprà *num.* 22. quibus adde Redoanum *de rebus Eccleſiæ rubr.* 1. §. 1. *num.* 13. 17. 18. *propè finem.* quibus in locis concludit, quòd ſuper rebus, quæ ſine decreto alienari poſſunt, vt ſunt mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, valet minoris tranſactio ſine decreto. In rebus autem, quæ ſine decreto alienari non poſſunt, ſi tranſigendo minor vel retinet, vel conſequitur rem, de qua eſt controuerſia, poteſt etiam ſine decreto tranſigere, etiam aliquo dato, vel facto, vt non retineat, vel conſequatur. Secùs ſi per tranſactionem res daretur, vel dimitteretur aduerſario. Faciunt ad hæc generaliter tradita *in Repertorio vltim. volunt. quæſt.* 1. *num.* 26. *&* 66. vbi an prohibitus alienare, cenſeatur prohibitus tranſigere, & in ſimili de Eccleſia tranſigente infrà *quæſt.* 16. *num.*20.

QVÆSTIO XV.

De alienatione rerum vniuerſitatis Eccleſiaſticæ, vel ſecularis: ac de alijs geſtis ab vniuerſitate, Collegio, communitatibus, &c. an & quando valeant, & ad materiam.

SVMMARIVM.

1. *Quæ requirantur ad validitatem alienationis faciendæ per vniuerſitatem Eccleſiaſticam.*
2. *& quid de alienatione facienda per communitatem.*
3. *& an communitas poſſit conſtituere Procuratorem, ſeu ſyndicum ad vendendum, & n.*28. *vbi latè de materia ſyndici.*

Syndico

Digitized by Google

Syndico facta ſolutio an debitorem liberet, d.n.3.

4. *& quid de venditione annuorum reddituum.*
5. *Quæ requirantur ad hoc vt factum ab vniuerſitate ſeu Collegio valeat, & num.17. & ſequentib.*
6. *Factum à maiori parte quando minori præiudicet, & num.ſeqq.*
8. *Quid in ijs, quæ ſpectant ad ſingulos, vſque ad num 12.*
9. *Quid in ijs quæ reſpiciunt publicam vtilitatem.*
10. *Quid in diſtributione victualium, & ſimilium.*
12. *Quid in ijs, quæ ſpectant ad plures vt vniuerſos.*
13. *Quæ dicatur in propoſito maior pars, n.14.*
    Regulariter debent interuenire duæ tertiæ partes, ibid.
    Sed non ſufficit eos eſſe vocatos, etiam quòd non veniant, ibid.
15. *Quis debet probare non interueniſſe duas tertias partes, & n.24.*
16. *Abſentes an debeant vocari.*
17. *Vniuerſitas an poſſit contrahere ſine rectore.*
18. *Priores an poſſint obligare vniuerſitatem.*
19. *Ex diuturnitate an omnia præſumantur, &c.*
20. *Forma præſtandi conſenſum per vniuerſitatem.*
21. *Quomodo ſint vocandi illi de vniuerſitate, an per tubam, campanam, ſeu præconem.*
22. *Vniuerſitas non poteſt ſtatuere contra ſuam libertatem.*
23. *Quid in actibus voluntarijs.*
24. *Notario an credatur aſſerenti in inſtrumento ſolemnitates.*
25. *Vniuerſitas congregatur in loco publico, non in priuato.*
26. *Conſilium non congregatur ſine auctoritate Prætoris.*
27. *Ciues non vocati an poſſint facere conſilium.*
28. *Syndicus quomodo deputetur, & de materia.*
    An requiratur iudicis decretum, ibid.
    Syndico generalis vendendi facultas data non valet, ibid.
    Syndicus quando poſſit ſingulorum bona obligare, ibid.
    Vniuerſitas quomodo excommunicetur pro debito, ibid.
29. *In inſtrumento an nomina ſingulorum ſint exprimenda.*

1 DE alienatione facienda per vniuerſitatem Eccleſiaſticam, puta Collegium Canonicorum, Monaſterij, & ſimilium, vide Pariſium *in Repertorio eius conſiliorum verb. Canonicorum*, &c. Corſett. *ſing. pag.142. verb. alienatio*, & quæ infrà dicentur *in ſeqq.* vbi fuſiùs agetur de alienatione bonorum Eccleſiæ, præſertim *num 6. & 82.*

2 De alienatione autem facienda ab vniuerſitate ſeculari, puta ciuitate, vel communitate, vide Capicium *deciſ. 93. num. 1.* vbi ponit quatuor requiſita, omnino Roland. *conſil.90. vol. 1.* vbi pulchrè ponit materiam. Simoncell. *de decreto in præfat. num 95. & 96.* & quæ infrà dicentur in diſcurſu huius quæſtionis.

3 Et quidem venditione facta à ſyndico communitatis, cui à communitate tributa eſt poteſtas vendendi, vide *ibidem* per Roland. *dicto conſil. 90. vol. 1.* Simoncellus *ibidem num. 97.* vbi quòd ſolutio facta ſyndico non facit præſumere ciuitatem ex ea pecunia locupletatam, etiam quòd per apocham ſyndici conſtet de ſolutione. De materia, & poteſtate huius ſyndici vide inferiùs *num.28.*

4 Et an ſolemnitates requiſitæ in huiuſmodi alienatione debeant etiam interuenire, quando vniuerſitas alienat annuos redditus, dic quòd ſic, vt per Titaquellum *de retract. pag. mihi 64. num. 6.* ſed declara, vt *in num. 7. & ſequentib.* faciunt ſuprà tradita *quæſt. 14. num. 42.* & etiam *quæſtione 16. infrà num.29.*

Et generaliter ad hoc, vt factum ab vniuerſitate, ſeu Collegio valeat, quæ requirantur, & an & 5 6
quando factum à maiori parte vniuerſitatis, ſeu 7
Collegij præiudicet minori, & è contra, ac de tota materia, vide præter infraſcripta, Cæpoll. *cautel.29.* omnino Felin. *in cap. cùm omnes, de conſtitut.* Zarzan. *opin.53.* Alexand. *conſil. 132. column. fin. volum.4.* Petrus Rauenn. *in Alphabeto iuris verſicul. vniuerſitas.* Marſil. *ſingul. 376.* Natta *conſil. 1. num. 4. & ſeq.* Capicius *deciſ. 4. num. 4. & ſeqq. & deciſ. 93. num.1. & ſeqq.* Corſet. *ſing. pag.216. verb. vniuerſitas*, vbi facit regulam cum quinque limitationibus. Diaz *regul. 449.* Duen. *reg.295. & ſeqq.* Zarzan. *opin. 54. & 55.* Curtius iunior *conſil. 174. num. 34. in 2. part.* Villalobo *V. num.46.* Mynſing. *obſeru. 18. centur. 3.* Foller. *in pract. conſ. pag.164. num.36.* Cotta *pag.131. ver. Collegium.* Pariſ. *in Repert. conſiliorum verb. Canonicorum.* &c. *& verb. Capitulum.* Roman. *ſingul.45.* Franc. Marc. *quæſt.785.786. & 787.* & de alienatione rerum Eccleſiæ vide infrà *in ſeq quæſt. num.82.*

Veritas eſt, quòd in iis, quæ redeunt in præiudi- 8
cium ſingulorum, factum à maiori parte non præiudicat illis ſingulis, niſi & ipſi omnes conſentiant, ad gloſſ. *in l.2. in verb. aut legem, in verſ. hac autem conſuetudo, C. quæ ſit longa conſuetudo*, per quam ita tenuit Bart. *in proœmio ff. num.5.* Bertrand. *conſil.16. num.1. vol.2.* cum aliis, quos refert & ſequitur Duen. *reg.297.* & Cephal. *conſ. 110. num.12. vol.1.* Plac. *cap.46. num.1. verſ. quibus admodum, & num.5. verſ. ſecundò ſtabiliri poſſet.*

Fallit hæc regula, quando factum à maiori parte 9
concerneret publicam vtilitatem; quia tunc poteſt ſingulis præiudicare, nec eorum conſenſus requiritur. Baldus *conſ.85. punct. ſuper quo, &c. & conſil.462. vol.2.* Andreas ab Exea *in cap. cùm omnes, num.185. de conſtitut.* quos refert & ſequitur Duen. *d. regula 297. in 4. limit.*

Et poteſt poni exemplum, quando pars maior ci- 10
uitatis diſponeret ſuper victualibus, iuxta quod ciues cogantur emere frumentum, quod ciuitas habet ſuperfluum. Felin. *in cap.1. n.2. de Iudæis*, vel ſi diſponeret, quòd ruſtici compellantur venire ad ciuitatem, & ibi victualia vendere, ad text. *in l.2. ff. de nundin.* in iis enim & ſimilibus caſibus ſufficit maioris partis conſenſus, vt per Lucam de Penna *in l. nominationum, col. final. verſ. cætera ſciendum. C. de decur. lib.10.* quibus adde plures alios, quos refert & ſequitur Duen. *d. reg. 297. in 2. limitat.*

Similiter in iis, quæ ſunt communia pluribus, vt 11
ſingulis factum à maiori parte minori non præiudicat. *l. per fundum, ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. l. final. ff. commun. præd.* cum aliis, de quibus per Duen. *reg.295.* vbi declarat & limitat, & per Placam *cap. 46. pag.764. 765.766.768.769.775. & alijs ſequentibus*, vbi ſimiliter iſta pulchrè declarat.

In iis verò, quæ ad plures pertinent non vt ſingu- 12
los, ſed vt vniuerſos, & tunc factum à maiori parte minori præiudicat. *l. quod maior*, & *ibi* gloſſ. *ff. ad municipales l. nulli*, vbi Bart. *ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, cap.1. de his quæ fiunt à maiori parte capituli*, cum aliis, de quibus per Duen. *regul.296.* vbi hanc concluſionem ampliat & limitat remiſſiuè pluribus modis, ſuper qua vide etiam Placam *d. cap. 46. in locis ſuprà allegatis.*

13 Sed quæ dicatur in propoſito maior pars vniuerſitatis, vide Villalob. *M. num.* 2. *& infrà in ſequen. num.*Franc.Marc.*quæſt.*785.

14 Dicas,quòd ad hoc,vt vniuerſitas, ſeu Collegium poſſit expedire negotia,eſt opus, vt in conſilio interueniant duæ tertiæ partes Conſiliariorum. Cephal. *conſ.*62.*num.*7. & eſt communis ſecundùm Bartol. *in l.omnes populi,in* 2.*quæſt.princip.ff.de iuſt.& iur.* & alios relatos per Bellon.*conſ.*39.*circa princip.* aliàs actus eſt nullus. *l.Iulianus §.ſi quis.ff.ad exhibend.*cum ſimilibus. Virgilius Boccacius *in conſtitutionib. March. gloſſ.*6. *num.*31. Sed an ſufficiat eos eſſe citatos per præconem, vel ſono campanæ, licèt non venerint: an verò neceſſe ſit, vt præcisè veniant, etiam quòd fuerint vocati. Imol. *in conſil.* 32. dixit quòd non ſufficit eos eſſe vocatos. Sed contrarium decidit Bellon. *d. conſil.*39.*num.*4. vbi quòd ſatis eſt omnes vocatos fuiſſe, licèt non venerint, & quòd aliquibus contumaciter abſentibus, poſſunt alij, etiam quòd non ſint duæ tertiæ partes, actum explicare: allegat Panormit. *in cap cùm omnes, de conſtitut. & in cap. cauſis, in vltim. notab.de elect.* Cæpol.*caut.*29.& Crot. *in d. l.omnes populi,d.*2.*quæſt.in* 2.*concluſ.* vide ad hæc Virgil. Boccac. *d.gloſſ.*6. *eod. num.*31. *& ſeq.* & quæ particulariter de alienatione rerum Eccleſiæ infrà *in ſequen. quæſt.* dixi *num.*8.*& ſeq.*

15 Et in materia ſcias, quòd allegantì non interueniſſe duas tertias partes, incumbit onus probandi. Corneus *conſil.*181. *num.*1. *&* 16. *paulò ante fin. vol.*1. vide infrà *num.*24.

16 Et an abſentes debeant vocari in alienatione, ſeu alio actu faciendo ab vniuerſitate, ſeu Collegio, Cotta *in memorab.pag.*5. *verſ. abſentes.* Imol. *concl.*43. *lib.*1.*pag.*105.*& pag.*354.Duen.*regul.*297. *in* 1. *ampliatione*, vbi quòd ſic, quando agitur de præiudicio ſingulorum, & faciunt quæ in ſimili tradentur *in ſeq. quæſt. de alienatione rerum Eccleſiaſticarum n.* 6. Duen. *regul.*1.vbi ampliat,& limitat remiſſiuè pluribus modis, vide infrà *quæſt.*16.*num.*6. Virgil. Boccac. *dicta gloſſ.* 6. *num.* 15. *&* 11. vbi de materia: in qua tamen dicit, quòd de conſuetudine abſentes non vocantur.

17 Et an vniuerſitas poſſit contrahere ſine Rectore, Diaz *reg.*792.

18 Et an vniuerſitas poſſit obligari per Priores? Dic, quòd non,niſi ei ſit commiſſum. Villalob. *C. n.*105. vide infrà *num.*28.

19 Et an ob temporis antiquitatem vniuerſitas præſumatur legitimè congregata? Dic quòd ſic. Aymon *de antiquit. car.* 128. *num.* 41. ſuprà *quæſt.* 14. *num.*45.

20 Et qualiter conſenſus vniuerſitatis ſit præſtandus in aliquo actu,Franc.Marc.*quæſt.*786.

21 Et quomodò ſint vocandi illi de vniuerſitate, an ad ſonum tubæ, campanæ, ſeu præconis, vide Franciſc. Mareum *deciſion.* 787. Boccacium *dicto gloſſ.*6. *num.* 10. vbi quòd Conſiliarij vocantur aut ſono campanæ, aut tubæ, aut voce præconis, iuxta loci conſuetudinem.

22 Pro complemento ſcias, quòd vniuerſitatis maior pars non poteſt aliquid ſtatuere contra ſuam libertatem. Duen.*reg.*215.*num.*3.

23 Item in actibus voluntariis omnes debent conſentire,nec ſufficit conſenſus maioris partis. Cephal. *conſ.*62.*num.*12.

24 Suprà traditis *num.* 15.adde Roland.*conſ.*90.*num.*7. *& ſeqq.vol.* 1.vbi an Notario aſſerenti in inſtrumento interueniſſe duas ex tribus partibus credatur. Cephal. *conſil.*113.*num.*2. *volum.*1. *& conſ.*62. *n.*8. *& ſeq.* vbi quòd non creditur Notario id aſſerenti: ſuper qua materia vide *in antecedenti quæſtione n.* 9. *& ſeq. & in ſequenti quæſt.num.*3. *&* 82. & Virgilium Boccacium *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.* 6. *num.*33. Redoanum *de rebus Eccleſ. rubr.*25. *§.ſed ſi opponatur n.*1. *& ſeqq.vſque ad numerum* 5.*pag.*192.*& ſequen.*

Vniuerſitatis reſolotio ad hoc vt valeat, debent 25
ciues & Conſiliarij coadunari non in loco priuato, ſed in publico, vt per Virgilium Boccacium *in conſtitutionibus Marchiæ d.gloſſ.*6.*num.*12.*& n.*30.

Item prædicta coadunatio, ſeu congregatio ci- 26
uium debet fieri de mandato, & auctoritate Magiſtratus & Prætoris. Virgil. Boccac. *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.* 6. *num.* 13. vbi tamen quòd hodie de conſuetudine conſilium congregatur de mandato Priorum ciuitatis,cui conſuetudini ſtandum eſt,vt *in num.*29.

Item quid ſi vniuerſitas, ſeu Conſiliarij abſque eo 27
quòd fuerint vocati, reperiantur in loco ſolito congregati,an validè poſſint vniuerſitatis negotia expedire,ponit idem Virgil. Boccac. *d.gloſſ.*6. *num.*14. vbi videtur tenere,quòd ſic, maximè interueniente iudicis decreto.

Poteſt vniuerſitas deputare ad ſua negotia, con- 28
tractus, & alienationes faciendas ſyndicum, vt per Boccac.*in conſtitut. Marchiæ d. gloſſ.*6. *num.* 17. *&* 18. vbi quis dicatur, & vnde dicatur ſyndicus. Item poteſt vniuerſitas ſyndicum deputare ad lites, vt *ibidem* per Boccac. *num.* 54. qui etiam actor appellatur, vt *ibi.* Ad quam materiam, quomodo vniuerſitas poſſit procuratorem, quem ſyndicum vocant, conſtituere, vltrà infraſcripta vide Mynſing. *obſeruat.* 76. *cent.*1. & Nouell.*reg.*94. Et quòd in deputatione ſyndici facienda per vniuerſitatem ad contrahendum & alienandum,non ſit neceſſarium iudicis decretum, dixit communem Simoncell. *in tract.de decret.in præfatione num.*94. quod an verum ſit, & quando, vide plures opiniones,& caſus poſitos per Boccac. *d.gloſſ.*6. *n.*21. *vſque ad num.*29. vbi pulchrè de materia, *& num.*38. vbi quòd debent exprimi bona per ſyndicum alienanda, aliàs ſimplex facultas vendendi non ſufficit. Sed an iſte ſyndicus, & quando poſſit contrahendo bona vniuerſitatis & ſingulorum obligare, vide *ibidem* per Boccac.*num.*41 *vſque ad* 48. & an eos in forma Cameræ poſſit obligare, ex quo poſtea poſſint excommunicari, & de materia excommunicationis vniuerſitatis, vide *ibidem num.* 58. & quòd ſyndicus non poſſit conſtitui niſi de corpore vniuerſitatis, vide *ibidem num.*55.

In inſtrumento deputationis ſyndici ad contra- 29
hendum, ſeu in alio contractu pro vniuerſitate celebrato,an ad eius validitatem ſint exprimenda omnia nomina ſingulorum ciuium,ſeu Conſiliariorum,qui interuenerunt illi contractui; an verò ſufficiat Notario dicere,quòd maior pars vniuerſitatis, &c.vel ponere numerum perſonarum, putà perſonaliter conſtituti perſonæ 300. & ſimilia. Et de materia vide Boccac. *d.gloſſ.*6.*num.*35.36.37.*&* 40.& quid ſi dixit; *Homines talis ciuitatis*,&c. dic,quòd non ſufficit,quia iſte hominum numerus poteſt in duobus verificari; vt *ibidem num.*53. vbi ex hoc infert, quòd melius eſt dicere,*Vniuerſitas & homines talis Collegij, Capituli,ſeu ciuitatis*,&c.& non dicere ſolùm, *Homines talis ciuitatis*.adde ad eamdem materiam Redoanum *de rebus Eccleſ.non alienand.rubr.*25.*§.& in tali*, &c. *per totum num.*1.*& ſeqq. pag.*191. *& ſeq.* faciunt in ſimili infrà tradita de alienatione rerum Eccleſiæ, *quæſt.* 16. *num.*83.

Qvæs

QVÆSTIO XVI.

De alienatione rerum Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *Solemnitates quæ & quando requirantur in alienatione rei Eccleſiaſticæ generaliter.*
   Regulariter alienatio facta ſine ſolemnitatibus non valet, num. 32. & 59.
2. *& an diuturnitas temporis faciat eas præſumere.*
3. *& an probentur per aſſertiones inſtrumenti, & num. 48. 75.*
4. *An debeant de illis fieri inſtrumenta ſeparata.*
5. *An poſſint tolli à conſuetudine.*
6. *An abſentes debeant vocari.*
7. *Quid de alienatione rerum Monaſterij, cum ſeqq. & n. 86.*
8. *Vel fratrum Prædicatorum.*
9. *Vel Mendicantium.*
10. *Forma inſtrumenti alienationis prædicta.*
    Cauſa requiritur in tali alienatione, n. 15. vbi de materia.
12. *& quæ ſint iuſtæ cauſæ alienandi.*
13. *& quid ſi adeſt euidens vtilitas, & num. 69. & ſeqq.*
14. *Eccleſiæ bona an poſſint hypothecari, & num. 107.*
    An locari, & quomodo, num. 18. & 115.
15. *An debeat reſtitui pretium, ſi alienatio eſt nulla.*
16. *Debet in ea interuenire conſenſus ſuperioris.*
17. *& cuius ſuperioris conſenſus.*
18. *& quid ſi ſuperior eſt abſens.*
    & de materia vide etiam num. 84. & ſeqq.
19. *& an conſenſus iſte poſſit ex interuallo interponi, & num. 36. 83. 98.*
20. *Quid in Eccleſia tranſigente.*
21. *Debet etiam præcedere tractatus, & n. 81.*
22. *& quid ſi bona ſemel alienata fuerint iterum ad Eccleſiam reuerſa, & num. 23. 50. & 113.*
    & an poſſint in emphyteoſim dari, d. n. 23. 28. 48.
24. *& quid de alienatione facienda per locum pium.*
25. *Puta per Confraternitatem.*
26. *Vel per Hoſpitale, & n. 87.*
27. *Solemnitas nulla requiritur, quando interuenit reſcriptum Papæ, & n. 97.*
29. *& quid in Eccleſia alienante annuos redditus, & num 62.*
30. *Vel fructus, & n. 110.*
31. *& quid de bonis mobilibus, & n. 79.*
33. *& quid de rebus, quas Eccleſia minus iuſtè poſſidet.*
34. *& quid in bonis parui valoris, & n. 31. 60.*
35. *& quid in repudiatione hæreditatis, vel legati.*
36. *Contractus alienationis redditur nullus, ſi emptor moriatur ante habitum conſenſum ſuperioris, cùm ille deberet ſuis ſumptibus dictum conſenſum procurare.*
37. *Eccleſiaſtica bona an poſſint diuidi ſine ſolemnitate, &c.*
38. *An transferatur poſſeſſio ex huiuſmodi nulla alienatione.*
39. *Præſcriptio quomodo currat in rebus Eccleſiæ.*
40. *Ex cauſa neceſſitatis Eccleſiæ bona alienantur, vbi de materia, & num. 61. & 68.*
    An emens debeat probare pretium verſum in cauſam neceſſitatis, num. 40. & 72.
    Quid ſi bona alienentur in plus, quàm vrgeat neceſſitas, ibid.
41. *Donatio rei Eccleſiaſticæ quando valeat, & num. 110.*
42. *Decretum an ſit neceſſarium in hac alienatione.*
43. *Emens res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, an faciat fructus ſuos.*
44. *Prælatus quomodo poſſit compromittere.*
45. *An permutare.*
46. *An ex cauſa dotis, & n. 78.*
47. *An in ſolutum dare.*
49. *An ad cenſum dare.*
50. *An in feudum concedi, & n. 113.*
51. *An litigare.*
52. *An pro redemptione captiuorum.*
    Ratio prohibitæ alienationis rerum Eccleſiæ, n. 32.
    Alienationis & rei verbum ſumitur largiſſimè, in materia, ibid.
53. *Ruinoſa res, & ſteriles an poſſint alienari.*
54. *Prælatus pro recuperatione rerum Eccleſiæ poteſt agere contra alienantem, & contra poſſeſſores, & de materia generaliter.*
55. *Nec Papa, nec Cardinales poſſunt res Eccleſiæ alienare.*
56. *Prohibitio hominis in rebus Eccleſiæ donatis quid operetur.*
57. *Prælatus alienando res Eccleſiæ efficitur periurus, & n. 112.*
58. *Pecunia Eccleſiæ quomodo alienetur.*
    Res ſacra, aut pretioſa Eccleſiæ an poſſit alienari, d. num. 31.
    Modica res Eccleſiæ, an poſſit donari, vel alienari, ibid. & 34. 60.
    Animalia & ſe mouentia an poſſint alienari, ibid.
    Res inutiles Eccleſiæ an poſſint alienari, d. num. 53.
61. *Quando neceſſitas eſt magna, & periculum in mora, ſolemnitates non requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ.*
    Etiam quòd vrgeat in Eccleſia neceſſitas, adhuc tamen ſolemnitates requiruntur, quod declara, vt ibid.
63. *Iura, actiones, & nomina debitorum Eccleſiæ quomodo alienentur.*
64. *Quid de vſufructu.*
65. *Quid de tranſlatione poſſeſſionis.*
66. *Quid de impoſitione cenſus.*
67. *Res mixtim damnoſa Eccleſiæ ſemper vendi debent in caſu neceſſitatis, & quis ordo ſeruandus, & de materia.*
68. *Pro reparatione Eccleſiæ, vel alterius rei ruinoſæ, an poſſint eiuſdem Eccleſiæ bona alienari, & n 78.*
    Pro emendis ornamentis poſſunt res Eccleſiæ alienari, d. num. 68.
    Idem pro colendis agris, & colligendis fructibus, num. 73.
70. *Vtilitas, qua permittitur alienare res Eccleſiæ non ſufficit qualis qualis, ſed debet eſſe euidens.*
71. *Vtilitas Eccleſiæ conſideratur tempore contractus ex communi opinione Canoniſtarum non poſt.*
72. *Emens res Eccleſiæ an teneatur probare pretium verſum in vtilitatem Eccleſiæ.*
75. *Vtilitas non præſumitur, niſi probetur.*
    Vtilitas an probetur per aſſertiones inſtrumenti, vel Prælati confeſſiones, ibid & n 40. 72. & 3.
    Solemnitates an requirantur in alienatione Eccleſiæ vtili, num. 13.
76. *Superioris licentia ac decretum nihil operatur, quando probatur alienationem non fuiſſe vtilem Eccleſiæ.*
77. *Superioris licentia generalis de alienando, ſi in euidentem vtilitatem non ſuffi is.*
78. *Pietatis cauſa bona Eccleſiæ alienantur.*
    Item alienantur pro ſubuentione pauperum, ibid.
    Item pro ædificatione templi, & ſimilium, ibid. & 68.

Item pro nubendis virginibus,ſeu viduis,ibid. & 46.
Alienatio rerum Eccleſia facta ad pias cauſas valet, ibid.

79. *Vaſa ſacra, & alia res ſacra Eccleſia poſſunt ex cauſa alienari,dummodo confracta & conflata, & num.31.*
Alienatio facta in caſu licito ſine ſolemnitatibus non valet, prout nec valet cum ſolemnitatibus in caſu non licito, num. 59. vbi propterea quòd in tali alienatione & cauſa & ſolemnitas requiritur.

80. *Emens & vendens res Eccleſia ſine cauſa peccat.*

81. *Cauſa cognitio debet interuenire, & quomodo in alienatione rerum Eccleſia,& num.91.*
Commiſſarij Apoſtolici licentia alienandi res Eccleſia,quomodo praſtari debeat, & de materia,d. num.81.& 97.
Res magna pro paruo debito vendi non poteſt, n.40.
Solemnitates iuris ciuilis non ſunt ſeruanda in alienatione rerum Eccleſia, ſed tantùm iuris Canonici,num.5.
Infirmi,non ſeruientes,ſcholares & conuerſi non ſunt vocandi in alienatione rerum Eccleſia, num 6.
Capituli maior pars an poſſit deliberare ſuper alienatione rerum Eccleſia,num.82.
& an debeant interuenire dua tertia partes, ibid.
& an credatur Notario aſſerenti interueniſſe maiorem partem,vel duas tertias partes,ibid.

83. *Eccleſia res non poſſunt alienari ſine conſenſu Capituli.vel Rectoris,& de materia.*
Moniales & Abbatiſſa quomodo poſſint earum res alienare,num.9.

88. *Sede vel Eccleſia vacante per mortem Epiſcopi vel Abbatis,quomodo eius bona alienentur.*
Patroni conſenſus an requiratur in alienatione rerum Eccleſia patronata,d num.83.
Canonicorum conſenſus habitus ſingulariter an ſufficiat,an verò debeat haberi in communi, ibid.
& Canonicorum ſingulorum nomina an ſint exprimenda,d.num.85.
Scriptura an requiratur in alienatione rerum Eccleſia, ibid
Subſcriptio Canonicorum an requiratur in eadem alienatione, ibid.

99. *Alienatio hac facta ſine ſolemnitatibus an ſit nulla ipſo iure.*
Pralatus non poteſt propria auctoritate occupare res Eccleſia malè alienatas,ibid.

100. *Qua actiones competant pro recuperatione rerum Eccleſia,& de forma agendi.*

101. *Quibus competat ius recuperandi res Eccleſia.*
Pralatus alienans poteſt propriam alienationem contrauenire, ibid.
Etiam quod iuraſſet, ibid.

102. *Iudex quis ſit in cauſa recuperationis rerum Eccleſia.*
Inquiri poteſt ex officio contra detinentes res Eccleſia, d.num.100.
Dominij exceptio quando obſtet agenti Pralato ad recuperationem rerum Eccleſia,ibid.
In recuperatione rerum Eccleſia ſufficit probare poſſeſſionem, ibid.

103. *Quomodo ſuccurratur emptori, à quo auocatur res Eccleſia nulliter vendita.*
Eccleſia recuperans rem malè alienatam, an teneatur poſſeſſori cedere actionem, quam habebat contra alienantem,ibid.
Reſtitutio in integrum aduerſus rem malè alienatam,quando Eccleſia concedatur,d n.100.
Emptor rei Eccleſia quando poſſit contra alienantem agere de euictione,d.num.103.

104. *Procurator ad vendendum res Eccleſia quomodo conſtituatur.*

105. *Res quas Eccleſia iniuſtè detinet, an poſſit Pralatus ſine ſolemnitatibus earum domino reſtituere.*

106. *Ex mutuo quando Eccleſia obligetur.*

107. *Creditor poteſt Eccleſia pignus vendere ſine ſolemnitatibus.*

108. *Pralatus ſi dat Eccleſia recompenſam, an poſſit illius res alienare.*

109. *Eccleſia & minores aquiparantur in alienatione ſuarum rerum.*

111. *Conſanguineis ſuis an poſſit Pralatus res Eccleſia concedere, infeudare, emphyteotiſare, & de materia.*

113. *Res quando dicatur effecta de menſa Eccleſia.*

114. *Succeſſor quando teneatur ad debita anteceſſoris, & illius contractus ſeruare.*

116. *Pœna malè alienantis rem Eccleſia, ſeu ementis, & num ſeqq.*
Prima pœna amiſſionis pretij, fructuum, & melioramentorum,ibid.
Secunda pœna eſt periurij in alienante,ibid.

117. *Tertia pœna priuationis & depoſitionis.*

118. *& qua ſit pœna Tabellionis, vel iudicis, qui dat licentiam alienandi.*

119. *Quarta pœna eſt homicidij.*

120. *Quinta pœna eſt excommunicationis.*

121. *Sexta pœna eſt ſacrilegij.*

122. *Septima pœna eſt infamia.*

124. *Octaua pœna eſt ſimonia.*
& Clerici non denunciantes alienationem rei Eccleſia facta per Pralatum puniuntur, num.1 8.

125. *Pœna pradicta an habeant locum, ſi Pralatus de ſuo conſeruet indemnem Eccleſiam.*

126. *Pœna eadem an habeant locum in alienatione facta cum cauſa,licèt ſine ſolemnitatibus.*

127. *Eccleſia bona non poſſunt per Capitulum alienari in Canonicos, Clericos, ſeu Beneficiatos illius Capituli. Et qua alienatio ſit vtilis.*

ECCLESIÆ bona an & quando alienari poſſint, & quæ ſolemnitates in ea alienatione requirantur,& generaliter de materia, præter infraſcripta videas Petrum de Superuilla *in ſuis Allegat. col.3.& 4.*Guidopap.*fol.* 67. ſecundùm ordinem mei libelli *pag.33.num.48.& ſeqq.*ſecundùm vltimam impreſſionem, *& in additionib. ſub litera P.* & alij. Ferrar. *in eius pract. ſub forma libelli in actio. reali pag.17. ſeu regul.110.ſeu 147.lit. E. in magnis.* Diaz *regul.679. & reg.343.*Caſtren.*conſ.74.num.1.* Redoan. *de reb.Eccleſ. non alienand.* Moron. *de fid. treg. & pac. pag.115. num.13.* vbi remiſſiuè ponit requiſita in huiuſmodi alienatione. Couarruuias *variar. reſolut. cap.17. pag. 619.& pag.71.num.9.& pag.613.num.7.& ſeqq.*& quæ ſuprà traduntur *quaſt.15.n.1.& ſeq.* 1

Et an diuturnitate temporis præſumantur ſolemnitates intrinſecæ, ſeu extrinſecæ in tali alienatione interueniſſe, præter Ferrar. & Petrum de Superuilla *vbi ſuprà,*ac tradita *in quaſt.14.num. ... & quaſt.5.n. ...* & quæ generaliter dicuntur in ſuo loco particulari, videlicet,quando præſumantur ſolemnitates ex diuturnitate,&c.vide Aymon *de antiquit. temp. part.3. per totum principium,*vbi inter alia,quòd requiritur ſcientia illius,cuius conſenſus eſt neceſſarius, & idem tradit Redoanus *pag.228.num.16.* vbi quòd tamen concurrente tali ſcientia ſufficit decennium, vt præſumatur ſolemnitas interueniſſe,quæ ſcientia non præſumitur in Papa,vt *ibidem fol.94.num.18.* & quid ſi ex inſpectione inſtrumenti appareat defectus ſolemni- 2

tatis;

Digitized by Google

tatis, tradit Curtius iunior conſil. 30. ſiue 130. num. 4. Gozad. conſil. 73. ferè per totum, vbi num. 11. an præſumatur ſolemnitas in præiudicium tertij ex minori curſu 30. annorum. Villalobos V. num. 67. & ſequent. vbi ponit ampliationes & limitationes in materia: de qua etiam per Moron. de fid. tregu. & pac. &c. pag. 115. num. 17. vide in ſimili infrà tradita quæſt. 20. num. 50. & quæſt. 31. num. 9. Rolandus conſil. 97. num. 10. & ſeq. vol. 3. vbi quòd præſumuntur ſolemnitates ex curſu triginta annorum. Vide omninò generaliter tradita in Repertor. iudic. quæſt. 49. per totam, præſertim num. 16. & Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 25. §. & an præſumatur num. 19. & omnibus ſequentib. pag. 196. & ſeq. vbi latè, an conſenſus, ſeu tractatus Capituli, & aliæ ſolemnitates præſumantur ex antiquitate temporis in alienatione rerum Eccleſiæ, & quòd præſumantur, præſertim ſi ſint in inſtrumento alienationis enunciatæ, ponit idem Redoanus pag. 227. & ſeq. n. 1. & ſequentib. vſque ad num. 22.

3 Et an credatur Notario in inſtrumento aſſerenti ſolemnitates interueniſſe, puta cauſam, tractatum, vtilitatem, ſcrutinia, & ſimilia, vide Redoanum rubr. 27. num. 35. pag. 204. vbi, an conſuetudo poſſit tollere Superioris authoritatem; de quo etiam in pag. 210. num. 4. & præter ſuperiùs tradita quæſt. 14. num. 9. & quæſt. 15. num. 24. & infrà num. 82. & quæ traduntur in materia, an & quando credatur Notario, &c. videlicet infrà quæſt. 17. num. 2. vide Petrum de Superuilla vbi ſuprà col. 8. vbi tenet, quòd non creditur, præſer-
4 tim, quia de tractatu debet fieri inſtrumentum ſeparatum, vt ibi per eum: de quo vide etiam ſuprà quæſt. 14. num. 18. ſuper qua materia, quomodo ſcilicet probentur prædictæ ſolemnitates, & an Notario id aſſerenti credatur, vide Roland. conſ. 15. num. 10. & ſeqq. 16. & ſeqq. & conſ. 90. num. 7. 37. & ſeqq. volum. 1. Moron. de fide, &c. pag. 115. num. 11. vbi quòd Prælato aſſerenti de cauſa non creditur. De hoc particulariter vide etiam infrà num. 40. & num. 55. vbi de aſſertione Papæ, & num. 75. vbi de aſſertione ſuper cauſa vtilitatis. Et quòd cauſa præſumatur, ſi ſequuta eſt confirmatio Apoſtolica, tradit Redoanus rubr. 21. num. 88. & ſeq. pag. 154. & de hoc dixi etiam infrà num. 75. vide Cephal. conſ. 90. num. 60. vol. 1. vbi quòd tractatus non probatur per aſſertionem inſtrumenti: de tractatu vide infrà num. 81. & in propoſito eumdem Rolandum conſ. 33. num. 14. & ſeqq. vol. 1. deciſ. Pedemont. 170. per totam: vbi quòd non creditur Notario aſſerenti ſolemnitates interueniſſe, & cauſam neceſſitatis adfuiſſe, & ibi de materia. Et idem Ioſeph. Ludou. concluſ. 14. illat. 16. vide infrà num. 14. 75.

5 Et an ſolemnitates requiſitæ in alienatione rei Eccleſiaſticæ tollantur per contrariam conſuetudinem Eccleſiæ? Dic quòd ſic, vt per Ferrar. in pract. in forma libelli in action. real. pag. 17. num. 7. in quo vide Villalob. in communib. opinionib. verb. ſolemnitas. n. 67. vbi quòd ſolemnitas requiſita in alienatione rei Eccleſiaſticæ, per cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. non poteſt tolli conſuetudine: ſecus in ſolemnitate introducta per Authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ. quam dicit eſſe communem ſecundùm Iaſonem in l. de quibus num. 62. ff. de legib. & ita etiam tenet Redoanus rubr. 23. in diſcurſu pag. 155. & ſeqq. vbi num. 10. pariter teſtatur de communi. Immò in diſcurſu illius rubricæ pluribus in locis, præſertim in n. 52. & ſeqq. & num. 67. dicit, quòd ſolemnitates iuris ciuilis, & dictæ Authent. hoc ius, &c. non ſunt approbatæ à Canonibus: propterea non debent ſeruari, & abſque alia contraria conſuetudine iura Canonica illas non admittunt, & rubr. 27. num. 35. pag. 204. an conſuetudo poſſit tollere ſuperioris auctoritatem, de quo & in pag. 210. num. 4. & rubr. 12. num. 16. pag. 83. vbi quòd Prælatus poteſt moderatè donare de rebus Eccleſiæ, ſi ita ſe habet conſuetudo. Ad hanc materiam an conſuetudo poſſit tollere ſolemnitates alienationis rei Eccleſiæ, multa & pro & contra adducit, & poſtea facit regulam negatiuam cum pluribus limitationibus, Redoan. rubr. 25. per totam, pag. 155. & ſeqq. & pag. 162. num. 1. vſque ad num. 11.

6 Et an abſentes debeant vocari in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, vide Cottam in memor. pag. 5. verb. abſentes. Duen. reg. 1. & ſuprà quæſt. 15. num. 16. Dic quòd abſentes non ſunt vocandi. Redoan. rubr. 24. num. 51. & 60. pag. 165. & ibidem num 61. & ſeq. quòd nec vocandi ſunt ſcholares, nec infirmi, nec conuerſi; nec etiam præſentes, ſi non inſeruiunt, & idem dicit in pag. 185. num. 1. 2. & 3.

7 Et quid de alienatione rerum Monaſterij, quænam ſolemnitates in ea requirantur, & de materia præter infrà tradita num. 8. & ſequen. vide Couartuuiam variar. reſolut. pag. 71. num. 9. Roland. conſil. 15. per totum, præſertim num. 6. 7. & 8. volum. 1. vide infrà num. 86.

8 Et quid de alienatione facienda per fratres Prædicatores, vide per Rolandum d. conſ. 15. num. 6. 7. & 8. vol. 1. Socinum reg. 148. in litera E. in magnis, in 3. fallentia, vbi quòd nulla requiritur ſolemnitas; quia coguntur de neceſſitate vendere, nec poſſunt retinere bona ſtabilia, vide infrà num. 9. & 86. & Redoanum pag. 243. num. 24. & ſeqq. vide eumdem Redoanum pag. 261. col. 2. num. 4.

9 Et quid de alienatione bonorum Monialium? Dic quòd Moniales & Abbatiſſa, etiam quòd ſint mulieres, poſſunt alienare ſicut Abbates & Monachi. Redoanus rubr. 25. §. In rebus autem Monaſteriorum num. 2. 1. & 4. & ſufficit in tali alienatione authoritas miniſtri vel Prouincialis. Redoanus rubr. 27. num. 71. pag. 209. Dic etiam quòd in alienatione bonorum Monialium, ſeu fratrum mendicantium, ſufficit etiam conſenſus Prouincialis, Generalis, vel miniſtri: nec Pontificis conſenſus requiritur. Rebuffus in Compend. de reb. Eccleſ. alien. num. 87. Cardinal. in cap. ſtatuimus, in fin. de transact. Barbat. conſ. 14. num. 2. lib. 2. cum aliis, de quibus per Redoanum de reb. Eccleſ. non alien. pag. 208. num. 71. & ſeqq. Immò in mendicantibus, qui non poſſunt retinere bona ſtabilia, & coguntur alienare, non requiritur in tali alienatione neceſſaria aliqua ſolemnitas, vt per Felinum in cap. in præſentia num. 52. verſ. 3. ſcias, vbi etiam Decius de probat. Bald. in Authent. ſi qua mulier num. 6. in fine C. de ſacroſanct. Eccleſ. Paulus de Caſtro in Authent. hoc ius porrectum, ſub num. 2. C. eod. Thomas de Zanis deciſ. 10. Rebuff. vbi ſuprà. §. quintus eſt caſus, quos omnes refert & ſequitur Redoan. vbi ſuprà, pag. 243. num. 24. & ſeqq. & hoc idem tradit Socinus reg. 148. lit. E. in magnis in 3. fallentia. Idem Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 18. n. 36. & ſeqq. pag. 118. & pag. 242. 243. num. 24. & ſeqq. & faciunt tradita ſuprà in præcedenti quæſt. num. 9. & vide eumdem Redoanum pag. 261. col 2. num. 4. Sed aduerte ad ſupradicta, primò quòd iſti loquuntur ſecundùm terminos iuris communis, videlicet dictæ Authent. hoc ius porrectum, & cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. non autem ſecundùm terminos Extrauagantis Paulinæ. Secundò aduertas, quòd hodie mendicantes ex regula poſſunt retinere bona ſtabilia in communi ex priuilegio Xiſti, de quo per Clarum in §. Teſtamentum quæſtione 29. verſic. hoc præmiſſo, in fine. Ideò non coguntur vendere aliqua bona ſtabilia.

10 Et quomodo debeat concipi inſtrumentum alienationis

nationis rerum Eccleſiæ, traditur per Diaz *regula*
mihi 343.

11 Eccleſiaſtica bona non poſſunt alienari ſine cau-
ſa. Rolandus *conſ.* 15. *num.* 10. *& ſeqq. vol.* 1. Moronus
de fide, &c. *pag.* 115. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. quæſt.*
caſu 172. *num.* 6. dixi aliquid infrà *num.* 59. & ad alie-
nandum ex cauſis infrà relatis *num.* 11. vna tantùm
ſufficit. Redoanus *rubr* 18. *num.* 9 *pag.* 112. & an cre-
datur inſtrumenti aſſertioni ſuper cauſa, dixi ſuprà
num. 3. *&* 4. & infrà *num.* 40. 55.

12 Sed quæ ſit iſta iuſta cauſa alienandi bona Eccle-
ſiaſtica, vide Redoanum *de rebus Eccleſiæ rubr.* 18. *n.* 1.
& ſeqq pag. 112. vbi quòd quatuor ſunt cauſæ princi-
pales. Prima neceſſitatis, de qua dixi infrà *num.* 40. 61.
68. Secunda eſt cauſa vtilitatis, de qua dixi infrà
num. 13. 69. *& ſeqq.* Tertia eſt cauſa pietatis, vt puta
redemptionis captiuorum, alimoniæ pauperum &
ſimilibus, de quibus dixi infrà *num.* 52. *&* 78. Quarta
eſt cauſa incommoditatis, aut minoris vtilitatis, de
quibus dixi infrà *num.* 53. *&* 60. hæc autem cauſa
incommoditatis, ſeu minoris vtilitatis, eſt eadem iu-
dicio meo, & includitur cum ſecunda cauſa vtilita-
tis. Vtile eſt enim Eccleſiæ vendere res damnoſas,
& non vtiles, & ad has quatuor cauſas omnes aliæ
reducuntur, vt *ibidem* per Redoanum *num.* 6. *in fine*, *&*
rubr. 21. *num.* 20. *pag.* 143. Hæc materia quoque tracta-
tur per Villalobos *lit A. num.* 81. Couarruuias *variar.*
reſolut. pag. 613. *& ſeqq.* Dic quòd in bonis mobilibus
remittitur arbitrio iudicis, quæ ſit iuſta cauſa illa
alienandi. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.* 172. *num.* 4. In
immobilibus verò non remittitur arbitrio iudicis,
quia ſatis creditur à iure determinatum: nec iudex
poteſt Eccleſiaſticorum bonorum alienationem per-
mittere, niſi ex cauſis à iure expreſſis, vt ibi per Me-
noch. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi ponit & cauſas à iure expreſ-
ſas, quibus Eccleſiaſtica bona poſſunt alienari. Et an
ex cauſa neceſſitatis, vide infrà *num.* 40.

13 Cauſa autem potiſſima alienandi res Eccleſiaſti-
cas, eſt euidens vtilitas, propter quam poteſt res alie-
nari, etiam quòd ad Eccleſiam peruenerit cum ex-
preſſa prohibitione hominis de non alienando, de
quo vide & infrà *num.* 16 Moron. *de fide*, &c. *pag.* 115.
num. 14. *&* 15. vbi etiam quæ dicatur euidens vtilitas:
de hoc vide etiam infrà *num.* 70. In qua materia vide
Imol. *concluſ.* 13. *lib.* 4. vbi an alienatio Eccleſiæ vtilis
valeat ſine ſolemnitatibus, vel ſit opus ratificatione,
vide generaliter tradita infrà *num.* 59. & quòd non
valeat, relati per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *in-*
ſpect. 17. *num.* 116. *in fin.* Sed quòd valeat, tenet Lam-
berten. *de contract. gloſſ. fin. quæſt.* 50. *num.* 166. *& ſeqq.*
vbi de magis communi, *& quæſt.* 51. *num.* 171. *& ſeqq.*
Plures ad idem adducit concordantes Redoanus
rubr. 19. *pag.* 132. *num.* 174. *vſque ad num.* 104. vbi *n.* 193.
& 197. dicit, quòd in hoc concordant omnes, dum-
modò etiam poſtea ſequatur ratificatio ſolemnis, vt
ibi *num.* 182. 194. 201. Ad hoc particulariter vide Re-
doanum *pag.* 210. *num.* 5. *& omnibus ſeqq.* vide infrà
num. 98. *& pag.* 224. *num.* 10. *& pag.* 251 *num.* 21. Con-
trarium tenent, quòd ſcilicet ſine ſolemnitatibus
non valeat alienatio vtilis, relati ibi *num.* 198. 204.
& ſeqq. vbi *num.* 209. dicit tutum eſſe habere confir-
mationem à Papa, vide ſuprà *quæſt.* 14. *n.* 37. Redoan.
pag. 224. *num.* 8. 9. *&* 10. vbi limitando concordat opi-
niones. Vide etiam ad hoc omninò eumdem Re-
doanum *pag.* 186. *& ſeqq. §. ſed licèt, per totum, & §. ſeq.*
vſque ad pag. 191. *& pag.* 110. *n.* 5. *& omnib. ſeqq. & pag.*
248. *in fin. vſque ad* 251. Lamberten. *vbi ſuprà quæſt.* 51.
num. 171. *& ſeq.* vbi quòd in dubio non præſumitur
vtilis alienatio, ſi ſolemnes debitæ non interuene-
rint, ad materiam vide infrà *num.* 69. *& ſeqq.*

An autem Eccleſiaſtica bona poſſint hypotheca- 14
ri, vide Couarruuiam *variar. reſolut. pag.* 613. *num.* 7. *&*
ſeqq. Dic quòd poſſunt generaliter obligari, non ſpe-
cialiter. Villalob. *in communib. opinionib. lit. P. n.* 192.
In hac materia vide latè Redoanum *de rebus Eccleſ.*
rubr. 1. *§. item ſub vocabulo, per tot. in diſcurſu pag.* 8. *&*
ſeq. vbi in ſumma videtur concludere, quòd res Ec-
cleſiæ realiter cum traditione in pignus, ſeu hypo-
thecam dari non poſſunt: minùs verbaliter, quando
ſpecialiter aliqua res hypothecatur. Sed an Eccleſiæ
res poſſint generaliter obligari? videtur quòd non,
ſine iuſta cauſa, & ſolemnitatibus, vt ibi per Redoa-
num *num.* 8. 9. 10. *&* 13. Sed contrà *num.* 16. faciunt
generaliter tradita *in Repert. vltim. volunt. quæſt.* 1. *n.* 22.
& 64. vide infrà *num.* 107. & Redoanum *pag.* 275. *n.* 1.
& ſeqq.

Et quando reuocatur alienatio rei Eccleſiaſticæ 15
nulliter facta, an, cui, & per quem, quod ſolutum eſt,
reſtitui debeat. Franc. Marc. *deciſ.* 1076. *pag.* 385. *&*
ſeq. & faciunt generaliter tradita *in fragmentis, verſic.*
contractum reſcindere volens, *& infrà num.* 103.

Quòd in alienatione rei Eccleſiaſticæ debeat in- 16
teruenire conſenſus & auctoritas ſuperioris, nemini 17
eſt dubium: ſed cuius auctoritas debeat interuenire,
an Epiſcopi, Abbatis, Vicarij, Prouincialis, ſeu Papæ,
traditur per Roland. *conſ.* 15. *num.* 4. 5. *&* 52. *volum.* 1,
Adde in materia Tiraquellum *pag.* 517. *num.* 18. *de le-*
gib. connubial. vbi quòd bona Eccleſiaſtica non poſ-
ſunt alienari ſine conſenſu Epiſcopi. Vide infrà de
hac materia *num.* 84. *& ſeqq.* Sed quid ſi Epiſcopus ſit 18
abſens, vide Redoanum *pag.* 177. *num.* 1. *& pag.* 204.
num. 36. *&* 37. & dic, quòd loco ipſius debet interue-
nire auctoritas alicuius alterius ſuperioris, vt *ibidem*
per Tiraquell. *num.* 22. & Roland. *conſ.* 15. *ſub num.* 4.
vol. 1. & an iſte conſenſus ſuperioris poſſit ex inter- 19
uallo præſtari, traditur per Roland. *conſ.* 97. *num.* 12.
18. 30. *& ſeqq. volum.* 1. & aliquid dixi infrà, *num.* 36. &
faciunt in ſimili infrà dicta *ſub n.* 83. de conſenſu Ca-
pituli, & infrà *num.* 98.

Et an ſolemnitates ſupradictæ requirantur in Ec- 20
cleſia tranſigente, vide Rolandum *conſ.* 15. *volum.* 1. &
ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 21. Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 6.
inſpect. 8. *num.* 104. vbi quòd Prælati non poſſunt per
tranſactionem rem Eccleſiæ alienare: ſed benè tran-
ſigendo poſſunt aliquam pecuniam dare, vt rem reti-
neant. Fallit quando ius Eccleſiæ eſſet clarum, quia
tunc nec aliquid dare poſſunt, vt rem retineant. Re-
doan. *rubr.* 1. §. 1. *num.* 18. *in medio.* Et idem quod ſu-
prà in effectu concludit ipſe Redoanus *de reb. Ec-*
cleſ. rubr. 1. §. 1. *num* 12. *& omnibus ſequent.* vbi latè de
materia: faciunt generaliter tradita *in Repert. vltim.*
volunt. quæſt. 1. *num.* 16. *&* 66. Redoanus *pag.* 262. *col.* 1.
num. 1. *&* 2. *& pag.* 313. *n.* 19.

Debet quoque in alienatione rei Eccleſiaſticæ in- 21
teruenire tractatus. Rolandus *d. conſ.* 15. *n.* 10. *& ſeqq.*
vide infrà *num.* 81.

Eccleſiaſtica bona alienantur ſine ſolemnitati- 22
bus, quando ad Eccleſiam aliquo modo fuerint re-
uerſa, & poſtea iterum alienentur. Clar. *de iur. Em-*
phyteot. quæſt. 6. Viui. *cart.* 57. *verſ. res ſolita*, &c. limita,
vt per Moron. *de fide*, &c. *pag.* 116. *num.* 14. vide infrà
num. ſequen. & num. 113. Redoan. *rubr* 11. *pag.* 80. *n.* 51. *&*
ſeqq. & pag. 245. *& ſeqq.*

Emphyteoticorum bonorum alienatio hodie de 23
conſuetudine non requirit ſupradictas ſolemnitates.
Clarus *in § Emphyteoſis quæſt.* 28. *verſ. & ſi dicas*, *pag.*
231. *à tergo.* Sed intellige de rebus ſolitis dari in em-
phyteoſim. Verùm quid de non ſolitis, dixi infrà
num. 28. *&* 48. Sed quòd hæc conſuetudo intelli-
gatur etiam de non ſolitis, tradit Redoanus *pag.* 245.
num. 7.

*num.*7. Res ſolita in emphyteuſim dari, ſi reuertatur, poteſt iterum dari in emphyteuſim ſine ſolemnitatibus, faciunt generaliter ſupra tradita in antecedente *num.*12. & probat Redoanus *de rebus Eccleſiæ rubr.* 1. *§. ſimiliter num.*22. *in fine, & ſequen. & rubr.*11. *num.*51. *& ſeqq. pag.*81. *& pag.*25. *num.*28. vbi declarat, dummodò non alteretur modus, quo per prius res ipſa ſuit data in emphyteuſim; ideò debet reconcedi ad idem tempus, & non in plus. Redoanus *pag.* 263. *num.*11. *& ſeq.* Item declarat, niſi res emphyteotica reuerſa ſteterit penes Eccleſiam aliquo tempore; quia tunc dicitur effecta de menſa Eccleſiæ: ideò non poteſt iterum ſine debitis ſolemnitatibus in emphyteoſim dari, vt *ibidem num.* 29 vbi etiam quando res emphyteotica reuerſa dicatur facta de menſa Eccleſiæ. Et an bona Eccleſiæ ſolita in feudum dari poſſint reuerſa iterum dari in feudum abſque ſolemnitatibus, poſui infrà *num.*50. Adde quòd ſolita dari in emphyteoſim, poſſunt iterum concedi, &c. intellige durante antiqua cauſa conceſſionis, aliàs ſecùs. Exemplifica, vt per Redoanum *rubr.*11. *num.*57. *& ſeq. & pag.* 81. Ad materiam vide omninò Redoanum *pag.*246. 247. *&* 248. Ad materiam vide etiam infrà *num.*113.

24 Solemnitates ſupradictæ requiruntur in qualibet alienatione facienda per locum pium. Abbas *in cap. nulli num.* 54. *de reb. Eccleſ. non alienand.* vide *in n. ſeq.* Redoan. *rubr.*2. *num.*62. *pag.*52. vbi de communi, *& pag.*226. *num.*5. & latiùs *pag.*230. *& ſequen. rubr.*28 *per tot.* vbi de materia.

25 Atque particulariter, an requirantur ſolemnitates in alienatione rerum Confraternitatis, vide Imolam *concluſ.*6 *lib.*5. *pag.* 918 & faciunt tradita *in alio Repertor. verſ. Confraternitas*, &c. *num.*57. Redoan. *pag.* 175. *num* 15. *& ſeqq. & pag.*230. *& pag.*261. *num.*1. *& ſequentib.*

26 Et an requirantur eædem ſolemnitates in alienatione rerum Hoſpitalis, vide Imol. *concluſ.*8. *lib.*5. & vide quæ dixi *in alio Repert. verſ. Hoſpitale*, &c. *num.*2. *in fragmentis inter diuerſa, & infrà num.*87.

27 Eccleſiæ bona ſi alienentur cum reſcripto, & auctoritate Pontificis, ſolemnitates ordinariæ non requiruntur. Cephal. *conſ.*9. *num.*10 *& ſeq. volum* 1. vide infrà *num.* 97. *&* 81. Redoanus *pag.* 229. *num.*27. *& ſequentib.*

28 Et quid in locatione alicui facta ad vitam? Dic quòd non valet, ſiue fiat ad vitam Prælati, ſiue ad vitam conductoris. Redoan. *rubr.* 1. *§. at non ſolùm locatio ſub num.* 1. *&* 5. vide Imol. *concluſ.* 21. *lib.* 4. Arno. *ſingul.*66. *&* 71. vbi an poſſint alienari vltra triennium. Cagnol. *in Authent. qui rem num.*11. *&* 12. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi etiam, quòd ſi fuerit dictum, quòd tot ſint locationes, quot ſunt anni. Redoan. *rubr.*1. *§. vocabulum quoque, num.*8. *pag.*16. vbi pro & contrà, *& §. at non ſolùm locatio, num.* 5. *propè finem pag.*17. Zarzan. *opin.* 67. vbi per quantum tempus Eccleſiæ res poſſint in emphyteoſim dari. Couarruu. *variar. reſolut. pag.*602. *num* 1. *& ſeqq.* vbi de materia, de qua etiam per Clarum *in §. emphyteoſis quæſt.* 6. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 5. vbi pulchrè, per quantum tempus bona Eccleſiæ poſſint locari. Res Eccleſiæ in perpetuum locari non poſſunt ſine debitis ſolemnitatibus. Redoanus *de reb. Eccleſ. rubr.*1. *§. vocabulum quoque alienationis, num.* 1. *&* 3. Ad longum tempus, hoc eſt, ad decem annos, vel vltrà pariter Eccleſiæ res non poſſunt locari: ad modicum verò tempus, hoc eſt, ad nouem annos, vel infrà poſſunt. Redoanus *d. rubr.*1. *§. at non ſolùm locatio num.*1. *& ſeqq.* & quòd tempus modicum ſit infra decennium, tradit idem Redoanus *pag.*142. *num.*15. *&* 16. Ad materiam Redoan. *pag.*305. *num.* 9. *& ſeqq.* & vide infrà *num.*115. Item nec poteſt fieri ad modicum tempus, quando fit cum pacto renouandæ locationis; quia tale pactum præſumitur appoſitum in fraudem. *ibidem num.*4. Ad hanc materiam vide generaliter tradita *in Repert. vltim. volunt. quæſt.*1. *num.*8. *&* 69. & nullitas locationis non excuſat conductorem à penſione. Redoan. *pag.*225. *num.*4. & an poſſint in emphyteuſim dari in perpetuum, vide Villalob. *E. num.*5. *& de materia infra num.*48.

29 Et an prædictæ ſolemnitates requirantur in Eccleſia alienante annuos redditus, vide ſuprà *quæſt.*14. *num.*42. *& quæſt.*15. *num.*4. & infrà *num.*62. Dic quòd ſic, vt per Tiraquellum *de retract. pag.*64. *num.*6.7. *& ſeqq.* vbi declarat. Contrarium tenet Menochius *caſ.*172. *num.*3. vbi quòd fructus, qui è rebus Eccleſiæ 30
percipiuntur, poſſunt ſine alia iuſta cauſa, & ſolemnitatibus alienari. Sed aduerte, quòd Tiraquellus, credo, loquatur in annuis redditibus, hoc eſt, in cenſibus; non autem in fructibus, vt loquitur Menochius, & hoc modo nulla eſt contrarietas. Vide Nouell. *regul.* 126. vbi an Clericus poſſit obligare futuros redditus Eccleſiæ. Fructus beneficij percepti, ſeu percipiendi, quando, quomodo, & per quantum tempus poſſint vendi, latè Redoanus *rubr.* 4. *per totam pag.*56. *& ſeq. & rubr.*16. *num.* 8. *& ſeqq. pag* 102. *& num.*19. infrà *num.* 110. Sed nota quòd aliud eſt vendere fructus, & aliud vendere vſumfructum, vt infrà *num.*64. vbi videas de venditione vſusfructus: ſed de fructibus vide Redoanum *pag.* 237. 238. 239. *& pag.* 242. *num.*19. *& pag.*350. *& ſequen. num.*4. *vſque ad numerum* 11. dicit, quòd aliud eſt locare rem, aliud vendere fructus rei.

31 Et quid de bonis mobilibus? Dic quòd quando alienantur res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, nulla requiritur ſolemnitas. Socinus *regul.* 148. *litera E. in magnis, in* 1. *fallent.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 172. *num.*4. vbi quòd bona mobilia non conſueta alienari, non poſſunt ſine iuſta cauſa alienari, de qua ſtatur arbitrio iudicis, vt *ibi* per eum. Et quænam ſint iſta bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & de materia vide Redoanum *pag.*240. *& ſeq. num.*1. *vſque ad num.* 10. & latiùs per eumdem Redoanum habetur *rubr.*5. *per totam*, *pag.*59. *& ſeqq.* faciunt in ſimili tradita de minore ſuprà *quæſt.* 14. *num.*46. & infrà *quæſt* 28. *num.*40 Quid de mobilibus ſacris? Sacræ res mobiles quomodo vendi debeant, an confractæ, vel ſub eadem forma, vide infrà *n.*79. & quid de rebus pretioſis? De hoc vide Redoanum *pag.*225. *num* 1. *& rubr.*6. *&* 7. *pag.*63. *& ſeqq. & rubr.*8. *&* 9. *pag.*67. *& ſeqq.* vbi quid de mobilibus modicis. *& rubr.*10. *num.*1.4.5.6. *&* 32. *pag.*73. vbi quid de ſeſe mouentibus, vtputa animalibus. De immobilibus modicis dixi infrà *num.* 60. De rebus mobilibus ſacris vide etiam infrà *num.*79. & aliquid *num.*78. vbi ex cauſa pia. De iure ciuili bona mobilia Eccleſiæ poſſunt alienari: at de iure Canonico non poſſunt ſine ſolemnitatibus & iuſta cauſa, & iſto caſu ius Canonicum attenditur, vt per Redoanum *rubr.* 3. *per totam pag.*54. *& ſequen. & rubr.* 29. *pag.*232. *& ſeq. per totam, & pag.*234. *num.*1. *vſque ad num.* 6. vbi latè de materia.

32 Quòd Eccleſiæ res regulariter ſine ſolemnitatibus alienari non poſſint, eſt textus *in Authent hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. ſine exceptione* 12. *quæſt.*2. *cap.*1. *extrà de reb. Eccleſ. non alienan. Clement.*1. *eod. tit.* Multa iura ciuilia, Canonica, & extrauagantia, multaſque ad probandum, quod bona Eccleſiaſtica regulariter alienari non poſſunt, rationes adducit latiſſimè Redoanus *de rebus Eccleſiæ*, &c. *rubr.*2.

per

Digitized by Google

per totam pag. 47. vſque ad 54. vbi etiam in diſcurſu dicit, quòd in propoſito verbum *alienatio*, & verbum *rei*, capitur largiſſimè etiam pro mobilibus; de quo tamen vltimo dubitat ibi *in pag.* 53. *num.* 62. *& ſeq.* vide infrà *num.* 59. vbi poſui particulariter, quomodo formanda ſit regula in hac ipſa quæſtione Redoan. 472. *& ſeq. verſ. Rei appell. num.* 3.

33 Fallit, quando alienatur res, quas Eccleſia minùs iuſtè detinet, Socinus *reg.* 148. *litera E. in magnis*; præſertim *in quarta fallentia.*

34 Fallit quando alienantur res paruæ, & parui commodi: quia tunc Prælatus ſine Congregatione Capituli poteſt alienare, vt ibidem per Socinum *in* 5. *fallentia.* vide ſoprà *num.* 31. & infrà *num.* 60.

35 Fallit in repudiatione legati ſeu hæreditatis: quam ſolus Prælatus ſine aliqua ſuperioris licentia poteſt facere, vt ibidem per Socinum *in 6. fallentia*, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium tenuerint. Legatum Prælatus non poteſt repudiare ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione rei Eccleſiæ, & repudiando tenetur Eccleſiæ de ſuo. Hæreditatem verò, ſi Prælatus cognouerit damnoſam, poteſt repudiationem illius facere cum ſolo conſenſu Capituli, ſi Eccleſia eſt Collegiata: ſi non eſt Collegiata, cum conſenſo Epiſcopi. Hæc tradit Redoanus *de reb. Eccleſ. rubr.* 1. §. *pariter repudiatio num.* 4. *& ſeqq. pag.* 14. vide ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 17. *&* 99. vbi in ſimili de minore, & generaliter *in Repertorio vltim. volunt. quæſt.* 1. *num.* 68. Redoanos *pag.* 243. *n.* 1. *& ſeqq.*

36 Si in alienatione rei Eccleſiaſticæ pactum ſit quòd emptor ſuis ſumptibus debeat procurare & expedire conſenſum ſuperioris, ſtatim quòd emptor poteſt, debet talem conſenſum habere: aliter ſi eſt in mora, contractus annulletur. Cephalus *conſil.* 118. *volum.* 1. vbi multò magis, quòd redditur nullus contractus, ſi ante conſenſum habitum moriatur emptor: in quo aduertas, quòd Cephalus loquitur in alienatione rei emphyteoticæ, & tamen poſſunt eius dicta etiam extendi ad alienationem rei Eccleſiaſticæ; ad quod faciunt in ſimili tradita infrà *quæſt.* 31. *num.* 12. & ſuprà *num.* 19. in hac eadem quæſtione.

37 Eccleſiaſtica bona, ſi ſunt communia cum aliquo alio, an poſſint abſque ſolemnitatibus requiſitis diuidi, ponit Lamberten. *de contract. cor.* &c. *gloſſ.* 1 *n.* 29. vbi quòd in diuiſione fructuum ſolemnitates non requirantur. Item quando non diuiditur proprietas, ſed ſit diuiſio ratione commodioris vſus & culturæ. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.* 1. §. *venit quoque diuiſio, num.* 3. *&* 6. *pag.* 40. *&* 41. In diuiſione verò alicuius rei quoad dominium & proprietatem: tunc licèt aliqui dixerint indiſtinctè, quòd ſiue diuiſio ſit vtilis, ſiue non vtilis Eccleſiæ, ſemper valeat. Quòd enim regulariter Eccleſia poſſit diuidere, tradit Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 16. *verſ. quartò & vltimo*, &c. Sed ad hanc materiam faciunt, quæ in ſimili de minore dixi ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 44. *&* 90. & infrà *quæſt.* 20. *num.* 67. *& ſeqq. & in Repertorio vltimar. voluntat. quæſt.* 1. *num.* 32. *&* 74. vbi generaliter, an prohibitus alienare poſſit diuidere. Tamen verior & communis eſt opinio, quòd ſi ſit vtilis, valet; ſecus ſi non vtilis. Et idem Redoanus *de rebus Eccleſia rubr.* 1. § *venit quoque diuiſio num.* 4. *& ſeqq.* & *ibidem* per Lambertenum *num.* 37. vbi etiam remiſſiuè ponit, quando diuiſio dicatur vtilis. Quando Eccleſia habet ſocium inhoneſtum, putà, quia inducat mulieres in prædium commune, tunc poteſt ad diuiſionem prouocare. Simoncell. *de decreto in lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 6. *in fine*, & idem ſi ſocius ſit rixoſus, tradit Redoanus *vbi ſupra num.* 4. *& ſeqq.* vbi etiam quòd Eccleſia cum alia Eccleſia poteſt diuidere. Item cum priuato, ſi ad diuiſionem prouocetur.

38 Sed an transferatur poſſeſſio ex alienatione nulla rerum Eccleſiæ, vide particulariter Lamberten. *de contract. corum*, &c. *gloſſ.* 1. *num.* 99. & faciunt generaliter tradita *in Repert. iud. quæſt.* 24. *n.* 45. vbi generaliter quòd non. Et quando ex contractu nullo transferatur poſſeſſio, vide in propoſito eundem Lamberten. *vbi ſuprà num.* 103. *&* 105. Redoan. *pag.* 228. *num.* 23.

39 Eccleſiæ bona ſi fuerint nulliter alienata, an poſſint aliqoo tempore præſcribi? vide per Lamberten. *de contract. cor.* &c. *gloſſ.* 1. *num.* 265. *& ſeqq.* vbi pro & contrà, *& num.* 263. *& ſeq.* vbi generaliter de materia, ad quem multum conferunt tradita infrà *quæſt.* 20. *num.* 80. *& in Repert. vltim. volunt. quæſt.* 1. *num.* 35. *& in iudic. quæſt.* 96. *num.* 17. *& ſeqq.* Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.* 1. §. *Item ſub vocabulo alienationis, per totum, in diſcurſu, pag.* 6. *& pag.* 224. *num.* 11. *& pag.* 228. *num.* 25.

40 Eccleſiaſtica bona ex cauſa neceſſitatis nulli dubium, quòd alienari poterunt. De hac materia vide latè infrà *num.* 68. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 14. vbi quòd Epiſcopus ex cauſa neceſſitatis poteſt res Eccleſiæ ſine decreto alienare. Fallit quando ſunt data Eccleſiæ cum hoc, quòd non alienentur; quia tunc nec etiam ex cauſa neceſſitatis poſſunt alienari. Redoan. *rubr.* 2. *num.* 50. *pag.* 51. de quo vide infrà *n.* 56. Sed quid ſi alienentur pro maiori quantitate, quàm ſit vrgens neceſſitas, an alienatio in totum, vel pro parte reſcindatur, an verò valida ſit, vide *in deciſ. Pedemont.* 169. *n.* 18. *& omnibus ſequentib.* Rota Romana *in vna deuolut. domus pro Monaſterio ſancta Maria Noua, contra Alexandrum Piccionum die Luna* 28. *Maij* 1582. *coram Rubeo*, tenuit, quòd iſta qualitas, quòd non ſit alienata in plus, quàm neceſſitas poſtulat, ſit probanda per ementem ſtante licentia Papæ alienandi pro rata neceſſitatis. Res magna pro paruo debito alienari non poteſt. Redoanus *rubr* 22. *n.* 15. *&* 16. *pag.* 130. & an emens debeat probare pretium verſum in illam cauſam neceſſitatis, pro qua fuit facta alienatio; an verò ſufficiat probaſſe tempore alienationis neceſſitatem imminentem? vide *in dicta deciſione Pedemontana* 169. *num.* 1. *& ſequen.* Dic quòd emens debet probare verſionem in neceſſitatem Eccleſiæ. Rota *coram Rubeo in vna Romana deuolut. domus pro Monaſterio ſancta Maria Noua, contra Alexandrum Piccionum, die Veneris* 17. *Nouembris* 1581. In qua deciſione & in alia in eadem cauſa coram eodem Rubeo *die Luna* 12. *Februarij* 1582. fuit concluſum quòd iſta verſio in caſu neceſſitatis non probatur ex ſola Abbatis confeſſione, (de hoc vide Redoanum *pag.* 256. *num.* 6. 10. 11. 15.) Sed benè probatur iunctis aliis adminiculis, de quibus ibi: vbi expreſsè dicit, quòd verſio huiuſmodi probatur coniecturis, ſed non ex ſola confeſſione Abbatis. Vide in ſimili infrà de vtilitate *num.* 72. & Redoanum *pag.* 237. *n.* 11. & ad hanc materiam vide eundem Redoanum *pag.* 225. *num.* 2. *& pag.* 256. *& ſeq. num* 3. *& omnib. ſequentib. in diſcurſu*, vbi generaliter, quando probanda verſio in vtilitatem Eccleſiæ, & quomodo, *& pag.* 315. *vſque ad* 331. Quòd neceſſitas ſit probanda aliter, quàm per aſſertionem factam in inſtrumento, tradit etiam Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. concluſ.* 14. *illatione* 19. Quid in aſſertione Papæ infrà *num.* 55. & ſuprà *num.* 3. *&* 4. & quando aſſertio neceſſitatis facta in inſtrumento eſt adminiculata, tunc ei creditur, Rota *coram Rubeo in vna Romana deuolut. domus pro Abbate ſancta Maria Noua, contra Alexandrum Piccionum, die Luna* 27. *Februarij* 1581.

Eccleſia

41 Eccleſiaſtica bona an & quomodo donari poſſint, Duen. reg. 220. & quando Prælatus poſſit donare res Eccleſiæ, vide Cephal. conſil. 39. n. 29. & ſeqq. vol. 1. Dic regulariter, quòd non poſſunt donari ſine debitis ſolemnitatibus. Redoanus de reb. Eccleſ. rubr. 1. §. nec donatio n. 1. & ſeqq. Fallit in donatione ob bene merita, quam illis æquiualentem poteſt Prælatus facere, donando immobilia, vel vſumfructum alicuius rei ad breue tempus, ibidem n. 7. & ſequen. De hac donatione remuneratoria, quando per Prælatum fieri poſſit, vltra prædicta, vide eumdem Redoanum pag. 284. n. 1. & ſeqq. Donatio ob benè merita adhuc debet fieri cum auctoritate ſuperioris. Redoan. rubr. 10. num 18. pag. 74. de materia rubr. 21. num. 22. & ſeqq. pag. 143. & pag. 254. num. 19. & pag. 267. vſque ad 271. vide infrà num. 108. Fallit ſecundò, quando Prælatus donat ei, qui priùs Eccleſiæ donauerat. Redoanus de rebus Eccleſiæ, rubr. 1. §. nec donatio num. 10. vbi tamen quòd iſto caſu tutius eſt ſolemnitates adhibere. Faciunt ad hanc fallentiam in ſimili tradita infrà de minore quæſt. 41. num 59. & quæſt. 20. ſub num. 100. Sed an res Eccleſiæ poſſint alteri Eccleſiæ donari, vide Redoanum pag. 286. verſ. fallit quoque, num. 1. & ſeqq. Dic etiam quòd Papa id poteſt. Redoanus ibidem num. 11. Fallit tertiò, quia Prælatus poteſt conſanguineis pauperibus pro eorum ſuſtentatione donare: ſed non vltra eorum neceſſitates, ibidem num. 12. Ad hanc materiam vide infrà n. 110. & 111.

42 Decretum iudicis non eſt neceſſarium in alienatione rerum Eccleſiæ, ſecundùm communem, de qua Simoncell. de decreto in præfatione num. 58. & ſeqq. licèt Innocentius ibi allegatus contrarium dixerit. Redoanus rubr. 22. n. 5. & ſeqq. vſque ad n. 10. pag. 149. in fine.

43 Emens res Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus, an teneatur etiam ad fructus perceptos, ponitur materia latè & pulchrè in deciſ. Pedemont. 159. per totam. Faciunt in ſimili ſuprà tradita, quæſt. 14. num. 55. Redoanus de rebus Eccleſ. non alienand. pag. 474. & ſeq. §. ſed nunquid res, per totum, num. 1. & omnibus ſeqq. & pag. 486. num. 8. & 9. & pag. 457. num. 27.

44 Prælatus ſine Capituli conſenſu non poteſt facere compromiſſum de iure & de facto. Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 1. §. 1. num. 18. in fine 19. & 20. & generaliter de hac materia, quando Prælatus poſſit ſuper rebus Eccleſiæ compromittere, vide multa referentem, ſed confusè, eumdem Redoanum d. rubr. 1. §. venire etiam videtur compromiſſum, per totum, pag. 41. & ſeq. & pag. 113. num. 15. vbi quòd Clericus non poteſt compromittere ſine auctoritate ſui Diœceſani.

45 Permutatio facta rerum Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus non valet; præterquam ſi fiat in eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem. cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alienand. Redoan. de rebus Eccleſiæ rubr. 1. §. venit etiam permutatio, per totum in diſcurſu. faciunt generaliter tradita in Repertorio vltimarum voluntatum, quæſt. 1. num. 67. & de minore permutante ſuprà quæſt. 14. num. 75. Adde eumdem Redoanum dicta rubr. 1. §. appellatione alienationis venit commutatio, num. 1. & ſeqq. pag. 21. & rubr. 2. num. 8. pag. 48. vbi quòd permutans reſtituit rem ſibi ab Eccleſia traditam; datam verò non reperit, & pag. 166. num. 7. vbi quòd valet commutatio rerum Eccleſiæ cum re alterius Eccleſiæ, & idem tradit in pag. 275. §. Item alio caſu num. 1. & ſeqq.

46 Prælatus poteſt ex fructibus & redditibus Eccleſiæ ſororem, ſeu alias mulieres dotare, quia hoc eſt debitum charitatis, ſed non poteſt ex cauſa dotis immobilia & res Eccleſiæ alienare. Redoanus de rebus Eccleſiæ, rubr. 1. §. dare in dotem, num. 4. & ſequentib. pag. 13. vide generaliter tradita infrà num. 78.

Prælatus non poteſt res Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus dare in ſolutum, ex traditis per Redoanum de rebus Eccleſiæ §. Iuidem datio in ſolutum, num. 1. & ſequen. pag. 18. in fine. Faciunt tradita in Repertorio vltimarum voluntatum, quæſt. 1. num. 70. vbi quòd datio in ſolutum habet vim alienationis, & ideò prohibitus alienare, cenſetur etiam dare in ſolutum. 47

Eccleſiæ bona an ſine ſolemnitatibus poſſint ad longum, ſeu modicum tempus, ſiue etiam in perpetuum locari, dixi ſuprà num. 28. Item an bona Eccleſiæ ſemel in emphyteoſim conceſſa, ſi ad eam reuertantur, an iterum poſſint ſine alia ſolemnitate in emphyteoſim dari, dixi ſuprà num. 23. At generaliter, quando bona Eccleſiæ poſſint in emphyteoſim dari, vltra ſuperiùs tradita eidem num. 28. vide Redoanum de rebus Eccleſiæ, rubr. 1. §. ſimiliter dare rem in emphyteoſim, &c. num. 1. & ſequen. vbi ponit regulam, quòd bona Eccleſiæ in emphyteoſim dari non poſſunt. Fallit tamen hæc regula de conſuetudine, vt infrà, & fallit in ſolitis dari in emphyteuſim, de quibus duabus limitationibus, dixi ſuprà num. 23. Nota quòd licèt datio emphyteoſis ſit nulla, non tamen per hoc emphyteota excuſatur à ſolutione canonis, quia non poteſt in hoc allegare nullitatem contractus. Redoanus pag. 225. num. 3. & 4. vbi etiam idem in conductore, qui propter nullitatem contractus non excuſatur à ſolutione penſionis. Vide eumdem Redoanum dicta rubr. 1. §. ſimiliter dare in emphyteoſim, &c. num. 19. in fine, & num. 30. vbi quòd Prælatus non poteſt in perpetuum dare rem Eccleſiæ in emphyteoſim, & iſto caſu qui in emphyteoſim perpetuam accipit rem Eccleſiæ, cadit ab emphyteoſi, nec datum repetit. Redoanus rubr. 2. num. 4. pag. 48. Benè tamen poteſt Prælatus rem Eccleſiæ in emphyteoſim dare ad tempus, ad tertiam ſcilicet generationem: immò conceſſa in perpetuum, non intelligitur niſi vſque ad tertiam generationem conceſſa. Pari modo Prælatus poteſt ad tempus, maximè ſi ceſſet fraus, dare rem Eccleſiæ in emphyteoſim ſuis conſanguineis, (de hoc particulariter dixi infrà num. 111. vbi eſt locus ſuus,) ſed non in perpetuum, dicto num. 30. & 31. vbi etiam quòd Prælatus non poteſt concedere in emphyteoſim cum pactis contra naturam contractus emphyteotici; quod declara vt ibi, & num. 39. vbi reprobatis contrariis dicit, quòd iſto caſu emphyteoſis in perpetuum prohibita Prælato erit ea, quæ eſt duratura in infinitum, donec penſio ſoluatur, non ea, quæ ad triginta annos, vel ad vitam alicuius, vel ad tertiam generationem, quæ non dicitur perpetua, ſed ad longum tempus, & num. 40. vbi quòd res Eccleſiæ ruinoſæ poſſunt in perpetuum dari in emphyteoſim, de quo vltimo vide infrà num. 52. 48

Eccleſiæ bona ſicut non poſſunt in perpetuam emphyteoſim dari, vt dixi in num. antecedenti: multò minùs poterunt dari ad cenſum, vt per Redoanum de rebus Eccleſ. rubr. 1. §. contractus pariter cenſualis, num. 5. pag. 31. vbi reddit rationem; quia videlicet in cenſuarium transfertur omne ius penes concedentem exiſtens: prout etiam dixi infrà in fragmentis verſic. Cenſualis contractus, num. 6. quòd non ſic eſt in emphyteota. An autem Prælatus poſſit ſuper Eccleſiaſticis bonis cenſum imponere, eſt quæſtio differens ab iſta, & de ea particulariter dixi infrà num. 66. 49

50 Eccleſiæ bona an poſſint dari in feudum: facienda eſt diſtinctio inter res ſolitas in feudari, & non ſolitas. In ſolitis infeudari, faciunt generaliter ſuprà tradita n. 12 & 23. vbi ſpecialiter de rebus Eccleſiæ ſolitis in emphyteoſim dari, & vide etiam infrà n. 113. Sed ſuper vtroque capite diſtinctionis, ſcilicet tam de ſolitis, quàm de non ſolitis infeudari, quando & quomodo poſſint per Prælatum in feudum concedi, vide declarantem Redoanum de reb. Eccleſ. rubr. 1. §. ſimiliter dare rem, &c. n. 29. pag. 26. col. 2. Sed multò latiùs in §. dicitur etiam alienatio num. 5. & 24. verſ. his ergo tractatis, & n. 25. & omnib. ſeqq. per totum illum §. pag. 35. & ſeqq. & rubr. 11. n. 51. & omnib. ſequen. pag. 81. vbi de feudo reuerſo, & ſolito infeudari; de quo etiam vide omninò eumdem Redoanum pag. 245. 246. 247. & 248. in diſcurſu. At de non feudari ſolito vide regulam cum limitationibus per eumdem Redoan. pag. 264. n. 13. & ſequen. & an res Eccleſiæ poſſint in feudum dari per Prælatum ſuis conſanguineis, dixi infrà num. 111. vbi eſt locus ſuus.

51 Prælatus ſicut ſolus non poteſt res Eccleſiæ alienare; ita etiam nec ſolus ſine conſenſu Capituli, nec Capitulum ſine conſenſu Prælati litigare poteſt. Redoanus de reb. Eccleſ. rubr. 1. §. venit etiam, & §. ſeq. pag. 38 vbi propterea quòd nec poteſt iuramentum deferre. Facit, quia prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus actiones in iudicium deducere, vt dixi in Repert. vlt. volunt q. 1. n. 72. & infrà quæſt. 20. n. 13. & 96.

52 Eccleſiæ bona non poſſunt alienari etiam pro redemptione captiuorum, maximè ſi ſint data Eccleſiæ cum hoc ne alienentur. De hoc vide particulariter infrà n. 56 Redoanus de reb. Eccleſ. rubr. 2. n. 5. pag. 48. Sed quòd pro redemptione captiuorum poſſint & debeant mobilia ſacra, quæ immobilibus æquiparantur, alienari, quando timetur de captiuorum morte, periculo corporis, vel animæ, & alia ad materiam ponit idem Redoanus rubr. 6. num. 4. & ſeqq. 17. & 25. pag. 63. & ſeq. & rubr. 20 n. 9. & ſeq. vſque ad n. 36. pag. 137. & ſeq. & ibid. n. 32. & 33. & 43. vbi quòd quando pro redemptione captiuorum alienantur res ſacræ mobiles, debent alienari, non ſub eadem forma, ſed confractæ, & conflatæ: de quo ego dixi infrà num. 79. & quòd regulariter pro redemptione captiuorum bona Eccleſiæ poſſint & debeant alienari, & quid de captiuis non apud paganos, ſeu hæreticos; ſed apud Chriſtianos. Item quid de carceratis iuſtè, vel iniuſtè pro debito, vel delicto. Et an ſolutum per Eccleſiam, ſeu aliam perſonam pro redemptione captiuorum poſſit repeti, ponitur hæc materia per Redoanum d. rubr. 20. per totam, in diſcurſu, pag. 156. & ſeqq. faciunt generaliter infrà tradita n. 78. de cauſa pietatis; quia redimere captiuos dicitur cauſa pia, vt d. num. 78. vbi generaliter tradita conferunt ad hanc particularem materiam redemptionis captiuorum.

53 Eccleſiæ bona non poſſunt alienari, etiam ipſæ ruinæ, ac etiam quòd ſolo æquata deſtructa remaneant. Redoan. rub. 2 n. 6. & 7. pag. 48. Sed an domus ruinoſæ poſſint in emphyteoſim concedi, poſui ſuprà ſub n. 48. Dic quòd ſic. Redoan. rubr 1. § ſimiliter dare rem in emphyteoſim, n. 40 & rub. 11. n. 21 & 27. pag. 78. & 79 vide eumdem Redoanum d. rubr. 2. n. 11. vbi quòd nec etiam bona immobilia ſterilia alienari poſſunt: at vbi per aliquem fundus ſterilis fuit factus fertilis, poteſt Prælatus ſine ſolemnitatibus illi, qui fertilem fecit, vel eius hæredibus in emphyteoſim concedere. Redoan. pag 204. n. 1. & ſeqq. & rubr. 12. num. 3. 12. 19. & 20. pag. 84. vbi quòd res Eccleſiæ ſteriles, & inutiles, ſi magnę ſunt non poſſunt ſine ſolemnitatibus alienari. idem Redoan. pag. 251. n. 1. At ſi ſint modicæ, poſſunt ex cauſa neceſſitatis ſine ſolemnitatibus alienari: de quo vltimo, ſcilicet de rebus modicis ſterilibus & inutilibus dixi infrà num. 60. vbi tradita conferunt cum iſta materia, quia inutilia non poſſunt alienari, niſi ſint modica. Et quòd res inutiles, vel damnoſæ Eccleſiæ poſſint alienari, ponit ibidem Redoanus rubr. 21. n. 1. & ſeq. vſque ad num. 20. pag. 142. & 143. & pag. 261. & ſeq. num. 1. & ſeqq.

54 Prælatus pro recuperatione rerum alienatarum Eccleſiæ poteſt agere contra alienatorem actione perſonali, condictione ſcilicet ex canone, & contra tertium poſſeſſorem rei vendicatione, habetque in hoc electionem, immò ſi cœpit vnum conuenire, poteſt omittere, & contra alium intentare; ſed ſi obtinet contra vnum, alter liberatur. Redoan. rub. 2. n. 10. & ſeq. pag 49. & n. 24. verſ. item bona, & pag. 468. & ſeq. n. 1 & ſeq. vſque ad n. 15. vide generaliter infrà tradita n. 100.

55 Eccleſiaſtica bona nec etiam à Papa alienari poſſunt. Redoan. d. rubr. 2. n. 22. pag. 49. & n. 45. pag. 51. vbi quòd nec etiam à Cardinalibus. Quod quando verum ſit, vide Redoanum rubr. 18. n 116. & omnib. ſeqq. pag. 118. vbi inter alia, quòd ſtatur aſſertioni Papæ dicentis ſe alienare ex cauſa. vide de hoc Redoan. rub. 20. n. 44. pag. 152. de cauſa, quando præſumatur in alienatione facta per Papam, & de materia Redoan. pag. 215. n. 19. 20. 21. 28. 36. 37. 43. & pag 219. n. 9. 11 19. & ſeqq. vſque ad n. 29. & pag. 351. & ſeqq. vſque ad n. 357. in diſcurſu. Licèt regulariter tali aſſertioni ſuper cauſa non credatur, vt dixi ſuprà n. 14. 40. vide ad materiam Papæ alienantis res Eccleſiæ eumdem Redoanum rub 21. n. 27 & ſeqq. vſque ad n. 37 pag. 144. & pag. 146. n. 58. & pag. 147. n. 84. & ſeqq. & num. 93. & omninò pag. 213. rubr. 27. §. Papa verò poteſt, per totum, n. 1. & omnib. ſeqq. & pag. 218. & ſeqq. §. vnde videntur Doctores num. 1. & omnib. ſeqq. per totum, & latiùs pag. 352. & ſeqq. vſque ad pag 357.

56 Eccleſiæ bona tradita cum hoc, quòd non poſſint alienari, neque etiam ex cauſa neceſſitatis (Redoanus rubr. 21. n. 37. pag. 144.) poſſunt tamen alienari, vt in caſu neceſſitatis dixi ſuprà n. 40. quibus adde Redoanum de reb. Eccleſ. rubr. 18. n. 77. vſque ad numerum 91. pag. 116. vbi quòd hoc procedit de iure ciuili, ſecus de iure Canonico, & n. 104. & ſeqq. pag. 117. vbi declarat. Et in caſu redemptionis captiuorum dixi ſuprà n. 52. faciunt generaliter tradita in Repert. vlt. volunt. quæſt. 1. n. 54. & in cauſa vtilitatis dixi ſuprà num. 13.

57 Prælatus, ſeu Epiſcopus in eius creatione iurat fidelitatem Papæ, & eo inconſulto non alienare bona Eccleſiæ: ideo alienando efficitur periurus, Redoan. pag. 309. n. 15. & pag. 305. n. 4. & ſeq. vbi quòd hoc iuramentum eſt ſeruandum. Idem Redoanus de reb. Eccleſ. rubr. 2. n. 31. & n. 18. & ſeq. pag. 51. & 52. Alia ad hanc materiam vide infrà n. 112. De multiplici forma huius iuramenti, & qua forma hodie præſtetur hoc iuramentum, ponit ipſe Redoanus pag 304. num. 1 & pag. 305. n. 2. & pag. 309. n. 13. in fine, & n. 14 & in cuius manibus ſit præſtandum hoc iuramentum, vide d. pag. 304. n. 1. & 3. & quòd hoc iuramentum præſumatur ſemper præſtitum, quia ſolitum, ibidem n. 4. & ſeq.

58 Prælatus quando poſſit Eccleſiæ pecuniam ſine ſolemnitatibus alienare ſolus, vide latè per Redoanum de reb. Eccleſ. rubr. 5. n. 9. & ſeqq. vſque ad num. 26. pag. 60. & ſeq. faciunt in ſimili tradita de minore ſuprà, quæſt. 14. num. 18. Adde ad eamdem materiam latiùs eumdem Redoanum rubr. 15. pag. 91 & ſeq.

59 Regula in hac quæſtione videtur firmanda negatiua, quòd videlicet Eccleſiaſtica bona non poſſunt alienari ex iis, quæ ex Redoano allegauimus ſuprà n. 52. Verùm idem Redoanus rubr. 11 per totam pag. 77. & ſequen. defendere conatur regulam affirmatiuam: quia ſcilicet iura tam ciuilia, quàm Canonica, quæ

omnia,

omnia, quæ adducit & ponderat, non prohibent ſimpliciter fieri alienationem, ſed ſolùm in certis caſibus, illamque generaliter permittunt, dummodo certo modo fiat. Ideò, inquit ipſe, *n.30. pag.*79. quod in certis caſibus prohibetur, in cæteris videtur permiſſum, & conſequentet regula affirmatiua ponenda eſt. Vtcunque ſit, parum refert, quomodo conſtituatur regula, dummodo in eius limitationibus ſimus concordes. Vt vtramque ſuſtineas, & complectaris regulam, facias concluſionem, prout etiam ſuprà feci *dicto n.32. in princ.* quòd videlicet bona Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus, & iuſta cauſa. Quòd enim cauſa requiratur, dixi ſuprà *n.*11. & qoòd iſta duo requirantur, & quòd debeant probari per ementem, dixit Rota *in vna Romana deuolut. domus pro Monaſterio ſanctæ Mariæ Noua, contra Alexandrum Piccionum ſub die Lunæ 28. Maij* 1582. Quòd, inquam, bona Eccleſiæ non poſſint alienari ſine ſolemnitatibus & iuſta cauſa, videtur eſſe de mente omnium iurium allegatorum per Redoanum *d. rubr.* 11. *per totam*; quæ licèt permittant alienationem, ſemper tamen & ſolemnitates & cauſam deſiderant. Ita expreſsè declarat idem Redoan. *rubr.* 3. *n.*14. *pag.*35. vbi pariter dicit non eſſe verum generaliter, quòd iura prohibeant alienationem rerum Eccleſiaſticarum: ſed tantummodo prohibeut alienari ſine cauſa atque ſolemnitatibus, & iſta eſt veritas. Et idem repetit Redoanus *in rubr.*16. §. *Per iſta meo quidem iudicio, n.*1. *& ſeqq. pag.*109. *& rubr.* 18. *pag.*112. *in princip.* vbi pari modo concordat contrarietates prædictas.

Igitur ex dictis facias hanc concluſionem, quæ erit ampliatio ad hanc regulam, quòd non ſufficit iuſta cauſa ſine ſolemnitatibus: nec ſufficiunt ſolemnitates ſine iuſta cauſa, ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Redoanum *rub.* 11. *n.*40. *& ſeqq. vſque ad n.*71. *pag.*143. *& ſeq.* Alienatio enim facta in caſu licito ſine ſolemnitatibus non valet; prout nec valet etiam alienatio facta cum ſolemnitatibus in caſu non licito: vt ibi per eum, qui etiam refert contrarios. Fallit hæc communis opinio, primò in alienatione facta ex cauſa vtilitatis, quæ valet etiam ſine ſolemnitatibus, vt dixi ſuprà *n.*13. Item fallit in alienatione facta ex cauſa magnæ neceſſitatis, & celeritatem deſiderantis, quæ pariter fieri poteſt ſine ſolemnitatibus: prout etiam dixi infrà *num.*61.

Amplia II. hanc eamdem regulam, quia alienatio rerum Eccleſiæ facta ſine ſolemnitatibus, eſt nulla ipſo iure, de quo dixi infrà *num.*99.

60 Modicæ res Eccleſiæ mobiles, an poſſint alienari, dixi ſuprà *n.*31. Sed quid de rebus modicis immobilibus, vide Redoanum *rubr.*11. *per totam, pag.*82. *& ſeqq.* vbi concludit; quòd res modicæ immobiles, ſi ſint inutiles, poſſunt ſine ſolemnitatibus alienari ex cauſa neceſſitatis: ſi verò ſint vtiles, non poſſunt ſine ſolemnitate alienari, etiam quòd ſint modicæ, ac etiam quòd vrgeat neceſſitas. De huiuſmodi rebus modicis immobilibus inutilibus dixi ſuprà *n.*53. vbi propterea tradita conferunt ad hanc materiam.

Nota quòd in caſu, quo modicæ res poſſunt alienari; tunc iuramentum præſtitum de non alienando non obſtat. Redoanus *pag.*106. *n.*14. *vſque ad num.* 18. & alibi paſſim in locis infrà citatis, *& pag.*308. *n.*13. De rebus modicis Eccleſiæ vtilibus, quòd non poſſint ſine ſolemnitate alienari, vide eumdem Redoanum *pag.*235. *n.*13. Sed quid de rebus magnis inutilibus, dixi ſuprà *n.* 53. ad materiam alienationis rerum modicarum, & parui valoris, vide Redoanum *pag.*251. *& ſeq.* vide etiam ſuprà *num.* 34. & eumdem Redoan. *rubr.*25. *ſub n.*27. *pag.*169. vbi in alienatione rei modicæ, an requiratur conſenſus Capituli, ſeu Rectoris, *&* *pag.*187. *n.*8. vbi quòd incóſulto Papa poſſunt modicæ res alienari, *& pag.*215. *& ſeq. n* 6. *& ſeqq. vſque ad n.*19.

61 Eccleſiæ bona, etiam quòd ex cauſa neceſſitatis alienari poſſint: id tamen intelligitur ſolemnitatibus interuenientibus. Redoan. *de reb. Eccleſ. rub.*18. *n.*19. *pag.*119. & dixi ſuprà *n.*59. Idem Redoan. *pag.*272. *n.*20. *& ſeq.* In alienatione enim rerum Eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, cauſa, & ſolemnitas, vt dixi ſuprà *n.*59. Modò ſcias quòd aliquando tanta, & tam magna poteſt eſſe neceſſitas celeritatem deſiderans, vt poſſent res Eccleſiæ etiam ſine ſolemnitatibus, & ſuperioris conſenſu alienari, vt per Redoan. *rubr.*12. *n.*7. 13. *& ſeq. pag.*82. *& ſeq* & latiùs *rubr.*18. *n.*29. *vſque ad num.*61. *pag.*114. *& ſeq. & n.*76. *pag.* 116. *& n.*128. *pag.* 118. vbi tamen quòd poſt alienationem debet interuenire ratificatio ſolemnis, *& pag.* 187. *n.* 6. *&* 7. ad quæ vide eumdem Redoanum *pag.*271. *& ſeq. n.*1. *& ſeqq.* & aduerte, quòd in prædictis locis Redoanus loquitur etiam in caſu, in quo Prælatus iurat non alienare inconſulto Papa. nam in caſu extremæ neceſſitatis adhuc eo inconſulto, & non obſtante dicto iuramento, poteſt alienare, vt ibi per eum, *& in pag.* 308. *num.*9. & generaliter dixi infrà *num.*112.

62 Prælatus an poſſit & quomodo annuos redditus Eccleſiæ alienare, vltra ſuperiùs tradita *num.* 29. vide Redoanum *de reb. Eccl. rubr.*13. *per totam pag.*85. *& ſeqq.* vbi promiſcuè loquitur de alienatione annuorum redditunm, ac de ceſſione iurium & actionum: de quo vltimo nos diſtinctè dicemus *in ſeq. n.*63. Multa confusè refert & latiſſimè diſputat illam quæſtionem, an annui redditus computentur inter mobilia, vel immobilia: de qua nos etiam particulariter diximus infrà *quæſt.*28. quaſi quòd à reſolutione illius quæſtionis oriatur deciſio præſentis quæſtionis. Sed ex relatis per eum videtur elici concluſio, quòd ſiue annui reditus computentur inter mobilia, ſiue etiam inter immobilia; illos tamen Prælatus ſine cauſa & ſolemnitatibus alienare nequeat, quia, vt ſuprà dixi, *n.*31. nec etiam res mobiles Eccleſiæ poſſunt ſine ſolemnitatibus & cauſa alienari. Similis alienationi annuorum redditunm eſt impoſitio cenſus, de quo particulariter dixi infrà, *num.*66.

63 Iura, actiones, & nomina debitorum, an poſſint per Prelatum ſine cauſa & ſolemnitatibus alienari, vide Redoanum *pag.*274. §. *alienantur etiam n.* 1. *& ſeqq.* & dic quòd non. Iſta colligitur concluſio ex confusè relatis per eumdem Redoanum *d. rubr.*13. *per totam pag.* 85. *& ſeqq.* ſiue enim iura, actiones & nomina debitorum computentur inter mobilia, ſiue etiam inter immobilia, ac ſiue teniam ſpeciem conſtituant, quod ibi latiſſimè ipſe diſputat, & nos diximus infra *q.*28. hoc nihil refert; quia, vt ſuprà dixi *num.*31. etiam res mobiles Eccleſiæ non poſſunt ſine cauſa & debitis ſolemnitatibus alienari. Et ita videtur eſſe de mente Redoani, ibi, præterquam in caſu ceſſionis actionis ad pecuniam: quia cùm pecunia regulariter computetur inter mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt pariter dixi infrà *d. q.*28. Ita actio ad pecuniam erit etiam talis reputanda, & conſequenter poterit per Prælatum cedi tanquam res mobilis, quæ ſeruando ſeruari non poſſit: quod quando verum ſit, dependet à generaliter traditis infrà *d. quæſt.*28. *n.*31. & expreſsè declarat *ibidem* Redoanus *num.*25. *pag.* 88.

64 Alienare fructus Eccleſiæ perceptos, ſeu percipiendos, differt ab alienatione vſusfructus, ſeu conſtitutione iuris vſusfructus, vt per Redoanum *rubr.* 4. *n.*26 *pag.*58. *& rubr.*14. *n.*11. 12. 13. 14 *pag.*93. De Prælato alienante fructus Eccleſiæ perceptos, ſeu percipiendos, dixi ſuprà *n.*30. De alienante verò vſumfructum, ſiue conſtituente ius vſusfructus, vide Redoa-

num *d. rubr.* 14. *num.*1. *& ſeqq. vſque ad numerum* 15. *pag.*90.*& ſequentib.*

65 Res Eccleſiæ non poſſunt ſine cauſa, atque ſolemnitatibus alienari, nedum quoad proprietatem, ſed etiam quoad poſſeſſionem. Redoanus *rubr.* 14. *n.*14. *& omnibus ſequentib.pag.*93.*& ſeq.* facit, quia prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus poſſeſſionem transferre, vt dixi *in Repert.vltim. volum. queſt.*1.*n.*73.

66 Vidimus ſuprà *n.*29. *&* 62. an & quomodo Prælatus poſſit annuos redditus Eccleſiæ alienare. Illi ſimilis ſuccedit quæſtio, an & quomodo poſſit in Eccleſiaſticis bonis cenſum imponere? (An enim bona Eccleſiaſtica poſſit ad cenſum dare, eſt differens quæſtio, & de ea dixi ſuprà *n.*49.) de qua vide multa referentem Redoanum *de reb. Eccleſ. rubr.*16. *n.*1. *& ſeqq. vſque ad num.*33.*pag.*102 *& ſequen.* Ex cuius dictis ibi *in diſcurſu*, præſertim *num.*25.*& ſequen.* colligitur concluſio, quòd in rebus & in fructibus Eccleſiæ poteſt conſtitui cenſus, etiam per ſolum Rectorem, ſeu beneficiatum, etiam ſine ſolemnitate, vel cauſa, dummodò ad tempus, vel ad vitam conſtituentis cenſum; ſecùs ſi in perpetuum, quia tunc requiritur etiam ſolemnitas & cauſa, ſicut in alienatione rerum Eccleſiæ immobilium.

67 Eccleſiæ res, etiam quòd ex aliqua cauſa alienari poſſint, ſemper tamen res minùs damnoſa alienari debet. Primò enim eſt incipiendum à mobilibus, ſi ſuperflua ſunt: deinde ad immobilia veniendum, & ex mobilibus, quænam priùs vendi debeant, & quæ ex immobilibus, ponit materiam Redoanus *de reb. Eccleſ.rubr.*18.*n.*91.*& ſeqq.vſque ad num.*98.*pag.*116.*& ſeq.*& quòd res mobiles ſacræ debeant vendi confractæ & conflatæ, non autem ſub eadem forma, dixi infrà *n.*79. Item in cognitione cauſæ, quam facit Prælatus, ſeu Superior, qui dat alienandi licentiam, non ſolùm debet inſpicere, an res ſit alienanda necne: ſed etiam ex alienandis curare, vt res minùs vtilis vendatur, & ſic quæ res ſit potiùs alienanda, quàm alia, vt per Redoanum, qui etiam refert contrarios *rubr.* 22.*n.*1.*& ſeqq.vſque ad num.* 33. *pag.* 149. *& ſequen. & rubr.*24.*num.*68.*& ſeqq.pag.*165. vide infrà *ſub num.*81. cui conuenit hæc materia.

68 Neceſſitatis cauſa an Eccleſiæ bona poſſint alienari, dixi aliqua ſuprà *n.*40. quibus addendo facias regulam affirmatiuam, quam pluribus iuribus comprobat Redoanus *rubr.* 18. *n.* 12. *& pluribus ſequentib.pag.*112.*& ſeqq.* Appellatione autem neceſſitatis non ſolùm venit debitum vrgens, vt *ibidem* Redoan.*d.n.*12. *& ſeqq.* vbi loquitur tam in debito fiſcali, quàm priuato; ſed etiam omnis alia iuſta cauſa alienandi venit appellatione neceſſitatis, *n.*2.*pag.*112. *& num.*28.*pag.*113. Inter quas connumeratur reparatio domus, vel molendini ruentis, pro qua licitum eſt alienare res Eccleſiæ, vt *ibidem n.*44.*pag.*114. *& rubr.* 19. *n.*101. *&* 102. vbi etiam quòd inter cauſas neceſſitatis ponitur neceſſitas mobilium, & ornamentorum, pro quibus emendis poſſunt bona Eccleſiæ vendi, vt *ibi pag.*128.

Limita I. hanc regulam, dummodò debitum ſit certum & clarum: quia pro debito dubio, & incerto res Eccleſiæ alienari non poſſunt, *ibid.n.*13.*pag.*112.

Limita II. & magis generaliter: quia non omnis neceſſitas, nec qualis qualis neceſſitas ſufficit, ſed debet eſſe extrema & euidens. Redoanus *ibidem n.*58. 62.*&* 63.*pag.*115. vbi ampliùs, quòd non ſufficit ſumma neceſſitas.

Limita III. vt etiam debeant interuenire ſuperioris authoritas, & aliæ ſolemnitates in alienatione rerum Eccleſiæ ob neceſſitatem, de quo dixi ſuprà *n.*61.

Limita IV. dummodo non concurrat prohibitio hominis, quia res Eccleſiæ donatæ, vel relictæ cum hoc quòd non poſſunt alienari, nec etiam ex cauſa neceſſitatis alienari poſſunt, vt dixi ſuprà *n.*40.*&* 16.

Limita V. vt de cauſa neceſſitatis debeat aliter conſtare, quàm per aſſertionem alienantis, de quo etiam dixi ſuprà *num.*3.4.40.*&* 55.

Limita VI. quia vrgente neceſſitate non omnis res Eccleſiæ alienari poteſt: ſed ſemper incipiendum eſt à minùs damnoſa, vt dixi ſuprà *num.*67.

69 Vtilitatis cauſa an poſſint alienari res Eccleſiæ, dixi aliqua ſuprà *n.*13. quibus adde ea, quæ infrà dicentur *in ſequentib. numeris.* Conſtituaſque regulam affirmatiuam, quam per multa iura comprobat Redoanus *de reb.Eccleſ.rubr.*19.*n.*15.*vſque ad num.*27.*pag.*123. *& ſeq.* licèt enim res Eccleſiæ ſint ipſi Eccleſiæ vtiles, poſſunt tamen alienari pro rebus vtilioribus, vt per Redoanum *ibidem num.*63.*pag.*126.

70 Sed an dicatur alienatio vtilis Eccleſiæ, quando ex ea damnum non patitur; an verò ſit neceſſe, quòd non ſolùm non patiatur damnum, ſed quòd lucrum ex ea conſequatur; multa refert pro & contra idem Redoanus *d.rubr.*19.*n.*1.*& ſeqq.vſque ad num.*15.*pag.*122. *& ſeqq.& ibidem n.*27.28.43.44 45.46. Sed veritas eſt, quòd non ſufficit, quòd Eccleſia non patiatur damnum; quia debet verè interuenire vtilitas, & non qualis qualis: ſicut etiam nec qualis qualis neceſſitas ſufficit, vt dixi ſuprà *n.*68. vbi etiam quòd debet eſſe euidens vtilitas, & quæ dicatur euidens vtilitas, & de practica tam in Vrbe, quàm extrà habendi à Pontifice licentiam alienandi, ſi in euidentem Eccleſiæ vtilitatem. Redoanus *d.rubr.*19.*n.*79. *& ſequentib. vſque ad num.*122.*pag.*127.*& ſeq.& num.*126. *vſque ad num.*137. *pag.*129.*& ſeq. & n.*168. *& ſequen. vſque ad num.*174. *pag.*172. vbi etiam vt ſuprà, quòd non ſufficit qualis qualis vtilitas, niſi etiam ſit euidens. Et quòd propterea dare Eccleſię rem, ſeu pretium iuſtum, & æquiualens, non dicitur dare vtilitatem; ſed damnum, & alia ad prædictam materiam ibi videas. Et de iſta practica habendi licentiam à Pontifice alienandi res Eccleſiæ dixi particulariter infrà *num.*97.

71 Item an alienatio dicatur vtilis, ſi tempore celebrationis contractus ex communi opinione Canonicorum vtilis apparebat; ſed poſtea apparuit, & euenit damnoſa: an attendatur iſto caſu tempus celebrati contractus, an verò id quod poſtea contigit? Et an in caſu, in quo ex poſt facto apparet alienatio non vtilis, detur Eccleſiæ reſtitutio in integrum aduersùs eam, ex quo fuit læſa? An verò talis alienatio ſit nulla à principio ipſo iure, multa pariter pro & contra refert Redoanus *d.rubr.*19.*n.*26.*& ſequen. vſque ad num.*50.*pag.*124.*& ſeq.& pag.*126.*n.*60. Sed *in pag.*130.*num.*137. *& ſeqq. vſque ad num.*154. *in diſcurſu*, concludit, quòd ad cognoſcendum, an Eccleſia fuerit in alienatione læſa; an verò vtilitatem perceperit, attenditur tempus contractus, & non tempus anterius, aut poſterius, & hoc ego credo verum. Faciunt infra tradita *q.*41.*n.*38.& quæ dixit idemmet Redoan.*pag.*491.*n.*13.

72 Et venditione facta ob vtilitatem Eccleſiæ, an emens teneatur probare pretium verſum in vtilitatem Eccleſiæ? Dic quòd non, quia ſufficit vt emat pro vtilitate Eccleſiæ: pretium verò exburſatum vendentium conſcientiis diſtribuendum relinquere. Nihil enim refert, quòd Prælatus non conuertat pretium in vtilitatem Eccleſiæ, propter quam ſit alienatio; dummodo vtiliter res alienetur, vt per Redoanum *de rebus Eccleſia rubr.* 19. *num.* 50 *& ſeqq. vſque ad num.*56.*pag.*125. *& ſeq.* vbi etiam refert contrarium tenentes: prout contrarium videtur dicendum ex ſuprà in ſimili traditis *ſub num.*40 de venditione facta ex cauſa neceſſitatis, quòd ſcilicet emens debet probare pretium verſum in Eccleſiæ neceſſitatem

expoſitam

Digitized by Google

expoſitam in contractu. Ita idem videtur dicendum, quòd debeat probare verſum in vtilitatem, quando cauſa vtilitatis res venditur. Facit quod dicit idem Redoanus *ibidem num. 69. & 70. pag. 126.* vbi quòd non ſtatur confeſſioni Prælati aſſerentis pretium verſum in vtilitatem Eccleſiæ: prout in ſimili dixi ſuprà *d. num.* 40. pariter non ſtari aſſertioni Prælati dicentis pretium verſum in vtilitatem Eccleſiæ. Ad hanc materiam vide omninò eumdem Redoanum *pag. 256. & ſeq. num. 6. & omnib. ſequentib.* vbi inter alia, quòd verſio in vtilitatem Eccleſiæ non eſt probanda per contrahentem cum ea, niſi in tribus caſibus. Primò in depoſito. Secundò in mutuo, de quo dicam infrà *num.* 106. Tertiò in alienatione ex cauſa neceſſitatis, de quo dixi ſuprà *ſub n.* 40. Item vide eumdem Redoanum *pag 315. & ſeqq. vſque ad pag.* 331. vbi latè *in diſcurſu*, quando & in quibus contractibus contrahens cum Eccleſia debeat probare verſionem in eius vtilitatem. Et quomodo probanda talis verſio, ibi latè ponitur materia. Et licèt loquatur in contractu mutui, de quo particulariter dixi infrà *n.* 106. eius tamen dicta ſunt generalia ad omnem caſum, & faciunt in ſimili ſuprà tradita de cauſa neceſſitatis *n.* 40.

73 Vtilitas autem, propter quam res Eccleſiæ alienantur, ſufficit nedum perpetua & duratura, puta quando pretium ex alienatione perceptum conuertitur in emptionem alicuius rei ſtabilis: ſed ſufficit etiam temporalis, puta quando res venditur, vt ex eius venditionis pretio colantur agri, vel colligantur fructus. Redoan. *rubr. 19. num. 50. 56. & ſeq. vſque ad n. 63.* vbi etiam refert contrarium tenentes *pag.* 126.

74 Vtilitas etiam, quæ ſufficiens ſit, & quæ non, pro alienandis rebus Eccleſiæ, iudicatur arbitrio boni viri. Redoan. *rubr. 19. pag. 126. num.* 54.

75 Vtilitatis cauſa quòd ſit facta alienatio non præſumitur, niſi probetur. Redoanus *d. rubr. 19. num. 67. pag* 126 Amplia vt nec credatur Notarij, inſtrumenti, ſeu Prælati, ac contrahentium aſſertioni, quòd res fuerit alienata in vtilitatem Eccleſiæ, niſi aliunde conſtet de vtilitate, *ibidem num. 65. vſque ad 79. in diſcurſu.* Quòd Prælati confeſſioni aſſerentis ſe alienare ex cauſa, non credatur, dixi ſuprà *num.* 3. 4. 40. adde Redoanum *rubr. 22. num. 38. & ſeqq. pag.* 152. vbi de communi. Fallit quando in inſtrumento interuenerunt ſolemnitates, quia facta alienatio ſolemniter facit præſumere vtilitatem, *num. 73. & ſeqq.* de qua fallentia vide etiam ſuprà *num* 13. & de ea ego dubito: quia ſolemnitas & cauſa differunt inter ſe; nec video, quomodo ex ſolemnitatibus præſumi poſſit cauſa vtilitatis, poſtquam vtrumque debet interuenire in huiuſmodi alienatione, vt dixi ſuprà *num.* 59. Sed quòd vtilitas præſumatur ex confirmatione Apoſtolica, tradit idem Redoanus *rubr. 21. num. 83. pag. 147. & ibidem num. 88. & ſeqq* vbi generaliter, quòd ex licentia habita, & decreto interpoſito à Commiſſario & delegato Apoſtolico cauſa præſumitur in alienatione rerum Eccleſiæ, de quo etiam dixi ſuprà *num.* 4. & ad præmiſſa vide in ſimili ſuprà tradita de neceſſitate, an & quando præſumatur *ſub num.* 40. & generaliter ſuprà *num.* 3. & 4.

76 Vtilitas ſi in alienatione rerum Eccleſiæ non interuenit, etiam quòd ſuperioris conſenſus & decretum cum cauſæ cognitione interuenerit cum aliis ſolemnitatibus; nulla tamen eſt alienatio, ſi probetur non fuiſſe vtilem: taliſque & licentia & decretum ſuperioris eſt nullum, tanquam ex falſa cauſa interpoſitum. Redoanus *de reb. Eccleſ. rubr. 19. num. 155. & ſeqq. vſque ad* 168. *pag. 131. & ſeq. & rubr. 21. num. 71. & ſeqq. vſque ad n. 84. pag. 146. & ſequen.* declara vt per eumdem Redoanum *pag. 179. num. 12. & 13.*

77 Superioris conſenſus, ſeu licentia de alienando, quatenus in euidentem vtilitatem, ita generaliter conceſſa non valet, quia debet eſſe ſpecialis & reſtricta ad certas res. Et an hoc habeat locum in mobilibus, & an valeat conſuetudo in contrarium, ponit Redoanus *dicta rubr. 19. num. 112. vſque ad num. 125. pag.* 129.

78 Pietatis cauſa, & ad pias cauſas Eccleſiæ res alienari poſſe tetigi aliquid ſuprà *num.* 12. & id probat Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. 20. n. 1. pag. 136. & pag. 138. n. 36. & ſeqq. vſque ad n.* 42. vbi ampliùs, quòd ex cauſa pietatis ſolus Prælatus poteſt ad ſuam vitam concedere prædia Eccleſiaſtica. Et benè dixit *ad ſui vitam*; quia ſi vellet in perpetuum, requirerentur ſolemnitates Canonicæ, quæ ſemper debent interuenire, etiam cauſa ſubſiſtente, vt dixi ſuprà *ſub n.* 59. Cauſa autem pia dicitur ædificare de nouo, ſeu reſtaurare templa Dei, ſepulchra, & cœmeteria, *ibidem n. 7. & 13. pag.* 137. Item humare cadauera, & nubere virgines & viduas, vt *ibidem n. 65. pag.* 139. & de hoc vide etiam ſuprà *n.* 46. Item pia cauſa eſt redimere captiuos, de quo dixi ſuprà *n.* 32. Item alere & ſubuenire pauperibus. Redoan. *pag. 255. n. 4. vſque ad n. 10. & n. 2. & ſeqq.* vbi quòd id multò magis procedit, quando Epiſcopus donat Clericis, & Capitulo ſuo indigenti: & idem *in pag. 286. & ſequen. n. 1. & ſeq.* vide per eumdem Redoanum *per totam prædictam rubricam 20. in diſcurſ. pag. 136. & ſeq.* Etiam quòd quis culpa ſua in paupertatem inciderit, vt *ibi num. 69. & ſeqq. vſque ad 73. pag.* 140. licèt aliqui per eum relati contrarium dixerint.

Amplia, vt ex cauſa pietatis & res ſacræ vendi poſſint, vt ibidem per Redoanum *num. 9. &* 12. & dixi generaliter ſuprà *num.* 31. modo tamen & forma, de qua infrà *num.* 9.

79 Sacræ res mobiles, puta Calices, veſtes, Cruces, candelabra, paramenta, & alia ornamenta, quibus ſpiritualia adminiſtrantur, nulli dubium, quòd ex cauſa alienari poſſunt, vt per Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. 20. n. 12. pag.* 137. & latiùs *rubr. 6. & 7. pag. 63. & ſeqq* & dixi ſuprà *num.* 11 in hac eadem quæſtione. Modò addendo ſcias, quòd res ſacræ, quando ex cauſa alienantur laicis, non alienantur ſub eadem forma, ſed confracta & conflata. Eccleſiæ autem alteri poſſunt ſub eadem forma alienari: ad quam materiam vide Redoan. *d. rubr. 20. n 9. & ſeqq. vſque ad num. 36. in diſcurſu, pag. 137. & ſeq. & pag. 138. num. 32. 33. & 43. & rubr. 18. num. 91. pag. 116. & rubr. 6. in diſcurſu, pag.* 63.

80 Eccleſiæ res emens, ſeu alienans, non eſt tutus in foro conſcientiæ apud Deum. Redoanus 21. *num. 93. pag.* 147. vbi tamen loquitur in emente, ſeu alienante ſine cauſa. Sed quid de emente cum cauſa, ſed ſine ſolemnitatibus? dic quòd adhuc non eſt tutus in foro conſcientiæ; ſi erat in mala fide. Redoanus *pag. 223. & ſeq. num. 1. & ſeqq. vſque ad num.* 8. vide eumdem Redoanum *pag. 257. num.* 16.

81 Dixi ſuprà *n.* 21. in alienationibus rei Eccleſiæ interuenire debere tractatum. Modò ſcias, quòd tractatus nihil aliud eſt, quàm cauſæ cognitio. Item tractatus nihil aliud eſt, quàm per Prælatum & Capitulum in vnum congregatos ſuper alienatione rei Eccleſiaſticæ facta diſcuſſio. Redoanus *rubr. 24. n. 4. vſque ad n. 24. pag.* 162. vnumque & idem ſunt cauſæ cognitio & tractatus, & vbi tractatus præceſſit, ibi dicitur præceſſiſſe cauſæ cognitio, & vbi præceſſit tractatus, ibi non eſt ampliùs neceſſaria cauſæ cognitio. Hæc Redoanus *rubr. 22. n. 49. 51. 52. & 53. pag* 152. Regulariter autem in conſenſu, ſeu licentia per ſuperiorem præſtanda alienationi rerum Eccleſiæ interuenire debere cauſæ cognitionem, per multa iura probat idem Redoan. *d. rubr. 22. n. 1. & ſeq. vſque ad n. 38. pag. 149. & ſeqq.*

& pari modo debere interuenire tractatum, dixit idem Redoan. *rubr.24. num.1.2.3. & num.11. & 12. pag. 162.* & in auctoritate ſuperioris particulariter debere præcedere cauſæ cognitionem, dixi infrà *num. 91.* Hæc autem cognitio cauſæ non ſolùm verſatur in eo, an res ſit alienanda, necne; ſed ex alienandis vt minus vtilis alienetur, vt dixi ſuprà *num.67.* & quando hæc cognitio fit ab Epiſcopo, non eſt neceſſe, quòd fiat iudicialis cum teſtium examinatione, citatione, & aliis ſolemnitatibus ſimilibus, quia ſufficit non ſolemnis, extraiudicialis, & ſemiplena, vt *ibidem* per Redoanum *num.48.50.51. pag.152.* Si autem talis cognitio cauſæ fiat à Commiſſario Apoſtolico, cui Papa commiſit, quòd ſe informet de contentis in ſupplicatione, & conſtito quòd in euidentem vtilitatem licentiam impartiatur, &c. & tunc debet eſſe iudicialis parte citata, item per ſententiam, & aliàs, vt *ibidem* per Redoanum *num.54. & omnibus ſequentib. pag.153. & ſeq.* vbi alia de modo & ordine, quem in iſto caſu in impertiendo licentiam ſeruare debet Commiſſarius Apoſtolicus, vbi *in d. num.54. & 78.* dicit, quòd vbi interuenit licentia Commiſſarij Apoſtolici, non eſt neceſſarius alius tractatus: quia illa cauſæ cognitio, quam facit Commiſſarius, ſuccedit loco tractatus, vt *ibi, & rubr.24. num.66. & ſeq. pag. 165.* nonnulla ad hanc materiam huius Commiſſarij Apoſtolici, vide infrà *num.97.* & idem quòd non requiratur tractatus, ſeu alia diſcuſſio, quando interuenit licentia huius Commiſſarij, ponit idem Redoanus *pag.229. num.26. & ſeq.* & dixi ſuprà *num.27.* & tractatus non præſumitur, ideo probandus aliter, quàm per aſſertionem contrahentium & Notarij, ac per confeſſionem Prælati, vt per Redoanum *d.rubr. 24.num.24.25.29. & ſeqq. vſque ad num.41.* vbi etiam quòd de tractatu debet fieri publicum, & ſeparatum inſtrumentum, prout etiam de iis dixi ſuprà *num 3. & 4. & num.40. & 75.* vbi generaliter poſui, quòd non creditur ſuper cauſis contrahentium, & inſtrumenti aſſertioni, & confeſſioni, & faciunt etiam generaliter tradita infrà *quæſt.17. num. 2.* vbi etiam generaliter poſui, an Notario aſſerenti ſolemnitates interueniſſe credatur. Et iſte tractatus ſufficit vnicus, licèt aliqui trinum requiſierint tractatum, prætterquam in alienationibus rerum Monaſterij ſancti Benedicti, in quibus ſecundùm eorum conſtitutiones tractatus debet præcedere duorum dierum interpellatorum: vt per Redoanum *d. rubr.24. num.16. & ſeqq. vſque ad num.30. pag.163.* Item huiuſmodi tractatus requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, quæ eſt Collegiata, & habet Capitulum: ſecus Eccleſiæ non Collegiatæ. Redoanus *d.rubr.24. num.41. & ſeqq. vſque ad num.51. pag.164.*

82 In iſto tractatu & deliberatione per Capitulum facienda, an ſint vocandi abſentes, & qui, dixi ſuprà *num.6.* An autem ex vocatis debeant interuenire duæ tertiæ partes, an verò maior pars, & de materia, vltra ſuperiùs generaliter tradita *quæſt. 15. num.6. & 14.* vide particulariter Redoanum *rubr.24. n.52. & ſeqq. vſque ad num.62.* vbi *in pag. 53. num. 165.* concludit, quòd debent ex vocatis interuenire duæ tertiæ partes: ſed quòd ex iſtis duabus tertiis partibus erit attendenda deliberatio maioris partis eorum, etiam quòd non omnes ſint eiuſdem voti. Et maior pars iſto caſu intelligitur reſpectu maioris numeri, non autem maioris dignitatis, ſeu ſanioris iudicij, vt per Redoanum *rubr.25. §. ſed ſi opponatur, num.5. & omnib. ſequentib. pag. 193.* licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint. Et an credatur Notario aſſerenti interueniſſe duas tertias partes, vel maiorem partem? & quis hoc debeat probare, & de materia vide Redoanum *eodem §. ſed ſi opponatur, num.1. & ſeqq. vſque ad num.5. pag.192.* faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt.15. n.24.* & quæ generaliter dixi hac eadem quæſt. *num.3.*

Poſt ſequutum tractatum, qui eſt prima ſolemni- 83
tas alienationis rerum Eccleſiæ, de quo dixi ſuprà *num.21. 81. & ſeq.* debet ſecunda ſolemnitas interuenire, quæ eſt conſenſus illius Capituli, quod tractauit de re ſua alienanda. An autem iſte conſenſus debeat per Canonicos ſe ſubſcribentes præſtari, & ſic an in alienatione rerum Eccleſiæ requiratur Canonicorum ſubſcriptio, multa ad materiam, ſed confusè more ſolito refert Redoanus *rubr. 26. per totam, pag. 197. & ſeq. & pag.225. num.11.* vbi quòd ſcriptura non eſt de ſubſtantia, licèt quoad faciliorem probationem bonum ſit & expediat illam adhibere. Qua in re nota, quòd tractatus præcedit conſenſum, & poſt tractatum requiritur conſenſus, & ſolus tractatus ſine conſenſu nihil operatur, vt per Redoanum *de rebus Eccleſiæ rubr. 24. num. 2. & 3. pag. 162.* latiùs *in rubr.25. num.1. & ſeqq. vſque ad num.20. pag.166. & ſeqq.* & quando Eccleſia eſt Collegiata, & habet Capitulum, tunc illius Capituli requiritur conſenſus. Si verò eſt Eccleſia inferior, puta parochialis non habens Capitulum, tunc ſufficit conſenſus Rectoris illius Eccleſiæ abſque eo, quòd debeat interuenire conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, & ſuperioris: at ſine conſenſu illius Rectoris Epiſcopus nullo modo alienare poteſt. Hæc in ſumma, multa referendo, tradit Redoanus *rubr.25. num. 25. verſ. in alienatione verò rei Eccleſiæ inferioris, &c. & ſeq. vſque ad num.30. pag.168. & ſeqq.* An in alienatione rei modicæ ſit neceſſarius conſenſus Rectoris, ſeu Capituli, dixi ſuprà *num.60.* An autem conſenſus Capituli debeat interuenire in actu alienationis, vel an ſufficiat pòſt, dic quòd in actu, quando alienatio eſt perpetua; ſi verò temporalis, ſufficit poſt actum, ſed alienatio valebit, & non prout ex tunc. Redoanus *d. rubr. 25. §. & iſte conſenſus Capituli, num.1. & ſeqq. vſque ad num. 5. & num.17. vſque ad num.25. pag. 182. & ſeq.* faciunt in ſimili tradita de authoritate ſuperioris ſuprà *num.19.* Sed quòd indiſtinctè Capitulum poſſit ratificare alienationem factam ſine eius conſenſu, quando Eccleſiæ vtilis eſt, etiam quòd ſit perpetua, videtur de mente eiuſdem Redoani *in pag.185. num.4. & omnib. ſequentib. per totum illum §. pag 185. & ſeq.* Verùm quæſtio hæc pendet à ſuprà traditis *num.13.* vbi poſui, an alienatio ſine ſolemnitatibus, vtilis tamen Eccleſiæ, valeat. Vide eumdem Redoanum *pag. 190. num.24. & pag.210. & ſeqq. num.5. & omnib. ſequentib.* & quæ in ſimili de ſuperioris auctoritate dicuntur ſuprà *n.19.* & infrà *num.98.* & an conſenſus Capituli debeat eſſe expreſſus, an verò ſufficiat tacitus, ſcientia ſcilicet, & non contradicentia; dic quòd expreſſus requiritur in alienationibus perpetuis, ſecus in temporalibus, & hoc vltimum limitatur duobus modis, dummodo non alienetur res magna ad tempus, & dummodo non alienetur ad longum tempus: quia in alienationibus alicuius rei magnæ etiam ad tempus factæ, item in alienationibus ad longum tempus, conſenſus requiritur expreſſus, nec ſufficit ſcientia, & non contradicentia, vt per Redoanum *d. rubr.25. d. §. & iſte conſenſus Capituli, per totum in diſcurſu, dicta pag.182. & ſequen.* & quòd talis Canonicorum & Capituli conſenſus non valeat ſingulorum ſingulariter habitus, ſed debeat haberi in communi, ponit idem Redoanus *d.rubr.25. §. & quia ſolet dubitari, per totum num.1. & ſequen. pag.184. & ſequentib.* & an ſingulorum conſentientium nomina ſint exprimenda per Notarium; an verò ſufficiat dicere, maior pars Capituli, vel Capitulum conſenſit, &c. vide eumdem

Redoa

Digitized by Google

Redoanum *d.rubr.25.§.& in tali Canonicorum, per totum, num.1. & ſeqq. pag.*191. & faciunt in ſimili ſuprà tradita *quæſt.* 15. *num.* 29. & an conſenſus Capituli præſumatur, & quis debeat probare illum interueniſſe, & de materia, vide eumdem Redoanum *d.rubr.25.§.& an præſumatur, num.1. & ſeqq. vſque ad num.19. pag.* 195. *& ſeq.* Sed an præſumatur ex antiquitate temporis, dixi ſuprà *num.2.*

84 Vltra tractatum, & Capituli conſenſum, & ſubſcriptionem, de quibus ſuprà, in alienatione rerum Eccleſiæ eſt etiam neceſſaria ſuperioris authoritas, ſeu licentia, prout aliqua dixi de hac materia ſuprà *num.*16. 17. & 18. quibus addenda ea, quæ infrà in numeris ſequentibus traduntur. Primò ad comprobationem huius regulæ, quòd res Eccleſiæ non poſſint alienari ſine ſuperioris licentia, videas Redoanum *de reb. Eccleſ. rubr.* 27. *num.* 1. *& ſeqq. vſque ad num.*10.*pag.*201.*& num.*57. *pag.*207. vbi quòd alienatio rei Eccleſiæ ſine ſuperioris auctoritate eſt ipſo iure nulla.

85 Quando Epiſcopus alienat res Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ; ſufficit conſenſus Capituli illius Eccleſiæ, nec requiritur auctoritas Archiepiſcopi, ſeu Papæ. In alienatione enim rerum Eccleſiæ ſufficit conſenſus & auctoritas Epiſcopi, abſque eo quòd interueniat auctoritas Archiepiſcopi, ſeu Papæ: niſi in caſu, quo Epiſcopus expreſsè iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice, quia tunc illius auctoritas eſt neceſſaria. Hæc in ſumma videtur concludere Redoanus *rubr.*25.*num.*20.*& ſeqq. vſque ad num.*25.& paulò infrà, *vſque ad verſ. In alienatione verò rerum Eccleſiæ inferioris*, &c. faciunt ſuprà tradita *num.*16.17.& 18 & vide eumdem Redoanum *rubr.*27.*num.*45.*& ſequentib. vſque ad num.*57.*pag.*206. *& ſequen.*

86 In alienatione verò rerum Monaſterij non ſufficit licentia Abbatis, niſi etiam Epiſcopi interueniat auctoritas. Solus enim Abbas res ſui Monaſterij alienare non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi, vt per Redoanum *rubr.*25. *§ in rebus autem Monaſterij.* &c. *per totum pag.*171.*& ſeq.* vbi *num.*7.8 9. & 18. id limitat in Abbate exempto habente ſub ſua iuriſdictione aliquos Prioratus, quorum bona cum ſola ipſius Abbatis licentia alienari poſſunt, (Abbatis, inquam, exempti, & Epiſcopalem poteſtatem habentis) vt *ibi*. Et ad hanc materiam vide Rolandum ſuprà allegatum *num.* 17. & quæ generaliter de alienatione rerum Monaſterij pariter ſuprà dicuntur *num.*7.8. & 9. & an valeat conſuetudo, quòd Abbates poſſint res ſui Monaſterij alienare ſine conſenſu Epiſcopi, vide Redoanum *ibidem pag.*173.*num* 19. & 20. & quæ ſuprà de conſuetudine generaliter dixi *num.*5. Ad omnia ſupradicta vide eumdem Redoanum *rubr.* 27. *num.*10.& 11.*pag.*201.*in fine, & ſeq. & num.*60.61.64. *& omnibus ſequentib. pag.*207.*& ſeq.*

87 Et in alienatione rerum hoſpitalis, an ſit neceſſaria Epiſcopi authoritas, & aliæ ſolemnitates requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ? dic quòd ſic, quando Hoſpitale eſt fundatum cum auctoritate Epiſcopi: ſecus ſi ſine illius authoritate, vt per Redoanum *rubr* 25.*§.ſed quid de bonis hoſpitalium, per totum, pag.* 173.*& ſeq.* vbi etiam, quid de alienatione bonorum mobilium hoſpitalis, ſeu aliarum oblationum, & eleemoſynarum, ſeu relictorum: de quo etiam particulariter per eumdem Redoanum in *pag* 261. *col.*2. *num.*1.*& ſeqq.* Vide de hac materia etiam quæ ſuprà poſui *num.* 26. *& n.* 21. vbi de alienatione bonorum Confraternitatis, & eumdem Redoanum *rubr.* 27. *num.*11.*& ſequen. vſque ad num.*30.*pag.* 202. *& ſeq. & pag.*230.*& ſeq. rubr.*28. *per totam, & pag.* 258. *& ſeq. num.*1.*& ſeqq.* vide infrà *verſ. hoſpitale num.*1. & applices huic materiæ.

88 Sede autem vacante, & ſic Eccleſia vacante per mortem Epiſcopi, Abbatis, & Prælati, an eius Eccleſiæ bona alienari poſſint, & cum cuius ſuperioris authoritate, multa refert Redoanus *de rebus Eccleſiæ rubr.*25. *§. ſed ſi ſit Eccleſia ſedes vacans, & §. ſeq. pag.* 176.*& ſeqq.* vbi tam in Eccleſia Cathedrali, quàm in parochiali, & quàm etiam in Conuentuali, ſeu Monaſterio, *& rubr.* 27. *§. ſi verò mortuus eſt Prælatus, num.*1.2.*&* 3. *pag.*210. quibus in locis habetur etiam quando & quomodo Eccleſia obligetur ex mutuo eidem facto ſede vacante: de quo etiam vide particulariter eumdem Redoanum *pag.* 256. *num.*1.*&* 2. Sed generaliter de mutuo facto Eccleſiæ, vide infrà *num.*106. Ad materiam prædictam vide eumdem Redoanum *pag.*272.*num.*17.*& ſeqq vſque ad num* 31.

89 Et an auctoritas, ſeu conſenſus Patroni requiratur in alienatione rerum Eccleſiæ patronatæ. Redoanus *de reb. Eccleſ. non alienand. rubr.*25. *§. & ſi Eccleſia, vel beneficia, per totum, pag.*180.*& ſeq.*

90 Et an ſuperioris licentia ſufficiat poſt actum interuenire, an verò debeat in ipſo actu accedere, dixi ſuprà *num.*19.& infrà *num.*98.

91 Superioris authoritas in alienatione rerum Eccleſiæ debet interponi non ex abrupto, ſed maturè & præcedente cauſæ cognitione, aliàs interpoſita non valet. Redoanus *rubr.* 27. *num.*30. *& ſeqq. vſque ad num.*35.*pag.*204. in quo aduertas, quòd, vt ſuprà dixi *num.*81. cauſæ cognitio, & tractatus idem ſunt. Ideò vbi præceſſit tractatus, hoc eſt, diſcuſſio Prælati cum Capitulo, & ſequitur poſtea ipſius Prælati auctoritas, ibi dicitur præceſſiſſe dicta cauſæ cognitio: de qua quidem cauſæ cognitione multa dixi ſuprà *d. num.*81. vbi tradita ſunt eadem cum iſta materia, & inter alia poſui, quam cognitionem cauſæ debeat adhibere Commiſſarius Apoſtolicus, antequam impartiatur licentiam alienandi.

92 Et cuius ſuperioris auctoritas requirenda ſit, an loci, vbi res alienata ſita eſt; an verò loci, vbi habet domicilium alienans, & ſic Eccleſiæ, cuius bona alienantur: multas refert opiniones Redoanus *d. rubr.* 27.*num.*37.*vſque ad num.*45. *pag.*204. *& ſeq.* Sed tandem *in num.*44. reſidet cum ea opinione, quæ ſolùm requirit auctoritatem ſuperioris non loci, in qua res alienata ſita eſt; ſed loci Eccleſiæ, cuius res alienatur.

93 Vicarius autem Epiſcopi non poteſt in huiuſmodi alienatione ſuam auctoritatem interponere: ſed Epiſcopus ipſe, vt per Redoanum, qui reſpondet contrariis, *dicta rubr.* 27. *num.* 59. *&* 60. *pag.* 207. *& ſeq.*

94 Legatus autem de latere poteſt in alienatione rerum Eccleſiæ ſuam auctoritatem interponere. Redoanus *d.rubr.*17. *n.*63.*pag.*208. Ad materiam idem Redoanus *pag.*308.*num.*11.*&* 12.

95 In alienatione verò rerum Monialium, quæ auctoritas ſit requirenda, dixi ſuprà *num.*9.

96 Et ad præmiſſa omnia aduerte, quia dum dixi requiri in alienationibus rerum Eccleſiæ conſenſum ſuperioris, modò ſcilicet Epiſcopi, modò Abbatis, modò Archiepiſcopi & aliorum: hæc, inquam, procedunt de iure Canonum antiquo; at hodie per ius nouiſſimum ex diſpoſitione *Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien. in Extrauag. commun.* Eccleſiæ bona non poſſunt alienari inconſulto Pontifice, & ſic ſine Pontificis authoritate: de qua Extrauag. ſæpè in ſuo tractatu verba facit Redoanus in pluribus locis, præſertim *in pag.*186. *num.*1. *& pag.*188. *num.*1. *&* 2.

97 De practica autem tam in Vrbe, quàm extrà, obtinendi licentiam alienandi à ſummo Pontifice, multa congerit Redoanus *rubr. 19. num. 89. & ſeqq. vſque ad numerum 12. pag. 127. & ſeq. & rubr. 27. §. ego autem dico, num. 3. & ſeqq. pag. 212. & pag. 222. num. 32. 33. & 34.* quibus in locis inter alios modos obtinendi hodie à Papa licentiam, & auctoritatem alienandi, ponit illum magis frequentem, quòd porrigitur in ſignatura, Sanctiſſimo ſupplicatio, vide ſuprà *num.* 27. & Sanctiſſimus committit alicui iudici, vt ſe informet de contentis in ſupplicatione, & conſtito quòd alienatio redundet in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, illam auctoritate Apoſtolica confirmet, & omnes ſuppleat defectus, & ibi aliqua de hoc Commiſſario Apoſtolico ponit in materia. An autem & quam cauſæ cognitionem debeat iſte Commiſſarius Apoſtolicus adhibere, antequam confirmet alienationem, vel alienandi licentiam impertiatur, dixi particulariter ſuprà *num.* 81. vbi alia de modo & ordine ſeruando per huiuſmodi Commiſſarium.

98 Hæc autem ſuperioris auctoritas, & licentia alienandi, debet vel in ipſo actu alienationis, vel parum antè, vel incontinenti pòſt interuenire: vt per Redoanum *rubr. 27. num. 5. & omnibus ſequentib. pag. 210. & ſeq. & pag. 228. num. 22.* vbi idem de auctoritate Epiſcopi in alienatione rerum Hoſpitalis. Sed quid ſi alienatio ſit vtilis Eccleſiæ, an poſſit ſuperior ex pòſt facto illam ratificare, & ſuam auctoritatem interponere. Hæc quæſtio reſoluitur ex generaliter traditis ſuprà *num.* 13. vbi poſui, an alienatio vtilis Eccleſiæ ſine Canonicis ſolemnitatibus facta valeat. Item ex traditis in ſimili de conſenſu Capituli, an poſſit poſt actum interuenire ſuprà *ſub num.* 83. Particulariter tamen ad eam videas Redoanum in nuper citato loco *d. pag.* 210. *d. num 5. & omnib ſequen.* & vnum ſcias, quòd Papæ confirmatio (licèt in aliis inferiorum à Papa auctoritatibus poſſet dubitari) quandocunque poſt alienationem interueniat, ſemper illam confirmat, vt per Redoan. *pag. 220. num. 18. & pag. 112. num. 19.*

99 Dixi ſuprà *num.* 59. non valere alienationem rerum Eccleſiæ ſine iuſta cauſa & ſolemnitatibus factam. Quæro modò, an tali caſu ſit hæc alienatio nulla ipſo iure; an verò veniat annullanda: dic quòd licèt ſit nulla ipſo iure, vt per Redoanum *quæſt. 22. per totam, pag. 458. & ſequentib.* Non tamen Prælatus poteſt propria auctoritate occupare res Eccleſiæ nulliter alienatas, quia eſt priùs neceſſaria iudicis declaratoria, vt ibidem *pag. 460. & ſeq. §. ſed licèt, per totum, num. 1. & omnibus ſequen.*

100 Sed quæ actiones competant pro recuperatione rerum Eccleſiæ nulliter alienatarum? Dic primò, quòd datur actio ex eodem contractu, ac etiam officium iudicis, vt alienatio declaretur nulla. Redoan. *pag. 401. num. 1. 2. 3.* Dic ſecundò, quòd Epiſcopus poteſt generaliter formare inquiſitionem contra indebitos detentores rerum Eccleſiæ, & ſic contra eos ex officio per viam inquiſitionis procedere. Redoanus *pag. 464 num. 21. 22. & 23.* ſolàque admonitione præmiſſa ad excommunicationem procedere. *ibidem pag. 463. num.* 1. Dic tertiò, quòd poteſt intentare poſſeſſorium, vel remedium *cap. reintegranda*, vel remedium *l. ſi quis in tantam*, vel aliud; quo caſu ſufficit probare de poſſeſſione, nec dominij exceptio obſtabit. Redoanus *ibid. pag. 466. num. 8. 9. & 10.* ibi etiam quando ſufficiat probare poſſeſſionem, & quando debeat probari dominium. Dic quartò quòd habet actionem perſonalem, condictionem ſcilicet ex Canone contra alienantem, & rei vendicationem contra poſſeſſorem, de quo dixi ſuprà *n.* 54. Dic quintò, quòd habet reſtitutionem in integrum: hanc autem reſtitutionem ad hoc vt Eccleſia habeat, plura requiruntur. Primò, vt Eccleſia ſit deſtituta omni alia actione: quia ſi Eccleſia habeat actionem, & ſic ordinarium remedium, non poteſt reſtitutionem petere. Redoanus *pag. 476. num.* 1. faciunt generaliter tradita *in Repertorio iudic. verſ. Reſtitutio num.* 40. Hinc eſt, quòd quando contractus rei Eccleſiaſticæ eſt factus ſine debitis ſolemnitatibus; tunc cùm ſit ipſo iure nullus, & dentur Eccleſiæ plura alia prænarrata remedia; ideo non habebit in integrum reſtitutionem, quæ tunc ſolùm ei conceditur, quando contractus valet, ſed eſt læſa, vt *ibidem* per Redoanum *dicto num. 1. vſque ad num. 7. & 11. & pag. 482. num. 1. & 2.* Secundò requiritur, quòd Eccleſia non ſit modicè læſa ex alienatione, ſed enormiter. Redoanus *ibidem num. 2. 3. & 13.* pro modica enim læſione non conceditur Eccleſiæ reſtitutio, vt dixi *in Repertor. indic. quæſt. 49. num. 23.* Tertiò requiritur, quòd læſio non ſit vltra dimidiam: quia ſi eſt vltra dimidiam, ei non datur reſtitutio, ſed remedium ordinarium *legis* 2. *C. de reſcinden. vendit.* Redoanus *ibidem pag. 476. n. 1. 4. & 5.* & dixi infrà *quæſt. 42. num.* 39. Quartò requiritur, quòd petatur infra quadriennium, non pòſt. Sed de hoc dixi *in Repert. indic. verſ. Reſtitutio in integrum num.* 41. vide ad hanc materiam Oddum *in ſuo tractatu de reſtitut. in integr.*

Item quibuſnam competat ius recuperaodi res 101
Eccleſiæ nulliter alienatas? Dic in primis etiam eidem Prælato, qui illas alienauit. Iſto enim caſu admittitur contra factum proprium, quia non agit proprio ſuo nomine, ſed Eccleſiæ. Redoanus *pag. 462. & ſeq. num. 1. vſque ad num. 20. & pag. 464. num. 23.* vbi *num. 13. &* 18. ampliat etiam, quòd Prælatus alienans iuraſſet. Pro primo dicto vide *ibid. pag. 465. num.* 6. & iuramentum Prælati non validat alienationem nullam. Redoan. *pag. 479. num. 13. & pag. 312. num. 7. in fine, & num. 12. &* 13. Item hoc ius competit Epiſcopo, qui generaliter pro omnibus rebus ſuæ Eccleſiæ ſubiectis agere poteſt: quod intellige vacante Eccleſia, cuius res ſunt alienatæ; at ſi Eccleſia habeat Rectorem, Epiſcopus non præfertur illi Rectori habenti ſpeciale intereſſe. Redoanus *pag. 465. num. 1. 3. &* 4. Item hoc ius non ſolùm competit Epiſcopo, ſeu Rectori; verùm etiam cuilibet alteri Eccleſiaſticæ perſonæ, etiam quòd non ſit de illa Eccleſia, cuius res ſunt alienatæ, dummodò ſit eiuſdem ciuitatis. Immò etiam & hoc ius competit patrono laico, & parochianis laicis, qui etiam admittuntur ad agendum ſine mandato pro recuperatione rerum ſuæ Eccleſiæ patronatæ, vel parochiæ, principali Prælato negligente. Redoanus *pag. 466. & ſeq. num. 10. & omnib. ſeqq.*

Iudex verò in hac cauſa recuperationis rerum 102
Eccleſiæ malè alienatarum eſt competens Epiſcopus. Et quòd idem Epiſcopus ſit ille, qui ad illarum recuperationem agat: ac etiam quòd ſit ille met, qui alienauit. Redoanus *pag 489. num. 5. & ſeq.* vbi quòd iſto caſu cauſa eſt tractanda coram eo, & non coram Archiepiſcopo. Non enim iſto caſu dicitur agi de proprio ipſius Epiſcopi intereſſe, ſed Eccleſiæ. Redoanus *pag. 463. num. 20. 21. 26. & ſequen.* vbi & quid ſi allegetur ſuſpectus ipſe Epiſcopus, vel eius Vicarius. Pro primo dicto vide eundem Redoanum *pag. 465. num. 1. 2. &* 3. Sed aduerte, quòd ad hoc, ut Epiſcopus ſit in eadem cauſa & actor & iudex, debet ipſe procuratorem conſtituere, qui iſto caſu aget non nomine Epiſcopi, ſed Eccleſiæ, vt *ibidem pag. 464. num 21. & pag. 465. num.* 6. & quòd Eccleſia petens aduersùs alienatioòem factam reſtitutionem in integrum,

tegrum, debeat illam petere coram iudice Eccleſiaſtico,& non coram iudice laico, & quòd reus ſit ſecularis, ponit idem Redoanus *pag.* 488. *in fin. num.* 1. *& ſeqq.* vide in materia Maſcardum *concluſ.* 5. *num.* 14. vbi quòd Abbas, ſeu Prælatus eſt competens iudex in cauſa ſui Monaſterij, *& num.* 17. vbi quòd hoc fallit, quando agitur de bonis ſpectantibus ad menſam ipſius Abbatis.

103 Sed quomodo ſuccurritur emptori, à quo res Eccleſiæ malè vendita vendicatur? Contra quem emptor iſte actionem habebit dè euictione, vel ad pretium exburſatum, contra Eccleſiam; an verò contra alienantem Prælatum? De hoc dixi aliquid etiam ſuprà *num.* 15. vbi generaliter poſui, an emptori iſti ſit pretium reſtituendum,& per quem. Circa repetitionem pretij contra Eccleſiam, dic quòd emptor actionem illam non habet, niſi tribus concurrentibus. Primò, quòd iuret in bona fide. Secundò, quòd pretium fuerit verſum in vtilitatem ipſius Eccleſiæ. Tertiò, quòd Prælatus alienans non ſit ſoluendo: niſi enim iſta tria copulatiuè concurrant, nunquam Eccleſia reſtituit pretium emptori, quia emptor illud amittit. Ita colligitur ex traditis per Redoanum, licèt confusè, *pag.* 470. *& ſeq. num.* 20. *& ſequentib. vſque ad num.* 261. Circa autem actionem & recurſum contra alienantem Prælatum diſtinguendum eſt; quòd ſi emptor fecit ſibi cedere ab Eccleſia vendicante rem venditam, actionem, quam habet contra alienantem Prælatum, de qua dixi ſuprà *num.* 54. & iſto caſu poterit emptor ex iure ſibi ceſſo ab Eccleſia, agere contra Prælatum, qui nulliter ſibi rem Eccleſiæ vendidit. Sed quando teneatur Eccleſia hanc actionem cedere,& quando non, ponit ibidem Redoanus *pag.* 469. *num.* 15. *vſque ad num.* 198. *pag.* 471. *num.* 25. vbi pariter videtur concludere, quòd ſi eſt emptor bonæ fidei, poteſt petere ſibi cedi actionem: ſecus ſi malæ fidei. Si verò emptor vult agere contra Prælatum, qui vendidit rem, non ex iure ceſſo, ſed ex propria actione, & poteſt, ſi venditor expreſsè de euictione promiſit, vt *ibidem pag.* 473. *num.* 10. *& pag.* 470. *num.* 2. *& pag.* 471. *num.* 28. vbi declaratur. Sed ſi de euictione promiſſum non eſt, pariter poteſt, ſi eſt emptor bonæ fidei; ſecus ſi malæ fidei, de hoc idem Redoanus *pag.* 484. *num.* 25. *& pag.* 470. *& ſeq. num.* 19. 20. 22 23. 26 27. *&* 28. licèt aliqui ibi relati *d. num.* 26. *& pag.* 473. *num.* 10. *&* 11. dixerint emptorem etiam malæ fidei poſſe à Prælato alienante pretium recuperare. Super qua materia, quando ſcilicet emptor poſſit agere de euictione ad pretium, ſeu ad intereſſe contra Prælatum vendentem, vltra præallegata vide eumdem Redoanum *pag.* 472. *& ſequen. num.* 2. *& omnibus ſequentib. per totum illum* §. Sed quid ſi emptor nondum ſoluit pretium, quia ei fuit à Prælato habita fides de pretio; an adhuc pro pœna poſſit inſimul cum re malè alienata vendicari pretium non ſolutum? Dic quòd ſic de rigore iuris ciuilis, ſecus in foro conſcientiæ, vt per Redoanum *pag.* 473. *num.* 1. 2. *&* 3. Sed quando emens res Eccleſiæ dicatur eſſe in bona, vel in mala fide, vide eumdem Redoanum *pag.* 471. *num.* 24. 27. *&* 28. & in materia aduerte, quòd licet emptor poſſit de euictione agere contra Prælatum vendentem, non poteſt tamen agere contra eos, qui alienationi conſenſerunt ſe ſubſcribendo, vt *ibidem* per Redoan. *pag.* 471. *num.* 9.

104 Procurator ad vendendum res Eccleſiæ non poteſt à Prælato, ſeu Epiſcopo conſtitui niſi cum iiſdem ſolemnitatibus, quibus res ipſæ alienantur. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 224. *num.* 7. faciunt in ſimili ſuprà tradita de procuratore, ſeu ſyndico vniuerſitatis, *quæſt.* 15. *num.* 28. & quæ de minore conſtituente Procuratorem ad vendendum pariter, dicta ſunt ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 71 *& quæſt.* 20. *num.* 9.

Prælatus an poſſit ſine debitis ſolemnitatibus rem, 105
quam iniuſtè poſſidet, reſtituere domino illius rei. Redoanus *pag.* 244 *& ſeqq. num* 1. *& ſeqq.*

Eccleſia quando obligetur ex mutuo, & quando 106
mutuum præſumatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ. Quando & quomodo hæc verſio probetur? & an ex coniecturis, vel confeſſione Prælati, ſeu Procuratoris recipientis mutuum pro Eccleſia, vide Redoanum *de reb. Eccleſ. pag.* 256. *& ſeq. num.* 3. *& omnib. ſequen.* & latiùs *pag.* 325 *& ſeqq. vſque ad* 331. Sed ad materiam mutui quando præſumatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ, vide in ſimili ſuprà tradita *ſub num.* 40. *&* 72. De mutuo autem facto Eccleſiæ ſede vacante, dixi particulariter ſuprà *num.* 88. & an ſucceſſor Prælatus teneatur ad mutuum factum ſuo Anteceſſori, vltra tradita per Redoanum in locis ſupra citatis, vide quæ generaliter dixi infrà *num.* 114.

Dixi ſuprà *num.* 14. quando Eccleſia poſſit res 107
ſuas ſine ſolemnitatibus in pignus dare: adde quòd quando in datione pignoris interuenerunt debitæ ſolemnitates, tunc creditor illud habens poteſt vendere etiam non ſeruatis dictis ſolemnitatibus. Redoanus *pag.* 260. *num.* 1. *& ſeqq.*

Prælatus non poteſt alienare res Eccleſiæ, etiam 108
quòd de ſuo proprio tantumdem eius quod aufert Eccleſiæ in recompenſationem tribuat, niſi bene merito alienet, ſeu donet: quia tunc dando Eccleſiæ recompenſationem id vtique poteſt. Redoanus *pag.* 273. *col.* 2. *num.* 1. *&* 124. faciunt generaliter tradita ſuprà *de donatione remuneratoria, num.* 41. Ad hanc materiam Prælati alienantis, ſeu Eccleſiæ, ſed dantis recompenſam, adde eumdem Redoanum *pag.* 285. §. *in præallegato quoque loco, num.* 1. *& ſeqq.*

In omni caſu, in quo minoris res poſſunt ſine de- 109
creto & ſolemnitatibus alienari, in eodem etiam poterunt Eccleſiæ res pariter ſine ſolemnitatibus alienari. Redoan. *pag.* 273. *col.* 2. §. *Res Eccleſia, num.* 1. *&* 2. faciunt, quia Eccleſia & minor in iure æquiparantur, vt dixi infra *verſ. Eccleſia num.* 2. vbi tradita faciunt ad extenſionem huius quæſtionis.

Prælatus an & quando poſſit res Eccleſiæ dona- 110
re, dixi ſuprà *num.* 41. Quibus ibi traditis adde omninò eumdem Redoanum *pag.* 276. *& ſequentib. vſque ad pag.* 288. Sed particulariter quando Prælatus poſſit donare de fructibus Eccleſiæ, vide *ibidem* eumdem Redoanum *pag.* 288. *& ſeqq. vſque ad pag.* 298. & quæ dixi *in Repert. vltim volum. quæſt.* 54. *cap.* 1. *num.* 10. *& omnib. ſequen.* vbi generaliter poſui, quando Clericus poſſit de fructibus Eccleſiæ tam inter viuos, quam in teſtamento diſponere,& quæ ibi tradita ſunt, poſſunt hîc accommodari, quia materia eſt vna & eadem. Et vide etiam, quæ dixi ſuprà hæc eadem quæſtione *num.* 30. vbi poſui, quando Prælatus poſſit fructos Eccleſiæ tam perceptos, quàm percipiendos ſine debitis ſolemnitatibus alienare.

Prælatus an poſſit ſine debitis ſolemnitatibus res 111
Eccleſiæ ſuis conſanguineis, & ex qua cauſa donare, dixi aliquid ſupra *num.* 41. Particulariter ponit materiam Redoanus *pag.* 285. *col.* 2. §. *fallit etiam ipſa regula, num.* 1. *& ſeqq.* Item an eiſdem conſanguineis poſſit ipſe Prælatus, & quomodo res Eccleſiæ in emphyteoſim dare, dixi etiam aliquid ſupra *num.* 48 Sed generaliter de hac materia, & de locatione, vide in propoſito Puteum *deciſ.* 2. *lib.* 1. vbi quòd ex motu proprio Sixti & Clementis locationes factæ conſanguineis non valent, etiam in euidentem Eccleſiæ vtilitatem. Et etiam generaliter de materia,& de donatione, in feudatione, emphyteoticatione, & qualibet

liber alia conceſſione, ſeu alienatione conſanguineis per Prælatum facta, quando valeat, vide eumdem Redoanum *pag.299.& ſeqq.vſque ad* 304. *& pag.*309. *& ſeq.num.* 18. *& omnibus ſequentib.* Quibus in locis etiam habetur, an Prælati poſſint ſuis conſanguineis alienare, non obſtante iuramento per eos de non alienando præſtito, *& pag* 338 *n.*10.*& ſeq.*

112 De iuramento Prælati, quod præſtat de non alienando bona Eccleſiaſtica, dixi aliqua ſuprà *num.*57. quibus addendo quæro, an ipſe Prælatus non obſtante hoc iuramento, poſſit tamen alienare in caſu licito, purà neceſſitatis, vtilitatis, pietatis & ſimilibus. Hanc quæſtionem tractat Redoanus in pluribus locis ſparſim, quibus ſuprà diximus eſſe permiſſam Eccleſiaſticæ rei alienationem. In omni enim caſu licito alienationis ſemper quærit ipſe Redoanus, an etiam non obſtante iuramento Prælatus poſſit alienare? Ideo pro eius cognitione videas quæ ſuprà in omni caſu licitæ alienationis ex Redoano allegaui. Sed particulariter hanc quæſtionem format idem Redoanus *in pag.*305.*num.*7.8.*& pag.*307 *n.*1. *& ſeqq.vſque ad num.*11.*& pag.* 309. *num.*14.*& ſeqq. vſque ad num.*17. quibus in locis multa adducit pro & contra. Tandem videtur diſtinguere formas iuramenti, de quibus ſuprà *d.num.*57. Aut enim Prælatus iurat ſimpliciter non alienare: aut iurat non ſimpliciter, ſed inconſulto Papa, vel ſine eius licentia. Primo caſu, quando iurat Prælatus ſimpliciter non alienare, tunc, inquit Redoanus *ibi pag.*309.*num.*14. non cenſetur prohibitus alienare in caſu licito, puta neceſſitatis, vel vtilitatis, & hoc idem tenet ipſe Redoanus *pag.*314.*num.*51. & hoc ego etiam credo verum. Sed illud intelligo ſuperioris authoritate accedente, & non aliàs; niſi ſimus in caſu maximæ & extremæ neceſſitatis, in qua non poſſit expectari ſuperioris conſenſus: quia tunc valet alienatio etiam ſine illius auctoritate, & non obſtante prædicto iuramento de non alienando ſimpliciter per ea, quæ ſuprà dixi *n.*61. Si verò Prælatus iurat, non ſimpliciter, ſed inconſulto Papa, vel ſine eius licentia non alienare, prout hodie communiter tale iuramentum præſtatur. Et tunc nec etiam in caſu licito, puta neceſſitatis, vel vtilitatis, poterit Prælatus alienare ſine ſuperioris licentia, ſecundùm communem, de qua per eumdem Redoanum *d.pag.*109.*eodem num.*14. 15. *&* 16. & de magis communi idem Redoanus *pag.* 314. *num.* 52. quam communem ego ſequendam credo. Nam etiam circumſcripto hoc iuramento Prælatus alienans in caſu licito, puta neceſſitatis, requirere debet ſuperioris auctoritatem; niſi neceſſitas ſit talis, quæ dilationem non patiatur, vt dixi ſuprà *d.num* 61. Ergo multò magis requiritur talis auctoritas, quando Prælatus iurauit non alienare inconſulto Papa, & iſta mihi videtur pura veritas. Sed conſidera, quia Redoanus in locis ſuprà allegatis nihil de ſuo ponit, ſed tantùm confusè refert ſcribentium dicta, quæ legentium animum inuoluant. Et inter alia *in d.pag.*309. *num.*15. allegat deciſionem Creſcentij 150. incip. *Prælatus, in rubr. de iureiurando.* In qua deciditur, quòd valet alienatio facta in caſu licito contra iuramentum, licèt alienans ſit periurus. Ideo opus eſt videre dictam deciſionem in quo caſu loquatur: quia durum mihi videtur, quòd, ſtante prædicto iuramento de non alienando Papa inconſulto, valeat alienatio facta ſine ſuperioris auctoritate: cùm etiam ſine prædicto iuramento non valeat, vt dixi *in d.num.*61. Crederem ego per hoc iuramentum ſiue purè, ſiue inconſulto Papa de non alienando præſtitum, non includere caſum licitæ alienationis: ſed non per hoc excludere ſuperioris auctoritatem, quam ſemper fore neceſſariam etiam in caſu licito, dixi regulariter vbi ſuprà *d.n.*61.*&* 59. Ideo, vt dixi, conſidera.

113 Eccleſiæ res ſolitæ concedi, emphyteoticari, vel infeudari, ſi ad Eccleſiam reuerſæ fuerint, an poſſint, ſine ſolemnitatibus iterum in feudum, ſeu emphytheuſim concedi, dixi ſuprà *num.*22.23. *&* 50. vbi inter alia dixi, quòd ſi poſt reuerſionem fuerit effecta de menſa Eccleſiæ, non poſſunt ampliùs concedi ſine ſolemnitatibus debitis. Sed quando res dicatur effecta de menſa Eccleſiæ, ad hoc vt non poſſit iterum in emphyteoſim, ſeu feudum concedi ſine ſolemnitatibus, vltra Redoanum allegatum & alios *in dicto num.*22.23.*&* 50. vide eumdem Redoanum *pag.*313. *num.*20.*& ſeqq.vſque ad num.*29. Quòd Prælatus poſſit ſolita infeudari, & ad Eccleſiam reuerſa iterum in feudum dare ſine ſolemnitatibus, ponit idem Redoan. *pag.*356.*& ſeqq.num.*1.*& omnib. ſequent.* Quod quando verum ſit, quandóve feudum reuerſum dicatur effectum de menſa, ponit idem Redoanus *pag.*359.*& ſeqq.vſque ad pag.*364.*& pag.*375.*& ſeqq. vſque ad pag.*378. vbi vide.

114 Regula generalis huius concluſionis, de qua ſuprà *num.* 59. quòd videlicet bona Eccleſiæ non poſſint alienari ſine iuſta cauſa, & debitis ſolemnitatibus; ampliatur, vt ex ea propterea inferri poteſt, quòd ſucceſſor non tenetur ſtare alienationi prædictæ factæ per ſuum anteceſſorem Prælatum. Ideo ad hanc materiam particulariter, quando ſcilicet Prælatus teneatur ſtare contractui celebrato per prædeceſſorem: item quando illius debita, & quæ ſoluere teneatur, vide latè per Redoanum *de reb. Eccleſ. non alienan.pag.*331.*& ſeqq.vſque ad pag.*335.*& pag.*340. *num.*21.*vſque ad num.*27.*& pag.*344. *num.*22. vbi particulariter, an ſucceſſor teneatur ad mutuum factum ſuo anteceſſori: de quo vltimo generaliter ſuprà dixi *num.*106. Sed an Prælatus ſucceſſor teneatur ſtare locationi factæ per ſuum anteceſſorem, dixi *in q.*8. *ſuprà hoc eod.Repert.num.*11.

115 Eccleſiæ res quando, quomodo & per quantum tempus locari poſſint, & de materia vltra ſuperiùs allegata ſuprà *num.* 28. adde eumdem Redoanum *pag.* 338.*num.*2.*& ſequentib. vſque ad num.* 8.*& pag.* 339. *num.*19. vbi quòd ex Concilio Tridentino, *& pag.* 342.*num.*7.*in fine*, *& pag.* 345.*& ſequentib. vſque ad pag.*351. & particulariter, an ſucceſſor teneatur ſtare locationi factæ per ſuum anteceſſorem Prælatum, vltra quòd hoc tangitur per Redoanum *in locis modò citatis, & d.num.* 28. *in diſcurſu*, particulariter autem de hoc dixi ſuprà *quæſt.*8.*num.*13.

116 De pœnis eorum, qui malè alienant, ſeu emunt, aut aliter indebitè recipiunt res Eccleſiaſticas, dixi aliquid ſuprà *num.*57.vbi poſui, an Prælatus alienando res Eccleſiæ incurrat periurium, *& num.* 80. vbi poſui, an emens, ſeu detinens dictas res peccet, *& num.*100. vbi quòd pro recuperatione rerum Eccleſiæ poteſt procedi criminaliter per viam inquiſitionis, *& num.*15.*&* 103. vbi poſui, an emptor amittat pretium, *& num.*43. vbi poſui, an perdat fructus. Et an perdat melioramenta, poſui *in Repert.iudic.quæſt.*38. *num* 50.

117 Modò alias pœnas perſequendo, dic in primis quòd Prælatus alienans ſine cauſa res Eccleſiæ, ſuſpenditur ab officio, deponitur, & priuatur beneficiis. Quod quando verum ſit, vltra tradita *in Repert. criminal.quæſt.*102.*num.*42. vide de Redoanum *de reb. Eccleſ.pag.*447.*num.*1.*in fin.& num.ſeq. & pag.*451. *num.*1.*& pag.*452. *num.* 6.*& pag.* 453.*num.* 27. 28. *& pag.* 454. *num.*27. 30. *verſic. quarta pœna*, *& verſicul.octaua pœna, & pag.*455.*num.*33.*in fin & pag.*457. *num.*38.

Item

118 Item Tabellio, qui contractum rerum Eccleſiæ
malæ alienationis celebrauerit, exſilio mulctatur, &
iudex, qui contractum talem fieri mandauerit, digni-
tate, & bonis etiam omnibus priuatur. Redoanus
pag.448.num.5.

119 Item qui per fraudem aufert res Eccleſiæ, incur-
rit pœnam homicidij. Redoanus *de rebus Eccleſiæ*
pag.449. num.13. & 14. & pag.454. num. 30. verſicul.
vndecima.&c.

120 Item Prælatus dictas res indebitè alienans, ac
etiam alienata recipiens, & emens ſunt excommuni-
cati: quod quando verum ſit, & quomodo procedat,
ponit idem Redoanus *pag.449. num. 14. & pag.451.*
num.2. & pag.452. num.7.12. & ſeq. & pag.453. num.20.
& 23. & pag.454. num.30. in princip. & verſ. Epiſcopo-
*rum, & pag.455. ſub num.33. & pag.457. n.*38.

121 Item tam alienantes, quàm vendita & alienata
ementes incurrunt pœnam ſacrilegij. de qua materia
vide Redoanum *pag.449. num.21. & ſeqq. & pag.453.*
num.16. & pag.454. num.30.

122 Item incurritur pœna infamiæ, & priuatio hono-
ris. Redoanus *de reb. Eccleſ. pag.452. n.7. & pag.453.*
num.16. & 17.

123 Item Clerici videntes ſuum Prælatum dilapidan-
tem, & malè alienantem bona Eccleſiæ, nec illum
denunciantes, puniuntur, vt per eundem Redoanum
pag.453. num.23. & 24.

124 Item incurritur crimen ſimoniæ. Redoan. *pag.454.*
num.30. verſ. decima pœna.

125 Item Prælatus tenetur de ſuo patrimonio Eccle-
ſiam conſeruare. Redoanus *pag.455. num.31.* & dixi
ſuprà *num. 54.* vbi poſui quòd Eccleſia poteſt agere
contra alienantem Prælatum. Sed an ſupradictæ
omnes pœnæ euitentur per Prælatum, qui Eccleſiam
indemnem conſeruare velit, vide per eundem Re-
doanum *ibidem pag.457. num.40.*

126 Sed prædictis aduerte, quòd pœnæ præallegatæ
procedunt, & incurruntur, quando alienantur res
Eccleſiæ ſine cauſa & ſolemnitatibus, ſecùs ſi cum
cauſa deficientibus ſolemnitatibus, per ea quæ addu-
cit Redoan. *d. pag.457. num.39.*

127 Adde in materia, quòd multò minùs res Eccleſiæ
poterunt alienari per Capitulum in perſonas Cano-
nicorum, Beneficiatorum, ſeu Clericorum illius Ca-
pituli ex motu proprio Clementis & Sixti, de quo in
deciſione Putei 2. *lib.1.* vbi quòd habet locum etiam
in locationibus ipſi Eccleſiæ vtilibus.

QVÆSTIO XVII.

Notario quantum credendum.

SVMMARIVM.

1. *Notario in quibus & quando credatur generaliter.*
2. *& quid ſi aſſerat in inſtrumento ſolemnitates inter-uenisse.*
3. *& quid ſi aſſerat id quod non potuit fieri tempore contractus.*
4. *& an magis credatur Notario, quàm vni teſti.*
5. *Notario non creditur, niſi de rogatis à partibus.*
6. *& quid ſi aſſerat ſibi aliquid eſſe commiſſum.*
7. *& quid ſi aſſerat teſtatorem ſanæ mentis fuiſſe,* &c.
8. *Vel cæcum.*
9. *Notario aſſerenti ſe rogatum an credatur.*
10. *Notario an magis credatur, quàm iudici.*
11. *& quid ſi aſſerat puta Titium iuraſſe.*
12. *Vel in decreto interueniſſe cauſæ cognitionem.*
13. *Vel comitem habuiſſet facultatem legitimandi.*
14. *Vel certioraſſe mulierem renunciantem.*
15. *Notario electo à teſtatore multum creditur,* &c.
16. *& quid de Notario dicente ſe falſum fabricaſſe in-ſtrumentum.*
17. *Quid vbi agitur de laude, vel vituperio Notarij.*
18. *Quid vbi agitur de præiudicio.*
19. *Notario an magis credatur, quàm nuncio.*
20. *Notario non creditur in ijs, quæ ſunt extra ſuum officium.*
21. *Quid de Notario conficiente ſcripturam non tan-quam Notarius, ſed tanquam priuata perſona.*
22. *Notario fidem facienti de actis non creditur, niſi acta exhibeantur.*

Notarij fides quam fidem faciat, ibid.

NOTARIO in quibus & quando cre- 1
datur, videas generaliter per Zarzan.
opin.69. Hercul. *de negat. num.118. & ſeq.*
Maſcard. *concluſ.1095. & ſequen.* Tracta-
tur hæc materia per Doctores, præci-
puè Salicetum *in l. ſi quis, &c. C. ad legem Corneliam de*
falſis.

Notario aſſerenti in inſtrumento interueniſſe ſo- 2
lemnitates, an credatur? Dic quòd non, vt *in deciſione*
Pedemontana 172. per totam, vbi de materia. Aymon
de antiquit. cart.105. num.11. & ſeqq. diſtinguit Roland.
conſ.33. num.16. vol 1. & quid de ſolemnitatibus alie-
nationis rerum minoris, vide ſuprà *quæſt.14 num.9.*
& ſeqq. & quid de ſolemnitatibus alienationis rerum
vniuerſitatis, vide ſuprà *quæſt.15 num.14.* & quid de
ſolemnitatibus alienationis rerum Eccleſiæ, vide ſu-
prà *quæſt.16. num.3.* Generaliter de materia vide Cæ-
pollam *caut.197. num.2. & 3.* Anchar. *quæſt.6. num.17.*
& quæſt.16. num.2. part.2. vbi dicit, quòd Notario aſ-
ſerenti ſolemnitates creditur, & ita practicatur ſe-
cundùm eum, quicquid in contrarium diſponat ius
commune.

Notario non creditur, quando in inſtrumento 3
aliquid atteſtatur, quod non potuit fieri tempore
contractus. Roland. *conſ.7. n.69. vol.3.*

Notario an magis credatur, quàm alteri. Maſcard. 4
concluſ.1094. num.2. vbi quòd nemo, quantumcum-
que idoneus, æquiparatur Notario, etiam quòd aga-
tur de fauore piæ cauſæ, *& num.6.* vbi quòd magis
creditur duobus teſtibus Tabellionibus, quàm aliis,
qui non ſunt Tabelliones, & hoc poſui *in 3. lib. tit. de*
oppoſ. con. dict. teſt. quæſt.65. num.183. & ſeqq. vide Ro-
landum *conſil.61. num.41. & ſeq. volum.2.* & quòd No-
tario magis credatur, quàm vni teſti, traditur pro fir-
ma *in Repert. verb. Notarij fides, num.39.* & Grammat.
deciſ.73. num.33. Adde quòd Notarij diſpoſitioni fides
datur, maximè in iis, quæ coram ipſo geſta ſunt. Ay-
mon *conſil.88. num.20.* cum aliis, de quibus per Brun.
à Sole *conſil. ſuo criminal. num.60.* Syluan. *conſ.54. n.8.*
vbi quòd dictum vnius Notarij æquiparatur dictis
duorum aliorum teſtium. Monticell. qui alia ponit
in materia *in Repert teſt. pag.443. col.2. verſ. fin. & pag.*
444. col.1. verſ.1.2 & 3.

Notario non creditur niſi de rogatis à partibus, 5
& quæ pars vidit, & audiuit, vt per Bart. *in Authent. ſi*
quis in aliquas, num.8. & 9. C. de edendo. Curtius *conſil.*
166. num.2. vbi de materia. Rota coram R. P. D. Bu-
ratto *in Calaguritana beneficij 4. Februarij* 1605. ac Ro-
ta *diuerſ. lib.3. deciſ.284. num.5.* & coram R.P.D. Vbal-
do *in Anconitana Cenſuum 24 Maij* 1613. & coram
eodem Buratto *in Romana ſpolij Veneris 9. Maij* 1614.
vide infrà *num 21.* Ad hanc materiam vide Villalo-
bos *in communib. opinionib. litera N. num.18.* vide infrà
n.20. Maſcard. *concluſ.4. num.21.*

Notario an credatur aſſerenti ſibi aliquid eſſe 6
commiſ-

commiſſum. Villalobos *litera N. num.* 30. Cephalus *conſil.* 113. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 1. Maſcardus *concluſ.* 189. *num.* 4. vbi, quòd non creditur Notario ſcribenti aliquid ſibi commiſſum.

7 Notario an credatur aſſerenti teſtatorem eſſe ſanæ mentis. Villalob. *N. num.* 31. de quo latiùs per Viui. *in commun. opinion. pag.* 272. Cephal. *conſ.* 72. *n.* 1.
8 *& ſeqq. vol.* 1. vbi etiam quòd ſi dixerit teſtatorem cæcum. Craſſus *in communib. opinion. lib.* 2. *c.* 3. *quæſt.* 3. *tom.* 2. vbi quòd non creditur Notario teſtanti ſanam mentem. Quomodo autem probetur teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, dixi *in Repert. quæſt. vltim. voluntat. quæſt.* 60. quòd Notario aſſerenti teſtatorem eſſe ſanæ mentis, non credatur, eſt deciſio Roizij ſecunda per rotam, vbi reſpondet ad contraria. De materia, an credatur Notario aſſerenti in inſtrumento contrahentem fuiſſe ſanæ mentis, vide remiſſiuè per Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 8. *num.* 42. Franc. Bec. *conſil.* 102. *num.* 12. Rota *deciſ.* 638. *num.* 8. *in part.* 1. *inter diuerſas.* vide *in fragment. verſ. Furor.*

9 Notario aſſerenti ſe rogatum an credatur, & quid præſumatur, & de materia Grammat. *conſil.* 28. *n.* 13. *lib.* 1. Villalob. *N. num.* 23. *& ſeqq.* Roland. *conſ.* 32. *n.* 29. *& ſeqq.* vbi quomodo probetur Notarij rogitus; inſtrumentum non probat, ſi de eo Notarius non eſt rogatus. Maſcardus *concluſ.* 4. *num.* 20. *verſ.* 3. *infertur.* Et quando præſumatur Notarij rogitus, vide per eumdem Roland. *conſil.* 44. *num.* 25. *&* 26. *&* 43 *& ſequentib vol.* 1. Hercul. *de negat. num.* 26. *verſ.* 47. *infertur,* &c. *& num.* 284. *& ſequen.* vbi de materia. Roland. *conſ.* 26. *num.* 13. *& ſeq. vol.* 3. vbi quòd ſecundùm magis communem Notarius in dubio non præſumitur rogatus. Maſcard. *concluſ.* 14 *num.* 21. *verſ. nec in dubio, & num.* 22 vbi de communi, *& concluſ.* 197. Fallit ſi in inſtrumento ipſe aſſerat ſe rogatum, vt ibi per eumdem Rolandum *vbi ſuprà*, & per Maſcardum *concluſ.* 4. *num.* 22. *verſic. verumtamen ſi Notarius.* Sed contrà *ibidem in verſ. contrariam.* Vide in materia Roland. *conſ.* 55. *vol.* 4. vbi *num.* 4. dicit, quòd in dubio Notarius non præſumitur rogatus, & iſta eſt magis recepta opinio, vt ibi *num.* 5. qui & contrarios refert. Fallit, niſi idem Notarius aſſerat ſe rogatum, quia tunc rogitus præſumitur, vt ibi *num.* 6. vbi pariter de recepta opinione teſtatur. Et vbi Notarius dicit, *Actum*, &c. tunc iſto caſu rogatus præſumitur, vt per Virgilium Boccacium *in Conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.* 7. *num.* 19. vbi etiam ſi dictum, *teſtibus vocatis & rogatis.* Fallit in inſtrumentis repertis in filziis, quæ non faciunt præſumere rogitum Notarij, etiam quòd habeant ſic prædictas clauſulas. Et quando Notarius dicit, *Actum*, &c. tunc dicitur aſſerere ſe rogatum, & ei creditur, vt *ibidem num.* 7. dummodo talia verba apponantur in fine inſtrumenti, non in principio, *d. num.* 7. *&* 8 vbi quòd rogitus non præſumitur, non ſolùm quando agitur inter Notarium & partem; ſed etiam quando agitur inter eaſdem partes, licèt Bald. ibi allegatus contrarium dixerit. Item rogitus præſumitur ex diuturnitate temporis. Maſcard. *concluſ.* 4. *num.* 23. ad materiam vide Manticam *de coniecturis, in Repert. verſ. Notarius.*

10 Notario an magis credatur, quàm iudici, ponit Albert. *in l. ne in arbitris. C. de recept. arbitr. n.* 5. *fol.* 120.

11 Notario aſſerenti Titium iuraſſe non creditur, niſi aliter conſtet de iuramento. Nouell. *regul.* 42. *in* 1. *ampliatione.*

12 Notario an credatur aſſerenti in inſtrumento interueniſſe decretum iudicis cum cauſæ cognitione. Roland. *conſ.* 33. *num.* 14. *& ſeqq. volum.* 1. *& in alio Repertorio*, in materia decreti, quando præſumatur interpoſitum cum cauſæ cognitione, &c.

Notario aſſerenti in inſtrumento legitimationis Comitem habuiſſe facultatem legitimandi, an credatur? Dic quòd non, ſecundùm Hercul. *de negatiua num.* 55. *&* 56. & Rolandus *conſil.* 89. *num.* 24. *& ſeqq.* & quæ dicuntur in materia legitimationis, videlicet infrà *quæſt.* 49. *cap.* 3. *num.* 7. vbi poſui. 13

Notario non creditur, ſi dicat certioraſſe mulierem renunciantem. Cephalus *conſil.* 113. *num.* 2. Dixi infrà *verſ. Certioratio, num.* 1. Dic quemadmodum traditur per Maſcardum *concluſ.* 1003. *num.* 27. vbi de communi. 14

Notario electo à teſtatore, vt rogetur de eius teſtamento, maximè creditur de iis, quæ ſibi dixit teſtator, etiam quòd ea non ſcripſerit in teſtamento. Neuizanus *conſil.* 34. *num.* 10. *&* 148. 15

Notario dicenti ſe falſum fabricaſſe inſtrumentum in præiudicium partis an credatur, in alio *Repertorio in criminalib. verſ. Notarius.* 16

Notario etiam medio iuramento aſſerenti aliquid, quod ad eius laudem, vel opprobrium ſpectet, non creditur, etiam quòd ſit bonæ famæ. Concordant. allegat Achilles Perſonal. *de adipiſcen. poſſ. n.* 146. 17

Notarij aſſertioni non creditur in præiudicium tertij, deciſ. Pedemont. 170. *num.* 6. Ioſeph Ludouicus *concluſ.* 14. *illatione* 23. 18

Notario magis creditur, quàm nuncio, dixi *in Repertor. iudic. quæſt.* 100. *num.* 31. 19

Notario non magis creditur, quàm alteri in iis, quæ non ſpectant ad eius officium. Maſcard. *concluſ.* 1094. *num.* 19. *lib.* 1. vide ſuprà *num.* 5. 20

Notario conficienti ſcripturam, non vt Notario, & publicæ perſonæ, ſed tanquam priuatæ, prout ſæpè contingit, non magis creditur, quàm alteri cuilibet priuato, qui dictam ſcripturam confeciſſet. Maſcardus *concluſ.* 1094. *num.* 42. *& ſeq. lib.* 1. 21

Notario facienti fidem ſe rogaſſe de aliquo, vel aliquibus inſtrumentis, vel aliquibus actis in genere non creditur; niſi inſtrumenta, vel acta, de quibus fidem facit, exhibeantur. Pacian. *conſ.* 19. *num.* 36. *& ſeqq.* & generaliter quòd fides Notarij de actu de præterito coram ſe geſto fidem non faciat ſine teſtibus, voluit Rota coram R.P.D. Andrea *in Salamantina Archipreſbyteratus, die Veneris* 13. *Martij*, *& Mercurij* 1. *Iulij* 1615. Seraphin. *deciſ.* 1430. *num.* 4. & coram Dunozetto *in Ferrarien. bonorum* 16. *Iunij* 1614. & coram Vbaldo *in Anconitana Cenſuum* 24. *Martij* 1613. & coram Reuerendiſſimo Logdunen. *in cauſa Hiſpalenſi Archidiaconatus Mercurij* 4. *Iulij* 1607. & coram eodem Dunozetto *in Ferrarien. Affictus* 17. *Iunij* 1613. & coram Litta *in Vlixbonenſi iuris conferendi Veneris* 14. *Ianuarij* 1600. 22

QVÆSTIO XVIII.

Minor, qui per quinquennium tacuit, poſtquam eſt effectus maior, an & quando tacitè, ſiue expreſsè videatur ratificaſſe contractum à ſe nulliter celebratum.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis huius quæſtionis.*
2. *Regulariter minor tacendo per quinquennium*, &c. *dicitur ratificare.*
3. *Quid ſi contractus eſt nullus ex alijs defectibus, quàm ex defectu decreti iudicis, & n.* 6.
4. *Quid ſi ſtatutum prohibeat vtramque perſonam contrahere.*

5. Quid

5. *Quid in alienatione facta per tutorem abſente pupillo, & num. 12. & 14.*
Quid ſi adeſt defectus ſolemnitatum ſtatuti, d. n. 6.
7. *Quid ſi ſtatutum inducat præſumptionem doli, & num. 21.*
8. *Quid ſi alienatio eſt nulla ex enormi læſione, & n. 15.*
9. *An hæc ratificatio retrotrahatur ad tempus minoritatis.*
10. *Quid de donatione minoris inualida.*
11. *Quid de minore expreſſè ratificante poſt completam ætatem.*
l. final. C. ſi maior fact. *non habet locum, niſi in quatuor caſibus, de quibus agitur in d. num. 12.*
Quid in alienatione à minore facta cum auctoritate tutoris, ibid.
Quid in minore alienante ſine tutoris authoritate, ibid. & d. n. 3.
Quid ſi minor impetrauit veniam ætatis, d. n. 12.
Quid ſi tutor alienauit pupillo ac minore præſente, ibid.
& quid ſi abſente, num. 16.
13. *Quid de iure Canonico.*
Quid ſi alienatio ſit facta ab infante, d. n. 14.
Quid ſi minor ignorauit alienationem, ibid.
Vel non habuit notitiam de eius qualitatibus, ibid.
15. *Quid ſi contractus ſubiacebat vitio nullitatis, & vitio læſionis.*
Differentia inter titulum Cod. ſi maior fact. rat. hab. *lib. 2. &*, ſi maior fact. alienet ſine decreto, &c. *lib. 5. ibid.*
16. *Alienatio facta per tutorem ſuo proprio nomine, & pro ſuo commodo, an ratificetur ex curſu quinquennij.*
17. *Quinquennium currit poſt ætatem viginti quinque annorum.*
Sed quid ſi ante dictum tempus quis à ſtatuto reputetur maior, ibid.
18. *Ratificatio per taciturnitatem quinquennij habet locum etiam in hærede minoris.*
19. *Item & in quocunque alio alienare prohibito.*
Item & in prodigo, ibid.
20. *An valeat reſcriptum Principis tollens hanc ratihabitionem inductam ex quinquennio.*
22. *Ratificatio non operatur in contractu ſimulato.*
23. *Ratificatio non inducitur, ſi minor infra quinquennium declarauerit ſe nolle ratificare.*
24. *Diuiſio facta à minore quomodo ratificetur.*
25. *Minor non dicitur per quinquennium tacere, ſi extraiudicialiter conqueritur.*

1 AD hanc materiam præter infraſcripta vide Pariſium *conſil.* 100. *num.* 66. *& ſeqq. volum.* 1. Corn. *conſ.* 36. *num.* 19. *vſque ad finem volum.* 2. Roman. *conſil.* 54. *In Chriſti nomine, circa medium.* Barbat. *conſil.* 70. *volum.* 3. Capyc. *deciſ.* 92. Curtium iun. *conſil.* 50. *&* 51. vbi omninò videas eum decidentem multa dubia & quæſtiones in caſu cooringenti. Deci. *conſil.* 222. *& in reg. quod ab initio. ff. de regul. iur.* vbi allegat etiam Alexand. *conſil.* 117. *Viſo proceſſu, lib.* 5. & Bald. *conſil.* 45. incip. *Quandoque contractus, & conſil.* 184. *Ad intelligentiam lib.* 2. omninò Cephal. *conſil.* 51. *num.* 10. *&* 15. *& per totum conſilium, in diſcurſu.* Viui. *in communib. opinion. verb. Pupillus ſine*, &c. omninò etiam Menochius *in* 15. *remedio de recuper. poſſeſſ. pag.* 238. *num.* 105. *& infinitis ſeqq.* vbi latè, generaliter & particulariter ponit materiam vſque ad *num.* 193. Bero. *quæſt.* 43. *num.* 5. Pariſ. *conſ.* 49. *volum.* 1.

2 Regula ſit, quòd minor, qui per quinquennium tacuit, poſtquam effectus eſt maior, non veniendo contra contractum, puta alienationem à ſe nulliter factam, putà ſine decreto iudicis, cenſetur illam tacitè ratificaſſe, nec poteſt eam poſtea vlteriùs improbare. *l. finali*, vbi etiam gloſſa, *C. ſi maior fact. alienat. rat. habuer.* plures adducit concordantes Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 8. *& ſeq.* Put. *deciſ.* 192. *lib.* 3. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 276.

Amplia, vt regula dictæ l. final. procedat non ſo- 3
lùm in alienatione minoris nulla ex defectu decreti, ſed etiamſi ſit nulla ex aliis defectibus, puta quia non interuenerit tutoris auctoritas, & ſimilia, vt per Grat. *reſponſ.* 47. *in fine, lib.* 1. Corn. *conſ.* 36. *num.* 19. *vſque ad fin. vol.* 2. relato per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 24 De minore alienante ſine auctoritate tutoris, vide etiam infrà *num.* 12. Contrarium videtur diſputando tenere idem Corneus *d. conſ.* 36. *num.* 7. prout apertè contrarium tenet *in conſ.* 207. *num.* 6. *& ſeq. volum.* 3. vbi latè examinat materiam, & ita etiam tenet Faber *in dicta l. final. C. ſi maior fact.* &c. Ideò in hac contrarietate vide latè diſputantem Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag.* 249. *num.* 141. *& ſeqq.* vbi pulchrè & Cephal. *conſil.* 51. *num.* 10. *&* 45. *vol.* 1. Pro ſecunda opinione adde Cynum *in dicta l. finali*, Anton. Gabriel. *in tit. de minoribus, concluſ.* 4. *num.* 5. Bald. *conſil.* 45. *volum.* 2. Natta *conſil.* 162. *num.* 34. Menoch. *conſil.* 29. *num.* 48. quos referendo ſequitur Roland. *conſ.* 72. *num.* 17. *vol.* 4. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 25. *& ſeq.* vbi de veriore, & magis communi opinione.

Limita non procedere, quando lex, vel ſtatutum 4
prohiberet vtramque partem contrahere. nam tunc nullitas contractus non ratificatur per quinquennalem minoris taciturnitatem, per text. *in l. à diuo Pio. ff. de rit. nupt.* vbi Barbat. *in addit. ad textum*, & *ibi* Azo *in ſumma.*

Limita etiam in alienatione facta per tutorem, 5
abſente & ignorante pupillo, quæ non cenſetur ratificata per lapſum ſupradicti quinquennij, vt per Corneum *d. conſ.* 36. *n.* 6. *& ſeq. vol.* 2. vide infrà *num.* 12.

Et quid de contractu minoris nullo ex defectu 6
ſolemnitatum ſtatutariarum, vide Curtium iun. *dicto conſil.* 50. *&* 51. vide infrà *num.* 11. *& num.* 7. & omninò Celſ. Bargal. *in tract. de dolo lib.* 5. *reg.* 2. *num.* 14. *& ſeqq.* vbi reprobat Curtium *d. conſil.* 50. Dic quòd ratificatio non operatur, vt per Roland. *conſ.* 72. *n.* 12. *& ſeqq. vol.* 4. *infra num.* 21. vide ibi.

Et quid ſi ſtatutum inducat præſumptionem do- 7
li? vide Curtium iun. *d. conſ.* 50. *&* 51. vide etiam *in ſeq. num.* Quando contractus eſt nullus ob defectum ſolemnitatis requiſitæ à lege, ſeu à ſtatuto, tamen taciturnitas per quinquennium illam non ratificat, quia præſumitur dolo initus, vt per Rolandum *conſil.* 60. *num.* 45. *& ſeqq. vol.* 4. vbi etiam facit regulam generalem, quòd taciturnitas per quinquennium nequaquam ratificat contractum dolo initum. Et eadem repetit *in conſ.* 72. *n.* 12. *& ſeqq. col.* 4. vide infrà *num.* 21.

Et quòd huiuſmodi ratificatio noceat minori ex 8
lapſu quinquennij, etiam ſtante enormiſſima læſione, traditur per Cephalum *conſil.* 3. *n.* 131. *& conſil.* 51. *num.* 5. *& ſeqq.* 16. 30. *& ſequen.* vbi latè, an & quando talis ratificatio noceat ſtante enormi læſione, ex qua arguatur dolus præſumptus, de quo etiam vide ſuprà *num.* 7. & infrà *num.* 15.

Et an talis ratificatio minoris faciat actum vale- 9
re ex nunc, prout ex tunc, & ſic an retrotrahatur, ponit Menochius *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 251. *num.* 153. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 51. *num.* 44. *volum.* 1. Dic quòd retrotrahitur, ex allegatis per Rolandum *conſil.* 72. *num.* 3. *volum.* 4. *& deciſ. Lucen.* 18. *num.* 16. *& ſeqq.*

part.1. & per Simoncell. de decret. lib. 3. tit.9. num.16. & ſeqq.

10 Et quid in donatione minoris nulliter facta, vide ibidem per Menochium pag.252. num.158. & ſequentib. & num. 178. Dic, quòd ſi minor per decennium tacuerit, poſtquam eſt effectus maior, conualidatur donatio, ex allegatis per Roland. conſil. 71. num.3. volum. 4. quod intellige inter præſentes: inter abſentes verò requiritur tempus viginti annorum. Simoncell. de decret.lib.3. num.14. & ſequen. & num. 27. & ſeqq. vbi idem in donatione remuneratoria; licèt aliqui ibi relati dixerint ſufficere quinquennium: quorum opinio poſſet procedere, vel in donatione propter nuptias, vel vbi ex meritis ius agendi competeret, aliàs ſecus, vt ibi num.30.in fine, & num.31.Boccac. in conſtitut. March. gloſſ. 8.n.277. requirit 20.annos.

11 Et quid operetur ratificatio minoris expreſſa facta ſtatim poſt completam minorem ætatem? Dic quòd ſi ſtatim effectus maior minor ratificat, videtur ratificationem non valere: ſed contrarium eſt verius, vt per Simoncell. de decreto lib.3.tit.9. num.48. vide Cephalum dicto conſil.51. num.8.41.42. volum.1. & Roland. conſil.60.num.39.& ſequentib. volum.4. vbi facit regulam, quòd minor effectus maior poteſt ratificare contractum nullum in minori ætate celebratum, duobus modis expreſsè, videlicet verbis, vel facto, puta exigendo pretium, & ſimilia, vide Menochium remedio 15. recuper. poſſeſſ. num. 118. & ſequentibus pluribus. Et vtroque modo dicitur inducta ratificatio præcedentis contractus, vt ibi per eum, per textum expreſſum in l. 1. & 2. C. ſi maior factus, lib. 2. & alios quos allegat. Ad idem Simoncell. de decreto lib.3. tit. 9. num. 4. 6. & 7. vbi in fine dicit, etiam quòd ſi inſtrumentum habet plura capitula ſeparata, ſi minor in perfecta ætate facto expreſsè ratificauit vnum capitulum, non cenſetur totum inſtrumentum, & alia capitula ratificaſſe. Sed hanc regulam limitat ipſe Rolandus vbi ſuprà, non procedere in contractu nullo inito in minori ætate ob dolum aduerſarij: quia nec expreſſa ratificatio validat hunc contractum, vt ibi per eum num.41. & ſequentib. vbi ponit exemplum in alienatione facta ſine ſolemnitatibus iuris vel ſtatuti: in qua dicitur eſſe in dolo ille, qui ſine dictis ſolemnitatibus cum minore contrahit, vt dixi ſuprà quæſt.14. num.40. vide ſuprà num. 6. & 7. & ad materiam vide Viuium in commun.opin.cart.178.

12. Scias in materia l. finalis C. ſi maior factus, &c. quòd illa lex non habet locum, niſi in quatuor caſibus. Primus, quando minor fecit alienationem cum auctoritate tutoris, ſeu curatoris. Secundus, quando minor alienauit ſine tutoris auctoritate. Contrarium, quòd dicta l.final. non habeat locum in minore alienante ſine tutoris auctoritate, tradit Menoch. conſil. 29. num. 51. lib. 1. refert Simoncell. de decreto lib.3. tit. 9. num. 10. in fin. & de hoc particulari vide etiam aliquid num. 3. vbi illud poſui, & aduerte, quòd iſte ſecundus caſus videtur contrarius primo caſui: ideò conſidera, & vide Rolandum, & Menochium hîc allegatos. Tertius caſus eſt, quando minor impetrauit veniam ætatis. Quartus quando tutor vendidit res præſente pupillo, & quid ſi abſente pupillo, vide infrà num.16. vbi eſt locus ſuus, & non hîc. His, inquam, quatuor caſibus per taciturnitatem quinquennij, poſtquam minor eſt effectus maior, dicitur ratificatus contractus alienationis: ſecùs extra hos caſus, ſecundùm gloſſ. & ibi in ſpecie, Salic. in dicta l. finali. Et hæc gloſſa eſt communiter recepta, vt teſtantur Menoch. de recuperand. in 15. remed. num. 149. & Pariſ. conſil. 49. num. 57. volum. 1. vide aliquid ſuprà num. 5. & Menochium & Pariſium, atque alios refert & ſequitur Rolandus conſil.72. num.11. volum.4. Hos quatuor caſus alio modo exemplificat Simoncellus de decreto lib. 2. tit.9. n.10. vbi quòd dicta l.finalis habet locum. Primò, quando tutor alienat præſente pupillo. Secundò, quando minor alienat præſente tutore. Tertiò, quando minor curatorem non habens venia ætatis impetrata alienat. Quartò, quando habens curatorem venia ætatis impetrata ſine eo alienat. Extra hos caſus dicta l.finalis non vendicat ſibi locum, vt ibidem n.10. vbi concordantes allegat.

13 Item ſcias, quòd diſpoſitio dictæ l.finalis, C. ſi maior factus, non habet locum de iure Canonico, quo ſancitum eſt malæ fidei poſſeſſorem non poſſe aliquid curſu temporis acquirere. cap. vltimo, de præſcript. quod ius Canonicum iſto caſu ſeruandum eſſe traditur per Rolandum conſ.72. num.12. & ſeqq. volum.4. & relatos per Simoncell. de decreto lib.3. tit.9. num.41. & ſeq. cuius contrarium tanquam verius defendit ibi num.48.

14 Item ſcias, quòd ad hoc vt minor effectus maior tacendo per quinquennium dicatur ratificaſſe alienationem antea factam, neceſſe eſt non ſolùm, vt minor de illa habuerit notitiam, verùm etiam quòd fuerit certificatus de qualitatibus ipſius alienationis, aliàs nulla inducitur ratificatio. Ideo alienatio facta ab infante, vel à tutore ignorante minore, non poteſt tractu temporis ratificari. Ad quæ faciunt ſuprà tradita num. 5. & infrà num. 16. Item nec poteſt ratificari, niſi minor viderit, aut notitiam habuerit de inſtrumento, & eius qualitatibus, vt per Rolandum conſil.72. num.18. & ſequentib. volum.4. & ad prædicta vide idem tenentem Simoncellum in tract. de decreto lib. 3. tit. 9. num. 37. & ſequentib. vbi etiam, quòd nec dictum tempus quinquennij currit dubitanti, quia dubitans iſto caſu æquiparatur ignoranti, vt ibidem num. 38. & num.6. vbi tamen quòd videtur ſufficere præſumpta ſcientia.

15 Addendo ſuprà traditis num. 8. ſcias quòd duo reperiuntur tituli in C. eandem ferè rubricam habentes, qui de hac materia loquuntur. Vnus ſcilicet in lib. 2. C. ſi maior fact. rat. habuerit. Alter verò in lib. 5. C. ſi maior fact. alienat. ſine decreto factam rat. habuerit. Differentia inter hos titulos hæc eſt, quòd in lib. 2. C. agitur de ratificatione alienationis validæ, & cum legitimis ſolemnitatibus celebratæ, aduerſùs tamen quam minor, niſi maior effectus ratificaſſet, poterat ex capite enormis læſionis reſtitui. In lib. autem 5. C. agitur de ratificatione alienationis nullæ ob defectum ſolemnitatum requiſitarum. Hanc differentiam & intellectum ad illos titulos reprobatis aliis ponit & defendit Simoncellus in tract. de decreto lib. 3. tit.9. num. 1. vnde concluditur, quòd ſtante validitate contractus, minor, ſi poſtquam eſt effectus maior, per quadriennium, & non per quinquennium, vt aliqui voluerint, tacuerit, non contradicendo dicto contractui, dicitur illum ratificaſſe, nec ampliùs reſtitui poteſt. l. 1. & 2. C. ſi maior fact. rat. hab. Simoncell. ibidem num. 2. & 5. vbi concordantes allegat, & num. 6. vbi quòd iſtud quadriennium non currit niſi à die ſcientiæ, de quo particulariter dixi ſuprà num. 14. At ſi contractus minoris ſubiacet duplici vitio, læſionis ſcilicet, & nullitatis: tunc ſublata ex quinquennali taciturnitate cauſa nullitatis, non intelligitur ſublata cauſa læſionis. Simoncell. ibidem num.44.

Quin

16 Quinquennalis taciturnitas inducit ratificationem contractus minoris nulli facti per tutorem præſente pupillo, vt dixi ſuprà *num.* 12. vbi Doctores allegati contrarium videntur ſentire, quando tutor rem alienaſſet abſente pupillo. Sed in hoc vide Simoncell. *de decreto dicto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 10. *in fine*, vbi quòd ſi tutor etiam ſolus abſente popillo alienat, tutoris tamen nomine talis alienatio ratificatur ex quinquennij taciturnitate. Et idem ſi tutor alienaret, ſeu obligaret rem pupilli pro facto ſuo proprio, vt *ibidem num.* 22. & quid ſi tutor rem pupilli alienat vti ſuam & propriam, & non vti rem pupilli, vide *ibidem num.* 45. *& ſeqq.*

17 Ratificatio hæc inducta per quinquennalem taciturnitatem non incipit, niſi ætate viginti quinque annorum perfecta, poſt quod tempus minor dicitur effectus maior: ita clarè deciditur *in dicta l. finali C. ſi maior factus*, &c. & hoc habet locum etiam quòd ſtatutum mandet, quòd maior dicatur ille, qui perfecerit viginti puta annos. Hoc enim ſtatutum reputans minorem maiorem habet locum in aliis actibus & negotiis, non autem in alienatione rerum minoris. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 22. *& ſequen.* licèt Menochius *ibi* relatus contrarium ſenſerit.

18 Amplia vlteriùs regulam ſuprà poſitam *num.* 2. vt dicta l. finalis procedat non ſolùm in ipſo minore per quinquennalem taciturnitatem ratificante, ſed & in eius hærede maiore effecto, cui tempus, quod defuncto ſuperfuit, currit. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 19. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 10. *num.* 2.

19 Amplia etiam, vt eadem lex finalis procedat non ſolùm in minore, ſed etiam in prodigo: ac generaliter in quocunque alio, cui eſt interdicta adminiſtratio, vel aliàs quomodocunque à lege, ſtatuto, ſeu ab homine prohibita alienatio. Ea enim ratificatur, ſi ceſſante interdictione & prohibitione alienans per quinquennium tacuerit. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 20. *&* 21.

20 Amplia etiam, vt nec valeat reſcriptum Principis mandantis contractus in minori ætate celebratos reſcindi, non obſtante ratificatione facta in maiori ætate ex curſu quinquennij, relati per Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 23. Sed contrarium eſt verius, vt ibi, quando expreſsè in eo reſcriptum fuerit derogatum. *l. fin. C. ſi maior fact.* &c.

21 Dixi ſuprà *num.* 7. quòd dicta l. finalis non habet locum in contractu doloſo, qui per quinquennalem taciturnitatem ab effecto maiore non ratificatur. Ad idem allego Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 32. *deciſ. Pedemont.* 38. *num.* 32. *& ſeqq. & deciſ.* 177. *num.* 13. Virgil. Boccac. *in conſtitutionibus Marchia gloſſ.* 8. *num.* 281. & Celſ. Bargal. *in tract. de dolo lib.* 6. *reg.* 2. *num.* 14. *& ſeqq.* Ampliant non nulli ibi per eum relati *num.* 33. *&* 34. & aliquos ego ſuprà retuli *num.* 6. *&* 7. hoc etiam procedere in dolo præſumpto, putà quando alienatio ex inobſeruantia ſtatuti, quia contrahens non adhibitis ſolemnitatibus ſtatutariis præſumitur in dolo. Sed hanc ampliationem pulchra ratione reprobat ibi Simoncellus *num.* 34. vide ſuper hac ampliatione Boccac. *dicta gloſſ.* 8. *dicto num.* 281. *& n.* 287. 288. *&* 289. Item ampliant eamdem conclusionem nonnulli alij ibi per Simoncell. relati *in num.* 33. procedere, etiam quòd maior effectus de dicto dolo notitiam habuiſſet, quia non per hoc tacendo dicitur illum ratificare. Sed & hanc etiam ampliationem reprobat ibi Simoncel. *d. num.* 35.

Limita etiam vltrà prædictam diſpoſitionem dictæ l. final. vt ſicut non habet locum in contractu minoris doloſo, vt modò dixi in antecedenti *num.* 21. ita pariter nec locum habebit in contractu ſimulato, vt per Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 40. 22

Limita etiam, vt non cenſeatur ratificatus minoris contractus nullus per quinquennalem taciturnitatem: quando minor infra dictum quinquennium etiam verbis, & quocunque modo declarauerit ſe nolle ſtare illi contractui. Talis enim declaratio voluntatis minoris impedit dictam ratificationem, ex traditis per Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 47. *in fine*, *& num.* 49. vide infrà *num.* 25. 23

Diuidere licèt regulariter non poſſit minor, vt dixi ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 90. *in additionib.* ſi tamen minor perfecta ætate per decennium fructus perceperit, & tacuerit, vel alio modo ratificauerit, valet talis diuiſio, nec poteſt ampliùs per minorem infringi. Simoncellus *de decreto lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 22. 24

Aduerte quòd minor per quinquennalem taciturnitatem non dicitur ratificaſſe contractum, & alienationem nulliter geſtam, ſi de ea extraiudicialiter conqueſtus fuit: ſufficit enim extraiudicialis conqueſtio ad tollendam taciturnitatem iſto caſo ſecundùm communem, de qua per Virgilium Boccacium *in conſtitutionibus Marchia gloſſ.* 10. *num.* 2. licèt Azo ibi relatus iudicialem conqueſtum requirat. 25

Qvæstio XIX.

Iuramentum quando firmet contractus aliàs nullos, putà minoris, vel alterius? & quid ſi ſtatutum illud præſumi velit metu, vel dolo extortum, & alia ad materiam.

Svmmarivm.

1. *Iuramentum quando firmet contractum nullum generaliter.*
2. *Regulariter iuramentum firmat contractum nullum.*
3. *& an firmet contractum fictum & ſimulatum, & num.* 34.
4. *& an firmet donationem inualidam, & n.* 25.
5. *& an firmet contractum prohibitum à ſtatuto, & num.* 7. 31. *&* 36.
6. *& an firmet contractum prodigi.*
7. *& quid ſi nullitas reſultet ex defectu ſolemnitatum ſtatutariarum, & n.* 8. 23. 13.
9. *& an firmet contractum celebratum in die feſto.*
10. *& quid ſi contractus ſit nullus ob defectum conſenſus.*
11. *& quid de contractu metu facto.*
12. *& quid ſi contractus ſit nullus ipſo iure.*
13. *Vel nullus de iure ſpeciali, & d. num.* 7. 8. 5. *&* 23.
14. *& quid ſi contractus reprobatur ob publicam vtilitatem, &* 18.
15. *& quid in contractu doloſo, &* 31. *& ſeqq.*
16. *& quid vbi adeſt enormiſſima læſio, &* 26.
17. *& quid ſi contractus ſit nullus ex pluribus defectibus.*
18. *& quid ſi nullitas ſuperuenit poſt contractum.*
& an iuramentum firmet contractum, qui à ſtatuto præſumitur doloſus, &c. vide infrà, *num.* 31. *& ſequen.*

& an contractum vſurarium, num.40.

& an fideiuſſionem, num 41.

& quid ſi contractus ſit nullus culpa amborum contrahentium, num.56.

& quid ſi nullitas ſit inducta à iure in fauorem alterius, quàm iurantis, ibid.

& quid ſi contractus ſit nullus defectu formæ, num. 57. & 59. vel etiam defectu ſolemnitatum, ibid.

Minor non obligatur iuramento tutoris, n.46.

Alienatio feudi non firmatur minoris iuramento, num.47.

Item nec alienatio facta contra præcedens iuramentum de non alienando, num.48.

Iuramentum minoris ſecundum contra primum quando ſeruandum, ibid.

Iuramentum minoris non operatur, ſi iurans neſciat ſe minorem, num.49.

Iuramentum ſupplet defectum minoris ætatis, ſed non læſionis, ſeu alium defectum iuris communis, ſeu ſtatuti, num.52. & ſeqq.

Quid ſi iurauerit non contrauenire aliqua ratione, vel cauſa, num.53.

Iuramentum non operatur in alienatione rerum à teſtatore prohibitarum alienari, num.51.

Iuramentum minoris habentis curatorem ſine eo præſtitum, an minorem obliget, num.52.

19\. *Iuramentum minoris quando firmet contractum nullum, quando ſeruandum, & alia ad materiam Authent.* Sacramenta pubetum, *& ſeqq.*

20\. *Regulariter firmat.*

21\. *Sed non firmat contractum impuberis.*

22\. *& an firmet alienationem minoris nullam de iure communi.*

23\. *& quid ſi contractus minoris ſit nullus ob defectum ſolemnitatum ſtatutariarum.*

24\. *& quid in diſtractibus.*

25\. *& an firmet donationem minoris inualidam.*

26\. *& quid ſi in contractu minoris adeſt enormiſſima læſio, & 55.*

27\. *Iuramentum non repræſentat minorem ſagacem.*

28\. *Iuramenta minorum & extenſiones iudices caſſare debent, etiam per capturam perſonæ.*

29\. *Iuramentum an firmet contractum diuiſionis nullum.*

30\. *& an tollat reſtitutionem minori concedendam.*

37\. *Minor iurans ſe maiorem, an perdat beneficium reſtitutionis.*

Mutuum factum filiofamilias an firmetur iuramento, d.num.19.

Iuramentum an firmet ſtipulationem minoris, d n.25.

An contractus improprios, & non vltrò citroque obligatorios, ibid.

An obligationem perſonalem, ibid.

38\. *An quaſi contractum, puta aditionem hæreditatis.*

An quietationem & liberationem, d.num 24.

39\. *Quid ſi iuramentum interuenit ante, vel poſt contractum.*

41\. *Iuramentum an firmet fideiuſſionem minoris.*

42\. *Abſolutio à iuramento minori quando concedatur.*

43\. *Quid ſi minor ad iurandum fuerit blanditijs ductus.*

44\. *& quid ſi non fuerit certioratus de vi iuramenti.*

Iuramentum generale de non contraueniendo futuris contractibus minorem non obligat, d.n.39.

Statutum præſumens contractum, vel iuramentum dolo extortum, quando valeat & de materia, n.31. & ſeqq.

& an iuramentum poſſit tolli à ſtatuto laicorum, num.32.

& an tale iuramentum quis teneatur ſeruare non obſtante dicto ſtatuto, num.33.

& quid de ſtatuto præſumente contractum ſimulatum, num.34.

Vel vſurarium, num.35.

Iuramentum non venit ſub generali diſpoſitione, num.36.

45\. *Iuramentum non obligat minorem, quando ſtatutum vult, quòd inſtrumentum nullam faciat probationem.*

& quid ſi ſtatutum minori bonis interdiceret, ibid.

& quid ſi ſtatutum faciat ſapientem incapacem, ibid.

59\. *Demque iuramentum non ſupplet ſolemnitate probatorias.*

IVRAMENTVM quando firmet contractus aliàs nullos, & de materia generaliter, præter infraſcripta videas Corſett. *ſing. verb. ſtatutum* 24. *pag.*209. Annon. *ſing.* 59. Plot. *in l. ſi quando, num.*446. *&* 755. *C. vnde vi.* vbi quòd firmat 1
iuramentum contractus aliàs nullos. Ad comprobationem huius regulæ facit, quia iuramentum facit actum valere omni meliori modo, vt infrà *verſ. Iuramentum, num.*5. & ibi tradita poſſunt hîc applicari in extenſione huius quæſtionis pro ampliatione. Iſta regula ponitur etiam per nos *in conſil. criminal. diuerſ.* 150. *num.* 19. *& ſequentib. volum.*1. vide Syluan. *conſil.*40. vbi enumerat multos contractus à iure improbatos, qui tamen iuramento validantur, *deciſ. Bononienſ.*47. *num.*3. *& deciſ.*49. *num.*10. Roland. *conſ.*70. *num.*10. *& ſeqq.* vbi ponit aliquos contractus, qui non firmantur iuramento. Tiraquell. *de leg. connub. pag.*421. *n.*26. *& ſequen.* Seraphin. *de priuileg. iuramenti priuileg.*61. 2

Iuramentum non firmat contractum ſimulatum. Simoncellus *de decreto lib.*3. *tit.*8. *num.*171. vbi quòd hoc procedit in iuramento promiſſorio, ſecùs in aſſertorio, & quòd iurans omnia, & ſingula eſſe vera, non poſſit dare de ſimulatione contractus, de communi teſtatur Lamberten. *de contractib. gloſſ.*8. *num.*87. *&* 88. vbi hoc declarat remiſſiuè pluribus modis: de quibus etiam remiſſiuè per Virgilium Boccacium *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.* 2. *num.* 26. *& num.*22. vbi quod dicit concludendum, nempe quòd petita abſolutione poterit opponi ſimulationis exceptio, non obſtante iuramento aſſertorio, ſecus ſi non fuerit petita: de quo etiam dixi *in Repertorio iudicial. quæſt.* 40. *num.* 14. poſui in materia ſimulationis. Marſil. *ſingul.* 474. Villalobos *lit. I. num.* 132 *& ſequentib.* Viui. *cart.* 132. Patiſ. *conſil.*54 *num.*10. *& ſequentib.* 14. *& ſeqq.* 41. *& ſeqq.* 83. *& ſequentib. volum.*1. *& conſil.* 55. *num.*24. *eod. volum.* In quo vide etiam diſtinguentem Imolam *concluſ.*1. *lib.*2. Roland. *conſil.* 93. *num.*4. *& ſequen.* 10. *& ſeqq.* 22. *& ſequentib.*34. *& ſeq. volum.*1. *& conſ.*47. *num.*16. *& ſequentib. volum.* 4. vbi quòd iuramentum promiſſorium non firmat; ſecùs in aſſertorio, quod firmat contractum ſimulatum ſecundùm communem, de qua *ibidem num.* 31. *& ſeqq.* Sed an iſto caſu poſſit peti abſolutio, vide *in Repertorio quæſt. iudic. quæſt.*40. *num.*14. Imol. *conſil.* 66. *num.* 13. *&* 14. *volum.*2. vbi quòd iurans omnia & ſingula eſſe vera, non poteſt dare de ſimulatione contractus. Gomez *in §. item ſi quis in fraudem col.* 2. *Inſtitut. de actionib.* vide infrà *num.*34. pulchrè Neuiz. *conſ.*13. *per totum,* pro primo dicto. Adde Roland. *conſil.*76. *num.*5. *vol.*4. vbi de communi allegat gloſſ. *in l.*3. *C. plus val. quod agitur*, &c. 3

Iuramentum an firmet donationem inualidam. 4
Duenn.

Duenn.*reg.*159.*num.*2.Villalob. *I.num.*150. vbi quòd
non firmat donationem omnium bonorum : de quo
videas particulariter in materia donationis omnium
bonorum,an & quando valet,&c. In materia qoan-
do iuramentum firmet donationem inualidam, vide
Cephal.*conſ.*34.*num.*11.*& ſeqq. & conſ.*142. *num.*11.*&*
ſeqq. vide etiam infrà *num.*25.

5 Iuramentum firmat contractum prohibitum à
ſtatuto.Villalobos *I.n.*13.*& ſequentib.* ſuper qua ma-
teria vide Tiraquell. *de legib.connub.pag.*421. *num.*26.
& ſeqq.& infrà *num.*7. *& num.*36. *& n.*31. latè Didac.
*in cap.quamuis,de pact.num.*6.§.1.*part.*2. *num.*8. vbi an
iuramentum firmet contractum à lege, vel ſtatuto
prohibitum.

6 Iuramentum an firmet contractum prodigi, vide
in alio Repert.in contract.verb.Prodigus.

7 Iuramentum an firmet contractum nullum ob
defectum ſolemnitatum ſtatutariarum. Villalob. *S.*
num. 109. vbi quòd non firmat. Zarzan. *opin.* 106.
Viui. *in commun. opinion. cart.* 217. Alexander *conſil.*
104.*volum.*4. Grammat. *deciſ.*12.*num.*12. Pariſius *conſ.*
98.*& 99. volum.* 1. *& conſil.* 85. Aym. *conſ.* 216. *in*
princip. Cotta *pag.*451.*& ſeq. in memorab.* Dic etiàm
quòd iuramentum validat contractum inualidum,
& ſupplet defectum decreti, & tutoris, & alias ſo-
lemnitates ſtatutarias ſecundùm magis commu-
nem,de qua *in conſil. diuerſ.*150.*num.*19. *& ſequentib.*
*volum.*1.*in magnis.* Vide infrà *num.* 23. ad idem *in eo-*
*dem conſil. criminal.*152.*num.*9. vide Imol. *concluſ.* 29.
*lib.*3.*pag.* 627. vbi diſtinguit, an ſtatutum ſit con-
ceſſum in rem, vel in perſonam. Sed quòd indi-
ſtinctè iuramentum iſto caſu firmet contractum, re-
futatis contrariis defendit Lamberten. *de contract.*
*gloſſ fi ns quæſt.*2.*num.*3.*& ſequentib. vſque ad num.*10.
Sed quòd non firmet, ſi ſtatutum loquitur in per-
ſonam, Virgil. Boccacius *in conſtitutionibus March.*
gloſſ. 2. *num.* 15. vbi de communi. In hac materia
ſcias, quòd iuramentum non firmat contractum
nullum ob defectum ſolemnitatum probatoriarum
requiſitarum à ſtatuto. Rolandus *conſ.* 43. *num.*1.*&*
*ſeqq.volum.*1. vbi *num.*6. *& ſequen.* hoc ampliat, ſiue
iſtæ ſolemnitates probatoriæ ſint inductæ à ſtatuto
ad publicam vtilitatem,ſiue ad priuatam.

8 Limita quando de iuramento poſſet aliunde con-
ſtare, quòd alias legitimas probationes, quàm ex
inſtrumento, quia tunc ſupplet defectum ſolemni-
tatum huiuſmodi, vt *ibidem* per Rolandum *num.*20.
faciunt ad hanc materiam ſuprà tradita *num.* 5. &
quæ traduntur in materia mulieris prohibitæ à ſta-
tuto contrahere ſine conſenſu infrà *quæſt.* 20. *n.*17.
An talis contractus validetur iuramento, de quo ibi
videas particulariter,& infrà *num.*23.

9 Iuramentum non firmat contractum celebratum
in die feſto ad honorem Dei introducto, niſi actus
fieret pro neceſſitate. Plot. *in l.ſi quando num.*755. *C.*
vnde vi.

10 Iuramentum non firmat contractum nullum ex
defectu ſubſtantiæ, puta conſenſus, *deciſ. Pedemont.*
170.*num.*10. Put. *deciſ.*292. *num.*2. *lib.*3. Æmilianus
*conſ.*2 *num.*16.*&* 17.Roland.*conſ.*70. *num.*31. *volum.*2.
Imol.*concluſ.*2.*lib.*3.*pag* 543.Cephal. *conſ.*94. *num.*35.
*& ſeqq.volum.*1. Roland. *conſ.*7. *num.*61. *volum.*3. Si-
moncell. *de decreto lib.*3.*tit.*8.*num.*177. & quia errans
non conſentit, ideò iuramentum errore præſtitum
non valet,vt infrà *verſ. Iuramentum, num.* 32. *in fra-*
*gmentis, & num.*18. vbi tradita poſſunt huic materiæ
applicari.

11 Iuramentum an firmet contractum metu factum,
vide in materia metus infrà *quæſt.*22.*num.*48.

12 Iuramentum non firmat contractum nullum ipſo

Farinacij Repert. de Contractib.

iure. Roland. *conſil.*2. *num.* 80. *& ſequentib. volum.*2.
*& conſ.*7.*num.*39.*& ſeqq. volum.*3. *& conſ.*60. *num.*73.
*& ſeqq.volum.*4. *& conſ.* 57. *num.*54. *& ſeqq. volum.* 3.
Tiraquell. *de retractanda donatione verb. reuertatur,*
*num.*444. maximè quando eſſet omnino inualidum
de iure communi, vt *ibidem num.* 41. *& ſeq.* vbi de
magis communi. Sed ſi eſt nullum, ſeu inualidum 13
de iure ſpeciali, tunc iuramentum illud firmat, vt
*ibidem dicto num.*42.& ita diſtinguit etiam Simoncel.
*de decreto lib.*3. *tit.*8.*num.*136.*in fine.*

Iuramentum non firmat contractum reproba- 14
tum ob publicam vtilitatem. Roland. *conſil.* 98.
*num.*32.*& ſeq.vol.*1.Simoncellus *d.tit.*8.*num.*184.infrà
*num.*58.

Iuramentum non firmat contractum doloſum. 15
Plot. *in l.ſi quando num.*271. *pag.* 141. *C. vnde vi*, vide
infrà *num.* 31. ad idem Simoncell. *de decreto lib.* 3.
*tit.*8. *num.* 172. *&* 173. vbi quòd hoc fallit, quando
dolus interuenit etiam ex parte iurantis. Idem Si-
moncell. *loco citato, num.* 156. *& ſeq.* dicit, quòd
adhuc iuramentum illud firmat. Et quid de dolo, 16
qui conſtat re ipſa, puta ex enormiſſima læſione
reſultante, vide Cephalum *conſil.* 54. *num.*7. & quæ
dicentur in materia læſionis, infrà *num.*26.

Iuramentum firmat contractum nullum, non ſo- 17
lùm ex vnico defectu, ſed etiam ex pluribus. Ce-
phalus *conſil.* 61. *num.*7. 10. *& ſeqq. volum.* 1. Neuiz.
*conſil.*8.*num.*12. *& ſeqq.* vbi infert, *& num.*25.*& ſeqq.*
vbi declarat, vide quæ in ſimili de iuramento mino-
ris infrà dicuntur, *num.*52. *& ſeqq.* vide etiam infrà
*verſ.Iuramentum num.*11.

Iuramentum firmat contractum, quando nullitas 18
eſt de præterito, ſeu de præſenti, ſecùs ſi de futuro,
putà ſi nullitas poſt contractum perfectum ſuperue-
nit. Cephalus *conſ.*118.*num.*31.*vol.*1.

Iuramentum minoris, quando firmet eius con- 19
tractum nullum, quandove ipſum minorem obli-
get, &alia ad materiam *Authent. Sacramenta pube-*
rum, C. ſi aduerſus vendit. præter infraſcripta videas
Antonium Gomez *de contractib. cap.* 14. *num.* 18. &
omnino Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 82.
vbi lariſſimè Ruginell. *practic. quæſt. cap.*35. *num.*45.
vbi latè de iurament. proximi pubertati. Vide etiam
Rolandum *conſil.*59. *num.* 18. *& ſeqq. volum.*1. *in Re-*
pertor. conſil. verb. Authent. Sacramenta puberum, &c.
Alexand. *conſil.* 102. *volum.* 4. *& conſil.* 170. *Viſo &*
opportunè conſiderato, volum. 2. Bald. *conſil.* 184. *Ad*
*intelligentiam,lib.*2. Iaſon *in dicta Authent. Sacramen-*
ta puberum. Bero. *quæſt.*43.*num.*5.Pariſ. *conſil.*49.*vol.*1.
aliquid dixi infrà *quæſt.* 41. *num.*3.11.13.17. vbi etiam
poſui,an iuramentum firmet contractum mutui fa-
ctum cum filiofamilias.

Iuramentum firmat contractum minoris inuali- 20
dum. Aretin. *conſil.*22 *per totum.*Villalob. *M.n.* 99.
Alexand. *conſil.*102. *volum.* 4. latè etiam Simoncell.
de decret. lib. 3. *tit.* 8. *num.* 137. *& ſeqq.* vbi de com-
muni, & practicata opinione, & ibi reſpondet ad
contrarias rationes. Ratio iſtius concluſionis eſt,
quia iuramentum facit minorem maiorem, vt *ibi*
*num.*158. & dixi infrà *num.* 27. vide ad idem infrà
num. 21. & ex inualido contractu minoris per iura-
mentum firmato non ſolùm oritur actio, ſed exce-
ptio. Simoncell. *ibidem num.* 154. & quòd iura-
mentum firmet contractum minoris inualidum, po-
nit Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.*2.
*num.*56. vbi de communi, *& num.* 86. Put. *deciſ.*292.
*num.*2.*lib.*3.

Iuramentum non firmat contractum impuberis 21
inualidum,Villalob. *l num.*134. Sed quòd immò fir-
met, ſi eſt proximus pubertati, tenet Simoncellus

de decreto lib. 3. *tit.*8. *num.*139. vbi hanc dicit magis communem opinionem: licèt alij ibi telati contrariam eſſe magis communem dixerint. Sed ſi noo eſt proximus pubertati, tunc iuramentum nihil operatur, vt *ibi* per Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.*164.vide Lamberten.*de contract.in fin. quaſt.*9.*per totam*, vbi pariter refutatis contrariis concludit ſecundùm magis commuoem, quòd iuramentum impuberis proximi pubertati firmat contractum nullum ratione minoris ætatis.

22 Iuramentum an firmet alienationem bonorum minoris ſine ſolemnitatibus requiſitis à iure? Dicas, quòd non,vt per Rolandum *conſil* 7.*num.*39.*& pluribus ſeqq. volum.*3. vbi latè hoc defendit: ſed contrarium, quòd immò firmet alienationem ſine debitis ſolemnitatibus celebratam, ſuppleatque defectum decreti, & curatoris auctoritatem, latè defendit, & concordantes adduco teſtantes de communi, & practicata opinione Simoncellus *de decreto lib.* 4. *tit.*8. *num* 139.*& ſeqq.*vide ſuprà *num.*20.

23 Et quid ſi contractus minoris ſit inualidus defectu ſolemnitatum ſtatutariarum, præter ſuperiùs tradita *num.*7. *&* 8. dic quòd adhuc iurameotum illud firmat,vt per Simoncellum *de decreto lib.*3.*tit.*8.*n.*156. *& ſequen.* Aretin.*d.conſ.*22.*per totum*.Sed iſta eſt materia ſtatuti prohibentis mulierem, vel minorem contrahere ſine conſenſu, &c. An tale ſtatutum habeat locum in cootractu iurato,vbi videas, videlicet infrà *quaſt.* 20. *num.* 17. & in propoſito vide Alexandrum *conſ.*37.*num.*13. *lib.*1. vbi quòd ſtatutum prohibens minorem contrahere ſine curatore non habet locum in contractu iurato de iure Canonico, quòd in iſto caſu eſt ſeruandum, & idem tradit Tiraquell. *de leg. connub.pag.*421.*n.*26.*& ſeqq.*

24 Authentic.*Sacramenta puberum,C.ſi aduerſus venditionem.* an habeat locum etiam in diſtractibus. Tiraquell.*de legib.connub.pag.*424.*num.*7. Dic quòd ſic. Simoncellus *de decret.lib.*3. *tit.*8. *num.*144. vbi infert ad quietationem & liberationem.

25 Et an habeat locum in donatione. Tiraquellus *ibidem pag.*433.*num.*49.Cephalus *conſil.*34.*num.*11. *& ſeqq.& conſ.*142.ſimiliter *num.*11. *& ſeqq. vol.*1. & faciunt ſuperiùs tradita *num* 4. vide Simoncell. *de decret.lib.*3.*tit.*8.*num.*141.*& ſeq.* vbi quòd iuramentum minoris validet non ſolùm contractus proprios vltro citróque,ſcilicet obligatorios, ſed etiam improprios,& impropriiſſimos; quia operatur ſuper quacunque obligatione ſiue perſonali, ſiue reali. Ideò *Authent.Sacramenta puberum*,habebit locum etiam in donatione,ſtipulatione,& ſimilibus, vt ibi per eum, qui teſtatur de communi opinione. Vide infrà *quaſt.* 41.*num* 13. vbi tradita ponas hîc, & etiam vide Ant. Theſaur.*deciſ.Pedemont.*66.

26 Iuramentum in contractu minoris nihil operatur vbi adeſt enormiſſima læſio. Cephalus *conſ.*62.*n.*37. *& ſeq.vol.*1. vide ſuprà *num.* 16. & quæ dicentur in materia læſionis, vbi eſt locus ſuus particularis, videlicet infrà *quaſt.*48.*num.*20. *& ſeq. & quaſt.* 42. *n.*2. quibus in locis videtur quoad minorem poni eadem materia. vide etiam infrà *num.*55.&c.

27 Iuramentum licèt repræſentet maiorem minorem, vt per Simoncell. *de decret.lib.*3. *tit.*8. *num.*138, & de communi Virgil. Boccac. *in conſtitut. March, gloſſ.*8.*num.*149. Tamen non facit eum ſagacem. Neuizz. *conſil.*22.*num.*43.Cephal. *conſil.*34. *n.*11. *& ſeqq. & num.*39. *& conſ.* 142. *num.* 46. *volum.*1. Simoncell. *ibid.num.*136.

28 Iuramenta minorum,& violentas extorſiones boni Præſides faciunt caſſare, etiam per capturam perſonæ.Rolandus *conſ.*7.*num.*50. *volum.*3. Iaſ. *in l.generaliter in* 3.*notab.ff.de verbor.obligat.* Afflict.*deciſ.*263. *num.*3. Quod intellige, vt per Rolandum *conſil.*37. *num.*11.Federicum de Senis *conſ.* 199. Dec. *conſil.* 180. *col.*4.*in fine.* Roman.*ſingul.*498. *& ſeq. & in additione.* Neuizz.*conſil.*22. *num.*38. vbi quòd contrahens cum minore conſumpturo eſt in mala fide, nec talis contractus firmatur iuramento.Conferunt valde ad hanc materiam tradita in alia materia, videlicet, an & quando minor,ſeu filius familias obligari poſſit, de quo infrà dicemus, videlicet *quaſt.* 41. *num.* 11. 18. *& ſeq.*

29 Iuramentum an firmet diuiſionem minoris inualidam.Aretinus *d.conſil.*12.Bald.*conſ.*45.*incip. quandoque contractus lib.*2. poſui *in Repert. vltimar. voluntat. verſ.Diuiſio num.*7.

30 Iuramentum minoris an taliter firmet contractum,vt eidem ſit deneganda reſtitutio,vide Cephal. *conſil.*34.*num.*11.*& ſeqq.& conſ.*142. *num.*14. *volum.*1. Sed de hoc particulari, vide *in alio Repertor. iudicial. verſ.Reſtitutio*,&c.*num.*28. vbi eſt locus ſuus. His addito Andr.Gayl.*obſeruat.*41.*lib.*2.

31 Iuramentum non firmat contractum, quando ſtatutum præſumit illum cootractum, vel iuramentum metu, vel dolo extortum, quia iuramentum non firmat cootractum doloſum, iuxta tradita ſuprà *n.*15. quibus adde Lamberten.*de contractib. gloſſ.finas*, *n.*89. qui videtur contrarium tenere, & Virgil. Boccac. *in conſtitut. March.gloſſ.*2. *num.*19. vbi dicit, quòd iuramentum dolo extortum eſt obligatorium ſecundùm communem,& ideo eſt neceſſaria abſolutio. de quo vltimo dixi *in Repert. iudic. quaſt.*40. *num.*18. Quoad materiam propoſitam vide Tob. Non. *conſil.* 108. *num.*13. ſi ſtatutum faciat mentionem de iuramento, & præſumat contractum doloſum,tunc iuramentum nihil operatur: ſecus ſi de iurameoto non faciens mentionem ſimpliciter præſumeret contractum doloſum. Simoncell. *de decret. lib.*3. *tit.*8. *num.*165.166. 167. Sed quòd immò ſtatutum ſimpliciter, ſi præſumat contractum doloſum, tunc iuramentum illud non firmet,traditur *in conſil.crimin.diuerſ.*252. *num.*9. *& num.*15.*in fine.& conſ.*154.*num.*2.vbi de communi, *& conſ.*155. *num.*8. & an ſtatutum præſumens iuramentum doloſum valeat, vide Lamberten. *de contract.gloſſ.*8.*num.*103.vide infrà *num.*32. & in hac materia, quando ſcilicet ſtatutum poſſit per indirectum tollere iuramentum,vel facere præſumi contractum doloſum,& quando tale ſtatutum valeat, necne,vide Felinum *in cap.*2.*num.*52. *de ſponſalib.* latè Boſſ. *in tit. de plurib.violent.pag.*183.*num.*110. vbi etiam de ſtatuto Romano. Villalob. *S.num.*99. Rip. *in l.si cui bonis, num.*59.*& ſeqq.ff.de verb. obligat. pag. mihi* 103. Socin. iun.*conſ.*3.*num.*25. *&* 38 *vol.*2. *& conſ.*79. *num.*17. *eodem volum.*Alexand. *conſ.*27. *num.*14. *& ſeqq. volum.*1. omninò Ferrar.*caut.*20.Curtius iunior *conſ.*67.*num.*4. Æmilianus *conſil.*11.*num.*18. Pariſius *conſil.*97. *num.*4. *& ſequen.volum* 1. omninò Imol. *concluſ* 29.*lib.*3. vbi infert, ampliat, & limitat pluribus modis, omnino etiam Pariſius *conſ.*96. *num.* 100. *& ſeqq. & conſil.* 97. *num.*1. *& pluribus ſeqq. volum.*1. vide infrà *numeris ſequen.*& quando tale ſtatutum trahatur ad contractus iuratos,de hoc vide etiam infrà *num.*36.& an iſto caſu ſit neceſſaria abſolutio, dixi *in Repertor. iudicial. quaſt.*40.*num.*18.

32 Et particulariter an ſtatutum laicorum poſſit tollere iuramentum, præſertim per indirectum, præſumendo illud dolo, vel metu extortum, videas per Zarzan.*opin.*68.*& conſil.crimin.*152 *n.*9. *& conſil.*154. *vol.*1.*in magnis*.Neuiz. *conſ.*21.*num.*23. *&* 24. & dicas quòd iuramentum etiam per ſtatutum laicorum tolli & reprobari poteſt, quando ex ſtatuto ipſo induci-

citur

citur præſumptio doli, vel fraudis. Dec. *conſ.* 532. *circa fin.* Rip. *in l. is cui bonis*, *num.* 59. *& ſeqq. ff. de verb. obligat. fol.* 103. Villalob. *lit. I. num.* 152. Ancharanus *quæſt.* 4. *num.* 2. vbi de communi *part.* 2. Crot. *conſ.* 135. *num.* 1. vbi quòd ſtatutum laicorum non poteſt diſponere ſuper iuramento, niſi vlteriùs procedat annullando vires ipſius iuramenti, vt ibi *num.* 6. & iſto caſu ſtatutum valere tenent plures relati per Lamberten. *de contract. gloſſ.* 8. *num.* 93. vbi de communi. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 2. *num.* 16. *& gloſſ.* 6. *num.* 117. Vel meliùs diſtinguendo facies regulam in hunc modum, quòd ſtatutum laicorum non poteſt diſponere ſuper iuramento quod eſt ſpirituale. Rolandus *conſil.* 99. *num.* 11. *& ſeqq. volum.* 3. Anchatanus *quæſt.* 4. *num.* 2. vbi de magis communi.

Amplia vt nec etiam indirectè illud poſſit tollere, puta illud præſumendo metu, vel dolo extortum, vt *ibidem* per Rolandum *num.* 15. *& ſeqq.* licèt aliqui ibi per eum relati, *num.* 1. *& ſeqq. & num.* 10. contrarium tenuerint. Et idem quod Rolandus tenuerunt plures relati per Lamberten. *de contract. gloſſ.* 8. *num.* 94. vbi teſtantur de communi.

Hanc regulam limita duobus modis. Primò quando ſtatuentes mouerentur ex aliqua iuſta & rationabili cauſa, quia tunc per indirectum præſumendo iuramentum doloſum poſſunt illius vires annullare, vt *ibidem* per Roland. *num.* 20. *& ſeqq.* & ita concordando contrarias opiniones diſtinguit Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 8. *num.* 95. *&* 96. vbi de magis communi. Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 6. *ſub n.* 117. *verſ. videlicet, quando adeſſet iuſtiſſima cauſa*, &c. Roland. *vbi ſuprà num.* 21. dicit, quòd de hac iuſta, ſeu rationabili cauſa non creditur ſtatuentibus id aſſerentibus in ſtatuto, ſed debet id aliunde probari. Contrarium Lamberten. *de contract. gloſſ.* 8. *num.* 95. *in fin. & num.* 96. Secundò limita, quando ſtatutum nihil diſponeret ſuper iuramento, ſed ſolùm ſuper contractu, in quo eſt appoſitum iuramentum, putà præſumendo illum contractum metu, vel dolo factum. nam tunc tale ſtatutum laicorum, cùm de iuramento non faciat mentionem, valebit, & taliter, vt nec iuramentum operabitur vti appoſitum ſuper contractu doloſo, vt *ibidem* per Rolandum *num.* 19. Sed contrarium, quòd ſtatutum præſumens contractum doloſum non tollat vires iuramenti, niſi de eo faciat expreſſam mentionem, tradit Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 167. vide ſuprà *num.* 31. & aduerte quòd Doctores etiam per Lambertenum allegari promiſcuè loquuntur etiam in ſtatuto præſumente iuramentum doloſum. Et quid ſi tale ſtatutum laicorum ſit confirmatum à Pontifice, vide Aretin. *conſil.* 8. vbi pulchrè. Alia ad materiam vide ſuprà *num.* 31. Sed nota, quòd generalis confirmatio non ſufficit: ſpecialis autem ſic. Lamberten. *de contract. gloſſ.* 8. *n.* 104. 105. *&* 106. vbi idem ſi Pontifex habuit notitiam de hoc ſtatuto, puta vel quòd ei ſit lectum, vel de eo in confirmatione fuerit facta mentio, vel confirmatio fuerit facta ex certa ſcientia: vide Virgilium Boccacium *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.* 2 *num.* 15. vbi idem in confirmatione Legati de Latere, *& gloſſ.* 6. *num.* 118. vbi alia ad materiam prædictam, ibi videas omninò. Et quid ſi ſtatutum non præſumat, ſed fingat. Item quid ſi ſtatutum prohibeat contra iſtum dolum præſumptum poſſe contrarium probari. Lamberten. *d. gloſſ.* 8. *num.* 99. *& ſeqq.*

Et an tale iuramentum, vt ſuprà reprobatum à
33 ſtatuto, teneatur tamen quis ſeruare: dic quòd ſic, vt per Zarzan. *opin.* 36. ſeu 136. & ſic an ſit neceſſaria abſolutio, dixi *in Repertorio iudicial. quæſt.* 40. *num.* 18.

Et quid de ſtatuto præſumente contractum ſimulatum, an iuramentum in eo aliquid operetur, vide Imolam *concluſ.* 45. *lib.* 3. *pag.* 699. & ſuprà *num.* 3. Si ſtatutum præſumat contractum ſimulatum, iuramentumque nihil in eo operari dicat, tunc contractus non firmatur iuramento. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 165. 166. 167. vbi declarat. Poſui in materia ſimulationis. 34

Et quid de ſtatuto præſumente contractum vſurarium, an iuramentum in eo aliquid operetur, vide Abbat. *in cap. cum contingat, num.* 12. *de iureiurand.* vide *num.* 40. infrà. 35

Et in materia generaliter ſcias, quòd iuramentum ſemper firmat contractum à ſtatuto reprobatum, niſi de eo ſpecialem faciat mentionem, de quo vide etiam ſuprà *num.* 5. *& n.* 31. Virgilius Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 6. *num.* 119. Quia regula eſt, quòd ſub generali diſpoſitione iuramentum non includitur, niſi fiat de eo expreſſa mentio, vt per Simoncell. *de decreto tit.* 8. *lib.* 3. *num.* 134. *& n.* 157. vbi de communi. Hercul. *de cautel cap.* 37. *num.* 10. Ancharan. *quæſt* 8. *num.* 1. *& ſeqq.* 2. *part.* vbi infert: latè probat & infert Lamberten. *de contract. gloſſ finis quæſt.* 2. *num.* 11. *& ſeqq.* & per Alexandrum *conſ.* 137. *num.* 4. *volum.* 6. & Imolam *concluſ.* 10. *pag.* 33. & Pariſius *conſil.* 97. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 1. Quod fallit, quando in diſpoſitione adeſt clauſula *Ex certa ſcientia*, vt per Innocentium *concluſ.* 1. *pag.* 4. vide Gabriel. *concluſ.* 5. *tit. de iureiurand. lib.* 2. vbi infert, ampliat, & limitat. Crot. *conſ.* 56. *num.* 20. vbi quòd ſtatutum non faciens mentionem de iuramento, illud non comprehendit: ad quam materiam vide latiſſimè per Imolam *dicta concluſ.* 10. *&* 29. 36

Ad ea, quæ ſuprà dicta ſunt *num.* 19. *& ſeqq.* de iuramento minoris, addas quòd ſi minor iurauit ſe maiorem, non ampliùs admittitur ad probationem minoris ætatis, ſecundùm textum *in l.* 3. *in fin. C. ſi minor ſe maiorem dixerit*. Ad cuius textus & materiæ declarationem videas Lamberten. *de contract. gloſſ.* 8. *num.* 59. *& ſeqq. vſque ad num.* 93. *& num.* 107. *& ſeqq. vſque ad num.* 114. vbi melius, & latius, quàm omnes alij, declarat hanc materiam per plura diſtinctionum capita. Aliqua habes apud Virgil. Boccac. *de conſtit. March. in gloſſ.* 8. *num.* 175. Riminald. *in* §. 2. *num.* 30. *Inſtitut. quib. alienar. liceat, vel non.* Mynſing. *obſeruat.* 20. *centur.* 4. Cephal. *conſ* 142 *num.* 15. *& n.* 57. vbi quòd minor aſſerens ſe maiorem perdit beneficium reſtitutionis in integrum. Moronus *de fid. treg. & pac. pag.* 23. *num.* 2. & quid ſi aſſerat ſe adultum, vide Lamberten. *de contract. in fin. quæſt.* 9. *num.* 43. Dictam aſſertionem limitat prædictus Cephalus tribus modis. 37

Primò, quando talis aſſertio fieret veriſimiliter ſcienti ætatem minoris, putà coniuncto. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 183. *in fine.* Moronus *de fide*, &c. *pag.* 23. *num.* 15. Lambertenus *de contractib. in fin. quæſt.* 9. *num.* 44. *&* 45. vbi declarat, vt non procedat quando ille coniunctus eſſet etiam ipſe paris, vel minoris ætatis. & non maioris.

Secundò, niſi adſit dolus aduerſarij. Moronus *de fid. treg. & pac.* &c. *pag.* 23. *num.* 3.

Tertiò, quando pars ex tali aſſertione fuiſſet decepta; aliter ſecùs, vt ibi per eum. Et particulariter ſcias, quòd licèt minor aſſerens ſe maiorem perdat beneficium reſtitutionis, & ſic non poſſit aduersùs illum contractum venire, per viam reſtitutionis, tamen non prohibetur venire per viam nullitatis: ſed vide ſuper hoc omnino Lambertenum *de contract. d. gloſſ.* 8. *num.* 107. *& ſeqq. vſque ad num.* 112. & ſic in tentando remedium nullitatis admittetur ad probandum minorem ætatem, ita diſtinguendo dixit

Crem. *ſingul.* 163. Grammat. *deciſ.* 12. *num.* 5. Marſil. *ſingul.* 299. Socin. iun. *conſ.* 3. *num.* 26. *& ſeq. lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 118. *num.* 9. *& conſ. ſeq.* & eſt magis communis opinio, vt per Rotam Bononienſ. *deciſ.* 47. quam etiam refert & ſequitur Mandoſ. *in praxi, in tit. de probat. minor. ætat. quæſt.* 7. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 183. Contrarium, quòd imò minor aſſerendo ſe maiorem, nedum perdat beneficium reſtitutionis, ſed etiam nullitatis traditur latiſſimè per Pariſium *conſ.* 97. *per totum lib.* 1. Ancharan. *conſil.* 226. *n.* 3. Ruin. *conſil.* 103. *num.* 10. *& ſeqq. vol.* 1. Pro concordia dicere potes, quòd prima opinio loquitur, quando in contractu adeſt iuramentum aſſertorium ſolum. Secunda autem procedit, quando adeſt & aſſertorium & confirmatorium ſimul, ita diſtinguendo dicit Marſil. *d. ſingul.* 299. *in fine*, & Paris *d. conſ.* 97. *num.* 59. *& ſeq.* Sed aduertas, quòd Socinus *d. conſ.* 3. loquitur in iuramento aſſertorio, & confirmatorio ſimul, & tamen concludit per ea minorem non fore excludendum à remedio nullitatis, licèt excludatur à beneficio reſtitutionis. Et contra Pariſium tenet Simoncellus *vbi ſupra.* Sed vide ſuper hoc omoinò Lambert. *de contract. d. gloſſ.* 8. *num.* 107. *& ſeqq. vſque ad num.* 112. & quòd talis aſſertio minori non noceat quando ex aſpectu facilè iudicari poteſt minor, tradit Lambert. *de contract. gloſſ. finis num.* 43.

38 Amplia ſuprà tradita *num.* 19. *&* 20. quòd iuramentum non ſolùm firmat minoris contractum inualidum, ſed etiam quaſi contractum. Ideò ſi minor ſine curatore adiret hæreditatem, & iuraret aduersùs eam aditionem, non reſtituitur etiam quòd fuiſſet læſus. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 143.

39 Amplia etiam, quia iuramentum minimè obligat, etiam quòd non in ipſo contractu, ſed vel antea, vel pòſt præſtitum fuerit. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 145. quod intellige, ſi ſit ſpeciale, mentionem faciens de illo contractu, ſecùs ſi ſit generale, puta de non contraueniendo futuris contractibus, vt *ibidem* per Simoncellum *num.* 163. licèt aliqui ibi relati *num.* 162. contrarium dixerint, *& num* 190. Ad materiam prædictorum vide Lamberten. *de contractib. gloſſ. finis quæſt.* 19. *&* 20. *n.* 74. 75. *&* 76.

40 Iuramentum etiam appoſitum ſuper contractu vſurario obligat iurantem ad ſoluendum vſuras: ſed benè poſtea illas ſoluens poteſt repetere, vt per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 146. facit quod dixi *in Repert. crimin. verſ. vſuraria exceptio, num.* 13. vbi videas. Vide etiam ſuprà *num.* 35.

41 Amplia turſus eamdem regulam ſuprà traditam *num.* 20. vt iuramentum firmet etiam fideiuſſionem minoris. Simoncell. *ibidem num.* 150. quòd ſi fideiuſſeris ex cauſa mutui, vide infrà *quæſt.* 41. *num.* 52. *& num.* 22. vbi generaliter de fideiuſſione minoris. Et idem defendit Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. num.* 146. *vſque ad* 154. vbi hoc limitat non procedere, quando tempore fideiuſſionis ille, pro quo minor fideiuſſit, non erat ſoluendo, quia tunc tandem deceptus, & circumuentus petita abſolutione à iuramento reſtituitur aduersùs iuramentum. ibi videas & de materia.

42 Amplia iterum, vt ad effectum reſcindendi contractum iuratum minor neque etiam poſſit petere abſolutionem: immò & petita & conceſſa abſolutione contractus remanet firmus, & eſt neceſſe recurrere ad reſtitutionem in integrum. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 155. vbi poſtea diſtinguit, quòd ſi contractus minoris ſuſtinebatur ſolo iuramento, tunc illo ſublato annullatur contractus; aut contractus ſuſtinebatur etiam alio iure, tunc etiam remoto iuramento contractus eſt ſeruandus. Vide ad hoc generaliter tradita de abſolutione à iuramento, *in Repert. iudic. quæſt.* 40. & quid ſi ſtatutum præſumat iuramentum minoris dolo extortum, an tunc ſit neceſſaria abſolotio, vide *in dicta quæſt.* 40. *num.* 18. & quòd quando iuramentum firmat contractum minoris inualidum, ei detur abſolutio, ſi eſt læſus, potiit Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 2. *num.* 56.

43 Amplia quoque eamdem concluſionem, quòd ſcilicet iuramentum minorem obligat, etiam quòd ſuaſionibus, & blanditiis ad iurandum adductus fuerit, vt per Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 158.

44 Amplia, quia iuramentum firmat contractum minoris inualidum, etiam quòd non fuerit certioratus tempore iuramenti de beneficio reſtitutionis ſibi competentis aduersùs contractum, ſi non iuraſſet. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 159. vbi de magis communi, *& num.* 205. vbi contrarios refert, & facit, quia iuramentum tollit defectum certiorationis, vt dixi infrà *verſ. certioratio num.* 1. *inter diuerſa.*

45 Limitando regulam ſuprà firmatam *num.* 19. *&* 20. ſcias quòd iuramentum minimè firmat contractum minoris, non ſolùm quando ſtatutum præſumit contractum doloſum, vel iuramentum metu extortum, vt ſuprà dixi *num.* 31. verùm etiamſi ſtatutum dixerit, quòd inſtrumentum cum minore celebratum nullam faciat probationem. nam tunc ſicut inſtrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 168. Ad idem pulchrè Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 6. *num.* 120. vbi etiam quòd ſi ſtatutum dixerit, aliter contractus nullus ſit, & ſimilia, per hæc verba dicitur ademiſſe fidem inſtrumento, & ſic iuramentum non operatur. Et idem Simoncellus *vbi ſuprà num.* 169. vbi quòd idem, ſi ſtatutum minori interdiceret bonis contrahenti ſine decreto, ſeu alia ſolemnitate. Iuramentum non operatur, quando ſtatutum minori interdicit adminiſtrationem. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 2. *num.* 18. Idem Simoncell. *vbi ſuprà num.* 170. vbi pariter idem aſſerit, ſi ſtatutum reddat incapacem contrahentem cum minore ſine debitis ſolemnitatibus. His tribus caſibus etiam vigore dicti ſtatuti iuramentum non firmat contractum minoris, vt per Simoncellum *vbi ſuprà.*

46 Limita etiam, quia licèt minor ex ſuo iuramento obligetur, non tamen obligatur ex iuramento tutoris, ſeu alterius adminiſtratoris, quin contractum ab eis factum iuramento non obſtante reſcindere poſſit, vt per Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 189. de communi Lambert. *de contractib. gloſſ. finis, quæſt.* 16. *num.* 69. faciunt generaliter tradita *in Repertor. iudic. quæſt.* 77. *num.* 26. obligatur tamen minor iuramento procuratoris ad id ſpecialiter deputati, vt *ibi* per Lamberten. *num.* 71. Item obligatur iuramento tutoris, ſeu alterius generalis procuratoris, quando iuraſſet attendere, & obſeruare geſta per eos; quia hoc iuramentum æquiparatur ſpeciali mandato ad iurandum, *ibidem num.* 72. *&* 73. *in quæſtionibus* 17. *&* 18.

47 Limita turſus, quia iuramentum non firmat alienationem feudi factam ſine decreto. Simoncell. *d. lib.* 3. *tit* 8. *num.* 193.

48 Limita iterum, quando minor priùs iurauerat, puta rem non alienare ſine iudicis decreto, vel debitis ſolemnitatibus. Nam tunc ſequuta alienatione etiam iurata contra primum iuramentum, ſecundum in alienatione interpoſitum nihil operatur. Lamberten. *de contractib. gloſſ. finis num.* 47. *& num.* 48. *in fine,*

ſecundum

ſecundùm communem, de qua per Simoncellum, qui concordantes allegat *in tract. de decret. tit.* 8. *lib.* 3. *num.* 196. *&* 197. vbi quid ſi emptor neſciebat illud primum iuramentum minoris. In hoc vide Lamberten. *de contract. gloſſ. finis num.* 49. 50. *&* 57. *in fine.* & Simoncell. *vbi ſuprà num.* 198. *& ſeqq.* vbi alia multa ad hanc materiam, ad quam vide in ſimili de alienatione dotis, infrà *quæſt.* 26. *num.* 13. *& in fragmentis verſ. Iuramentum num.* 30. *&* 49.

49 Limita ſubſequenter eamdem concluſionem, vt iuramentum minoris non firmet eius contractum inualidum, quando minor iurans, neſciebat ſe minorem. quæ ignorantia præſumitur, quando in inſtrumento nulla eſt facta mentio minoris ætatis, vt per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 204.

50 Limita etiam in minore, qui habet curatorem, cuius iuramentum ſine eo præſtitum contractum inualidum non firmat. Regula enim procedit in iuramento minoris curatorem non habentis; ſecus in curatorem habente, & ſine eo iurante, vt per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 226. vbi hoc limitat non procedere, quando minor interrogatus negauerit ſe curatorem habere: tunc enim validabitur iuramento contractus, cùm malitia mendacium dicentis ſuppleat ætatem, vt ibi *num.* 227. vbi cum hac declaratione, quam communem dicit, reſpondet ad contrarios relatos ibi *num.* 225. qui teſtantur de communi opinione, dicens eorum opinionem procedere in caſu prædictæ declarationis.

51 Limita eamdem regulam in alienatione rerum etiam à teſtatore prohibitarum alienari: cùm enim in hac alienatione concurrat duplex defectus & prohibitio, vna ſcilicet legis, & altera hominis, iuramentum non poteſt duos ſupplere defectus, vt modò in ſequenti limitatione dicetur. Ideo iuramentum validabit illum contractum quoad prohibitionem legis, ſed non quoad prohibitionem hominis, vt per Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 217. *&* 223.

52 Limita principaliter dictam regulam, vt iuramentum firmet contractum minoris nullum, ſcilicet ratione minoris ætatis, ſecùs ſi ſit nullus ratione læſionis, (ad idem Lamberten. *de contract. gloſſ. finis num.* 36. *in fine, & num.* 42.) vel aliquo alio defectu iuris communis; quia tunc talis contractus iuramento non firmatur, vt per Simoncell. *de decret. num.* 206. *lib.* 3. *tit.* 8. *& num.* 215. vbi de veriori, æquiori, & magis communi opinione; licèt aliqui ibidem relati *num.* 214. pariter de communi teſtantes contrarium dixerint. Ad hanc materiam vide etiam infrà tradita, *quæſt* 42. *num.* 1. vbi an per iuramentum minoris cenſeatur ſublatum remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Iuramentum enim minoris ſimpliciter præſtitum, non ſupplet alium defectum, niſi minoris ætatis. Lamberten. *de contractib. gloſſ. finis, quæſt.* 8. *num.* 34. *& ſeqq.* vbi ex hoc relatis contrariis infert, quòd non ſupplet defectum ſolemnitatum ſtatutariatum. Ad materiam vide etiam ſuprà generaliter tradita *n.* 17.

53 Amplia hanc limitationem procedere etiam quòd minor iurauerit non contrauenire aliqua ratione, vel cauſa: tale enim iuramentum adhuc non firmat contractum, niſi nullum ratione minoris ætatis; ſecùs ſi etiam ſit nullus de iure communi ex alio defectu. Simoncellus *ibidem num.* 216. *& num.* 230. vbi ſecus ſi iurauerit non contrauenire quacunque ratione, vel cauſa. nam illa dictio, *Quicunque*, omnem defectum concludit, & ibi teſtatur de communi, Contrarium huius ampliationis tenet Lambert. *de contractib. gloſſ. fin. quæſt.* 8. *num.* 36. vbi etiam de communi.

54 Sublimita, eamdem, hanc proximam limitationem non procedere, quando minor expreſsè iurauit non contrauenire, nec etiam ex beneficio iuris communis, nec ratione læſionis, aut modici pretij. Tunc enim cùm clara ſint verba, omnis defectus ſupplebitur iuramento. Effectus enim iuramenti & ex verbis expreſſis, & ex coniecturis, quæ ex inſtrumento eliciuntur, regulatur, vt ibidem per Simoncell. *de decreto dicto tit.* 8. *lib.* 3. *num.* 207. 208. 209. 211. 212. *&* 213. vbi infert ad varios caſus.

55 Et in materia huius vltimæ limitationis aduerte quòd in omni caſu, quo iuramentum ſupplet defectum non ſolùm minoris ætatis, ſed etiam læſionis, & alium defectum iuris communis, nunquam tamen ſupplebit, nec validabit contractum nullum ratione enormiſſimæ læſionis, cui nec quibuſcunque verbis expreſſis etiam iuramento per minorem præiudicari poteſt, vt ſuprà dixi *num.* 16. & tradit Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 231. *& ſeqq.* & pleniùs dixi in materia læſionis infrà *quæſt.* 48.

56 Iuramentum non videtur firmare contractum nullum, quando nullitas eſt introducta à iure in fauorem alterius, quàm iurantis. *deciſ. Pedemont.* 178. *num.* 2. *&* *deciſ.* 170. *num.* 20. *&* 22. Item iuramentum non firmat contractum nullum, quando nullitas reſultat ex culpa amborum contrahentium, *dicta deciſione Pedemont.* 178. *num.* 2.

57 Iuramentum non firmat contractum nullum defectu formæ. *deciſ. Pedemont.* 170. *num.* 19. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 2. *n.* 20. *&* 59.

58 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 14. adde Virgilium Boccacium *in conſtitution. March. gloſſ.* 2. *num.* 13. 14. *&* 56. vbi quòd quando contractus reprobatur ratione publicæ vtilitatis principaliter; tunc iuramentum illud non firmat contractum, nec eſt neceſſaria abſolutio. Si verò contractus eſt reprobatus ob fauorem priuatum principaliter, ſed ſecundariò, & in conſequentiam ex priuata vtilitate reſultet publica vtilitas, tunc iuramentum firmat contractum, & eſt obligatorium, nec illi contrauenire poteſt non petita abſolutione, vt *ibidem dicto num.* 13. 14. *&* 56. *& num.* 117. *gloſſ.* 6. *pag.* 119. *in fine primæ faciei*, vbi ſimpliciter dicit, quòd iuramentum licèt non validet contractum reprobatum à iure, eſt tamen ſeruandum, & *ibidem dicto num.* 157 *in fine verſ. ſed vbi hoc non dicitur*, &c. *& num.* 158. *in fine*, vbi quòd licèt Didacus dixerit à iuramento ſuper contractu reprobato non eſſe neceſſariam abſolutionem; tamen tutius eſt eam petere in conſcientia.

59 Iuramentum non firmat contractum nullum defectu ſolemnitatum probatoriarum. Virgil. Boccac. *in conſtitutionibus March. gloſſ.* 2. *num.* 58. vbi tamen, quòd iſto caſu concedi debet abſolutio à Sacramento.

QVÆSTIO XX.

De ſtatuto prohibente mulierem, ſeu minorem contrahere ſine certa ſolemnitate.

SVMMARIVM.

1. *Statuti prohibentis mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, materia generaliter.*
2. *An hoc ſtatutum procedat in muliere fideiubente.*
3. *Hypothecante, vel pignorante.*
4. *Quid in confeſſione mulieris de recepto, & n.* 61.
5. *Quid in quaſi contractu.*
   Quid in aditione hereditatis, ibid. & 94.
6. *Quid in alienationi conſentiente.*

7. *An*

7. *An poſſit ſe ex delicto obligare.*
8. *Quid in tranſlatione poſſeſſionis, & 74. vbi etiam de domino.*
9. *Quid in procuratore contrahente nomine mulieris.*
10. *Vel tutore nomine minoris, & num. ſeqq.*
11. *& quid in minore, ſeu muliere contrahentibus alieno nomine. puta tutorio, vel procuratorio.*
& quid ſi contrahat, vti exequutrix, num. 83. vide ad materiam, num. 95.
12. *Quid in compromiſſo, ſeu tranſactione.*
13. *Quid in muliere litigante. & num 96.*
Commodante, eodem num. 13. vel mutuante etiam, ibid.
Vel promittente facere contractum, ibid.
14. *An contractus ſine conſenſu, &c. ſit nullus ipſo iure.*
15. *& an eo mulier obligetur naturaliter.*
Vel in foro conſcientiæ, ibid.
16. *An fideiuſſor obligetur ex hoc contractu nullo.*
17. *Quid ſi mulier iuret, &c.*
18. *An conſenſus fœmina proximioris ſufficiat.*
19. *& quid ſi mulier contrahat cum filijs, vel fratre.*
20. *& quid ſi minor aſſerat ſe maiorem.*
21. *Quid operetur præſentia mariti in propoſito.*
22. *& quid in contractu facto fauore Eccleſiæ & piæ cauſa, & num. 92.*
23. *Quid in alienatione neceſſaria.*
24. *Quid in muliere contrahente cum patre, ſeu matre.*
25. *Quid in contractu vtili mulieri, ſeu minori, & n. 115.*
26. *Quid fauore dotis.*
27. *An ſpurij propinqui conſenſus ſufficiat, & n. 105.*
28. *Quid in donatione, & n. 59 & ſequen. & n. 100.*
Quid in donatione cauſa mortis, d. num. 28.
29. *Quid ſi propinqui conſentiant ad eorum vtilitatem, & 46. 49. & 103.*
30. *Quid in teſtamento, & 42.*
31. *Quid ſi propinqui recuſent conſentire.*
32. *Quid ſi propinqui ſint furioſi.*
33 *Iudicis præſentia an ſuppleat conſenſum.*
34. *An conſenſus propinquorum ſufficiat tacitus.*
& generaliter quomodo conſenſus iſte debeat interuenire, num. 61.
35. *Quid ſi propinqui ſint abſentes, vel banniti, & n. 43. & ſeq. 97. & quid ſi infirmi, d. num. 97.*
36. *An conſenſus ſufficiat poſt actum, & n. 98.*
37. *Quid ſi mulier contrahat extra territorium ſtatuentium. & num 86. & ſeqq.*
38. *Quid ſi mulier acceptet tutelam.*
39. *An huic ſtatuto poſſit renunciari.*
40. *An propinqui, qui conſenſerunt, poſſint contractui contrauenire. & num. 104.*
& ſic an eorum conſenſus ipſis præiudicet. d. num. 40. & 104.
41. *& an propinqui poſſint conſenſum reuocare.*
42. *& an valeat ſtatutum, quòd mulier non teſtetur ſine conſenſu, &c. & de materia.*
43. *An conſenſus propinquorum poſſit per nuncium, procuratorem, vel epiſtolam præſtari, & ſequen. & num. 97.*
45. *Quid in minore faciente pacem.*
46. *Quid ſi propinqui ſint ſuſpecti, & d. num. 29. 49. & 103.*
An ſufficiant propinqui ex linea materna, d. num. 46. & 47.
48. *Quid de ſtatuto Vrbis.*
49. *Quid ſi mulier contrahat cum propinquis, & d. n. 29. 46. 103.*
Quid ſi mulier nullos habeat propinquos, num. 52. vel habeat, ſed inhabiles, d. num. 52.
50. *An talis conſenſus præſumatur ex diuturnitate.*
51. *An propinqui ſufficiant remotiores, & 113.*
53. *& quid ſi propinqui ſint minores, vel pupilli, & filijfamilias.*
54. *Quid in alienatione, quæ fit de voluntate teſtatoris, & 64.*
55. *An hoc ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile.*
& quæ ſit ratio huius ſtatuti, n. 57.
56. *An mulier poſſit reuocare contractum, antequam propinqui conſentiant.*
57. *An talis conſenſus dicatur de ſolemnitate actus.*
58. *Quid in diſtractu.*
Quid in renunciante, ibid. vbi etiam de repudiatione hæreditatis.
Quid in liberatione, ibid.
& pacto de non petendo, ibid.
60. *& quid in donatione præſumpta.*
62. *& quid ſi ſtatutum requirat præſentiam.*
63. *Quid de ſtatuto, quòd filiusfamilias non poſſit contrahere ſine conſenſu patris.*
Quid ſi mulier promittit id, ad quod priùs efficaciter erat obligata, d. num. 23.
65. *Quid in muliere nubente, vel religionem ingrediente.*
66. *Quid in contrahente ſocietatem.*
67. *Quid in contractu diuiſionis, & ſeqq. & n. 13.*
75. *Quid in permutatione.*
76. *Quid in obligatione ex cauſa alimentorum.*
77. *Quid ſi mulier, ſeu minor obligent ſe, vt à carceribus, ſeu captiuitate liberentur, & quid ſi pro liberatione aliorum captiuorum.*
78. *Quid in depoſito.*
79. *Contrahens contra formam huius ſtatuti an dicatur eſſe in mala fide, & an faciat fructus ſuos.*
80. *Præſcriptio quomodò currat in rebus mulieris, ſeu minoris prohibiti à ſtatuto contrahere, &c.*
81. *Si mulier alienet in eum, à quo res alienata prouenerat, an ſtatutaria ſolemnitates requirantur.*
Forenſes an comprehendantur ſub hoc ſtatuto, dicto num. 37.
82. *& an mulier, ſeu minor poſſit ſine ſtatutarijs ſolemnitatibus actionem cedere.*
84. *& an ſeruitutem imponere, ſeu remittere.*
85. *Quid in contractu Hermaphroditi.*
92. *Statutum, quòd mulier, vel minor non contrahat ſine propinquorum conſenſu an liget Clericos minores, &c.*
& an laicos minores contrahentes cum Clericis, ibid.
93. *& an monialem contrahentem.*
& quid in actione negotiorum geſtorum, d. n. 5.
98. *& an conſenſus propinquorum ſufficiat generalis.*
& quid vbi mulier eſt facta locupletior d. n. 25.
Contractus nullus an poſſit per mulierem ratificari, d. num 98. & 36.
101. *Si plures propinqui in conſenſu diſcordent, quinam præferendi.*
101. *Quid ſi mulier contrahat cum alia muliere, ſeu minore.*
105. *Vſque ad quem gradum agnati ad conſentiendum admittantur.*
107. *Per hoc ſtatutum non cenſentur remiſſæ aliæ iuris ſolemnitates.*
Contractus aliàs inualidus non validatur per has ſtatutarias ſolemnitates, ibid.
Læſis reſcindit contractum, etiam quòd ſtatutaria ſolemnitates interuenerint, ibid.
Amplia etiam quòd propinqui iurauerint contractum eſſe mulieri, ſeu minori vtilem, ibid.
Donatio minoris non validatur per interuentum ſtatutariarum ſolemnitatum, ibid.
108. *Clerici, ſeu Monachi conſenſus an ſufficiat.*
109. *Quid ſi mulier, ſeu minor contrahat cum Principe.*
An ſine ſtatuti ſolemnitate mulier, ſeu minor poſſit

iuramen

iuramentum deciſum deferre, & an illud ſubire, num.96.

110. *& an ſine eadem ſolemnitate poſſit illa ſolui.*

111. *& an mulier ſoluendo indebitum promiſſum in contractu nullo repetat ſolutum.*

Contrahens cum muliere ſine ſtatuti ſolemnitate, non poteſt dare de nullitate contractus, d.n.25.

112. *Si mulier, ſeu minor, ac etiam maior inſimul ſe obligent, ſeu aliquid vendant, aut emant ſine ſtatuti ſolemnitate, an ſicut non valet obligatio & contractus reſpectu mulieris & minoris, ita etiam nec valeat reſpectu maioris.*

Propinqui qui non debebant conſentire, ſi conſentiant, an poſſint de malitia, ſiue de imperitia redargui, d.num.107.

Infirmi propinqui an poſſint conſentire, num.97.

114. *Heres an poſſit impugnare minoris contractum factum ſine ſtatutarijs ſolemnitatibus.*

1 IN materia ſtatuti prohibentis mulierem, vel minorem contrahere ſine conſenſu proximorum, videas præter infraſcripta Socin. *reg.* 261. Matheſ. *ſingul.* 166. *in Additionib.* & omninò Paulus Grammat. *in Theorem.* 25. *per totum*, cuius dicta hîc non ſunt extenſa.

2 Et an tale ſtatutum habeat locum in muliere fideiubente, videas Tiraquell. *de leg. connubial. gloſſ.* 5. *pag.* 445. *num.* 104. *& ſeqq.* Dic quòd ſic, etiam quòd mulier fideiubeat in rem ſuam, ac etiam quòd ſimus in caſu, in quo de iure communi mulier poſſit fideiubere. Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 1. *num.* 48. *& ſeqq.* Virgilius Boccacius *de conſtitutionib. March. gloſſ.* 8. *num.* 30.

3 Et ao habeat locum in muliere pignorante, ſeu hypothecante. Tiraquell. *pag.* 446. *num.* 108. *& ſeqq.* Dic quòd etiam in pignorante muliere habet locum, ex allegatis per Lamberten. *de contract.* &c. *gloſſ.* 1. *num.* 46. & Boccac. *d. gloſſ.* 8. *num.* 29.

4 Et an habeat locum in muliere confiteote aliquid recepiſſe, vide *ibidem* Tiraquellum *pag.* 446. *num.* 112. *& ſeqq.* per totam illam quæſtionem *gloſſ.* 5. Bart. *in l.* 1. *§. ſi quis ita, & in l. ſi ita §. Chryſogonus*, & vtrobique *in addit. ff. de verb. oblig.* & *ibi* Alex. Iaſ. Caſtr. & alij. Marſil. *in rubr. de probat. num.* 306. *& conſ.* 125. *num.* 28. *& ſeqq. lib.* 2. omninò Aymon *de antiquit. temp. pag.* 27. *num.* 64. *& ſeqq.* Pariſius *conſ.* 53. *num.* 63. *volum.* 3. Creſcent. *tit. de conſtitut. & donat. deciſ.* 199. vbi quòd ſic, & idem deciditur per Puteum *deciſ.* 7. *& deciſ.* 55. *lib.* 3. & per Lamberten. *de contract. gloſſ.* 1. *quæſt.* 86. *num.* 329. *& ſeqq* & facit, quia ſi iſtæ ſolemnitates requirantur, quando realiter mulieri, ſeu minori aliquid ſoluitur, vt infrà *num.* 110. quantò magis quando ſolùm fatetur recepiſſe. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 8. *num.* 24. Quod non procedit in confeſſione adminiculata præſumptionibus, vt per Achill. *deciſ.* 1. *in tit. de confeſſ.* Ita etiam limitat Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 24. vide infrà *num.* 60. Ad hanc materiam faciunt tradita *in Repertor. iudic. quæſt.* 8. *num.* 32. vbi poſui, an & quando confeſſio in contractu nullo valeat, &c. & ibi tradita potes hîc accommodare.

5 Et au habeat locum in muliere quaſi contrahente, puta hæreditatem adeunte. Tiraquellus *de leg. connub. gloſſ.* 5. *pag.* 449. *n.* 119. *& ſeqq.* Cotta *pag.* 793. *& ſeqq.* infrà *num.* 94. & quia quando mulier tenetur actione negotiorum geſtorum, dicitur teneri ex quaſi contractu: ideo an hoc ſtatutum habeat locum in actiooe negotiorum geſtorum, vide Lamberteo. *de contract. gloſſ.* 3. *quæſt.* 13. *&* 14. *n.* 39. *&* 40.

Et ao habeat locum in muliere non alienante, 6
ſed alienationi conſentiente. Tiraquell. *ibidem pag.* 452. *num.* 136. *& ſeqq. gloſſ.* 5. Dic quòd ſic, vt per Lamberten. quem vide, *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 85. *num.* 326. *& ſeqq.* & Virgil. Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 31. vide Redoan. *pag.* 11. *num.* 1. *& ſeqq. de reb. Eccleſ.*

Et an mulier, ſeu minor poſſit ſine prædictis ſo- 7
lemnitatibus obligari ex delicto. Tiraquell. *gloſſ.* 5. *ibidem pag.* 456. *num.* 154. *& ſequen.* Placa *cap.* 29. *pag.* 506. vbi præſertim loquitur in vxore. Dic quòd ſic, vt per Lamberten. *de contract. gloſſ.* 1. *quæſt.* 90. *num.* 31. *& ſeqq.* hæc, credo, intelliguntur, quando de decreto per teſtes mulier, vel minor conuincitur. At ſi de delicto tantummodò conſtat per eorum confeſſionem, tunc ſecus, niſi in ea ſtatutariæ ſolemnitates interuenerint, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 8. *num.* 32. & ad præmiſſa faciunt tradita *in Repertor. iudic.* in materia confeſſionis minoris, in qua diximus debere etiam tutoris authoritatem interuenire.

Et an mulier ſine prædictis ſolemnitatibus poſſit 8
rei ſuæ poſſeſſionem transferre. Tiraq. *de leg. connub. pag.* 457. *num.* 160. *& ſequen.* vide aliquid infra *num.* 74. ad hanc materiam præter generaliter tradita *in Repertor. iudic. quæſt.* 24. *num.* 45. vbi poſui, an & quando ex contractu nullo poſſeſſio transferatur. Vide latiſſimè generaliter & particulariter diſputantem, & inferentem Lamberten. *de contract. eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 28. *& plurib. ſequen. in diſcurſu.* Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 33. 37. 38. 39. vbi etiam de dominio.

Et an in Procuratore contrahente nomine mu- 9
lieris requirantur ſolemnitates requiſitæ à ſtatuto. Tiraquel. *de leg. connub. pag.* 461. *in* 16. *&* 17. *quæſt.* vide infrà *num. ſeq.* Simoncel. *de decreto lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 49. *& ſeqq.* & faciunt ſuprà tradita *num* 21. *quæſt.* 14. Lamberten. *de contract. gloſſ.* 10. *per totam*, vbi pulchrè diſtinguit tres caſus. Et ibi etiam quando mulier ſine huius ſtatuti ſolemnitate poſſit Procuratorem conſtituere: dic quòd non, *dicta gloſſ.* 8. *num.* 15. & an poſſit conſtituere Procuratorem ad lites, vide infrà *num.* 96.

Et quid in tutore contrahente nomine minoris, 10
in conſil. crimin. 151. *num.* 32. *volum.* 1. *in magnis*, vbi quòd tale ſtatutum non habet in eo locum: ſed contrarium, quòd imò etiam per tutorem contrahentem nomine minoris ſint ſeruandæ ſolemnitates requiſitæ in contractu ipſius minoris, tenet Pariſ. *conſil.* 98. *num.* 25. *vſque ad finem, & conſil.* 99. *num.* 31. *vol.* 1. Caualcan. *in tract. de tutor. & curat. num.* 130. & dixi etiam infrà *in num. ſequenti*, & aliquid etiam ſuprà *in num. antecedenti.*

Et è conuerſo an habeat tale ſtatutum locum in 11
muliere contrahente tutorio nomine, vel minore contraheote oomioe Procuratoris? Dic quòd non, vt per Lamberten. *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *n.* 377. *& ſeq.* vbi declarat, quando mulier procuratrix in contractu ſeipſam obligaret, quia tunc requiruntur ſtatutariæ ſolemnitates, vt *ibi*. Et quando mulier, ſeu minor contrahunt alieno nomine, videas Alexandrum *in l. quæſitum ff. de in ius vocand.* & *ibi* in addition. Tiraquell. *de leg. connub. pag.* 459. *num.* 171. *& ſeqq.* Iaſon *in l. mora, ff. de acquir. hæredit. num* 51. Pariſ. *conſ.* 98. *num.* 35. *volum.* 1. Boſſ. *tit. de pace num.* 31. Socin. *in dicta l. quæſitum n.* 4. Marian. *in ſpecul. iudic. in* 16. *diſtinct. num.* 75. vbi quòd iſto caſu non habet locum tale ſtatutum, idem tenet Grat. *reſp.* 49. *num.* 30. *vol.* 1. & Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 91. *pag.* 323. *& de leg. connub. pag.* 460. *num.* 175. Aduerte in materia, quòd quando contractus, qui celebratur à muliere

liere tutrice,eſt etiam prohibitus pupillo, cuius nomine contrahit, & tunc illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in contractu ipſius minoris, ſeu pupilli, requiruntur etiam in muliere tutrice contrahente illius nomine, ſecundùm Pariſium in dicto conſil.98. num.23.vſque ad finem, & conſil.99. num.31. volum.1. Caualcan. in tract. de tutor. & curat. num.130. vnde contraria loquuntur in contractu ſolùm prohibito reſpectu perſonæ ipſius tutricis, puta, quia mulier: tunc enim non ſunt neceſſariæ ſtatutariæ ſolemnitates requiſitæ in contractu mulieris, ſi ea eſt tutrix: ſecus ergo,ſi,vt dixi, contractus eſt etiam prohibitus illi,cuius nomine contrahit tutor; quia tunc ſolemnitates requiſitæ in contractu minoris requiruntur, etiam quòd tutor eius nomine contrahat, de quo vide etiam in antecedenti num. 9. & 10. vide infrà num.93.

12 Et quid in muliere compromittente, ſeu tranſigente. Tiraquellus de legib. connubial. pag.463. in 19. & 20.quæſt.omninò Cephal. conſ.133. num.30. 78. & ſeqq.87.& ſeqq. volum.1. & omninò etiam Bero. conſ. 176.per tot. volum.1. vbi præſertim loquitur in caſu ſtatuti Romani, & concludit, quòd illud non habet locum in tranſactione. Viui. in communib.opin. cart. 214. verſ. ſtatutum diſponens. faciunt infrà tradita quæſt.31. num.23. & quòd huiuſmodi ſtatutum habeat locum etiam in tranſactione, reprobatis contrariis traditur per Lamberten.gloſſ.1. num.16. & ſeqq. niſi appareat, quòd ipſa tranſactio ſit in euidentem vtilitatem ipſius mulieris,vt ibi per eum. Et idem in compromiſſo num.358.& ſeqq. vſque ad 376. vbi latè de materia. Boccac.gloſſ.8.num.4 .& 43.

13 Et an mulier non obſtante dicto ſtatuto poſſit litigare, commodare, promittere facere contractum, vel diuidere, vide ſuper his omnibus Tiraquellum de legib.connub. pag.466. quæſt 21.22.23.& 25. vbi latè. Et quidem in particulari quoad litigationem, vide infra num.96. & quoad commodationem, dic quòd hoc ſtatutum habeat locum etiam in mutuo,& commodato,vt traditur per Lamberten.de contract.eorum, &c.gloſſ.1.num.40. vbi etiam, quid in mutuo facto à muliere, ſeu minore coacto aliqua neceſſitate, & quid ſi mutuum ſit verſum in eorum vtilitatem,ibi hæc remiſſiuè videas. Quantum ad promiſſionem faciendi contractum,vide Lambertenum de contract. gloſſ.1.num.357.faciunt tradita per Redoanum de reb. Eccleſ.rubr.1.§.item ſub nomine,pag.7.in fine, & pag.39. col.1. Denique quoad diuiſionem, vide infrà num.67. & ſequen.& omninò Cephal. conſ.63.num.9. volum.1. & conſ.64.num.6.& ſeq.eod.vol.1.

14 Et an contractus initus per mulierem ſine conſenſu proximiorum,& ſolemnitatibus ſtatutariis, ſit ipſo iure nullus, vel ope exceptionis. Tiraquell. de leg. connub. pag.415 num.1. & ſeqq. & quòd ſit nullus ipſo iure,faciunt tradita per Roland. conſ 60.num.22. & ſeqq.volum.4 Lamberten.de contract.gloſſ.16. quæſt.1. & gloſſ finis, quæſt.77. vbi ex hoc infert, quòd iudex etiam patre non opponente ex officio poteſt declarare nullum contractum,aliàs etiam poſt ſententiam talis exceptio opponi poteſt. Hæc quæſtio reſoluitur ex generaliter traditis infrà quæſt.50. num.25. & ſeqq. vbi poſui, quando actus contra prohibitionem legis ſit ipſo iure nullus.

15 Et an ex iſto contractu nullo mulier ſaltim obligetur naturaliter. Tiraquell. vbi ſuprà pag.418. n.12. & 13.vel ſaltem teneatur in foro conſcientiæ, ibidem num.13.& ſeqq. & an oriatur naturalis obligatio,vide Lamberten.de contract.eorum,&c.gloſſ.1. num.107. vbi quòd nec oritur naturalis obligatio, & idem in gloſſ. 16.quæſt.3.& quæſt.2. vbi quòd etiam eſt tuta in foro conſcientiæ, vide infrà quæſt. 41. num.61. vide etiam Virgil. Boccac. in conſtitut. March.gloſſ.6. num.102. vſque ad 107. & num. 117. & vide etiam infrà tradita verſ. Obligatio naturalis,&c.num.25.

16 Et an fideiuſſor accedens huic contractui nullo, remaneat obligatus, vide per Tiraquell. d. pag.418. num.14.dic quòd non,vt per Lamberten.qui reſpondet contrariis,de contract.gloſſ.16. quæſt.4. n.9. & ſeqq. de qua materia latiùs dixi infrà verſ. fideiuſſio non valet num.3.Boccac.gloſſ.6.num.175.

17 Et an ſupradictum ſtatutum habeat locum in contractu iurato. Tiraquel. de leg.connub.pag.421.num.26. Neuiz. conſ.21. num.23. Aretin. conſ. 22. per totum, & dixi ſuprà, quæſt.19. num.7. 8. & 23. vbi ponas hæc, quia ibi videtur locus ſuus, & dicitur in titul. de iuramento, in materia, quando iuramentum firmet contractum à ſtatuto reprobatum. Vide quoque conſil.crimin.150.num.22.lib.1. Dic quòd iuramentum iſto caſu firmat contractum inualidum mulieris,ſeu minoris, ob defectum ſtatutariarum ſolemnitatum; ſecundùm communem,quam à contrariis latè defendit Lamberten.de contractib. gloſſ finis, num.7. & ſeqq. quæſt.2. & 3. & quid ſi vltra defectus ſtatutarios ſit nullus contractus de iure communi, vtputa quando mulier,aut minor alienat immobilia,an tunc validetur iuramento,vide ſuprà quæſt.19. num.32. & ſeqq. & quid in iuramento impuberis, vide ſuprà d. quæſt.19 num.21.

18 Et an conſenſus requiſitus propinquorum proximorum poſſit per fœminam præſtari? Tiraquell. de leg.connub.pag.27.num.79.Gabriel pag. mihi 647. n.50. & ſeq.Placa cap.46.pag.771.& ſeq. Tirize.de teſtament. coniug.pag.128.num.1.& ſeqq. Imol. concluſ.7.pag.391. Lamberten.gloſſ.11.quæſt.15.Boccac.gloſſ.3.n.125.

19 Et an ſolemnitates ſupradictæ requirantur in muliere cum ſuis filiis contrahente. Tiraquell. de leg. connub. pag.27.num. ... Cephal. conſil. 13. num.41. vbi de donatione matris facta filiis,& conſil.109.num.19. & ſeqq. vbi quòd tale ſtatutum non habet locum in muliere ſe obligante ad fauorem filiorum. Ad idem Lambertenus de contractib.eorum, &c. gloſſ finis quæſt. 31.num. 9.& ſeqq. vbi reſpondet contrariis. Et quid ſi contrahat cum fratre,ſeu ſorore, vide ibidem quæſt. 32.num.115. vide Boccacium gloſſ.3. num 141 & idem Cephal. d.conſil.109.num.21.& ſequen. vbi quòd ſi tales ſolemnitates ex forma ſtatuti requirentur etiam in conſtitutione dotis,adhuc tamen non requirentur in dote conſtituenda filiæ. Tirize. de teſtament. coniug. pag.123. num.1. & ſeqq. vbi de muliere teſtante inter liberos.

20 Et an in minore aſſerente ſe maiorem. Pariſ. conſil.97.num.1.& ſeqq volum.1. vbi quòd in hac aſſertione non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatutariæ.Lamberten.de contract.gloſſ.8.num.39.& ſeqq.ex quibus elicias aliquas particulares allegationes: deinde remittas te ad latiùs tradita in materia iuramenti ſuprà quæſt.19.num.37.

21 Et ſcias in materia,quòd ſtante huiuſmodi ſtatuto facto ad obuiandum fraudibus, fraudis ſuſpicio multum tollitur ex præſentia mariti. Cephal. conſil.109. num.15.vol.1.

22 Et an ſolemnitates ſtatutariæ requirantur in muliere contrahente ad fauorem Eccleſiæ, ſeu alterius piæ cauſæ? dic quòd non,vt per Cephal. d. conſ.109. num. 18. Quòd hoc ſtatutum non habeat locum in muliere,ſeu minore eleemoſynam largiente, traditur per Lambertenum de contract.eorum, &c. gloſſ.1. n.66. & ſeqq. vide in materia Viui. cart.214. ſub verb. Statutum diſponens, omnino Tiraquell. de leg. connub.gloſſ.8. num. 162. & ſeqq. pag.543. & num.282. vbi an poſſit

alienare

alienare pro redemptione captiuorum, ſed de hoc dixi infrà num.77. quando mulier contrahit cum Eccleſia pro ſalute animæ ſuæ, tunc dicitur contrahere fauore piæ cauſæ, & ſtatutum non habet locum. Lamberten. de contract. in fine, quaſt. 39. n.175. & ſeqq. ſecùs ſi contrahat cum Eccleſia ex alia cauſa, vt ibidem per Lambertenum, & dixi infrà num.92. ad materiam Boccac. gloſſ. 8. num. 48.

23 Et quòd prædictum ſtatutum non habeat locum in alienatiune neceſſaria, vide Boccacium gloſſ. 8. num. 60. & tenet Aymon conſil. 215. num. 5. in quo videas Rolandum de lucro dot. quaſt. 26. num. 18. Viui. dicta pag. 214. ſub verb. Statutum diſponens, &c. Cotta in memorab. pag. 177. verb. Contractus. Quòd prædictum ſtatutum locum non habeat in alienatione neceſſaria, & obligatione, puta quæ oriatur ex legis, aut ſtatuti diſpoſitione, tradit & concordantes allegat Lamberten. de contractib. eorum, &c. gloſſ. 2. num. 1. & 2. vbi ex hoc infertur, quòd nec huiuſmodi ſtatutum locum habet, quando mulier promittit id, de quo efficaciter priùs erat obligata: licèt aliqui ibi per eum allegati contrarium dixerint, & ad hanc materiam vide generaliter tradita in Repertor. vltim. voluntat. quaſt. 1. num. 17. Boni. de praſcript. ſtatut. pag. mihi 142. vbi quòd hæ ſolemnitates non habent locum in alienatione neceſſaria, & id ſublimitat non procedere, quando neceſſitas orta eſſet facto alienantis.

24 Et an tale ſtatutum habeat locum in muliere contrahente cum patre. Cotta in memorab. pag. 795. Baldus in l. pactum num. 16. ibique in addit. C. de collat. Viui. in dicta pag. 114. ſub verb. Statutum diſponens, &c. Cotta in memorab. pag. 177. verb. Contractus, immò conclus. 15. lib. 3. vbi declarat. Cephal. conſil. 109. num. 16. & ſequen. volum. 1. vbi de patre & matre. Tiraquell. de legib. connub. pag. 430. num. 33. vbi de renunciatione mulieris facta ad fauorem patris, quam dicas valere etiam ſine propinquorum conſenſu, vt per Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 8. num. 11. ad idem Lamberten. de contract. gloſſ. finis, num. 100. quaſt. 19. & quaſt. 1c. num. 108. vbi idem, ſi cum matre contrahat, & de materia, de qua etiam per Virgil. Boccac. in conſtitut. March. gloſſ. 3. num. 137. & ſeqq. & gloſſ. 8. num. 53.

25 Et quòd tale ſtatutum non habeat locum in contractibus ipſi mulieri vtilibus, ſed tantùm in damnoſis, traditur per Maran. in ſpecul. in 16. diſtinct. indic. num. 29. pag. mihi 75. Roland. conſil. 54. num. 19. & num. 41. & ſequen. vbi declarat. Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif, &c. pag. 89. num. 5. vbi quòd mulier poteſt allegare tale ſtatutum contra alios, non alij contra eam. Vnde in materia Viui. dicta pag. 214. ſub dicto verb. Statutum diſponens, &c. Mynſing. obſeruat. 34. centur. 2. Tiraquell. de legib. connubial. pag. 523. num. 56. & omnib. ſequentib. per totam illam quæſtionem, vbi pulchrè infert ad multos caſus, in quibus actus nullus, vtilis tamen agenti valet propter vtilitatem, & in fine illius quæſtionis ponit, an in dubio præſumatur contractus vtilis, necne. Aymon conſil. 206. num. 3. Pro principali dicto huius verſiculi adde Lamberten. de contract. gloſſ. finis, num. 165. & ſeqq. vbi de magis communi, & num. 170. vbi declarat, dummodò contractus ſit euidenter vtilis, ſecùs ſi non euidenter, & num. 171. & 172. vbi quòd in dubio non præſumitur contractus vtilis, ſi ſtatutariæ ſolemnitates non interuenerint, & num. 173. vbi quòd iſto caſu ſi ſolemnitates non interuenerint, non creditur mulieri confitenti contractum vtilem, & num. 174. & 175. vbi alia nonnulla de materia. Et hinc eſt quòd de eo, in quo mulier eſt facta locupletior, tenetur etiam ex contractu nullo ob defectum ſtatutariarum ſolemnitatum. Lamberten. gloſſ. 24. num. 2. faciunt in ſimili tradita ſuprà quaſt. 14. num. 36. & generaliter infrà quaſt. 41. num. 24. 25. 26. & 60. vbi de materia. Ad quam vide etiam Virgilium Boccacium gloſſ. 8. num. 49. 50. & 51. & infra num. 115.

Et quòd tale ſtatutum non habeat locum in muliere conſtituente dotem alteri mulieri, Cotta in memorab. pag. 703. Tiraquell. de retract. pag. 324. in princip. num. 91. vbi diſputat hunc articulum. Declara, vt per Lamberten. de contractib. gloſſ. 21. quaſt. 1. per totam. Vide Boccac. gloſſ. 8. num. 16. vbi tenet contrarium. Ad materiam adde Socinum iuniorem conſil. 8. num. 22. & ſequen. volum. 2. Declarat Decius conſ. 301. num. 4. & 12. verſ. non obſtat, quòd Baldus, & conſil. 5. In cauſa dicta Maria. Rolandus de lucro dotal. quaſt. 105. num. 14. Adde pro principali dicto Salyc. in leg. final in 4. notabili. C. de iur. dot. Cagnol. in rubr. C. de pact. num. 31. de communi, Neguzan. de pignorib. 1. membr. 8. part. num. 23. Iob. Lup. in rubr. de donat. §. 16. column. 3. 26

Et an ſpurius poſſit præſtare conſenſum, vti proximior propinquus, Cotta in memorab. pag. 75. verb. Baſtardi. vide infrà num. 106. 27

Et an ſupradictum ſtatutum habeat locum in milite donante cauſa mortis. Viui. in communib. opinionib. pag. 214. ſub verb. Statutum diſponens. Tiraquell. de legib. connubialib. pag. 436. num. 64. & ſequentib. & caſu quo donatio cauſa mortis requirit conſenſum proximiorum, an ad ipſius confirmationem requiratur mors mulieris, & propinquorum ſimul? dic mulieris ſolùm. Lamberten. de contractib. gloſſ. 23. num. 7. Tiraquell. vbi ſuprà pag. 441. num. 86. & ſequen. & num. 90. & ſequentib. vbi an iſto caſu donatio cauſa mortis reuocetur pœnitentia mulieris, ſimulve requiratur pœnitentia propinquorum? Dic quòd ſufficit pœnitentia mulieris ſolius. Lamberten. de contractib. eorum, &c. gloſſ. 23. num. 8. ad materiam vide infrà num. 100. & quid in donatione viri & vxoris ibidem per Viui. Dic quòd non habeat locum ſtatutum. Lamberten. de contractib. gloſſ. 23. num. 9. & ſeq. vbi idem in alia donatione, quæ morte confirmetur. Et generaliter quòd in donatione, Tiraquell. ibidem pag. 432. num. 43. & ſequentib. vide infrà num. 59. & 60. In donatione cauſa mortis hoc ſtatutum habet locum, vt per Antonium Gomez tit. de donationib. num. 16. prope finem in 4. illat. vide infrà num. 100. 28

Et quid ſi conſanguinei præſtiterint conſenſum, 29 in eorum vtilitatem. Viui. vbi ſuprà. Tiraquell. de legib. connubial. pag. 531. num. 110. & ſeqq. vide infrà num. 46. 49. & infrà in verſic. Auctoritas, num. 47. Ioſeph. Ludou. in communib. concluſ. 2. verſ. ampliatur tertiò, vbi de magis communi, licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint, vide etiam infrà num. 103. vbi latiùs, & quæ tradita ſunt in dicto verſ. Authoritas, potes hîc accommodare.

Et quomodo præſtetur conſenſus in teſtamento 30 mulieris? Viui. vbi ſuprà. Tiraquellus de legib. connub. pag. 441. num. 93. & ſequen. vbi an prædictum ſtatutum prohibens mulierem contrahere, &c. habeat locum in teſtamentis, infrà num. 42.

Et an propinqui præſtare recuſantes conſenſum 31 poſſint cogi, Viui. vbi ſuprà. Tiraquell. de legib. connub. pag. 537. num. 127. & ſeqq. vbi pulchrè declarat. Menoch. de arbitrar. quaſtionib. pag. 201. num. 12. Tirizæ. de teſtament. coniugat. pag. 108. num. 1. & ſequentib. Corſett. ſingul. pag. 150. verſ. conſenſus. Menoch. caſu 211. Simoncell. de decreto lib. 1. tit. 1. num. 30. vbi ſi propinqui recuſent, valet contractus, etiam

ſine eorum conſenſu, & teſtatur de communi, de materia Lamberten. *de contractib. gloſſ.*13. *per totam*, vbi etiam an ſint citandi propinqui, & quomodo. Ad materiam aliquid per Virgilium Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.*3. *num.*98. *& num.*119. *&* 128. *& ſeqq.*

32 Et quid ſi propinqui ſint furioſi. Viui. *ibidem dicta pag.*214 *ſub verb. Statutum diſponens*, &c. Lamberten. *gloſſ.*8. *quæſt.*12. *&* 13. Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 3. *num.*120. *& ſequen.*

33 Et quando iudicis præſentia ſuppleat defectum propinquorum. Viui. *ibidem.*

34 Et an iſte propinquorum contractus debeat eſſe expreſſus, vel ſufficiat tacitus, vel fictus, inductus ex taciturnitate. Roman. *ſingul.* 797. Viui. *ibidem*, & Tirizæ. *de teſtament. coningat pag.* 113. *& ſeqq.* Tiraquell. *de legib. connub. pag.*477. *& ſeqq. num.* 1. *& plurib. ſequen.* & præſertim *num.* 5. *& pag.* 480. *num.*14. vbi quòd debet eſſe expreſſus, *& num.* 16. *& ſeqq.* per totam illam quæſtionem, *gloſſ.*7. vbi ampliat & limitat pluribus modis. Mynſing. *obſeruat.* 87. *centur.*4. Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 7. *num.* 1. vbi quòd tacitus non ſufficit, & teſtatur de communi: faciunt tradita infrà *verſ. Authoritas, num.*42. vbi in propoſito tradita potes hîc aptare in extenſione huius quæſtionis. Et quid ſi ſtatutum requirat propinquorum præſentiam, vide infrà *num.*62. In actibus tamen tacitis, & qui tacitè contrahuntur per alios actus, puta in ſocietate, quæ per tacitos ſociales actus contrahitur, & in aditione hæreditatis, quæ per tacitos actus hæreditarios inducitur, ſufficit propinquorum tacitus conſenſus, vt per Lambertenum, qui hoc vltimum exemplum de aditione hæreditatis declarat, *d. gloſſ.*7. *quæſt.*2. *per totam, num.*3. *& ſeqq.*

35 Et quid ſi conſanguinei ſint abſentes. Viui. *dicta pag.*214. *ſub verb. Statutum diſponens.* Tiraquell. *de legib. connubi. il. pag.*515. *num.*6. *& ſeqq.* Tirizæ. *de teſtament. coning. pag.*117. *num.*1. *& ſeqq.* Placa *cap.*44. *pag.*747. *in fine, & ſequen.* vbi quid ſi ſint banniti, conſenſus non eſt neceſſarius. Lamberten. *de contractib. gloſſ.*8. *quæſt.*10. *num.*26. *& ſeqq.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 3. *num.* 123. Vide infrà *num.*43. *& ſequen. & num.* 97. Nota quòd ſi abſens diu, rediturus eſt, mulier non poteſt ſine eius conſenſu contrahere: ſecùs ſi diu abfuturus eſt. Lamberten. *de contractib. gloſſ.*9. *quæſt.* 1. *&* 2. vbi etiam quòd iſto caſu debet probare abſentiam: ad quam materiam vide omninò Virgili. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.*3. *num.*116. 117. *&* 118. 126. *vſque ad* 133.

36 Et an ſufficiat conſenſum propinquorum interuenire poſt contractum, puta per ratificationem. Viui. *ibidem.* Tiraquell. *de legib. connubial. pag.* 469. *num.*1. *& plurib. ſequentib.* & præſertim *num.* 8. *& pag.* 473. *num* 18. *&* 19. vbi an propinqui poſſint conſentire poſt mortem mulieris. Faciunt generaliter tradita infrà *verſ. Authoritas, num.* 42. *inter diuerſa*, vbi tradita circa hoc particulare, quando ſcilicet conſenſus ſufficiat poſt actum, poteris hîc apponere. Vide præterea inferiùs, *num.*98.

37 Et quid ſi mulier extra territorium ſtatuentium, & ſic, an in hoc debeat ſeruari ſtatutum originis, vel contractus. Viui. *dicta pag.* 214. *ſub verb. Statutum diſponens*, &c. Tiraquell. *de legib. connubial. pag.* 552. *num.* 216. *& ſeqq. & num.* 225. Tirizæ. *de teſtament. coning. pag.*122. *num.* 1. *& ſeqq.* vide omninò generaliter tradita infrà *quæſt.* 37. præſertim *num.*7. & an hoc ſtatutum liget forenſes, vide Roland. *conſil.*91. *num.*7. 26. *& num.* 30. *vol.* 3. Ad hanc materiam vide infrà *num.*86. *& ſeqq.*

Et an mulier non obſtante dicto ſtatuto poſſit ac- 38
ceptare tutelam ſine conſenſu proximiorum. Viui. *ibidem*, dic quòd non, vt per Lambertenum *de contractib. gloſſ.*3. *quæſt.*11. vbi de materia.

Et an huic ſtatuto renunciari poſſit. Viui. *ibidem.* 39
Dic quòd non, vt per Lamberten. *de contractib. gloſſ. finis, quæſt.*1. *num.*1. *&* 2.

Et an propinqui conſentientes poſſint deinde 40
contra tales contractus venire, Card. Aym. *de indemnit. mulier. per tot.* præſertim *num.*2. 12. 36. 38. *& ſeq.* vbi etiam an talis propinquorum conſenſus ipſis conſentientibus in aliquo profuiſſet? Dic quòd ſic, niſi proteſtentur. Ioſeph. Ludou. *concluſ.*2. *verſ. Et iſti, qui conſentiunt*, vide infrà *num.*104.

Et an poſſint conſanguinei, qui conſentiunt, re- 41
uocare conſenſum. Tirizæ. *de teſtament. coningat. pag.*110. *num.*1. *& ſeqq.* Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.*8. *num.*125. *& ſeq.* Dic quòd non, etiam quòd ſit præſtitus in actu reuocabili, puta conſtitutione procuratoris. Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 7. *quæſt.* 17. *&* 18. Boccac. *gloſſ.*3. *num.*142.

Et an poſſit mulier prohiberi, ne teſtetur ſine con- 42
ſenſu propinquorum, vel mariti, Tirizæ. *ibidem pag.*105. *num.*1. *& ſequentib.* & multæ quæſtiones in materia huiuſmodi ſtatuti, *ibidem pag.* 129. *& pluribus ſequentib.* Aliquid per Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 7. *quæſt.* 19. vide ſuprà *num.* 30. Lambertenum *ibidem gloſſ.* 31. *num.* 1. *&* 2. vbi quòd hoc ſtatutum non habet locum in teſtamentis & vltimis voluntatibus. Fallit primò, quando ſtatutum prohiberet alienationem, *ibidem num.* 3. Fallit ſecundò, in contractu facto in teſtamento, *ibidem num.* 7. *&* 8. ad quod vltimom faciunt infrà tradita *verſic. Contractus num.* 18. ad materiam vide Boccacium *gloſſ.*8. *num.*27. *&* 28. & de validitate præſentis ſtatuti vide Tiraquell. *de legib. connub. pag. mihi* 443. *num.*94. *& ſeqq.*

Et an conſenſus propinquorum poſſit præſtari 43
per nuncium, vel epiſtolam, vide infrà *num.*97. *& in ſequenti num.*44. Tirizæ. *vbi ſuprà, pag.*119. *n.*1. *& ſeqq.* ſuprà *num.*35. Tiraquell. & Arnon. in loco infrà *num. ſequenti* iam iam allegando.

Et an per Procuratorem? Aymon *de indemnit.* 44
*mulier. num.*1. *& ſeqq.* Arnon *ſingul.* 16. Tiraquell. *de leg. connub. pag.*473. *num.*20. *& multis ſequen.* vbi etiam, quid ſi præſentia requiratur, an poſſit per Procuratorem præſtari, vide infrà *num.*97. Dic quòd ſi ſtatutum requirit præſentiam, tunc non ſufficit nuncius, nec procurator, nec epiſtola, vt per Lambertenum *de contract. gloſſ.*7. *num.*8.

Et an ſolemnitates ſtatutariæ ſupradictæ requi- 45
rantur in minore faciente pacem, vide *in Repertorio quæſt. crimin. quæſt.*45. *num.*9. *& ſeq.* poſui *in tit. de accuſat. quæſt.*25. *num.*15. *& ſeqq.*

Et quòd ſtatutum ſuprà dictum non cenſeatur 46
requirere conſenſum propinquorum ſuſpectorum, traditur *in conſil. crimin. diuerſ.*152. *num.*8. *& conſ* 155. *num.*5. *vol.*1. *in magnis*, vide ſuprà *num.*29. *& num.*49. *infrà, & num.* 103.

Et an dicti conſanguinei debeant eſſe ex linea pa- 47
terna, vel materna, *d. conſil. crimin.*151. *num.*6. *& ſeqq. & conſil.*152 *num.*8. *vol.*1.

Et an ſolemnitates requiſitæ à ſtatuto vrbis de- 48
beant interuenire in aliis contractibus, quàm illis quatuor ibi nominatis, dic quòd ſic, ſi in iis adeſt eadem ratio. Creſcent. *deciſ.*63. qui loquitur in muliere vendente cum viro rem dotalem. Contrarium probatur ex traditis per Corn. *in conſ.* 121. *colum.* 2. *&* 3. *volum.*3. Pariſ. *conſil.*53. *n.*63. *volum.*3. Bero. *conſil.*176. *num.*45. *& ſeqq. volum.*1. *& per totum*, quem omninò

videas

videas in materia. Put. *deciſ. 9. de conſtitut.* & inter miſcellanea *deciſ.* 368.

49 Et ſtante ſupradicto ſtatuto, an mulier poſſit contrahere cum propinquis, videas pulchrè per Cottam *in memorab. pag.* 339. *& pag.* 794. *& ſeqq.* & faciunt ſuprà tradita *in num.* 29. *&* 46. ſicut & tradita in ſimili *in Repertor. vltim. voluntat. verſ. Tutoris contractus n.* 14. vide ſuprà *num.* 46. *&* 29. & infrà *verſ. Auctoritas num* 47. inter diuerſa. Dic quòd propinqui non poſſunt præſtare conſenſum in contractu iſto etiam palàm, & bona fide geſto, niſi interuenerit conſenſus alterius agnati non ſuſpecti, vel iudicis decretum. Ioſeph. Ludouic. *in commun. opinion. concluſ.* 2. *in* 6. *&* 7. *fallent.* vbi de magis communi opinione, vide infrà *num.* 103.

50 Et an talis conſenſus propinquorum præſumatur interueniſſe ex diuturnitate temporis, Cotta *in memorab. pag.* 793. & latè *in pag.* 794. *& ſeqq.* Tiraquell. *de legib. connub. pag.* 485. *num.* 39. *& ſeqq.* & faciunt dicta per Roland. *conſil.* 2. *num.* 24. *& ſeqq.* 127. *& ſeqq. volum.* 1. vbi generaliter quando conſenſus præſumatur ex diuturnitate temporis. hoc generaliter poſui *in Repertor. quæſtion. iudicial. quæſt.* 79. *num.* 16. Hîc ſolùm agitur de conſenſu propinquorum. Boccac. *gloſſ.* 3. *num.* 135. Tirizæ. *de teſtament. coniugat. pag.* 116. *num.* 1. *& ſeqq.* Cephal. *conſil.* 133. *num.* 126. *& ſeqq.* quòd tales ſtatutariæ ſolemnitates præſumantur ex diuturnitate, traditur per Ruinum *conſil.* 429. *num.* 26. *& ſequent. & ibi in Additionib. litera B. & conſil.* 154. *num.* 7. *lib.* 3. Bero. *conſ.* 173. *num.* 58. *volum.* 1. & faciunt generaliter infrà dicenda in materia ſolemnitatis, quando præſumatur ex diuturnitate, &c. & quæ in ſimili de conſenſu dixi in alienatione rei emphyteoticæ *quæſt.* 31. *num.* 9 Dic quòd ex quo conſenſus, de quo agitur, requiritur in ipſo actu, vel incontinenti pòſt, vt dixi infrà *num.* 98. ideo ex temporis diuturnitate non præſumitur, quando non eſt enunciatus in inſtrumento, vt per Lamberteo. *de contract. gloſſ.* 7. *num.* 72. qui licèt *ibidem à num.* 50. *vſque ad num.* 83. videatur hanc quæſtionem diſputare, tradita tamen per eum non applicantur huic noſtro conſenſui vigore ſtatuti præſtando: ſed generaliter aliis conſenſibus, & ſolemnitatibus præſumendis, de quibus dixi *in Repertor. ind. quæſt.* 79. vbi videas Boccacium *gloſſ.* 8. *num.* 302. *vſque ad* 310. vbi quòd non præſumitur.

51 Et an propinqui conſentientes debeant eſſe proximiores, vel ſufficiant remotiores. Cotta *in memorab. pag.* 794. *& ſeqq.* Dic quòd ſufficiunt remotiores, dummodo non concurrant propinquiores, dicendo ſe velle præferri: quia in concurſu propinquiores ſunt præferendi. Lamberten. *de contract. gloſſ.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 2. *vſque ad num.* 10. vbi ita reſpondet contrariis, infrà *num.* 101. *& num.* 113.

52 Et quid ſi mulier contrahens nullos habeat propinquos. Cotta *in memorab. pag.* 794. *& ſeqq.* Cephalus *conſ.* 89. *num.* 11. *volum.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.* 212. Tiraquell. *de legib. connubial. pag.* 522. *num.* 51. *& ſeqq.* & an iſto caſu curator loco propinquorum deputatus ad hunc actum debeat ſatiſdare, dixi *in Repertor. quæſt. indic. quæſt.* 61. *num.* 20. Roland. *conſil.* 30. *num.* 14. *vol.* 3. vbi quòd ſi mulier propinquos non habet, poterit ſine illis contrahere. Et idem Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 12. *quæſt.* 1. *&* 2. vbi etiam quis hoc debeat probare. Et quid ſi propinquos habeat, ſed inhabiles, vide *ibidem quæſt.* 3. *&* 4. quòd ſi propinquos non habeat, debeat dari curator. Et quòd iſta ſit tutior cautela, ponit Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 3. *num.* 130. *& ſeq.*

53 Et quid ſi propinqui ſint minores, vel pupilli habentes tutores, an iſtorum conſenſus ſit neceſſarius. Tiraquell. *de legib. connub. pag.* 520. *num.* 41. *& ſeqq.* per totam illam quæſtionem. Lamberten. *gloſſ.* 8. *quæſt.* 9. vbi quòd non: ſecùs in filiofamilias, cuius conſenſus ſufficiens eſt, dummodo ſit maior. Lamberten. *ibidem gloſſ.* 18. *num.* 1. *& ſeqq.* vide de minore Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 3. *num.* 101. 102. *&* 103.

Et an ſupradictæ ſolemnitates requirantur in alienatione, quam facit mulier de voluntate teſtatoris. 54
Tiraquell. *de legib. connubial. pag.* 547. *n.* 184. *in diſcurſu totius quæſtionis*, vide infrà *num.* 64.

Et an prædictum ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile, & ſic ampliandum, vel reſtringendum. 55
Tiraquell. *de legib. connubial. pag.* 552. *num.* 214. *& ſeqq.* dicas eſſe fauorabile ſecundùm magis communem. Ad idem Simoncell. *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 4. Boccacius *gloſſ.* 6. *num.* 79. 80. *& gloſſ.* 8. *num.* 45. De magis communi teſtatur Lamberten. *in tract. de contract. in præfat. num.* 4. *&* 5. vbi hanc limitat non procedere, quando ſtatutum hoc reſpiceret intereſſe venientium agnatorum ab inteſtato, vt dixi infrà *ſub n.* 57. Item non procedere, quando tolleret vires iuramenti præſtiti in tali contractu, quia his duobus caſibus reputatur odioſum, vt ibi per eum. Vide ſuprà *quæſt.* 12. *cap.* 2. *n.* 3. *&* 4. & ita etiam limitat Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 5. vbi etiam limitat in ſtatuto prohibente teſtari ſine conſenſu propinquorum, &c.

Et an mulier, quæ contraxit ſine conſenſu pro- 56
pinquorum, poſſit reuocare contractum, antequam propinqui accedant? Dicas quòd ſic, ſecundùm eundem Tiraquellum *de legib. connubial. pag.* 473. *num.* 16. *& ſeqq.*

Et an iſte contractus propinquorum requiſitus à 57
ſtatuto dicatur de ſolemnitate contractus, necne. Tiraquell. *ibidem pag.* 476. *num.* 37. *& ſeqq. & pag.* 416. *num.* 3. In quibus *num.* 37. *& ſequentib.* ponit etiam quòd ratio iſtius ſtatuti eſt imbecillitas mulieris, & ex quo eſt vnica, debet reputari pro expreſſa, vt *ibi* per eundem Tiraquell. *pag.* 447. *num.* 110. *& pag.* 451. *num.* 128. & quòd fœmina de ſui natura ſit infirma & fragilis, ponit idem Tiraquell. *ibidem pag.* 24. *num.* 70. 71. 74. 75. *&* 77. vbi quòd facilè decipi poteſt. Dicas quòd ſi ſtatutum requirat conſenſum agnatorum ſimpliciter, tunc videtur motos propter mulieris imbecillitatem: ſi verò requirat conſenſum agnatorum proximiorum, tunc videntur moti, ne illis proximioribus fiat præiudicium in ſucceſſione. Ita Lamberten. *de contractib. eorum*, &c. *in præfatione num.* 1. *& ſeqq.* vbi concordantes allegat; vbi tamen *num.* 3 *in fine.* ſubdit, quòd quanquam hoc ſtatutum ad mulieris imbecillitatem, & ad proximiorum intereſſe referatur, inde tamen iudicandum eſt, ac ſi fragilitatis ſola ratio habita fuiſſet. Boccacius *in conſtitutionibus Marchiæ gloſſ.* 1. *num.* 6. *& ſequen.* vbi quòd ratio ſtatuti eſt, vt ſuccurratur imbecillitati mulierum & minorum. Sed in caſu ſtatuti Boccacij ratio hæc erat expreſſa, tamen id probant iura per eum allegata. & idem *gloſſ.* 8. *num.* 3. *&* 4.

Et an ſupradictum ſtatutum habeat locum in 58
diſtractu. Tiraquell. *ibi, pag.* 422. *num.* 1. *& multis ſequen.* vbi particulariter loquitur de renunciatione, liberatione, pacto de non petendo, & ſimilibus. Et an mulier poſſit ſine conſenſu propinquorum renunciare iuri nondum quæſito. Tiraquell. *ibidem pag.* 430. *num.* 31. *& ſeq.* Menoch. *de arbitrar. quæſtion. caſu* 185. *num.* 35. vbi quòd mulier ſine ſolemnitate poteſt repudiare donationem ſibi factam, & nondum acceptatam. Et idem tradit Simoncell. *de decreto*

creto lib.3.tit.8. num.66. & ſeqq. vbi idem de repudiatione hæreditatis nondum agnitæ. Vide Lamberten. *de contractib. gloſſ. 4. num.* 1. vbi quòd mulier ſine ſtatuti ſolemnitatibus nec diſtrahere, nec pactum de non petendo facere, nec renunciare poteſt, ſed vt poſſit remittere ius nondum quæſitum, puta donationem, hæreditatem, ſeu legatum nondum agnitum, optimè diſputatur materia *ibi num. 2. & ſeqq. omnibus*, per totam illam gloſſam. Boccac. *gloſſ. 8. n.22.*

59 Et an hoc ſtatutum habeat locum in muliere donante, Tiraquellus *ibidem pag. 432. num.43. & multis ſequen.* vide ſuprà *num.*28. & infrà *num.* 100.

60 Et quid in donatione mulieris tacita, ſeu præſumpta. Tiraquell. *ibi pag.435. num.57. & ſeqq.* Put. *deciſ.7. lib.*3. & dicit, quòd ſtatutum Romanum, etiam in tali donatione habet locum, vide ſuprà *num.* 28. & *num.*4. & quòd regulariter hoc ſtatutum habeat locum in donatione præſumpta, ponit Lamberten. *de contract. gloſſ.23. num 16. & ſeq.* Boccac. *gloſſ.8. num.24.* Put. *deciſ.55. num.2. lib.3.*

61 Et generaliter, quomodo in propoſito huius ſtatuti præſtari debeat conſenſus propinquorum, Corſett. *ſingul. pag.173. verb. minor.* Duen. *regul 65.* & quæ generaliter dicentur *in alio Repertorio, in contractibus, verſ. Authoritas*, &c.

62 Et quid ſi huiuſmodi ſtatutum requireret præſentiam propinqoorum, vide *in alio Repertorio in contractib. verſ. Authoritas*, &c. *num.*42. infrà *in fragmentis inter diuerſa*: vbi in propoſito tradita ponas hîc. Dic quòd ſi ſtatutum requirit præſentiam propinquorum, tunc tantò minùs ſufficit conſenſus eorum tacitus, vt per Lamberten. *de contract. gloſſ.7. num.7.* faciunt de conſenſu tacito ſuprà generaliter tradita, *num.* 34. & an poſſit conſenſus per Procuratorem præſtari, quando ſtatutum requirit præſentiam, vide etiam ſuprà *num.*44.

63 Et quid de ſtatuto, quòd filiusfamilias non poſſit contrahere ſine patris conſenſu, vide infrà *quæſt.*41. *num.*37. *& ſeqq.*

64 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 54. adde in ſimili tradita ſuprà, *quæſt.*14. *num.*38. & infrà *quæſt.*62. *num.*15. Lamberten. *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.*1. *num.*3. *& ſeqq.* vbi quòd hoc ſtatutum non habet locum in alienatione facta ex voluntate teſtatoris, & ibi concordantes allegat. Quod

Amplia I. etiam quòd teſtator eſſet minor viginti quinque annis, dummodo maior quatuordecim, vt ibi *num* 6. licèt aliqui ibi per eum relati *num.*5. contrarium dixerint.

Amplia II. etiam quòd teſtamentum eſſet nullum & inualidum, dummodo tamen alienatio fiat, antequam declaretur nullum, ſeu inualidum, vt ibidem *num.*7. *&* 8.

Limita ſi teſtamentum ſit reuocatum, quia alienatio facta per mulierem, &c. adhuc requirit ſolemnitates ſtatutarias, etiam quòd ſit facta in vim teſtamenti reuocati, vt *ibidem num.*9.

Limita II. vt prædicta intelligantur, quando tractatur de alienatione dependente ex ſolo defuncti facto & præcepto, non admixto facto minoris, ſeu mulieris prohibitæ, &c. & quando conſtat de ſpecifica teſtatoris voluntate: aliàs ſecus, vt *ibidem ſub n.*3.

65 Et quòd hoc ſtatotum non habeat locum in minore, ſeu muliere matrimonium contrahente, ſeu religionem ingrediente, & per ingreſſum bona ſua in Monaſterium transferente, traditur per Lamberten. *in tract. de contractib. eorum*, &c. *num.*10. *& ſeqq. gloſſ.*1. vbi plures concordantes allegat. Vide in ſimili tradita ſuprà *quæſt.*14. *num.* 76. Simoncell. *de decreto lib.3. tit.8. inſpect.14. num.*101.

Et quòd hoc ſtatutum habeat locum etiam in 66
contractu ſocietatis, niſi ſocietas iſta vtilis ſit ipſi mulieri, ſeu minori, traditur per Lambertenum *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.1. num.22. & ſeqq.*

Et an hoc ſtatutum babeat locum in diuiſione, vi- 67
de eumdem Lambertenum *d. gloſſ.1. num.25. & ſeqq. quæſt.11. per totam*, & præſertim *num.* 28. vbi videtur diſtinguere, ſi ſtatutum prohibeat venditionem, vel ſi prohibeat alienationem. Vide etiam aliquid ſuprà *num.*13. faciunt tradita ſuprà, *quæſt.14. num.44. & n.90.* & generaliter *in Repertor. vltim. voluntat. quæſt.1. n.32. &* 74. Idem Lambertenus *loco proximè citato* relatis contrariis facit infraſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio, quòd diuiſio fructuum gratia commodioris culturæ poteſt per mulierem, ſeu minorem fieri, etiam ſine ſtatutariis ſolemnitatibus, vt ex allegatis per Lambertenum *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.1. num.29.* vbi tamen ipſe remiſſiuè poſtea videtur contrarium ſuſtinere, quòd videlicet nec ſine prædictis ſolemnitatibus mulier, ſeu minor, &c. poſſint diuidere fructus, qui ex bonis ſtabilibus percipiuntur.

Secunda ſit concluſio, quòd quando agitur de di- 68
uiſione facienda, non fructuum, ſed proprietatis & dominij alicuius rei, quæ ſit communis inter plures mulieres, ſeu minores, & tunc ſtatutarias ſolemnitates requiri dubitandum non eſt ſecundùm Lambertenum *d. gloſſ.1. num.30.* &c.

Tertia ſit conclofio, quòd quando agitur de diui- 69
ſione alicuius rei faciendæ, non inter plures mulieres, ſeu minores; ſed inter mulierem, & alium maſculum maiorem non prohibitum alienare. Et tunc ſi hæc mulier velit maſculum ſocium ad diuiſionem prouocare, id fieri non poſſe abſque ſtatutariis ſolemnitatibus, traditur per Lambertenum vbi ſuprà *d. gloſſ.1. num.31.*

Si verò mulier non prouocat, ſed prouocatur à ſo- 70
cio maſculo ad diuiſiooem, & tunc refutatis contrariis nec etiam iſto caſo per mulierem, ſeu minorem, &c. poſſe diuiſionem fieri abſque ſolemnitatibus ſtatutariis, traditur per eumdem Lamberteoum *dicta gloſſ.1. num.33. & ſeqq.* & hæc ſit *quarta* concluſio. Vide in ſimili tradita ſuprà *quæſt.14. ſub num.*90.

Quinta ſit conclnſio, quòd quando in diuiſione 71
mulieri ſua portio non aſſignetur: ſed loco ſuæ portionis pretium eidem ſoluitur, tunc indiſtinctè abſque ſolemnitatibus ſtatutariis id fieri non poſſe, traditur per Lambert. *d. gloſſ.1. num.32.*

Sexta ſit concluſio, quòd ſi diuiſio ſit mulieri vti- 72
lis, tunc indiſtinctè & generaliter illam abſque ſolemnitatibus ſtatutariis valere traditur *ibidem* pér Lamberten. *d. gloſſ.1. num.37.* vbi etiam remiſſiuè ponit, quando dicatur diuiſio vtilis.

Sed quid de diuiſione facta non à muliere, ſeu à 73
minore prohibito alienare, &c. ſed à iudice, vide *ibidem* per Lambertenum *d. gloſſ.1. num.38.* vbi pro & contrà.

Item an ex hac diuiſione nulliter ſine ſtatutariis 74
ſolemnitatibus facta, ſi non transfertur dominium, an ſaltim transferatur poſſeſſio, traditur per eumdem Lambertenum *d. gloſſ.1. num.39.* vbi pro & contrà, & faciunt generaliter ſuprà tradita *ſub num.*8.

Et quòd hoc ſtatutum habeat locum etiam in per- 75
mutatione, traditur per eumdem Lambert. *d. gloſſ.1. num.41. & ſeqq.*

Et quòd hoc ſtatutum non in muliere, ſeu mino- 76
re, ſe obligante ex cauſa alimentorum præſtandorum non ſolùm ipſi mulieri, ſed etiam eius putà patri, fratri, aut alteri neceſſario, traditur per Lambertenum *dicta gloſſ.1. num.52. & ſeqq.* ex cuius rationibus

ibi

ibi traditis infertur contrarium eſſe, ſi ipſa mulier, ſeu minor ſe obligarent pro alimentis præſtandis alicui extraneo. vide in ſimili tradita *in Repertorio vltim. volunt. quaſt 1. num. 10. & quaſt. 2. num. 40.*

77 Et quòd hoc ſtatutum non habeat locum, ſi mulier, vel minor velint ſe obligare ad hoc, vt ſe à captiuitate latronum, ſeu inimicorum liberent, ſeu à carceribus, in quibus vel pro ciuili debito, vel criminali delicto etiam eorum culpa commiſſo detinentur, refutatis contrariis tenet Lamberten. *d. gloſſ. 1. quaſt. 23. & 24.* vbi remiſſiuè *num. 64.* ponit, quid ſi pro redemptione aliorum carceratorum, ſeu captiuorum. vide in ſimili tradita *in Repertor. vltim. volunt. quaſt. 2. num. 54. & quaſt. 1. num. 18.* & ſuprà *in hac eadem quaſt. num. 22.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. Marchia gloſſ. 8. num. 6.*

78 Et quòd hoc ſtatutum habeat etiam locum in contractu depoſiti, traditur per Lambert. *d. gloſſ. 1. num. 65.* vbi hoc limitat procedere, quando mulier, ſeu minor rem depoſitam conſumpſiſſent: quia ſi extaret, tenetur reſtituere non obſtante ſupradicto ſtatuto.

79 Emens, ſeu contrahens cum muliere, ſeu minore ſine ſtatutariis ſolemnitatibus, an dicatur eſſe in mala fide, & an faciat fructus ſuos? Dic quòd eſt in mala fide, & fructus ſuos non facit. Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ. 8. num. 59.* Lamberten. *de contract. eorum*, &c. *gloſſ. 1. num. 123. & ſeqq.* licèt contrarium tenuerint ibi relati *num. 108. & ſeqq. & num. 167. & ſeqq.* Fallit in ruſtico, muliere, minore, & ſimilibus, qui excuſantur iuris ignorantia, de quibus dixi *in Repertor. iudic. quaſt. 64.* iſ, inquam, licèt contrahant cum muliere, ſeu minore ſine ſtatutariis ſolemnitatibus, non per hoc dicuntur in mala fide, & ſic ſuos fructus faciunt. Fallit ſecundò, quando dubium eſſet, an ſtatutum aliquo caſu locum haberet. nam tunc ſi eo caſu contrahatur etiam ſine ſolemnitatibus, contrahens ſuos facit fructus, vt *ibidem* per Lamberten. *num. 173.* ignorantia enim iuris dubij excuſat, vt dixi *in Repert. iudic. dicta quaſt. 64. num. 29.* Tu verò pro complemento huius materiei vide *in criminal. quaſt. 30. num. 13. 14. 16. & 36.* vbi poſui, an & quando dolus, & mala fides præſumantur in eo, qui contra ius, vel ſtatutum, vel ſine debitis ſolemnitatibus, vide etiam *in quaſt. 14. num. 40.* vbi an & quando emens res minoris ſine iuris ſolemnitatibus dicatur eſſe in mala fide, & fructus lucretur, & *in iudic. quaſt. 61. num. 7. & 46.* vbi generaliter quando emens contra iuris & ſtatutorum prohibitionem faciat fructus ſuos.

80 Bona mulieris, ſiue minoris prohibiti à ſtatuto contrahere ſine certa ſolemnitate, an poſſint præſcribi: præter infraſcripta vide Lamberten. *in tract. de contractib. eorum*, &c. *gloſſ. 1. num. 263. & ſeqq. vſque ad 268.* vbi multa pro & contrà ad hanc materiam: ad quam vide etiam *in Repert. vltim. volunt. quaſt. 1. n. 33. per totum. verſ. limita ſextò*, &c. & *in indic. quaſt. 96. num. 17. & ſequen.* vbi an & quomodo errans in iure præſcribat. Vide eumdem Lambertenum *ibid. gloſſ. 3. quaſt. 27. num. 64. & 65.* Diſtinguas in hunc modum, quòd ſi alienatio non fit à minore, ſeu muliere prohibito, &c. ſed ab alia perſona, tunc contra alienantem currit præſcriptio, interueniente tamen bona fide ex parte ementis. Contra verò minorem, ſeu mulierem prohibitam, &c. nulla currit præſcriptio durante minori ætate. Lamberten. *d. gloſſ. 1. num. 268.* & faciunt pro hac concluſione tradita *in vltim. voluntatib. quaſt. 1. num. 35. verſ. limita primò*, &c. Si verò limitatio fit ab eodem minore, ſeu muliere prohibita, &c. tunc ſi emptor ſciebat contractum eſſe nullum, non currit aliqua præſcriptio ad eius fauorem, quia dicitur eſſe in mala fide, vt *ibidem num. 270.* Si verò credebat emptor contractum validum, tunc aut errabat in facto, aut in iure. Si in facto, puta quia probabiliter credidit debitas ſolemnitates interueniſſe, tunc currit ad eius fauorem præſcriptio, vt *ibidem num. 272. & ſeq.* vbi declarat. Si verò emptor errauerit in iure, credens ſcilicet contractum huius minoris, ſeu mulieris ſine debita ſolemnitate valere, tunc ſi vis ſcire, an currat præſcriptio, recurras ad *Repertorium iudicial. quaſt. 96. num. 17.* vbi poſui, an & quando errans in iure præſcribat, &c.

Statutum prædictum requirens certas ſolemnitates in contractibus mulierum, ſeu minorum, procedit etiam quòd mulier, ſeu minor alienet in eum, à quo res alienata obuenerat, vt per Simoncellum *de decreto lib. 1. tit. 2. inſpect. 1. num. 7.* vbi etiam refert & reſpondet contrariis. 81

Et an prædictum ſtatutum habeat locum, quandò mulier, vel minor actionem cedit, vide Lamberten. *in tract. de contract. eorum*, &c. *gloſſ. 1. num. 376.* 82

Dixi ſuprà *num. 11.* quòd mulier tutorio nomine poteſt etiam ſine ſtatutariis ſolemnitatibus contrahere. An ſine eiſdem ſolemnitatibus poſſit exercere officium exequutricis teſtamenti. Dic quòd ſic, dum- 83
modò non faciat actum, per quem ipſa obligetur, vt 84
per Lamberten. *de contract. gloſſ. 1. num. 379. & ſeq.*

Et ſine ſtatutariis ſolemnitatibus mulierem, ſeu minorem non poſſe ſeruitutem imponere, ſeu impoſitam ad ſui fauorem remittere, tradit Lamberten. *de contract. eorum*, &c. *gloſſ. 1. num. 381. & ſeqq. quaſt. 100.*

Et an hoc ſtatutum locum habeat in hermaphrodito, latè Lamberten. *de contractib. gloſſ. 2. n. 1. & ſeqq. vſque ad num. 16.* & faciunt generaliter tradita infrà *quaſt. 66. num. 7.* 85

Statutum hoc an & quando liget foreuſes, quando extendatur ad bona extra territorium ſita, & ſimilia in materia, poſui nonnullas allegationes ſuprà *in num. 37.* & generaliter faciunt infrà tradita *quaſt. 37.* vbi omninò videas ad determinationem præſentium ſpecialium infrà ponendarum concluſionum, quia materia eſt ferè eadem. Et quia niſi ſpecialia exempla ponantur, difficile eſt benè percipere earumdem concluſionum determinationem, quia propter amplitudinem materiæ Doctores aliqui confusè loquuntur: ideò exempla ſubiiciam de muliere Romana Neapoli contrahente, & è contra. 86

Prima ſit concluſio, quòd mulier Romana Neapoli maritata debet ſeruare ſolemnitates ſtatutarias ciuitatis Neapolis, vbi nupta eſt, non autem ſtatuta Romæ, vbi nata eſt, dummodo in loco, vbi nupta eſt, & ſic in ciuitate Neapoli contrahat, ſecundùm communiorem opinionem, quam à contrariis defendit Lamberten. *de contractib. gloſſ. 1. quaſt. 7. & quaſt. 12.* & faciunt infrà tradita *quaſt. 37. num. 7.* 87

Secunda ſit concluſio, quòd mulier Romana habens domicilium in ciuitate Neapolis, licèt ibi nupta non ſit, ſi contrahat in dicta ciuitate Neapoli, vbi domicilium habet, debet ſeruare in dicto contractu ſolemnitates ſtatuti Neapolis, & non ſtatuti Romæ, vbi nata eſt. Lamberten. *de contract. gloſſ. 2. quaſt. 8. & quaſt. 13.* Faciunt generaliter infrà tradita *quaſt. 37. num. 5. & 6.* vide Lambertenum *d. gloſſ. 2. quaſt. 9.* vbi ampliat hanc concluſionem, etiam quòd mulier non habeat onera & munera loci domicilij. 88

Tertia ſit concluſio, quòd mulier Romana, nec nupta in ciuitate Neapoli, nec ibi habens domicilium, ſed prorſus externa, ſi in dicta ciuitate Neapoli contrahat, adhuc debet ſeruare ſtatutum loci contractus, & non originis. Lamberten. *de contractib. gloſſ. 2. quaſt. 10. & quaſt. 14.* vbi latè faciunt generaliter 89

infrà tradita *quæſt.* 37. *num.* 9. *&* 11. Sed contrà Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 4. *num.* 90. vbi quòd ex quo hoc ſtatutum eſt fauorabile, ideò ſeruandum per ſubditum dictis ſtatuentibus, etiam quòd extra eorum territorium contrahat.

90 Quarta ſit concluſio, quòd mulier ſemper tenetur ſeruare ſtatutum loci contractus, & non domicilij, ſeu originis, etiam quòd bona de quibus contrahitur, ſint ſita extra territorium loci contractus. Lamberten. *de contract. gloſſ.* 2. *quæſt.* 11. *& quæſt.* 16. faciunt infrà tradita *quæſt.* 37. *n.* 10. 17. *& ſeqq.*

91 Quinta ſit concluſio, quòd mulier Romana ſi dedita opera ad hoc ne contrahat ſecundùm ſolemnitates ſtatuti Romani, Romanam exeat iuriſdictionem, ſi dicti ſtatuti Romani ſolemnitates non ſeruet, etiam quòd alibi contrahat, contractus non valet, vt per Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 53. *& ſeqq.* vbi etiam quando dicatur dedita opera id feciſſe, & faciunt generaliter tradita infrà *q.* 37. *num.* 26. Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 82.

92 Statutum hoc non ligat Clericos minores contrahentes, etiam quòd dici poſſe fauorabile videatur, Lamberten. *de contract. gloſſ.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 57. *&* 58. Quod videtur limitandum, quando hoc ſtatutum eſſet à Pontifice confirmatum, vt *in dicto num.* 58. *verſ. ad id autem quod aſſerimus, iuncta quæſt.* 39. *in fine tractatus, num.* 139. & faciunt generaliter tradita infrà *verſic. Statutum, num.* 2. *in fragmentis.* Sed an hoc ſtatutum comprehendat minores, ſeu mulieres laicas contrahentes cum Clericis, vel cum Eccleſia, dic quòd ſic, vt per Lambertenum *d. quæſt.* 39. *per totam, n.* 135. *& ſeqq.* vbi quòd hoc fallit, quando contraheret pro ſalute animæ ſuæ, & ſic in piam cauſam. de qua limitatione latiùs dixi ſuprà *num.* 22. Quid de minore Moniali, vide *in ſeq. num.* 93.

93 Statutum hoc non habet locum in moniali contrahente. Lamberten. *de contract. gloſſ.* 2. *quæſt.* 28. *n.* 57. *&* 58. Sed quid ſi monialis nondum in religione profeſſa ſit. Dic quòd ſi monialis ante profeſſionem exeat religionem, tunc contractus factus ab ea nondum profeſſa nullus eſt, tanquam carens ſtatutariis ſolemnitatibus. Secùs ſi poſtea profeſſionem fecerit: quia tunc talis profeſſio trahitur retrò etiam ad tempus non adhuc factæ profeſſionis; ideò tunc contractus non eſt nullus, quia monialis non ſubiaceat ſtatuto prædicto: hanc diſtinctionem à contrariis defendit diuus Stephanus Lambertenus *de contract. eorum, &c. d. gloſſ.* 2. *quæſt.* 19. *per totam, num.* 59. *& ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria. Faciunt in ſimili tradita infrà generaliter *verſ. Monachus num.* 42. *in fragmentis.* Quid in moniali tertij Ordinis S. Franciſci, Lamberten. *d. gloſſ.* 2 *quæſt.* 20.

94 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 5. adde Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 3. *num.* 1. *&* 2. vbi refert contrarias opiniones, *& num.* 3. *&* 4. vbi quòd quando hæreditas eſt opulenta, ita quòd ex ea mulier facta eſt locupletior, tunc poteſt eam adire abſque ſolemnitatibus ſtatutariis. Et quæ ſit differentia inter opulentam hæreditatem, & lucroſam; de hoc particulariter vide *in Repertorio vltimar. volunt. verſ. hæreditas num.* 5. vide etiam Lambertenum *ibidem num.* 5. *&* 9. vbi quòd poteſt ſine dictis ſolemnitatibus adire hæreditatem cum beneficio inuentarij nedum opulentam, ſed etiam lucroſam, *& num.* 8. vbi quòd aditio hæreditatis lucroſæ valet facta per mulierem ſine dictis ſolemnitatibus, etiam quòd poſtea ex aliquo inopinato caſu ſit effecta damnoſa, *& num.* 6. vbi quòd mulier non ſeruata forma ſtatuti poteſt adire hæreditatem cum beneficio inuentarij: quia iſto caſu nunquam hæreditas poteſt eſſe damnoſa, *& n.* 7. vbi quòd in dubio hæreditas præſumitur lucroſa, & non damnoſa, & ideò mulieris aditio facta ſine ſtatutariis ſolemnitatibus valet in dubio, niſi aduerſarius eam probauerit damnoſam, vt *ibidem dicto n.* 7. & faciunt tradita *in Repertor. vltimarum volunt. verſ. hæreditas num.* 5. Sed quid ſi hæreditas non lucroſa, nec opulenta, ſed damnoſa fuerit, an valeat illius aditio facta per mulierem ſine ſtatutariis ſolemnitatibus? Dic quòd non valet, ſi ſtatutum loquitur per verbum *obligare*, ſecundùm communem, de qua ibi *num.* 10. *&* 12. *& ſeqq. vſque ad num.* 16. vbi de materia huius concluſionis. Item non valet, ſi ſtatutum vtitur verbo *contrahere*, ſecundùm communem, de qua ibi *num.* 11. *&* 12. *vſque ad num.* 16. vbi de materia huius concluſionis. Item multò magis non valet talis aditio hæreditatis damnoſæ, quando ſtatutum nedum prohibet contractum fieri ſine ſolemnitatibus, ſed etiam quaſi contractum, vt *ibidem num.* 13. *vſque ad num.* 16. Sed quid in aditione hæreditatis paternæ, an poſſit per mulierem ſine ſtatutariis ſolemnitatibus fieri, vide ibidem *num.* 16. *&* 17. Sed an mulier poſſit ſine dictis ſtatutariis ſolemnitatibus adire hæreditatem fideicommiſſariam, alteri ſcilicet reſtituendam: dic quòd ſic iubente & inſtante fideicommiſſario, cui facienda eſt reſtitutio, aliter ſecùs, vt ibidem per Lambertenum *num.* 18. *&* 19.

95 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 11. adde Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 3. *num.* 27. *& ſeqq. quæſt.* 12. vbi relatis contrariis, & diſputata materia videtur concludere, quòd mulier ſine ſolemnitatibus ſtatutariis nec etiam poteſt tutorio nomine pro pupillo contrahere, & ibi *num.* 29. teſtatur de communiori opinione. Ad materiam vide Virgilium Boccacium *gloſſ.* 8. *num.* 47.

96 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 13. de muliere litigante, faciunt tradita *in Repertor. vltimar. voluntat. quæſt.* 1. *num.* 72. vbi an prohibitus alienare poſſit litigare. Et ad propoſitum dic mulierem non poſſe ſine huius ſtatuti ſolemnitatibus litigare, vt per Lambertenum *de contract. gloſſ.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 42. *&* 43. faciunt tradita per Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 15. *&* 16. vbi etiam quòd non poteſt conſtituere procuratorem ad lites. Quid de procuratore ad alienandum ſuprà *num.* 9. & ſententia lata contra eam litigantem ſine propinquorum conſenſu eſt nulla ipſo iure, etiam quòd ipſa non oppoſuerit de defectu dicti conſenſus, vt *ibidem* per Lamberten. *quæſt.* 19. *num.* 48. *& ſeq.* Sententia verò ad eius fauorem lata valebit, etiam quòd ipſa litigauerit ſine dictis ſolemnitatibus, dummodò pars non oppoſuerit de earumdem ſolemnitatum defectu; quia parte opponente ſententia ad eius fauorem lata, vti iniqua venit per appellationem reſcindenda, vt *ibidem* per Lamberten. *quæſt.* 18. *num.* 46. *&* 47. *& quæſt.* 20. *num.* 52. vbi quòd ſi propinqui inſimul cum muliere in iudicio agant, eo ipſo videntur præſtare conſenſum mulieri litiganti, *& quæſt.* 21. *num* 53. *& ſeqq.* vbi quòd non cenſetur conſenſus præſtitus ex eo, quòd propinqui pro muliere ſolicitent in cauſa, vel pro ea fideiubeant, *& quæſt.* 24. *num.* 17. vbi quòd mulier ſine propinquorum conſenſu à ſtatuto requiſito, nec etiam poteſt coram arbitro litigare. Hinc etiam eſt, quòd denunciatio vtputà litis, ad hoc vt teneatur de euictione, ſeu alia ſimilis requiſitio ipſi facta ſine propinquorum conſenſu illam non afficit, vt *ibidem* per Lambertenum *gloſſ. finis num.* 224. *& ſeqq. quæſt.* 78. vbi reſpondet contrariis. Item nec ſine dicto conſenſu poteſt iuramentum litis deciſiuum deferre. *ibidem num.* 140. *& ſeqq. & num.* 143. vbi quòd ſine eodem conſenſu nec etiam poteſt ei deferri per alium idem iuramentum. Sed quid

quid ſi iurauit illud non recuſando, an ei hoc iuramentum præſtitum ſine propinquorum conſenſu noceat: dic quòd ſic, ſi eſt mulier maior, ſecùs ſi minor, *ibidem num.*144.*& ſeq.*

97 Ad ea, quæ de conſenſu præſtando per procuratorem, nuncium, vel epiſtolam ſuprà *num.*43.*&* 44. tradita ſunt, adde in generè infra tradita *in fragment. inter diuerſa, verſ. Auctoritas num.*42. & ibi in propoſito ſcripta ponas hîc in extenſione huius quæſtionis. Adde etiam eumdem Lambertenum *de contractib. gloſſ.*7.*num.*9.*& ſeq.* vbi quòd admittitur conſenſus per procuratorem, quando propinquus, cuius conſenſus requiritur, eſt impeditus adeſſe, puta vel per abſentiam, vel per infirmitatem. Ad idem Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 3. *num.*41. & de propinquis ſi ſint infirmi, quid agendum, vide eumdem Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.*3. *num.*133. Niſi ſtatutum vlteriùs prouideat, quid faciendum in caſu abſentiæ, ſeu infirmitatis propinquorum, quia illud ſeruandum eſt: faciunt generaliter ſuprà tradita de propinquis abſentibus *num.*45. & an in quaſi contractibus, puta in hæreditatis aditione, conſenſus per epiſtolam poſſit præſtari, vide *ibidem* per Lambertenum *d. gloſſ.*7. *num.*11.*& ſeq.* & ſi mittitur nuncius, vel procurator ad conſentiendum, cùm actus celebratur, vel ad præſentandam epiſtolam tempore celebrationis actus, videtur poſſe admitti talem conſenſum præſtitum per procuratorem, nuncium, vel epiſtolam: quia tunc ceſſat ratio, quòd authoritas ſit in ipſo actu interponenda, *ibidem num* 15. Regulariter tamen cùm conſenſus propinquorum à ſtatuto requiratur in contractu minorum, ſeu mulierum, non ad tollendum præiudicium conſentientis, ſed ad integrandam perſonam mulieris, ſeu minoris contrahentis: ideò nec per nuncium, nec per procuratorem præſtare poteſt, vt *ibidem* per Lambertenum *dicta gloſſ.* 7. *quæſt.* 8. *num.* 14. *& ſeqq.* & per Virgil. Boccacium *in conſtitut. March. dicta gloſſ.* 3. *num.*40. licèt aliqui *ibidem* relati *num.*15. voluerint poſſe præſtari per nuncium, ad quod faciunt generaliter tradita infrà, *verſ. Authoritas num.*42. Quis autem dicatur iſto caſu nuncius, vide *ibidem in gloſſ.*7.*n.*17.

98 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 56. adde Lamberten. *de contractib. gloſſ.*7. *quæſt.* 12 vbi relatis contrariis dicit veriorem, & magis communem eſſe opinionem, quòd iſte conſenſus propinquorum non poſſit poſt actum interuenire: maximè ſi ſtatutum requirat etiam præſentiam, vt *ibidem, quæſt.*13. Sed ſi incontinenti poſt actum ſequatur, tunc valet conſenſus, vt *ibi in quæſt.*14. vbi reſpondet contrariis. Et ſi pariter mulier poſt contractum celebratum cum propinquorum conſenſu illum ratificet, valebit ratificatio, & conſenſus propinquorum etiam poſt contractum præſtitus vnà cum muliere: ſed talis ratificatio non retrotrahetur, quia valebit actus prout ex non, & non prout ex tunc, vt per Lambertenum *de contractib. gloſſ. finis num.*186.187.188.192. *& ſeqq. vſque ad num.*200. & multa ad materiam huiuſmodi ratificationis, vide *ibidem vſque ad num.* 220 quæ hîc non tranſcripſi, quia non ſunt multum practicabilia, & particulariter, quòd ſi in contractu principali interuenerunt ſolemnitates ſtatutariæ, quòd non ſit neceſſe illas repetere in ratificatione, ſi quando contigerit illum ratificari, poſuit Boccac. *gloſſ.*8. *num.*63. vbi de materia. Ante autem actum conſenſus præſtitus non valet. Lamberten. *ibidem quæſt.*15. vide infrà generaliter tradita *verſ. Authoritas num.*42. vbi in propoſito ſcripta ponas hîc in extenſione huius quæſtionis. Virgilius Boccac. *in conſtitution. March. gloſſ.*3. *num.*38.*&* 39. vbi relatis priùs *à num.*23. *vſque ad num.*40. pluribus generalibus diſtinctionibus, ſed confusè, concludit in propoſito conſenſum non poſſe nec ante actum, nec poſt actum interponi, ſed in ipſo actu interuenire debere. Hinc eſt, quòd conſenſus generaliter à propinquis præſtitus mulieri ad faciendum omnes contractus non valet, ſed debet eſſe ſpecialis, vt per Lambertenum *d. gloſſ.* 7. *quæſt.*21. vbi reſpondet contrariis. Et vide in ſimili infrà tradita *verſ. Authoritas num.*2. vbi in propoſito tradita ponas hîc.

99 An iſte propinquorum conſenſus à ſtatuto requiſitus ſit neceſſe, quòd præſtetur in ſcriptis; dic quòd non, vt per Lambertenum *de contract. gloſſ.*7. *quæſt.*35. *num.*90. licèt de conſuetudine talis conſenſus ſoleat in ſcriptis accommodari ob faciliorem probationem, vt *ibi* per eum. Faciunt generaliter infrà in ſimili tradita *verſ. Authoritas n.*42. vbi ad propoſitum tradita facilè potes hîc apponere.

100 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt de donatione *n.*28. 59.*& ſeq.* adde Lamberten. *de contractib. gloſſ.*23. *per totam*, vbi *num.*2.3.*&* 4. dicit communiorem eſſe opinionem, quòd hoc ſtatutum habeat locum etiam in donatione cauſa mortis: quia hæc donatio magis æquiparatur contractui, quàm vltimæ voluntati, etiam quòd fiat in teſtamentis, aut codicillis, vt *ibidem num.*6. licèt in vtroque aliqui *ibidem* relati *n.*5. *&* 3. contrarium dixerint. quæ concluſio multò magis procedit in donatione cauſa mortis facta præſenti & recipienti, ſeu etiam abſenti, ſed aliquo pro eo ſtipulanti, vt ibidem *num.* 3. vbi de communi. Item fortiùs procedat, quando ſtatutum prohibet non ſolùm contractum, ſed etiam obligationem, vt *ibidem num.*4. vbi etiam, quid ſi ſtatutum prohibeat etiam teſtari, vel expreſsè prohibeat donationem, an propterea prohibita cenſeatur donatio cauſa mortis? ibi videas. Circa verò donationem inter viuos, nulli dubium, quòd ad eam ſtatutum extenditur, *ibidem num.* 11. *& ſeq.* vbi de communi, licèt aliqui *ibidem* relati contrarium dixerint. Quod amplia, etiam ſi minor, aut mulier donent ei, qui ipſis priùs donauerat, *ibidem num.* 14. *& ſeq.* ſeu potiùs infrà *quæſt.*42. *ſub num.*59. vide Boccac. *gloſſ.*8. *num.*59. Ad quod etiam faciunt in ſimili ſuprà tradita *quæſt.*14. *num.*14. Amplia idem in donatione remuneratoria. Vide Boccac. *gloſſ.*8. *num.*58. & Lambertenum *vbi ſuprà num.* 18. Amplia, vt etiam quòd interuenerint ſtatutariæ ſolemnitates, donatio non valet, vt dicam infrà *num.*107. vbi tradita ponas hîc, ea tamen ſolummodo, quæ de donatione minoris loquuntur, omiſſis aliis.

101 Si inter propinquos oriatur lis, quis eorum conſentire debeat, quis præferatur in concurſu? Dic proximior, vt dixi ſuprà *num.* 51. quid ſi omnes ſint in pari gradu. Dic quòd erit in iudicis arbitrio eligere magis idoneum. Lamberten. *de contractib. gloſſ.* 11. *num.*54. *&* 55. magis idoneus autem reputabitur ſenior *ibidem num.*56.*&* 57. Item & nobilior, Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.*3. *num.*100. vel in dignitate conſtitutus. Lambertenus *vbi ſuprà n.* 38. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſi iunior ſit nobilior, & in dignitate conſtitutus, an præferatur ſeniori minùs nobili? & dicit quòd ſic. Item magis idoneus reputatur, qui probior eſt, *ibidem num.* 46. At data æqualitate in omnibus, illi præferantur, qui probant vtilitatem minoris, vt per Boccacium *dicta gloſ.* 3. *dicto num.* 100.

102 Statutum hoc an habeat locum, cùm mulier contrahit cum muliere, vel cum minore. An iſto caſu ſint ſeruandæ ſtatutariæ ſolemnitates, ponit Lamberten. *de contract. gloſ. finis, quæſt.*34.*&* 36. & ex eius

dictis reſolutio colligitur ab alia quæſtione, de qua infrà *in fragment. verſ. Priuilegiatus quando vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, num.* 15.

103 An propinqui poſſint ad eorum vtilitatem, quando cum muliere contrahunt, conſentire. Regula colligitur, quòd non, ex traditis per Lamberten. *in tract. de contractib. sorum*, &c. *gloſſ.* 10. *num.* 30. & aliqua dixi ſuprà *num.* 29. 46. *&* 49. & generaliter faciunt infrà tradita *verſ. Authoritas num.* 47. vbi poſui, quando ipſi ſibi quis authorari poſſit. Et ibi tradita ponas hìc in extenſione huius quæſtionis, quia aptior non videtur locus. Et prædictis adde Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 10. *num.* 2. vbi quòd valet contractus factus cum propinquo, alio propinquo loco illius contrahentis conſentiente, & idem tradit Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 3. *num.* 104. & Lamberten. *vbi ſupra num.* 3. idem tradit, ſi iudicis decretum interuenerit, *& num.* 4. *& ſeqq.* vbi idem in contractu palam, & bona fide celebrato, *& num.* 7. *& ſeqq.* vbi aliquid, quando contractus dicatur bona fide, vel mala fide celebratus, *& num.* 13. *& ſeqq.* vbi idem, ſi de vtilitate, & commodo propinqui contrahentis ageretur in conſequentiam, & non principaliter, *& n.* 16. vbi quando dicatur principaliter, vel in conſequentiam agi de commodo propinqui, *& num.* 29. vbi idem in contractu æquè vtili & propinquo & mulieri, *& num.* 30. vbi quòd ſi conſenſus propinquorum requiritur ad eorum præiudicium tollendum, & non ad integrandam mulieris perſonam, tunc valet conſenſus per ipſos præſtitus, etiam in contractu per eos cum muliere celebrato: ſecùs ſi requiratur conſenſus ad integrandam perſonam mulieris.

104 An propinqui conſentiendo contractui mulieris, ſeu minoris, ſibi in aliquo præiudicent, & poſſint contra illum contractum venire, dixi aliquid ſuprà *num.* 40. faciunt generaliter tradita infrà *verſic. Conſentiens, num.* 68. *inter diuerſa.* & in ſpecie vide declarantem Lamberten. *de contractib gloſſ.* 10. *quæſt.* 14. *per totam.* Et ad materiam vide omninò Carocium *in tract. de locato & conducto rubr. de locat. ratione officij num.* 1. *& omnib. ſeqq.* vbi latiſſimè.

105 Vſque ad quem gradum agnati, ſeu propinqui ad conſentiendum admittantur. Dic vſque ad decimum gradum, & non vltrà. Niſi ſtatutum requirat conſenſum eorum, qui ſunt de pareotela: quia tunc admittuntur vſque in infinitum, vt per Lambertenum *de contract. gloſſ.* 11. *quæſt.* 6. *num.* 47. *& ſeqq.* At ſi ſtatutum requirit conſenſum conſanguineorum, tunc non admittuntur niſi vſque ad ſeptimum gradum. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 3. *num.* 87. 88. 89. *&* 90.

106 An ſpurij admittantur ad conſentiendum in contractu mulieris. Dixi aliquid ſuprà *num.* 27. quibus adde Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 19. *quæſt.* 1. vbi videtur concludere, quòd ex quo ſpurius non venit appellatione coniunctorum, conſanguineorum, & agnatorum, vt latiùs dixi *in Repertor. vltimar. volunt. quæſt.* 14. *num.* 1. *& ſeqq.* ideò nec ad conſentiendum iſto caſu vti agnatus admittendus eſt. Fallit in legitimato, qui cùm iura agnationis & familiæ retineat, vt dixi *in dicta quæſt.* 14. *litera F. num.* 6. ideò vti agnatus ad conſentiendum admittitur, vt per Lambertenum *ibidem quæſt.* 2. *num.* 4. *& ſeqq.*

107 Per hoc ſtatutum non cenſentur remiſſæ aliæ iuris communis, ſeu aliorum ſtatutorum ſolemnitates. Iſte enim conſenſus propinquorum ab hoc ſtatuto requiſitus non validat contractus nullos ob aliquod iuris communis, ſeu ſtatuti impedimentum. Lamberten. *de contract. gloſſ. finis quæſt.* 46. *num.* 155. *& ſeq.* vbi ex hoc infert ad donationem inter virum & vxorem, quæ non validatur, cùm ſit à iure prohibita, propter iſtas ſolemnitates. Item inferri poteſt ad quamlibet aliam donationem minoris, qui cùm de iure non poſſit donare etiam cum iudicis decreto, & tutoris auctoritate, vt dixi infrà *quæſt.* 41. *num.* 59. dubium non eſt, quòd nec valet, etiam quòd interuenerint ſtatuti ſolemnitates, vt per Lamberten. qui declarat hanc materiam donationis, *gloſſ.* 15. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi tamen ſecus dicit eſſe in donatione facta à muliere maiore, quæ à iure non prohibetur donare. Ideò valida eſt, ſi hæ ſolemnitates interuenerint, vt dixi ſuprà *num.* 100. Hinc etiam generaliter inferri poteſt, quòd ſi mulier, vel minor eſt læſus in contractu ea læſione, quæ de iure contractum reſcindat: de qua dixi infrà *quæſt.* 48. & tamen contractus non ſuſtinetur, etiam quòd propinqui conſentientes iurauerint illum cedere in mulieris, ſeu minoris vtilitatem: obreptio enim facta per conſanguineos iudici vitiat contractum, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 4. *num.* 4. *in fine.* faciunt tradita *in Repert. iudic. de decreto interpoſito ex falſa cauſa, verſ. decretum, num.* 4. ideò ſi conſanguinei conſentiant donationi factæ ſub nomine venditionis, & ſic contractui ſimulato, conſenſus non tenet. Boccacius *gloſſ.* 8. *n.* 45. Supradicta colliguntur ex traditis generaliter per Lambertenum *dicta gloſſ. finis, eadem quæſt.* 46. *& gloſſ.* 15. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi tamen dixit hanc læſionem non conſiderari in donatione mulieris maioris, de quo dixi infrà *quæſt.* 24. *num.* 5. *& quæſt.* 48. *num.* 10. & an propinqui poſſint inquiri de imperitia, ſeu malitia, ſi aſſeruerunt contractum vtilem, qui erat damnoſus: dic quòd ſic, in iis, quæ ſunt magni præiudicij, ſecùs ſi parui, vt per Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 3. *num.* 7. *in fine, & num.* 11. vbi quòd iſto caſu puniuntur iudicis arbitrio.

Ad conſentiendum vigore huius ſtatuti propin- 108
qui Clerici admittuntur: ſecus autem Monachi. Lambertenus *de contractib. gloſſ.* 17. *quæſtione* 7. *&* 8. *num.* 69.

Statutum hoc non habet locum in muliere, ſeu 109
minore contrahente cum Principe & fiſco. Lamberten. *de contract. gloſſ. finis quæſt.* 28. *num.* 94. *& ſeqq.* vide Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 63. Bertaz. *de clauſulis, clauſul.* 10. *gloſſ.* 16. *num.* 4. Alberic. *de ſtatut. quæſt.* 215. *lib.* 2. Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.* 8. *num.* 175. Ang. de Nicol. *ad ſubſcriptionem conſil.* Socin. ſeu. *conſ.* 302. *volum.* 2. Bald. Nouell. *de dote part.* 6. *quæſt.* 48. Carpen. *de ſtatut. Mediolanen. cap.* 416. *num.* 49. *part.* 1.

Statuti huius ſolemnitates requiruntur, quando 110
debitor mulieri aliquid ſoluit. Lamberten. *de contract. gloſſ. finis num.* 147. vbi hoc videtur limitare, niſi ex tali ſolutione recipiens ſolutionem ſit facta locupletior, de quo dixi ſuprà *num.* 25. faciunt in ſimili de ſolutione facta pupillo infrà *quæſt.* 41. *num.* 59. & quid ſi mulier fateatur aliquid ſibi ſolutum. Vide ſuprà *num.* 4. *in hac ead. quæſt.*

Minor, ſeu mulier ſoluens indebitum promiſſum, 111
ſcilicet in contractu nullo ob defectum ſtatutariarum ſolemnitatum, non dicitur dictum contractum approbaſſe, ſed ſolutum poteſt repetere. Lamberten. *de contract. gloſſ. finis quæſt.* 44 *num.* 148. *& ſeqq.* faciunt in ſimili infrà tradita *quæſt.* 41. *num.* 53. *&* 63. & generaliter poſita infra, *verſ. Soluens indebitum quando dicatur approbaſſe contractum, num.* 1. *& in Repertorio iudic. verſic. Condictio num.* 39. *& ſeqq. & num.* 49. vbi poſui, quando indebitè ſoluti detur repetitio.

Si mulier, ſeu minor, ac etiam maior ſe obligent 112
inſimul ſine ſtatutariis ſolemnitatibus: an ſicut non valet obligatio mulieris, ſeu minoris, ita etiam nec valet obligatio maioris ratione connexitatis. Dic quòd ſi agitur de re diuidua, tunc valet obligatio maioris,

maioris, etiam quòd non valeat illa minoris, ſeu mulieris: ſecùs ſi de re indiuidua. Lamberten. *de contract. gloſſ. fina, quæſt.* 78, *num.* 236. *& ſeqq.* vbi reſpondet contrariis. Sed magis in ſpecie, ſi mulier, ſeu minor rem emant, aut vendant inſimul cum maiore ſine huius ſtatuti ſolemnitate: an ſicut non valet emptio, ſeu venditio reſpectu mulieris, ſeu minoris: ita etiam nec valet reſpectu maioris? vide *ibidem* per Lambert. *num.* 246. *vſque ad num.* 262.

113 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 51. facias plures concluſiones.

Prima quòd ſi ſtatutum requirit ſimpliciter conſenſum agnatorum, vel propinquorum, vel proximorum: tunc quilibet agnatus, etiam quòd non ſit proximior, conſentire poteſt. *Proximi* enim dicuntur, qui quoquo modo nobis coniuncti ſunt. Virgil. Boccacius *in conſtitutionib. Marcb. gloſſ.* 3. *num.* 92. *&* 95. licèt *in num.* 91. contrarium videatur tenere.

Secunda ſit concluſio, quòd ſi ſtatutum requirat conſenſum proximiorum, tunc remotior non admittitur; *ibidem dicto num.* 91. vbi etiam quòd iſto caſu ſi magis proximi ſint, inhabiles ſunt vocandi alij poſt eos proximiores ordine ſucceſſiuè, & hæc poteſt eſſe *Tertia* concluſio.

Quarta ſit concluſio, quòd mulieri, ſeu minori medio iuramento aſſerenti ſe non habere alios proximiores, creditur, & etiam quòd poſtea contrarium appareat, tamen ſtatur contractui in odium iurantis, vt *ibidem num.* 39.

114 Hæres an poſſit dicere de nullitate contractus defuncti nulli ex defectu harum ſolemnitatum ſtatutariatum, poſui *in Repertor. vltimar. voluntat. quæſt.* 3. *num.* 33.

115 Adde ſuprà tradita *num.* 25. vbi dixi hoc ſtatutum non habere locum in contractu mulieri vtili, quòd in contrarium allegari poteſt deciſio Putei 2. *lib.* 1. vbi *num.* 1. facit regulam generalem, quòd quando perſona prohibetur aliquid facere, tunc cenſetur prohibita, etiam quòd vtiliter faciat, per text. *in Authent. quibuſcunque*, & *ibi* Caſtren. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & deinde infert ad quemdam motum proprium Clementis & Sixti, de quo *ibi.* Vide in ſimili ſuprà tradita *quæſt.* 14. *num.* 37.

QVÆSTIO XXI.

Confeſſio dotis receptæ, an & quando præiudicet marito, vel eius hæredi, creditoribus, ſeu fiſco, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia, & num.* 7.
2. *Dotis confeſſio facta in teſtamento, quando valeat.*
3. *Quid ſi vxor ſit nobilis: vir autem ignobilis.*
4. *Dotis confeſſio an præſumatur facta animo donandi, vel ſub ſpe futuræ numerationis.*
5. *Dotis confeſſio quid operetur, ſi in inſtrumento eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, &c.*
6. *& quid ſi in inſtrumento adeſt iuramentum.*
   Dos confeſſata an habeat priuilegia veræ dotis, d. n. 7.
8. *Dotis confeſſio an præiudicet creditoribus poſterioribus.*
9. *& quid ſi vir confitens ſciebat ſe non eſſe ſoluendo.*
10. *& an talis confeſſio morte mariti confirmetur.*
11. *Vel poſſit per maritum reuocari.*
12. *& quid ſi vir fateatur recepiſſe dotem ab alio, quàm ab vxore.*
13. *& quid ſi preceſſit promiſſio dotis confeſſata.*
14. *& an in ea requiratur inſinuatio.*
15. *& quando præiudicet fiſco.*
16. *& quid ſi ſunt lapſa tempora ad opponendum.*
17. *& an iſto caſu detur reſtitutio in integrum.*
18. *& quid ſi confeſſio ſit veriſimilis, &c.*
19. *Puta quòd fuerint à viro præſtita alimenta.*
20. *Vel ſi fuerint ſpecificata bona particularia.*
21. *Vel mulier fuerit primò alteri nupta cum dote.*
22. *Vel appareat de numeratione partis dotis.*
23. *& quid ſi inſtrumentum eſt guarentigiatum.*
24. *Statuta loquentia in exceptione non numeratæ pecuniæ procedunt etiam in dote non numerata.*
25. *In dubio pro confeſſione dotis.*
26. *De conſuetudine dotis confeſſio valet.*
27. *Dotis confeſſio præiudicat, quando eſt modica ſumma.*
28. *Dotis confeſſio an præiudicet anterioribus creditoribus, & d. num.* 7.
29. *& quid ſi creditores doceant de aliqua fraude mariti confitentis.*
30. *Dos confeſſata ſi fuit ſoluta, non poteſt ampliùs vti indebitè ſoluta repeti à marito, vel eius hæredibus.*
31. *Regulariter confeſſio dotis facta conſtante matrimonio non valet.*
32. *Fraus in confeſſione non præſumitur, quando debitum eſt contractum ex interuallo poſt dictam confeſſionem.*
33. *Item ſi debitum ſit in parua, & modica quantitate.*
34. *Quid ſi confeſſio eſt geminata.*
   Exceptio non numeratæ dotis quando poſſit opponi per maritum, vide ſub d. num. 1.

AD generalem huius quæſtionis mate- 1
riam vide Andr. Gayl. *obſeruat.* 81. *lib.* 2. & pulchrum conſilium Lud. Gozad. 28. *per totum, & conſil.* 42. *num.* 12. Nouell. *in tract. de dot. part.* 10. *fol. mihi* 49. & Campeg. *quæſt.* 51. *fol.* 81. Rub. Alexandrinus *conſil.* 119. *per tot.* Bellon. *conſ.* 87. ſimiliter *per totum*, omninò Couarru. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 7. *per totum.* Aymon *conſ.* 40. 44. *&* 158. *num.* 7. Villalob. *C. num.* 154. *& litera L. num.* 158. *& lit. D. num.* 171. *& ſeqq.* Aym. *de antiquit. temp. caſ.* 28. *num.* 71. *& ſeq.* Natta *conſil.* 28. *num.* 6. 8. *&* 9. Gabriel *tit. de iur. dot. concluſ.* 4. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 31. *num.* 40. *& ſeqq. vol.* 1. *& conſ.* 85. *num.* 26. *& ſeq.* 42. *& ſeq. eod. volum. & conſ.* 93. *per totum, eodem volum.* omninò etiam Plot. *conſil. crimin. diuerſ.* 150. *num.* 51. *&* 52. vbi latè & pulchrè ponit caſus, in quibus non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis. In materia vide infrà *num.* 7. Marſil. 345. *ſingul.* vbi quando exceptio non numeratæ doòs poſſit opponi per maritum, de quo etiam per Afflict. *in deciſ.* 402. *num.* 12. & per Ioſeph. Ludou. *in concluſ.* 16. *in* 29. *illatione verſ. fallit*, &c. vbi quòd talis confeſſio præiudicat ipſi, & hæredibus.

Doòs receptæ confeſſio facta in teſtamento per 2
maritum non præiudicat hæredi. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 80. *per totam.* Contrarium tenet Gomez *tit. de legat. num.* 81. *in fine*, vbi quòd legatum doòs receptæ factum in teſtamento, ſi verè teſtator eam recepit, operatur commodum exactionis, quia datur actio pro legato: ſi verò non apparet de receptione, valebit legatum in vim donationis. Conferunt in propoſito tradita *in Repertor. vltimar. voluntat. quæſt.* 63. vide in deciſ. Peruſ. 66. *num.* 10. vbi de confeſſione dotis facta à ſocero in teſtamento, vbi quòd valet; licet benè poſſit reuocari, vt *ibi* per eum.

Exceptio non numeratæ dotis non poteſt opponi 3
quando vir confitens eſt plebeius, vxor autem nobilis. Neuiz. *conſil.* 8. *num.* 20. deciſ. Peruſ. 66. *n.* 12. *& ſeqq.* vbi

vbi etiam id ampliat in viro ſene, & vxore iuuene, & ibi teſtatur de veriori, & magis communi opinione.

4 Dotis receptæ confeſſio an cenſeatur facta animo donandi, vel ſub ſpe futuræ numerationis, vide Gozad. *ſub dicto conſil.* 18. Bald. Nouell. & Campeg. allegatos ſuprà *num.* 1. Card. Albanus *conſ.* 8. *num.* 1. *& ſeqq. vſque ad num.* 18. vbi pulchrè defendit, quòd cenſeatur facta, vel ſub ſpe futuræ numerationis, vel in vim præambulæ ſolutionis: non recordatus forſan, quòd *in conſ.* 7. *num.* 1. contrariam aſſeruerit opinionem pro veriori & magis communi, quòd cenſeatur facta animo donandi. Et hanc contrariam opinionem eſſe magis communem teſtatur deciſ. Peruſin. 66. *num.* 2. *part.* 2. vbi allegat id dicentem Ruin. *conſ.* 183. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 32. *num.* 4. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 20. *num.* 9. *volum.* 4. & in hoc videas etiam eundem met Roland. *conſ.* 93. *in diſcurſu, volum.* 1. Couarr. *variar. reſolut. dicto lib.* 1. *cap.* 7. *pag.* 124. *& ſeq. & pag.* 128. *verſ. Ego ſanè.* Quibus in locis concludit relatis contrariis, quòd cenſetur facta ſub ſpe futuræ numerationis, ſiue ſit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, ſiue non, & hanc opinionem ipſe dicit veriorem; licèt Alex. ibi per eum relatus dicat communem eſſe, quòd quando eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, tunc cenſeatur facta potius animo donandi, quàm ſub ſpe futuræ numerationis. de quo vide etiam eumdem *ibidem pag* 133. *verſ. Eſt item,* &c.

5 Exceptio non numeratæ dotis an poſſit opponi, quando in inſtrumento eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. Vide Gozad. Bald. Nouell. & Campeg. allegatos *vbi ſuprà num.* 1. Alban. *conſil.* 8. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quòd iſto caſu confeſſio de dote recepta valet. Roland. *conſ.* 93. *volum.* 1. *in diſcurſu.* Vide io deciſ. Peruſ. 66. *num.* 27. *& ſeq. part.* 2. *& ibidem num.* 39. vbi quòd licèt talis renunciatio noceat marito, & eius hæredi, non tamen nocet creditoribus etiam poſterioribus. Faciunt generaliter tradita de exceptione non numeratæ pecuniæ *in Repertor. iudic. quæſt.* 70. *num.* 3.

6 Et quid ſi in inſtrumento adeſt iuramentum, præter Gozad. Bald. Nouell. & Campeg. ac alios ſuprà relatos in hac quæſtione *num.* 1. vide Clar. *de donat. quæſt.* 9. *verſ. hac tamen,* &c. Imol. *tit. de donat. concluſ.* 3. *num.* 3. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 131. *num.* 4. *& ſeqq. vol.* 1. Villalobos *C. num.* 154. *& litera I. num.* 151. Natta *conſ.* 28. *num.* 6. *& ſeq. volum.* 1. Roland. *d. conſ.* 95. *vol.* 1. Couarru. *variar. reſolut. dicto lib* 1. *cap.* 7. *pag.* 127. *n.* 5. vbi pulchrè. In quo ſcias, quòd quando inſtrumentum confeſſionis eſt vallatum duplici iuramento, videlicet aſſertorio, & promiſſorio ſimul, tunc non poteſt dari de ſimulatione confeſſionis. Et hoc eſt indubitatum, teſte Cephal. *in conſil.* 131. *num* 6. *& ſeqq. volum.* 1. & communem dixit Gabriel *tit. de donation. concluſ.* 3. *num.* 4 *& ſeqq. lib.* 3. licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Eamdem communem teſtatur Roland. *d. conſil.* 93. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 1. & ab ea in iudicando non recedendum; licèt aliqui ibi per eum relati *num.* 11. *& ſeqq.* contrarium dixerint. deciſ. Peruſ. 66. *num.* 11. *part.* 2. vbi quòd iuramentum aſſertorium ſolùm non firmat confeſſionem dotis: ſed concurrente promiſſione ſimul firmat, vt *ibi* per eum, qui teſtatur de magis commoni, & communem dicit, & eam latè defendit etiam Roland. *conſil.* 76. *num.* 9. *& ſeqq. volum.* 4. licèt aliqui ibi per eum relati *num.* 8. *&* 9. contrarium dixerint. Quòd iuramentum aſſertorium non firmet confeſſionem dotis, traditur iterum per Roland. *conſ.* 74. *num.* 2. *& conſ.* 76. *num.* 2. *& ſeqq. volum.* 4. licèt idem Rolandus *dicto conſil.* 74. *num.* 2. dicat, quòd talis quæſtionis adhuc ſub iudice lis eſt. Vide in ſimili generaliter tradita de exceptione non numeratæ pecuniæ *in Repertor. iudic. quæſt.* 70. *num.* 8. Anchar. *quæſt.* 12. *num.* 14. 2. *part.* vbi ſimpliciter dicit, quòd confeſſiò talis etiam iurata nullo modo tenet, nec valet.

Et generaliter, an dos confeſſa habeat omnia pri- 7
uilegia veræ dotis, præter ſuprà allegatus *num.* 1. vide Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 4. *gloſſ.* 6. *conſigner. n.* 14. *deciſ. Pedemont.* 20. *num.* 8. *& ſeq.* vbi, an ſtatutum loquens de dote data habeat locum in dote confeſſata. Vide præterea Gozad. Bald. Nouell. & Campeg. ſimiliter allegatos *vbi ſuprà num.* 1. Couarru. *d. cap.* 7. *pag.* 126. *verſ. hinc apparet, & pag.* 123. *num.* 4. Boui. *de ſtatut. præſcript. pag.* 16. *num.* 12. Marſil. *in rubr. de fideiuſſor. num.* 266. Alexandrinus *conſil.* 78. Mynſing. *obſeruat.* 61. *centur.* 1. Tiraquell. *de retract. pag. mihi* 920. *num.* 14. Mattheſ. *ſingul.* 192 Marſil. *ſingul.* 324. Cotta *in memorab. pag.* 24. *&* 170. Roland. *conſ.* 17. *num.* 10. *vol.* 1. Cephal. *conſil.* 101. *num.* 23. vide etiam infrà *n.* 28.

In materia ſcias, quòd licèt dotis non numeratæ 8
exceptio poſſit per anteriores creditores opponi: non tamen ea poterit opponi per poſteriores, vt per Alexandrum *in l.* 1. *num.* 35. *verſ.* 2. *adde,* & *ibidem* Paulus de Caſtro *num.* 8. *ff. ſolut. matrim.* Boër. *deciſ.* 330. *num.* 3. Cardinalis Albanus *conſil.* 8. *num.* 12. in quo videas Gozad. *ſub dicto conſil.* 28. Bald. Nouell. & Campeg. ſuprà allegatos *in hac quæſt. num.* 1. In quo vide *deciſionem Peruſinam* 66. *num.* 33. *& ſeqq. part.* 2. vbi quòd confeſſio ſimplex dotis receptæ ſine iuramento non præcedente aliqua promiſſione, & ſine aliqua coniectura: de quibus dixi ſuprà, & infrà in diſcurſu huius quæſtionis, nec etiam poſterioribus creditoribus præiudicat, vt ibi per eum, qui alios allegat. Et quid quoad anteriores creditores, vide infra *num.* 28. vide etiam Rolandum *conſil.* 74. *num.* 11. *volum.* 4. vbi quòd poſteriores creditores non poſſunt excipere de ſimulatione confeſſionis, niſi ſimulationem probent coniecturis, allegat Aymon *conſil.* 44. *colum.* 1. ad idem Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.* 16. *in* 29. *illatione, verſ. fallit in confeſſione,* &c.

Et quid ſi confeſſio dotis receptæ fuerit facta à 9
marito, qui ſciebat ſe non eſſe ſoluendo. vide Gozadinum *dicto ſuo conſ.* 28.

Confeſſio dotis receptæ an firmetur morte mari- 10
ti. Campeg. *de dote quæſt.* 52. *fol. mihi* 81. Clar. *de donationib. ſub quæſt.* 9. Couarru. *variar. reſolut. pag. mihi* 126. Roland. *ſub dicto conſil.* 93. *volum.* 1. Dic, quòd ſic, ſecundùm magis communem, de qua teſtatur *deciſ. Peruſ.* 66. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. vbi ampliùs quòd talis donatio morte confirmata trahitur retrò ad tempus factæ donationis, & quòd confirmetur morte mariti, maximè quando eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, traditur per Cephalum *conſil.* 286. *num.* 9. *vol.* 2.

Et an talis confeſſio poſſit per maritum reuocari, 11
vide Campeg. *vbi ſuprà.* Roman. *ſingul.* 599. Couarr. *variar. reſolut. pag.* 126. *verſ. tertiò inde apparet.* Albanus *conſ.* 8. vbi quòd ſi eſt lapſum decennium, non poteſt per maritum reuocari. Idem ſi fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vt ibi per eum.

Et quid ſi maritus fateatur recepiſſe dotem ab 12
alio, quàm ab vxore, vide Bellon. *conſil.* 87. *num.* 2. *&* 4. Alban. *conſ.* 8. *num.* 13. vbi quòd iſto caſu confeſſio plenè probat. Roland. *ſub dicto conſil.* 93. *volum.* 1. Couarru. *variar. reſolut. pag.* 132. *deciſ. Peruſ.* 66. *num.* 21. vbi quòd valet confeſſio ſecundùm plures ibi per eum allegatos, de cuius concluſionis veritate ibi tamen ipſe dubitat.

Et

13 Et quid ſi ante confeſſionem de recepto præceſſerit promiſſio dotis, vide Aymon in conſ.40. num.1. vbi particulariter loquitur in debitis contractis per maritum in illo medio tempore inter promiſſionem & confeſſionem decurſo. Cephal. conſ.21. n.9. & ſeq. volum.1. & conſ.101. num.35. & ſeqq. & conſ.131. num.9. eodem volum. Couarr. variar. reſolut. dicto cap.7. lib.1. pag.129. & ſeq. & pag.133. verſ. cæterùm, &c. Albanus conſ. 8. num. 11. vbi quòd iſto caſu confeſſio ſubſequens poſt promiſſionem eſt valida, & iſta eſt magis communis opinio, teſte N. in deciſ. Peruſ. 66. num.25. part.2. & ibidem num.28. vbi quòd iſto caſu præiudicat etiam anterioribus creditoribus, & idem tradit Roland. conſ.20. num. 18. vol.4. & Cephalus in conſil.239. num.18.

14 Et an requiratur inſinuatio in donatione tacita, quæ reſultat ex confeſſione dotis de recepto. Villalob. D. num. 79. Roland. ſub dicto conſil. 93. volum.1. Bellon. conſ.4. num.4. & 5. & num.11. Alexand. conſil. 143. in fine, lib.5. vbi quòd non requiritur inſinuatio. Et ita aliàs fuit reſolutum in Rota coram Domino Antonio Auguſtino. Sed in materia vide in alia quæſtione, inſinuatio videlicet, quando requiratur in tacita, vel præſumpta donatione, infrà quæſt.22. num. .... vbi ponas hîc. Item quando requiratur in donatione facta ex cauſa dotis, & faciunt etiam in propoſito ſuprà tradita num.4. vide in deciſ. Peruſ.66. num.5. & ſeqq. vbi quòd in iſta confeſſione inſinuatio eſt neceſſaria: quod fallit, ſi adeſt iuramentum, quod etiam in hac tacita donatione tollit defectum inſinuationis ſecundùm magis communem, & in practica ſeruatam opinionem, licèt antiquis temporibus contraria eſſet communis, vt ibi per eum, qui plures allegat.

15 Et particulariter, quando dotis receptæ confeſſio præiudicet fiſco, traditur per Roland. conſ.31. num.40. & ſeqq. volum. 1. Villalob. L. num. 108. Boſſ. de bon. public. num.49. Plot. dicto conſil. crimin. 130. vol.1. diuerſ. in magnis, poſui in quæſtionibus crimin. tit. de delict. & pœn. quæſt.25. num.120. & ſeqq.

16 Et an poſt decurſa tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, poſſit de dote cauſa non numerata opponi? Dicas quòd ſi ſunt lapſa tempora, &c. tunc confeſſio dotis facta ſiue ante matrimonium, ſiue conſtante matrimonio, nocet etiam creditoribus; ita latè defendit Roland. conſ.74. num.9. & ſeqq. volum.4. licèt aliqui ibi per eum relati num.4. & ſeqq. contrarium dixerint, & conſil.20. num.13. & ſeqq. & num.14. vbi de communi, eodem vol.4. Tempora autem prædicta opponendi, &c. ſunt decem annorum, vt ibidem per Roland. num.14 & eſt textus in Authentic. Quod locum, de dot. caut. non numerat. vide eumdemmet Rolandum conſ.85. num.26 27.42. & ſeq. volum. 1. Cephal. conſ.101. num.21. & ſeqq. & conſ.131. num.11. Roland. dicto conſ.31. num.40. & ſeqq. volum.1. Couarru. variar. reſolut. pag. mihi 134. & ſeqq. & pag. 126. verſ.4. confeſſio, & pag.129. Bou. de ſtatut. vrb. præſcript. pag. mihi 16. num.12. & 13. vbi quòd tranſacto decennio non poſſunt ampliùs creditores excipere de dote non numerata, & idem tradit Cephal. dicto conſil. 131. num.11. & Cardin. Alban. dicto conſ.8. num.1. & ſeqq. deciſ. Peruſ.66. num.37. part.2. vbi quòd præiudicat poſterioribus creditoribus, etiam lapſo biennio, & ibi teſtatur de communi. Vide Cephal. conſil. 286. num.6. 7.10. & ſeqq. vbi quòd lapſis temporibus ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, tunc talis confeſſio nocet, præſertim ſubſequuta morte mariti. nam tunc ſiue talis confeſſio cenſeatur facta animo donandi, ſiue ſub ſpe futuræ numerationis indiſtinctè poſt lapſa dicta tempora, ipſa confeſſio valet, vt ibi per eum.

17 Sed an iſto caſu detur reſtitutio in integrum aduersùs lapſum prædicti temporis. Dicas, quòd ſi creditor fuerit minor, vel abſens, datur talis reſtitutio, vt per gloſſ. in l. in contractibus, in fine princ. in verb. petiturus C. de non numer. pecun. Si verò eſt maior, & tunc non datur huiuſmodi reſtitutio, ſecundùm Boër. deciſ. 330. num.3. vbi tamen relinquit cogitandum. Bou. de ſtatut. præſcript. gloſſ.3. num.24. Burſat. conſ.32. num.30. ſiue num.3. & facit ratio, quia creditor contrahens præſumitur, & tenetur ſcire conditionem illius, cum quo contrahit. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. Ideò non poteſt reſtitui ex capite ignorantiæ, quia talis ignorantia non eſt iuſta. Sed quòd immò creditor iſto caſu reſtituatur nulla facta diſtinctione, an ſit minor, vel maior, traditur per Alexandrum in l. 1. num. 35. ff. ſolut. matrimon. & in vltima Apoſtilla ad Bartol. in l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. Gozad. conſ.28. num.4. & num.20. vbi quòd omnes ita tenent. Iaſ. in §. fuerat, num.84. Inſtitut. de action. Socin. in dicta l.1. num.90. ff. ſolut. matrimon. vbi quòd hoc eſt expeditum in fine. Prædicta intelligas procedere, quando debitum fuit contractum ante lapſum temporis opponendi exceptionem non numeratæ dotis, puta ante lapſum biennij: tunc, inquam, ex capite ignorantiæ datur reſtitutio. ita colligitur ex deciſ. Peruſ.66. num.39. & ſeqq. part.2. vbi allegat concordantes. Et in hac materia vide text. in l. fin. & in Authent. ibi poſita. C. de non numer. pecun. & cum ibi notatis per Doct.

18 Dotis confeſſio quando eſt veriſimilis, & ſic aliquibus coniecturis adiuuata, præiudicat creditoribus. Vide ad idem Aymon. de antiquit. temp. part.1. ſect. prepoſitum num. 69. 70. & 71. Roland. conſil. 85. num.43. volum.1. Cephal. conſ. 131. num.10. Couarru. variar. reſolut. pag.131. Cardinal. Alban. conſil.8. num.9. vbi etiam quòd iſto caſu ſufficiunt leues coniecturæ. deciſ. Peruſ.66. num.24. part.2. vbi quòd quando confeſſio eſt veriſimilis inſpecta qualitate coniugum, & facultatibus mariti, valet: præſertim ſi habet adminicula veritatis. Gabriel tit. de iur. dot. concluſ.4. num.4. Mohed. deciſ.202.

19 Et inter alias coniecturas illa eſt ſufficiens, ſi mulier poſt confeſſionem adhuc fuerit à viro alimentata. Alban. dicto conſ. 8. num. 9. vbi quòd hæc ſola coniectura ſufficit. Cephal. conſ. 286. num.8. vbi de communi, volum.2. Roland. conſ. 85. num.43. volum.1. quòd limita, vt per Gozzad. conſil. 28. num.23. & in materia videas Couarru. variar. reſolut. vbi ſuprà, pag. mihi 131. & Menoch. de arbitr. qq. caſ.134. num.5. lib.2. deciſ. Peruſ.66. num.22. vbi quòd requiritur quòd vxor fuerit per decennium alimentata, & ibi teſtatur de communi, licèt aliqui ibi per eum relati dixerint ex præſtatione alimentorum validari confeſſionem dotis, etiam non lapſo decennio: ſed vide ibidem num.35. vbi quòd hæc ſola coniectura præſtationis alimentorum alio non concurrente non ſufficit, nec præiudicat poſterioribus creditoribus. Et idem tradit Aymon de antiquit. 1. part. ſect. propoſitum noſtrum principale, num.72. pag. mihi 35.

20 Alia eſt coniectura, quando maritus in confeſſione particulariter ſpecificauit bona, quæ habuit: quia tunc talis confeſſio præiudicat creditoribus. Cephal. d. conſil.131. num.12.

21 Alia eſt coniectura, quando mulier primò fuerit iterum nupta cum dote: quia tunc veriſimile eſt, quòd etiam ſecundo viro dotem dederit. Cardinal. Alban. d. conſ.8. num 9.

22 Alia eſt coniectura, quando apparet de reali numeratione partis dotis: quia tunc ſtante confeſſione viri de recepto, totam dotem ſolutam eſſe præſumitur.

mitur. Card.Alban. *dicto conſ.* 8. *num.* 10. & per Couarrouiam *variarum reſolutionum pag.*131.*in fine*,& in *deciſ.Peruſina* 66.*num.*14.

23 Dotis receptæ confeſſio præiudicat creditoribus, quando inſtrumentum confeſſionis eſt guarentigiarum,ex allegatis per Cephalum *d. conſil.*131. *num.*12. Sed contrarium traditur per Gozadinum *conſil.*28. *num.*23.

24 Et in materia ſcias,quòd omnia ſtatuta loquentia de exceptione non numeratæ pecuniæ habent locum etiam in materia non numeratæ dotis , ex Roland.*conſ.*35.*num.*41.*vol.*1. de quo etiam per Felin. *in cap.cautio*,50.*num.*79.*de fide inſtrument.*

25 Item ſcias in materia , quòd in dubio eſt iudicandum pro confeſſione dotis. Albanus *dicto conſil.* 8. *num.*14.facit textus *in l. in ambiguus ,ff de iur.dot.*

26 Item ſcias,quòd quicquid ſit de iure, de conſuetudine confeſſio dotis receptæ habet vim realis numerationis, ſi credimus Cardinali Albano *dicto conſil.*8. *num.*17. quod non puto verum. Ideo vide Doctores ibi per eum allegatos.

27 Dotis confeſſio præiudicat , quando eſt modica ſumma,*deciſio Peruſina* 66.*num.*23.ex Aymon *conſ.*40. *num* 4.quæ autem dicatur modica ſumma, ponit Menochius *de arbitr.quæſt.caſu* 145.*num.*2.

28 Aduerte in materia , quòd licèt confeſſio dotis in pluribus caſibus,de quibus ſuprà, præiudicet marito, hæredi,& creditoribus,non tamen præiudicabit creditoribus anterioribus , etiam quòd anteriores non haberent hypothecam , ſed tantummodò perſonalem ; ita omnes Doctores admittunt, nemine diſcrepante,vt *in deciſ.Peruſ.*66.*num.*32.*part.*2. vide in materia ſuprà *n.* 7. Quid autem quoad poſteriores creditores,dixi ſuprà *num.*8.

29 Dotis acceptæ confeſſio non nocet etiam poſterioribus creditoribus , quando poſſet doceri de aliqua fraude,&c.*deciſ.Peruſ.*66.*num.*36. Scias in materia , quòd maritus & creditores poſſunt docere de fraude & errore confeſſionis huiuſmodi : non tamen hoc poſſunt hæredes , vt per Ioſeph. Ludou. *in concluſ* 16. *in* 29. *illatione verſic. Aduertendum tamen eſt, lib.*1.

30 Adde in materia, quòd licèt confeſſio dotis receptæ vti ſimulata regulariter non noceat marito , vel eius hæredibus : tamen ſi dos confeſſata fuerit iam ſoluta , non poſſunt ampliùs agere ad illius repetitionem : quia agendo & opponendo de ſimulatione allegarent ſuam turpitudinem , quod illis non debet licere.Cephal.*conſ.*286.*num.*12.*lib.*2.

31 Regulariter ſcias in materia, quòd confeſſio dotis receptæ præſumitur ſimulata , & facta in fraudem: ideò nemini præiudicat. *l. quod de ſuc. C. de dot. caut. non numer.*Bart.& alij communiter *in l. ſi diuortio. ff.de verb.oblig.*Socin.*conſ.*82. *in princip. vol.*3. vbi de communi, cum aliis ,de quibus per Rolandum *conſil.*74. *num.*1.*& ſeqq.volum.*4.

32 Adde in materia , quòd quando debitum eſt contractum paulò poſt confeſſionem dotis, tunc ea præſumitur facta in fraudem,&c. Si verò contrahatur ex interuallo, tunc nulla præſumitur fraus. Ita pulchrè Roland.qui concordantes allegat *conſil.*74.*num.*12 *& ſequent.volum.*4.

33 Item confeſſio dotis præſumitur ſimulata , ſi debitum poſtea contractum ſit magnum reſpectu bonorum confitentis : ſecùs ſi paruum. Idem Rolandus *d.conſil.*74.*num.*12.*& ſeq.vol.*4.

34 Exceptio doris non poteſt opponi aduersùs confeſſionem geminatam. Maſcardus *de probat. concluſ.* 347.*num.*52.*& ſeq.* faciunt tradita *in Repertor.iudicial. quæſt.*70.*num.*12.

Qvæstio XXII.

Metus quando contractum reſcindat, & generaliter de materia metus hic tractatur.

Svmmarivm.

Diuerſa.

1. *Generalis materia metus,& num.*2.
 *Metus quid ſit,d.num.*1.
3. *Metu quod factum eſt,nullum eſt.*
 Metum paſſus ſtatim reſtituendus,ibid.
 Metus an annullet contractum ipſo iure, ibid.
 Metus quos contractus annullet, ibid.
47. *Metus proteſtatio quid operetur.*
48. *Iuramentum an purget metum.*
49. *Metus an præiudicet tertio contrahenti.*
50. *Inſtitutio metu facta an valeat.*
51. *Matrimonium metu factum an valeat.*
52. *Quanto tempore præſcribatur iuri annullandi contractum propter metum.*
53. *Renunciatio,iuris proprij ſemper præſumitur facta metu.*
56. *Exceptio metus nunquam cenſetur excluſa.*

Metus reſcindens contractum qualis debeat eſſe, & quando metus dicatur iuſtus.

4. *Metus debet eſſe non leuis, ſed grauis , & cadens in conſtantem.*
 *Fallit , quando agitur contra inferentem metum, num.*7.
5. *Metus iuſtus & cadens in conſtantem,quis dicatur.*
6. *In muliere qualis metus requiratur.*
8. *Metus an ſit iuſtus necne,ſtatur iudicis arbitrio.*
9. *Metus iuſtus oritur ex iuſta ſuſpicione.*
10. *Metus ſuorum coniunctorum dicitur iuſtus.*
11. *Mortis metus dicitur iuſtus.*
 Idem de cruciatu corporis,ibid.
 Idem de amiſſione bonorum,ibid.
12. *Mina an inducant iuſtum metum.*
15. *Quid de nimia importunitate.*
16. *Quid de vultu terribili.*
54. *Metus iuſtus dicitur etiam vbi agitur de perdendo lucrum.*
55. *Metus illatus vni,cenſetur illatus coniunctis.*
57. *Metus debet inferri ſuper eodem , ſuper quo conſenſus,aliàs non operatur, ſi ſuper diuerſis.*

Metus reuerentialis.

17. *Metus reuerentialis generalis materia.*
18. *Metus reuerentialis non ſufficit ſine minis , aut verberibus. Fallit autem,vt in num.*21.
19. *An ſufficiat læſio ſine minis,aut verberibus.*
20. *An ſufficiant minæ,aut verbera ſine læſione.*
 *An minæ inducant metum reuerentialem , etiam quòd minans non ſit ſolitus minas exequi, n.*22.
21. *Quid in patre & ſimilibus,qui ſolent verberare ſine minis.*
23. *Quid in renunciatione hæreditatis.*
24. *Quid in metu reuerentiali Clerici in ſuum Prælatum.*
25. *Quid de metu reuerentiali Tyranni,& n.*53.
26. *In filia nupta ceſſat præſumptio metus reuerentialis.*

Metus

Metus probatio.

27. *Metus quomodo probetur.*
28. *Probatur coniecturis,& iudicis arbitrio, & ſeq.*
30. *Quæ coniectura debent eſſe veriſimiles & propinquæ, & ſeq.*
32. *Teſtis vnus probat metum.*
Magis creditur teſtibus deponentibus de metu,quàm è contrà,ibid.
33. *Non ſufficit probare metum niſi probetur vilitas inferentis metum.*
34. *Teſtes ſingulares an probent metum.*
Metus ſemper præſumitur in eo, qui renunciat iuri ſuo,num.23.
Metus in dubio non præſumitur,num.27.
47. *Metus proteſtatio.*

Metus quomodo purgetur, & tollatur eius præſumptio.

35. *Præſentia coniunctorum an tollat metus præſumptionem,& ſeqq.*
41. *Quid de præſentia iudicis.*
Quid de præſentia amicorum, ibid.
Quid de præſentia ſuperioris,num.44.
42. *Metus præſumptio an ceſſet ex interuallo.*
43. *Metus præſumptio an ceſſet ex actu geminato*
45. *Quid ſi in contractu adeſt clauſula,*ſponte, *&c.*
46. *Metus quomodo purgetur per patientiam, ratihabitionem, ſolutionem.*
Seu alium ſubſequentem actum,ibid.
Metus nunquam ceſſat durante eadem cauſa metus, ibid.& d n.42.
48. *Iuramentum an purget metum.*

1 METVS materiam tractaturi priùs noſſe oportet, quid ſit metus: in quo videas Couarruuiam *de matrimon. pag. 44.num.1. & ſeqq.* Socin. iun. *conſil.77. num. 67. vol. 1.* vbi quòd metus nihil aliud eſt,quàm futuri periculi trepidatio mentis.

2 Ad generalem metus materiam præter infraſcripta videas Aymon. *conſ.120. & conſil. 253.* Grammat. *deciſ.66.num.9.& num.64.& deciſ 103.num.50.* Socin. iun.*conſ.77.part.1.* Dec. *in l.in omnibus cauſis. ff. de reg. iur.* Alciat. *de præſumpt.regul.3.præſumpt 7.* Boſſ. *in tit. de plurib.violent.in diſcurſu*, vbi latè etiam Mandellus *conſil.77. & conſ.100. num.4. & conſ.4.num.11. & 16. & conſil.11.* Natta *in Repertorio eius Conſiliorum verſic. Metus.* Villalob.*verſ. Metus num* 48.& pluribus præcedentibus,& ſequentibus, vſque *ad num.*89. Viui. *in communib.opinionib. cart.31. à tergo, verb. Contractus, & cart. 152. verb. metus & dolus.* Cephal.*conſil. 142. num.38. & ſequentib. volum.1.* Marſil.*ſingul.*407. vide Maſcard. *de probat. in concluſ. 1051. & 1052. lib.2.* & Menoch.*lib.3.præſumpt.*126.Sebaſt.Medic. *de caſ.fort. part.1.quæſt.7.per totam.*

3 Dubium non eſt, quòd metus reſcindit contractum, ea enim quæ metu geſta ſunt, rata & firma haberi non debent. *l. 1. quod metus cauſa.* Et vox Dei poſuit in ore Prætoris edictum, de quo *in dicta leg.1.* ſecundùm Bald.& alios, quos allegando refert & ſequitur Roland.*conſil.*100 *num.129.* & Boër.*deciſ.*100. *num.1. 1.part.* & Cephal. *conſil.164. num.5.* vbi quòd hoc eſt verbum Dei.Roman.*ſingul 759. in fine, & ſequen.* vbi etiam ponit,quos contractus annullet. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ.* vbi quòd metum paſſus eſt ante omnia reſtituendus,& quomodo reſtituatur,vide ibi per eum *pag.30. num. 102. & ſeqq. per tot. quæſt.* Roland.*conſil.2.num.83.volum.1.* vbi an metus reddat contractum nullum ipſo iure.*Deciſ.Lucen.18.num 11. 1.part.* vbi remiſſiuè ponit, quos contractus & actus metus annullet ipſo iure.Boſſ.*in tit.de carcer. num.25.* vbi quòd quando metus eſt cauſa proxima obligationis,obligatio nihil valet.

Sed quæro, qualis debeat eſſe metus ſufficiens ad 4
reſcindendum contractum?Dic quòd metus leuis, & inanis non excuſat.*l.metum,& l.ſeq. ff.quod metus cauſa*; ſed debet eſſe grauis, & talis, qui cadat in conſtantem virum, alias contractum non reſcindit. Afflict.*deciſ.336.num.5.* Roman.*ſingul. 229. & in addit.* Plot.*in l.ſi quando num.8.C.vnde vi* Menoch. *de arbitr. quæſt.caſu 135.lib.2.* Æmilian.*conſ 2.n.7.& 8,*Couarru. *de matrim. pag 48. num. 18. & pag. 44. num.1. & ſeqq.* Lambertenus,qui concordantes allegat, *de contract. gloſſ.7.quæſt.37.num.94.* Ad quam materiam vide omninò Doct.*in cap.1.de offic.deleg.* videlicet Abb. *num.3.* Felin.*num.2.*Dec.*num.14.& ſequentib.* Barbat. *num. ....* Mantua *num.4.& ſeqq.*Beto.*num.11. & ſub n.17. & ſeq.* Hippol.Riminald.*in Repetit.num.23.& ſeqq.*

Sed qualis dicetur metus grauis, & cadens in con- 5
ſtantem virum, videas per Couarruuiam *d.pag.44. num.1.& ſeqq.*vbi ponit aliqua exempla. Barbat.*conſil. 60. Sapienter ſcripſit,lib.1.* In quo facias infraſcriptas & ſubſequentes concluſiones.

Prima ſit concluſio, quòd ſicut in viro requiritur 6
metus grauis, & cadens in conſtantem virum, ita etiam in muliere requiritur metus cadens in conſtantem mulierem.Roman.*ſing 229.in addit.*Benè verum eſt,quòd in muliere minor metus ſufficit, quàm in viro,vt per Tiraquell.*de leg.connub.pag.248.n.160.* Boër.*deciſ.100.num.2.part.1.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 135.num.4.*Sarmient.*ſelect.interpr.lib.2. cap.11.n.1.* in qua materia, ſcilicet, qualis debeat eſſe metus in muliere,vide Couarruuiam *de matrimonio pag.46.n.9.* Lambertenum *d.gloſſ 7.d.num.94.in fine.*

Secunda ſit concluſio, quòd quando agitur con- 7
tra tertium poſſeſſorem, qui non fuit particeps metus, tunc ad reſcindendum contractum in præiudicium illius tertij debet probari metus grauis, & qui cadat in conſtantem virum.Si verò agatur contra inferentem metum, tunc ſufficit ad reſcindendum contractum probare metum minorem, & leuiorem, dummodò ſit probabilis. Ita per Sarmient. *ſelect. interpret. lib.2,cap.11.* vbi *num.* 10. exemplificat. Vide etiam quæ dicentur infrà *num.49.*

Tertia ſit concluſio,quòd metus, an dicatur leuis, 8
vel grauis, iudicis arbitrio relinquitur. Socin. iun. *conſ.77.num.44.& 45. part.1.* Menoch. *de arbitr.quæſt. caſu 135.*Sarmient.*d.cap.11.num 2.lib.2.* Faciunt infrà dicenda *num.29.& ſeq. deciſ. Lucen.18. num.22. part.1.* Decian.*conſ.18.num 140.lib.1.*

Quarta ſit concluſio, quòd vbi eſt iuſta ſuſpicio, 9
ibi dicitur adeſſe iuſtus metus.Bald.*in l.fin.col.1 in fin. C.de iur.delib.*cum aliis, de quibus per Brunor. à Sole *in ſuo conſ. crim. num.18.* Æmilian. *conſ.1.num.9.* vbi quòd quælibet probabilis ſuſpicio metus ſufficit:paria enim ſunt aliquid coactè facere, vel metu ne cogatur,vt *in deciſ.Pedemont.177.n.1.& ſeq.*faciunt infrà tradita *num.55.*& paria ſunt, quòd quis fuerit compulſus,vel qui potuerit compelli.Boſſ.*in tit. de carcer. num. 12. verſ.in contrarium.* facit ad hæc Maſcard. *concluſ.1051.num.26. vol 2.* Roland. *conſ.2. num.72. & ſeq vol.1.*Natta *conſ.451.num.16.verſ & dicitur.*

Quinta ſit concluſio, quòd metus dicitur iuſtus 10
non ſolùm quando imminet periculum ſuæ vitæ,ſed etiamſi dubitetur de periculo ſuorum coniunctorum.Roland.*conſ.2.num.61.& ſeqq.vol 1.*Menoch.*d.illo caſ.135.num.67.*

Sexta ſit concluſio,quòd quando dubitatur de vi- 11

ta, cruciatu corporis, vel amiſſione bonorum (& quid de lucro perdendo infrà num. 54.) tunc metus dicitur iuſtus & grauis ac ſufficiens ad reſcindendum contractum. Menoch. dicto caſ. 135. num. 5. & n. 9. & caſu 136. num. 11. conſil. crimin. 150. num. 37. vol. 1. in magnis. Couarru. de matrimon. pag. 44. num. 1. & ſeqq. vide infrà num. 14. Quòd metus mortis dicatur iuſtus, traditur in deciſ. Lucen. 18. num. 5. & ſeq. vbi ampliùs, quòd propriè tunc dicitur mors inſtare, quando quis habet gladium ſuper capite.

12 Septima ſit concluſio, quòd minæ inducunt iuſtum metum, quod an verum ſit, & quando, videas per Pariſium conſ. 14. num. 41. & ſeqq. volum. 1. Roland. conſ. 83. num. 27. volum. 2. Decianus conſil. 18. num. 127. lib. 1. vbi quòd inducunt metum, quando minans eſt ſolitus minas exequi, aliàs ſecus. Vide Rotam coram Seraphino in vna Veneta legitimitatis Lunæ 19. Ianuarij 1587. num. 1. in impreſſis. Doctores (quos retuli ſuprà num. 4.) in cap. 1. de offic. deleg.

13 Dicas, quòd non inducunt iuſtum metum, niſi proueniant à ſolito minas exequi. Menoch. d. caſu 136. num. 11. Sed an hoc quòd minans ſit ſolitus minas exequi, habeat locum in metu reuerentiali, vide infrà num. 22.

14 Item non inducunt iuſtum metum minæ, niſi de re graui, puta de morte, corporis cruciatu, vel amiſſione membrorum. Menoch. d. caſu 136. num. 11. & faciunt ſuprà tradita num. 4. & 11.

15 Sed an preces importunæ æquiparentur minis, vide Afflict. deciſ. 69. num. 4. & 5. Tirizæ de teſtament. coniug. pag. 15. num. 5. vbi quòd nimia importunitas æquiparatur metui, & nimiæ blanditiæ æquiparantur minis. Ad quæ omninò videas, quæ in ſimili traduntur de inſtitutione metu facta, in Repertor. vltim. voluntat. quæſt. 57. deciſ. Pedemont. 177. num. 4. vbi quòd quoad reſciſſionem contractus preces maiorum æquiparantur metui.

16 Et quid de vultu terribili, vide Hercul. de negatiua num. 175. in fin.

17 Quæro ſecundò principaliter in materia, qualis debeat eſſe metus reuerentialis ad hoc, vt ex eo contractus reſcindatur. In quo generaliter videas Alexandr. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrimon. Afflict. deciſ. 366. n. 4. & 5. Mandell. conſ. 4. n. 36. & latiùs conſil. 77. Afflict. deciſ. 69. num. 4. & 5. Firma. in Repertor verb. Reuerentia, per totum. Mandell. conſil. 11. & conſ. 89. n. 5. Tiraquell. de leg. connub. pag. 431. n. 36. & ſeq. Roland. conſ. 95. lib. 1. & in materia metus reuerentialis, vide etiam Menoch. lib. 3. præſumpt. 127. Maſcar. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 15. & ſeqq.

18 Dicas, quòd ad reſcindendum contractum non præſumitur ſufficiens metus ex ſola reuerentia ac ſuperioritate in filio, ſeu filia erga patrem, vxore erga maritum, ſorore erga fratrem maiorem, & ſimilibus, niſi præcedant vel minæ, vel verbera. Cephal. conſ. 91. num. 45. Couarruuias de matrim. pag. 53. num. 4. Boër. deciſ. 100. part. 1. num. 11. vbi de communi. Alexand. conſil. 83. num. 9. volum. 6. Roland. conſil. 83. num. 5. vol. 1. Pariſ. conſ. 135. n. 10. vol. 4. & conſ. 5. n. 170. & 172. eod. vol. & Roland. conſ. 95. num. 27. & ſeqq. vol. 1. quem videas. Capyc. deciſ. 159. num. 32. & multis ſequentib. vbi quòd eſt communis, ex Felino in cap. cauſam, col. 3. de offic. delegat. Tiraquell. de legib. connub. pag. 431. num. 39. Plot. in l. ſi quando num. 78. vbi ſimiliter de communi.

19 Sed ſi in contractu interuenit læſio enormis, vel enormiſſima, tunc erunt neceſſariæ minæ, vel verbera ad præſumendum contractum metu factum, dic quòd ſola læſio ſufficit ſine minis, aut verberibus. Capyc. d. deciſ. 159. n. 32. & ſeqq. qui alternatiuè loquitur de minis, verberibus, aut læſione, & expreſsè traditur per Cephalum conſil. 141. n. 38. & ſeqq. vol. 1. licèt in contrarium eſſe communem videatur aſſerere Herculan. de caut. .... quem ſimiliter videas. Et pro prima opinione contra Herculanum adde etiam Roland. conſ. 100. n. 131. vol. 4. vbi plures allegat deciſ. Pedemont. 177. num. 4. & 5. vbi quòd quoad reſciſſionem contractus ſtante enormi læſione metus reuerentialis cenſetur probatus, etiam non probatis minis, aut verberibus. Et hoc maximè procedit, ſi probentur preces, vt ibi num. 4.

Sed an ſolæ minæ, aut ſola verbera ſine læſione 20
ſufficiant ad faciendum præſumere reuerentialem metum: dic quòd ſic. quòd ſi præcedant minæ, aut verbera, metus præſumitur, etiam non docto de læſione. Roland. conſ. 95. n. 30. lib. 1. Menoch. d. caſu 136. num. 6. & ſeqq & eſt de mente ſuprà allegatorum n. 18. Qui omnes dicunt ex reuerentia iunctis minis, aut verberibus præſumi metum reuerentialem, nulla facta mentione de læſione; licèt & læſionem quoque vnà cum minis, aut verberibus interuenire debere dicat Cephal. conſ. 91. n. 46. quem videas, & communem dixerit Hercul. de caut. ... quem ſimiliter videas.

In quo aduertas, quòd quando pater, maritus, fra- 21
ter, & ſimiles ſunt ſoliti aliàs filiam, vxorem, ſeu ſororem abſque minis verberare, niſi in ſimilibus ſibi pateant. Et tunc metus reuerentialis præſumitur, etiam quòd minæ, aut verbera non præceſſerint, vt per Boër. deciſ. 100. num. 11. part. 1.

Item aduerte, quòd minæ inducunt metum reue- 22
rentialem, etiam non docto, quòd minans ſit ſolitus minas exequi. Tirizæ. de teſtament. coniug. pag. 13. n. 3. licèt in aliis perſonis ſecus ſit, vt dixi ſuprà num. 13.

Quomodo autem præſumatur metus in renuncia- 23
tione, quam facit filia, &c. præter ea, quæ infrà dicentur in materia renunciationis, vide Cephal. conſil. 34. n. 31. & ſeqq. & conſ. 142. num. 38. & ſeqq. Imol. concluſ. 31. lib. 4. Idem Cephal. conſ. 62. num. 32. Vbi quòd in ea metus reuerentialis præſumitur etiam non probatis minis, aut verberibus, ſeu læſione. Adde Rolan. conſ. 100. num. 112. & ſeqq. vol. 4. vbi ſi renunciatio eſt facta ſine cauſa, tunc ſine alio præſumitur metu facta; & deinde generaliter dicit, quòd vbi quis iuri ſuo renunciat, & illud remittit, ſemper præſumitur id facere metu, & hanc concluſionem pluribus modis exornat, & num. 128.

Quid de metu reuerentiali Clerici erga Præla- 24
tum? Dic ſimiliter, quòd non præſumitur, niſi verbera, aut minæ interuenerint. Boër. deciſ. 100. num. 11. part. 1.

Quid de metu reuerentiali Tyranni, vide infrà 25
num. 53. Afflict. deciſ. 69. num. 4. & ſeq.

Aduerte etiam in materia, quòd in filia nupta 26
ceſſat præſumptio metus reuerentialis erga patrem. Socin. iun. conſil. 67. n. 4. part. 2. Cephal. conſ. 142. n. 9.

Quæro tertiò principaliter in materia, quomodo 27
probetur metus. Vide generaliter per Boër. deciſ. 100. part. 1. vbi quomodo deponant teſtes ſuper metu. Bellon. conſ. 18. num. 15. vbi de modo probandi metum. Pariſ. conſ. 10. num. 34. volum. 1. & conſil. 5. num. 168. & ſeq. volum. 4. Diaz regul. 750. Villalob. M. num. 54. & ſeqq. & P. num. 366. Maſcardus de probat. lib. 2. concluſ. 1003. num. 13. & concluſ. 1051. num. 1. & ſeqq. quòd in dubio metus non præſumitur, & ibi plurimis modis ampliat, & limitat, & concluſione 1052. num. 1. vbi quòd ideo per allegantem eſt probandum.

Dicas, quòd metus eſt difficilis probationis, ideò 28
probatur coniecturis. Hercul. de caut. pag. 4. num. 17. plures allegat, & ſequitur Rolandus conſil. 100. n. 127. volum. 4. Maſcard. concluſ. 1052. num. 2. & ſeqq. Sed contrà concluſ. 1051. num. 14.

Do

29 De quibus quidem coniecturis, an ſint ſufficientes, ſtatur iudicis arbitrio. Plor. *in l. ſi quando num. 76. C. vnde vi.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſ. 136. lib. 2.* & faciunt ſuprà tradita *num.* 8, Maſcardus *dicta concluſ.* 1052. *num.* 10. 11. 12. vbi reſpondet omnibus contrariis.

30 Et hæ coniecturæ debent eſſe veriſimiles, quia ex inueriſimilibus metus non præſumitur. Aymon. *conſ. 49. num. 6. volum.* 1. cum aliis per Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 36. & quòd ex veriſimilibus metus multum arguatur, & excludatur ex inueriſimilibus, latè exornat Roland. *conſil.* 100. *num.* 112. *& ſeqq. vol.* 4. Maſcard. *concluſ.* 1052. *num.* 9. vbi quòd tales coniecturæ debent eſſe legitimæ, exactæ, & plenè probatæ.

31 Item eædem coniecturæ debent eſſe immediatæ & prupinquæ, non autem remotæ. Plotus *in l. ſi quando num. 76. C. vnde vi.*

32 Et in materia particulariter ſcias, quòd metus probatur per vnum teſtem, etiam quòd alij deponant de non metu. Cæpolla *cautel.* 144. Corſett. *ſingul. Teſtes decem.* vbi quòd magis creditur teſtibus deponentibus de metu, quàm negantibus. Quod quando verum ſit, vide Maſcardum *concluſ.* 1053. *lib.* 3. Gabriel *titul. de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 15. *& ſeqq.* & Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 24. *& ſeqq.* Quæ omnia an vera ſint, videas per Marſil. *ſingul.* 325. Couarru. *de matrimonio pag.* 52. *num* 10. *& ſeq.* Nouell. *regul.* 214. *in* 4. *fallent.* Hercul. *de negatiua verſ. item*, &c. Benincaſ. *de paupert. pag.* 148. *num.* 9. Imol. *concluſ.* 15. *lib.* 2. Boër. *deciſ.* 100. *num.* 3. *& ſequentib. part.* 1. vbi quòd magis creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quàm mille negantibus, de quo, & de materia, vide Monticell. *in Repertor. teſt. pag.* 445. *col.* 2. *per totam, & pag.* 446. *col.* 1. *verſ.* 1. 1. *&* 3.

33 Rurſus ſcias, quòd non ſufficit probare metum, niſi etiam probetur vtilitas inferentis metum. Roland. *conſ.* 45. *num.* 32. *volum.* 1.

34 An autem teſtes ſingulares probent minas, vide *in tract. de teſtibus*, in materia *teſtis ſingularis*.

35 Quæro quartò principaliter in materia, quomodo purgetur metus, & ex quibus præſumptio metus tollatur, & particulariter, an metus præſumptio ceſſet & purgetur ex præſentia coniunctorum, traditur per Aymon *conſil.* 114. vbi etiam quid de præſentia amicorum: de quo etiam aliquid dixi infra *num.* 41. Boër. *deciſ.* 100. *num.* 7. *& ſequen. part.* 1. vbi facit regulam cum tribus limitationibus. Cæpoll. *caut.* 221. *num* 2. *& ſequentib.* Marſil. *ſingul.* 417. Diaz *regul.* 532. vbi etiam de præſentia patris. Nouell. *regul.* 221. *num.* 1. Ad hæc vide generaliter Menochium *lib.* 3. *de præſumptionibus, præſumpt.* 128.

36 Dicas regulariter, quòd ex præſentia coniunctorum tollitur metus præſumptio. Simoncellus *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 59. Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 3. *num.* 8. Socin. iun. *conſ.* 67. *num.* 38. *&* 40. *part.* 2. vbi ampliat, etiam quòd præceſſerint minæ. Corta *in memorab. pag.* 640. *&* 699. Cæpoll. *caut.* 221. *ſub num.* 3. *& ſeqq. conſil. crimin.* 150. *num.* 24. *volum.* 1. *in magnis*, vbi etiam quòd talis præſentia coniunctorum arguit vtilitatem contractus. Placa *cap.* 46. *pag mihi* 681. Cephal. *conſil.* 142. *num.* 9. vbi de contractu facto coram marito. Boër. *deciſ.* 100. *num.* 7. *part.* 1. *& ibidem num.* 8. vbi limitat id procedere, dummodo iſti propinqui ſint tales, qui poſſint tollere metum inferentis: ſecus ſi metus illatus contrahenti poteſt etiam inferri iſtis conſanguineis, vt ibi per eum, ſi enim conſanguinei non poſſunt reſiſtere metui inferendo, nihil operatur eorum præſentia, vt *in deciſ. Lucen.* 18. *num.* 4. *part.* 1.

Contrarium, quòd metus præcedens non tollatur ex ſubſequenti præſentia coniunctorum, traditur per Tiraquellum *de legib. connubial. pag.* 431. *ſub num.* 36. *& ſeqq.* Tirizæ. *de teſtament. coniug. pag.* 14. *verſ. Immò quod eſt amplius.* 37

Limita I. primam opinionem, quatenus veram, vt ea procedat, quando interueniunt plures coniuncti: ſecus ſi vnus tantum interuenit coniunctus. Placa *d. cap.* 6. *pag. mihi* 681. 38

Limita II. vt nihilominus contra illam præſumptionem admittatur contraria probatio metus. Cephal. *conſil.* 142. *num.* 53. hæc tamen probatio debet eſſe plenior, quia contra præſumptionem iuris, vt per Simoncellum *de decreto lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 59. *in fine.* 39

Limita III. ſtante enormiſſima læſione. nam tunc præſumitur metus, non obſtante coniunctorum præſentia. Cephal. *conſ.* 208. *num.* 9. *vol.* 2. Boër. *deciſ.* 100. *num* 9. *part.* 1. 40

Et quid de præſentia iudicis, an ex ea metus tollatur. Aymon *dicto conſil.* 14. vbi etiam de præſentia amicorum. Quando minæ, ſeu verbera præceſſerunt, ex amicorum præſentia metus non purgatur in vxore conſentiente alienationi rei ſuæ, vt per Tiriax. *de teſtament. coniug. pag.* 14 vide ſuprà etiam *num.* 35. De iudicis decreto, an tollat metus ſuſpicionem, vide *in Repert. iudic. verſ. Decretum num.* 23. quæ hîc apponas. 41

Metus præſumptio an ceſſet in iis, quæ fiunt ex interuallo poſt iniectum metum, vide Aym. *dicto conſil.* 114. Dicas quòd non tollitur, ſi durabat eadem cauſa metus. Bald. *in l.* 2. *colum.* 2. *verſic. Sed quæro. C. de his, quæ met. cauſ.* & eſt communis, vt *in deciſ. Lucen.* 18. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1. & per Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 193. *& ſequentib.* pulchrè Titizæ. *de teſtament. coniug. pag.* 23. *num.* 2. vbi quòd cauſa metus in vxore ſemper durare præſumitur, donec durat matrimonium. Et quòd qui ſemel iniecit metum, ſemper etiam hoc idem feciſſe præſumitur, vt ibi per eum. Et quòd metus præſumatur etiam ex interuallo, traditur per Boërium *deciſ.* 100. *num.* 13. *part.* 1. *infrà num.* 46. 42

Metus præſumptio an ceſſet ex actu iterato & geminato, præter à nobis generaliter tradita in materia geminationis, vide Aymon. *d. conſ.* 114. 43

Metus præſumptio an ceſſet in contractu facto cum ſuperiore, videas per Menochium *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 12. *num.* 237. & quid de contractu facto in Curia Romana, ſeu alia, vel coram Principe, vide Maſcardum *concluſ.* 1051. *num.* 3. *& ſeqq.* 44

Metus præſumptio an tollatur per clauſulam, *Sponte*, &c. Roland. *conſ.* 2. *num.* 71. *& ſeqq. volum.* 1. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 56. *num.* 291. *& ſeqq. in* 1 *remedio.* Benincaſ. *de paupert. pag.* 148. *num.* 8. Cephalus *conſil.* 34. *num.* 34. *in fin.* vbi etiam de clauſula, Non vi, aut metu, aut per errorem, &c. Dic quòd clauſula *Sponte*, nihil operatur. Roland. *conſil.* 100. *num* 133. *& ſeqq. vol.* 4. vbi exornat: ſed quòd tollat metus præſumptionem, ponit Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 2. *num.* 70. 45

Metus quomodo purgetur per patientiam, ratihabitionem, ſolutionem, receptionem, & ſimiles actus, vide Rolandum *conſ.* 95. *num.* 32. *& ſeq. volum.* 1. vbi pulchrè, *& conſ.* 2. *num.* 87. *& ſeqq. volum.* 2. vbi *num.* 91. *& ſeqq.* ampliùs dicit, quòd quando capi poteſt alia coniectura, quàm approbationis metus, ea ſemper capienda eſt, & non alia. Benincaſ. *de paupert. pag.* 148. *num.* 4. *& ſeqq.* Natta *conſ.* 451. *num.* 19. *volum.* 2. Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 183. 192. *& ſeqq.* vbi quòd per ſimiles actus metus non purgatur ſub- 46

ſiſtente eadem cauſa metus. Et idem traditur *in deciſ. Pedemont.* 177. *num.* 12. vbi nunquam metus cenſetur purgatus durante eadem cauſa metus. Et idem tradit Baldus *in l. 2. col. 2. verſ. Sed quæro, C. de his, quæ met. cauſ.* & eſt communis, vt *in deciſ. Lucen.* 18. *num.* 1. *& ſeq. part.* 1. vbi concordantes allegat, & faciunt ſuprà tradita *num.* 42. In hac materia, quando metus ſemel illatus durare præſumatur, vide Maſcardum *concluſ.* 1051. *num.* 34. *& ſeqq.* Metus autem cauſa dicitur durare viuente perſona, quæ metum intulit, vt in ſupradicta *deciſione Pedemontana* 177. *num.* 8. *& ſeqq.* vbi etiam quòd metus non cenſetur purgatus ex actu ſubſequenti tacito; ſed neceſſarius eſt aliquis actus ſpontaneus & expreſſus. Ad materiam vide Tiriz. *de teſtament. coniug. pag.* 13. *num.* 2. vbi in propoſito dicit, quòd qui ſemel iniecit metum, ſemper præſumitur hoc idem feciſſe. Boër. *deciſ.* 100. *num.* 15. *& ſeq.* 18. *& ſeqq.* vbi latè quando metus purgetur per ſolutionem, receptionem, ſiue etiam per ratificationem, vide ſuprà *num.* 42.

47 Quæro quintò principaliter in materia, an metus proteſtatio ſit neceſſaria? Dic quòd ſic. Decian. *conſil.* 18. *num.* 135. *lib.* 1. vbi quòd iſta opinio in praxi eſt tutior; licèt alij contrà, vt ibi. Quid operetur talis proteſtatio, & an ex ea probetur metus, ponit Maſcard. *concluſ.* 1051. *num* 9. *& ſeqq.* & iſta proteſtatio facta quid operetur, ſi publicè, vel clandeſtinè fiat, & quando publicè, ſeu clam facta dicatur. Hæc materia ponitur per Aymon. *conſil.* 114. *& conſil* 120. Boër. *deciſ.* 100. *part.* 2. *num.* 10. vbi quòd proteſtatio multùm operatur ad faciendum præſumere metum; immò requiritur, vt ibi per eum. Natta *conſil.* 451. *num.* 21. *& ſequen. volum.* 2. Æmilian. *conſ.* 2. *num.* 10. *& ſeqq.* Villalobos *litera P. num.* 364. Couarru. *de matrimonio pag.* 52. *num.* 12. Tiriz. *de teſtament.. coning. pag.* 18. *num.* 1. *& pag.* 20. *num.* 5. *& pag* 21. *in princip.* Cephal. *conſ.* 37. *num* 20. *& ſeqq. volum.* 1. & facient infrà dicenda in materia dotis alienationis factæ præcedente proteſtatione de non alienando, &c. *quæſt.* 26. *num.* 13. Tiriz. *de teſtament. coniug. cap* 4. *lib* 1 *pag.* 18. *& ſeqq. in diſcurſu*, vbi generaliter, quando metus proteſtatio præcedens reddat nullum actum ſequentem proteſtationi contrarium. Vide *in Repert. indic. quæſt.* 15. *num.* 31. vbi an præſumptio iuris, & de iure admittat probationem in contrarium per proteſtationem præcedentem.

48 Quæro ſextò principaliter in materia, an iuramentum firmet contractum metu factum? Dicas quòd non: etiam quòd metus ſit reuerentialis, vt per Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 179. Roland. *conſil.* 57. *num.* 54. *& ſeqq. volum* 3. Boër. *dicta deciſ.* 100. *part.* 1. *num.* 14. Socin. iun. *conſil.* 77. *num.* 129. *volum.* 1. Brunor. à Sol. *in ſuo conſil. crimin. num.* 1831 ſuper qua materia vide Æmilian. *conſ.* 2. *num.* 15. *& ſeqq.* Angel. *conſ.* 215. Couarru. *de matrimonio pag.* 49. *num.* 20. *& ſeqq.* Roland. *conſ.* 2. *num.* 76. *& ſeqq. volum.* 2. Natta *conſ.* 451. *num.* 23. 26. *& ſeq. volum.* 2. Menochius *de recuperan. poſſeſſ. pag. mihi* 57. *num.* 265. Roman. *ſing.* 499. *& ſingul.* 517. Diaz *regul.* 384. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 174. vbi quòd iuramentum metu extortum eſt ipſo iure nullum de iure ciuili: de iure autem canonico ad reſciſſionem contractus eſt neceſſaria abſolutio. Iuramentum etiam metu extortum eſt obligatorium ſecundùm communem, de qua per Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 2. *num.* 19. vbi propterea dicit eſſe neceſſariam abſolutionem, de quo vltimo dixi *in Repertor. indic. quæſt.* 40. *num.* 18. Sed vbi poſt primum iuramentum quis iterum iurauit non conqueri de vi & metu, iuramentum operatur, vt ibi.

An autem metus illatus contrahenti præiudicet tertio non participi ipſius metus, vide Aym. *dicto conſ.* 120. & faciunt ſuprà tradita *num.* 7. 49

An metus reſcindat inſtitutionem, vide *in Repert. quæſt. vltim. volunt. quæſt.* 57. 50

An matrimonium metu factum valeat, infrà *inter diuerſa, verſ. Matrimonium metu contractum.* 51

Quanto tempore præſcribatur ius reſcindendi contractu metu factum, videas per Cottam *in memorab. pag.* 178. Boër. *deciſ.* 100. 1. *part. num.* 18. *& ſeqq. in diſcurſu, deciſ. Pedemont.* 177. *num.* 14. *& ſeq.* vbi quomodo præſcribatur actio, *quod metus cauſa.* 52

De metu Tyranni aliquid ſuprà diximus *num.* 25. adde Alexandrum *in additionib. ad Bartol. in l.* 1. *§. oneranda. ff. quar. rer. act. dat.* vbi dicit, non valere ea, quæ per Principis metum fiunt. Metus enim Principis eſt quodammodo vis præciſa, quæ omnem tollit conſenſum. Æmilian. *conſ.* 3. *num.* 21. refert & ſequitur Roland. *conſ.* 100. *num.* 124. *& ſeqq. volum.* 4. 53

Adde etiam in materia, quòd metus dicitur iuſtus, nedum quando agitur de damno vitando, ac de amiſſione bonorum, vt dixi ſuprà *num.* 11. Sed etiamſi agatur de perdendo lucrum. Neuiz. *conſ.* 47. *num.* 18. Cephal. *conſ.* 295. *num.* 17. quos referendo ſequitur Roland. *conſ.* 100. *num.* 126. *vol.* 4. 54

Adde etiam quòd metus vni illatus cenſetur etiam & coniunctis illatus. Et ideò ſi vir vxorem verberet, vt ratificet contractum à ſe factum, tunc ſi filia abſque alio metu ratificet: ratificatio cenſetur facta per metum, quia veriſimiliter de metu timere poterat, *deciſ. Pedemont.* 177. *num.* 1. *&* 2. & faciunt ſuprà tradita *num.* 9. vbi quòd metus ſuſpicio metui ipſi æquiparatur. 55

Adde etiam in materia, quòd metus exceptio nunquam cenſetur excluſa per generalem exceptionum prohibitionem, vt dixi *in Repert. iudic. quæſt.* 21. *n.* 26. & ibi tradita ponas hic. 56

Metus ad hoc vt reſcindat contractum, debet eſſe illatus ſuper eodem, ſuper quo metum paſſus conſenſit, ſecus ſi ſuper diuerſis. Baldus *in rubrica C. ſi quis aliena.* Innocentius *in cap. cùm locum, de ſponſalib.* refert Fabius à Monte Leone *in praxi arb. pag.* 410. *num.* 57. 57

QVÆSTIO XXIII.

Inſinuatio in donatione, quando & quomodo interuenire debeat, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Inſinuatio quando requiratur generaliter.*
2. *Quid in clauſula, & ſi quid plus valet donatio. &c.*
3. *Quid in donatione Imperatoris, ſeu alterius Principis.*
4. *Quid ſi fuit donata certa quantitas ſingulis annis ſoluenda.*
5. *Quid ſi plures donationes in vnam perſonam.*
6. *Vel vnica fiat donatio pluribus perſonis.*
7. *Quid in donatione ex cauſa dotis.*
8. *Quid in confeſſione dotis recepto, & num.* 14.
9. *Quid in tacita donatione.*
10. *Quid in ficta donatione.*
11. *Quid in donatione iurata.*
12. *Quid in donatione cauſa mortis.*
13. *Inſinuationis defectus an vitiet in totum, & n. ſeq.*

15. *Inſinua*

Digitized by Google

25. *Inſinuatio an requiratur, ſi ei fuerit renunciatum.*
16. *Quid ſi fuit renunciatum omni legum auxilio.*
18. *Quid ſi adeſt decretum iudicis, & num.52.*
19. *Vel ſi fiat coram iudice, & num.52.*
20. *Inſinuatio coram quo iudice fieri debeat.*
21. *& coram quo Notario.*
22. *An requirat præſentiam partis.*
An ſit regiſtranda in actis, num.25.
23. *Inſinuatio an poſſit fieri eodem tempore.*
& de quo tempore, num.44.
& in quo loco, d. num.23.
24. *& an ſit neceſſarium decretum iudicis.*
& an decretum iudicis donantis ſit bonum, num.40.
26. *Inſinuatio an requiratur in donatione inter virum & uxorem.*
27. *Quid in donatione ob cauſam, remuneratoria, & reciproca.*
28. *Quid in confeſſione debiti.*
29. *Inſinuatio non requiritur in donatione non excedente 700. aureos.*
30. *Idque intelligitur deductis expenſis.*
31. *Inſinuatio an requiratur in donatione facta coniunctæ perſonæ.*
32. *Quid in donatione facta filio ex cauſa legitima.*
33. *Quid in pacto de non petendo.*
34. *Quid in remiſſione debiti, & num. ſeq.*
35. *Quid in remiſſione interuſurij præteriti.*
36. *Quid in remiſſione fideicommiſſi.*
38. *Quid in remiſſione pœnæ debitæ.*
39. *Quid in donatione ad pias cauſas.*
41. *Quid in renunciatione.*
42. *Quid in donatione propter nuptias.*
43. *Inſinuatio quid ſit, & quare inuenta.*
& eius forma ibid.
45. *Inſinuatio poteſt fieri tam à donante, quàm à donatario.*
46. *Inſinuatio non poteſt fieri, vbi donans in iudicio oppoſuit. &c.*
47. *Inſinuatio poteſt fieri etiam non citato donante.*
48 *Inſinuatio non poteſt fieri poſt mortem donantis.*
49. *Inſinuatio non requiritur in donatione ad vitam.*
50. *Inſinuatio poteſt fieri etiam die feriato.*
An requiratur inſinuatio in donatione plurium rerum, num.5.
& quid ſi dictum, quòd tot ſint donationes, quot res. ibid.
& quid in donatione annuæ quantitatis, num.4.
& quid in remiſſione vſurarum. ibid.
& quid in donatione pro redemptione captiuorum. num.39.
51. *& quid in donatione facta Iudæo.*

1 INSINVATIO an & quando requiratur, & generaliter de materia. Duen. *regul.124.* vbi latè. latiùs per Imol. *concluſ.40. lib.1. pag.209. & ſeqq.* ſeu potiùs Gabriel *in rubr. de donation. concluſ.2. lib.3.* Clarus *de donat. quæſt.15.16. & 17.* Ant. Canar. *in tract. de inſinuat.* vbi clarè, & diſtinctè procedit per quæſtiones.

2 Inſinuatio an requiratur in ea donatione quæ reſultat ex clauſula: *Et ſi quod plus valet*. &c. vide in remedio *l.2. C. de reſcind. vendit.* videlicet *in Repert. Contract. quæſt.42. num 15.*

3 Inſinuatio an requiratur in donatione Imperatoris, ſeu alterius Principis recognoſcentis ſuperiorem, vel ſimilis perſonæ. Et è contra, Imol. *concluſ.40. lib.1. in 1. limitat. pag. mihi 212.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.17. verſ. non requiritur*, &c. Antonius Gomez *tit. de donation. num.10.* vbi quòd non requiritur.

4 Inſinuatio non requiritur, quando fuit donata certa quantitas ſingulis annis ſoluenda. Imol. *concluſ.40. lib.1. in quinta limitatione.* Intelligenda, ſi eſt ſoluenda tantummodo ad vitam donantis, vel donatarij, ſecùs ſi etiam hæredibus. Antonius Gomez *tit. de donat. num.9. in fin.* vide Lambertenum *de contractib. gloſſ.5. num.16. & 17.* vbi etiam quid in remiſſione vſurarum præteriti, ſeu futuri temporis, quatum ſingulæ excedant, vel non excedant ſummam inſinuandam: vide ibi per eum, quia pulchrè loquitur. de quo vide etiam infrà *num.15.*

5 Inſinuatio non requiritur, quando plures donationes fuerint factæ in vnam perſonam diuerſis temporibus. Ad idem Lambertenus, qui hoc declarat *in tract. de contract. gloſſ.5. num.13.* licèt prædictæ donationes omnes ſimul iunctæ excedant ſummam ſcutorum 500. Imol. *d. concluſ.40. lib.1. in 4. limitat.* at ſi eodem tempore, ſecùs. Etiam quòd ſit dictum, quòd toties, quoties ſumma quingentorum exceditur, tot donationes diſtinctas, & ſeparatas facit: hæc enim clauſula inſinuationem non tollit, ſecundùm communem; de qua per Lamberten. *de contractib. gloſſ.5. num.11. & 12.* vbi etiam contrarios citat. Antonius Gomez *tit. de donationib. num.7.* vbi id ampliat, etiam quòd ſint donatæ plures res. quo caſu licèt plures reputentur donationes, *l. ſcire debemus. ff. de verbor. obligat.* tamen quoad inſinuationem vnica cenſetur donatio, quia vno & eodem tempore eſt facta, vt ibi per eum, qui teſtatur de communi. Quando donantur plures res, ſiue etiam plures quantitates, etiam quòd ſingulæ res, ſeu quantitates ſint ſingulariter ſpecificatæ, ſi eodem tempore & ſimul iunctæ excedant ſummam quingentorum ſcutorum, inſinuatio requiritur, ſecundùm Lambertenum *de contractib. gloſſ.5. num.8. 9. & 10.* vbi in quantitate aliquos contrarium tenentes refert. Et idem dicendum, quando quis ex cauſa donationis remittit plura debita: quia ſi ſimul iuncta excedant ſummam 500. ſcutorum, inſinuatio requiritur, vt ibi per eundem *num.9. verſic.2. intellige:* vbi reſpondet contrariis. & per Lambertenum *de contractib. gloſſ.5. num.8. 9. & 10.* vbi pariter refert concordantes.

6 Et quid ſi donatio ſit facta duobus, vel pluribus perſonis in eodem inſtrumento. vide Imolam *dicta concluſ.40. lib.1. in 3. & in 4. ampliat.* vbi etiam quòd ſi fuerit dictum, quòd tot ſint donationes, quot ſunt perſonæ donatariorum. Roman. *ſingul.721.* Cremon. *ſingul.132* Lambertenus *de contract. gloſſ.5. num.8.* vbi quòd requiritur iſto caſu inſinuatio, etiam quòd pluribus perſonis plures res in eodem inſtrumento donentur. & idem *in num 14. & 15.* vbi de magis communi.

7 Inſinuatio non requiritur in donatione ex cauſa dotis. Imol. *dicta concluſ.40. lib.1. in 6. limitatione.* Contrarium Ioſeph Ludouic. *concluſ.17. verſ. an autem in quacunque.* &c.

8 Et quid in tacita donatione reſultante ex confeſſione dotis receptæ: vide Clarum *in §. Donatio, quæſt.56. in princip.* dicens quòd non requiritur inſinuatio, ſecundùm Alexandrum *conſil.143. in fin. lib.5.* & ita reſoluit Rota *in vna coram D. Antonio Auguſtino.* Et magis communem dicit Bellon. *conſ.4. num.11. in fine*, licèt aliqui per eum relati *num.4. & 5.* contrarium dixerint, quem videas. Sed de hac concluſione dixi ſuprà *quæſt.21. num.14.* vide infrà *num.9. & ſeq.*

9 Et generaliter, an inſinuatio requiratur in tacita

donatione: dic quòd ſic, vt per Villalob. *litera I. num.53.* & per Imol. *dicta concluſ. 40. lib.1. in 6. ampliat.* Ad quam materiam vide Tiraquellum *de reuocand. donat. verb. Donatione largitus, num.127. & ſequen.* Clar. *in §. donatio, quæſt.16.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.17. verſ. an autem in quacunque*, &c. vbi pariter dicitur, quòd ſic.

10 Item inſinuatio requiritur in ficta donatione. Imol. *in dicta 6. ampliat.* ad quod vide ſimiliter Tiraquell. *de reuoc. donat. dicto num.127. & ſeqq. verb. donatione largitus.*

11 Inſinuationis defectus an ſuppleatur per iuramentum? Dic quòd ſic, ſecundùm magis communem, de qua per Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 17. verſ. & quòd vbi*, &c. & per Cephal. *conſil.194. num.4. vol.2.* Antonius Gomez *tit. de donat. num. 8.* vide Virgil. Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.5. num.6.* vbi pro & contrà. Ad materiam vide omninò Seraphinum *de priuileg. iuram. priuileg.73.* Ad quæſtionem propoſitam vide Clarum *in §. Donatio, quæſt.18.* Roland. *conſ.25. num.12. & conſil.70. num.14.22.36.41. vol.2.* Villalob. *I. num.15.* Socin. iun. *conſil. 69. num. 39. lib.1.* Roland. *conſil.19. num.15. & num.48. & conſil. 39. num. 35. & ſeqq. & conſil.77. num. 20. & conſil. 93. num. 38. & ſeqq. vol.1.* Duen. *reg.224. in 5 limitatione.* Viui. *in communib. opin. pag. mihi 46. & ſeq.* Imol. *concluſ.40. lib.1. in 16. limitione.* Cephal. *conſil. 61. num.18. vol. 1.* Andr. Gayl. *obſeruat. 39. lib. 2.* Dicas, quòd in donatione iurata non requiritur inſinuatio ſecundùm magis communem: de qua omninò videas Neuiz. *conſil. 8. num. 6. & ſeqq.* vbi ponit pro & contrà. Et magis communem eſſe dicit etiam Craſſus *in commun opinion. lib.1. cap.8. quæſ.14. tom.2.* & de magis communi & practicata opinione teſtatur Ludou. *in deciſ. Peruſ.66. num.5. & ſeqq.* vbi plures allegat. Hanc concluſionem limita duobus modis, vt *in conſil. crimin. diuerſ.152. num.6. & 7. & conſil.155. num.7. vol.1. in magnis.*

Prima eſt limitatio, quòd iuramentum non ſupplet inſinuationem requiſitam à ſtatuto, & ad hoc faciunt infrà tradita *ſub num.44.*

Secunda eſt limitatio, vt iuramentum tunc demùm ſuppleat inſinuationem, quando illi eſt renunciatum, aliàs ſecus: & idem traditur in ſimili *conſil. crimin.155. num.7.* Sed hanc ſecundam limitationem reprobat Ant. Gomez *tit. de donat. num.8.*

Et limita alio modo vt infrà *ſub num 44.*

Item limita illam procedere, quando eſt renunciatum legibus de inſinuatione loquentibus: aliàs ſecus, vt per Cephalum *conſil.208. num.16. vol. 2.* & per Tob. Non. *conſil.108. num.8. & 9.* vbi ampliùs dicit, quòd iuramentum ſupplet defectum inſinuationis requiſitæ à iure communi; ſecùs requiſitæ à ſtatuto vltra iuramentum; de qua limitatione dixi infrà *ſub num.44.* ad idem Virgil. Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ 5. num.6.*

12 Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa mortis. Imol. *dicta concluſ.40. lib.1. in 17. limitatione pag.223.* de communi Antonius Gomez *tit. de donationib. num.18.*

13 Inſinuationis defectus an vitiet donationem in totum, vel pro parte. Roland. *conſil.93. num.37. vol.1.* Imol. *concluſ.40. lib.1. in 11. limitatione.* Cephal. *conſ.61. num. 5. & ſeq. volum.1.* vbi quòd vitiatur in totum, quando adſunt plures defectus. Ioſeph. Ludouic. *concluſ.17. verſ. in donatione autem.* Anchar. *quæſt.11. num.11. part. 2.* vbi quòd non vitiatur, niſi in exceſſu, & idem per Lambertenum *de contractib. gloſſ.5. num. 5.*

14 Et quid in præſumpta donatione reſultante ex confeſſione dotis facta conſtante matrimonio? Dicas, quòd non vitietur in totum; ſed ſolùm in eo, in quo excedit, ſecundùm magis communem, de qua per Bellon. *conſil.4. num.11.* licèt aliqui ibi per eum relati *num.4. & 5.* contrarium dixerint.

Inſinuatio an requiratur, vbicunque illi fuerit re- 15
nunciatum. Imol. *d. concluſ.40. lib.1. in 5. ampliatione,*
& pag.223. in princip. Roland. *conſil.93. num.40. & 41.*
vol.1. Et an ſufficiat generalis renunciatio facta om- 16
ni legum auxilio, vide Roland. *conſil.13. num.17. eodem*
volum.1. & conſil.93. num.40. & 41. volum.2. Cephal.
conſil. 208. num.15. vbi quòd donatio eſt inſinuanda
etiam quòd ei fuerit renunciatum, & ibi teſtatur de
communi: & idem tradit Anton. Gomez *tit. de donat.*
num. 7. & Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.5.*
num. 2. vbi de inſinuatione requiſita à ſtatuto, quòd 17
ei renunciari non poteſt, & idem dicit *num. 6.*
Sed quid ſi renunciatio fuerit iurata, vide ſuprà
num.11.

Inſinuatio non requiritur, vbi adeſt decretum iu- 18
dicis. Roland. *conſil. 39. num. 42. & ſeqq. volum. 1.*
Duenna *reg. 224. in 8. limitatione.* Imol. *d. concluſ.40.*
lib.1. in 10. limitatione per tot. vbi etiam quid ſi dona-
tio fuerit facta coram iudice. Dicas quòd vbi inter- 19
uenit iudicis decretum, tunc non requiritur inſi-
nuatio, vt per Rolandum *conſil. 93. num. 44. lib.1.*
& Gabriel *pagina mihi 364. num. 51.* vide infrà
num. 52.

Inſinuatio coram quo iudice fieri debeat. Lam- 20
berten. *de contractib. gloſſ.14. num. 9.* vbi quòd poteſt
fieri etiam coram iudice, cui nec bona donata, nec
contrahentes ſubſint: & iſta eſt magis communis
opinio, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitut. March.*
gloſſ.5. num.7. cuius contrarium ipſe verius tradit, vt
ibidem num. 5. 6. & 8. niſi in caſu, in quo inſinuatio
fieret in loco vbi donatio eſt facta: quia tunc poteſt
ibi fieri, etiam quòd contrahentes illi iudici non
ſubſint: ſecùs ſi fiat in loco non factæ donationis, vt
ibidem num.9. & idem Lambertren. *vbi ſupra quæſt.10.*
dicit, quòd inſinuatio poteſt fieri, apud iudicem loci,
vbi facta eſt donatio, etiam quòd ille iudex ſit extra
territorium illius loci. & idem fatetur Virgil. Boccac.
qui in præcedente caſu contrarium tenet *d. gloſſ. 5.*
num.5. in fine, num. 6. in fine, & num. 9. vbi enim eſt
facta donatio, indiſtinctè ibi poteſt fieri inſinuatio,
vt infrà *num. 23.* Ad propoſitam materiam Viui. *in*
communib. opin. pag. mihi 47. in fin. Imol. *d. concluſ.40.*
lib.1. pag. mihi 217. vbi etiam coram quo Notario. 21
& concluſ.43. pag.334. vbi, an inſinuatio requirat præ- 22
ſentiam donatarij: de quo per Virgilium Boccacium
gloſſ.5. num.20.21.

Inſinuatio an poſſit fieri eodem tempore dona- 23
tionis, vide infrà *num.44.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.17.*
verſ. Ampliatur tertiò, vbi quòd poteſt fieri vnico contextu: & an ex interuallo, & de materia Lambetten. *de contractib. gloſſ.14. quæſt. 6. num.15. & ſeq.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.5. num.10.* vbi quòd non poteſt fieri incontinenti, ſed eadem die: quia de inſinuatione fit inſtrumentum ſeparatum, quod videtur limitare, quando ſtatutum nullum præfigit tempus. In quo autem loco debeat & poſſit fieri inſinuatio? Dic quòd non requiritur, quòd fiat in loco iudicij. Ioſeph Ludouic. *d. concluſ.17. verſ. Ampliatur tertiò, & in verſ. limitatur 6.* vbi quòd inſinuatio debet fieri in loco factæ donationis, niſi bona donata ſint alibi: quia tunc debet inſinuatio fieri in loco, vbi dicta bona ſita ſunt, vt ibi per eum. Lambetren. *de contractib. eorum, &c. gloſſ.14. quæſt.8. num.26.* vbi quòd inſinuatio poteſt fieri etiam in domo donatoris, ac etiam in plateis & campis, atque etiam iudice non ſedente pro Tribunali. vide Virgil. Boccac.

in

in conſtitut. March. gloſſ. 5. num. 12. vbi an inſinuatio
debeat fieri in loco iudicij, ſeu alio, nihil firmat mo-
re ſuo. Sed ponit pro & contrà. & num. 14. vbi quòd
ſufficit, quòd fiat in loco honeſto, ac decenti.

24 Er an in inſinuatiooe ſit neceſſarium decretum iu-
dicis. Dic quòd non: nec eſt etiam neceſſaria cauſæ
cognitio, ſed ſolummodò iudicis præſeotia. Inſi-
nuatio enim non ſufficit, quòd fiat coram Notario:
ſed debet fieri coram iudice. Virgil. Boccac. in conſtit.
March. gloſſ. 5. num. 4. & 5. Ioſeph Ludouic. dicta
concluſ. 17. verſ. Ampliatur tertiò. & eſt communis, vt
per Simoncellum de decreto lib. 2. tit. 6. inſpect. 7. vbi
reprobat contrariam tenentes opinionem, quam te-
nuerunt alij per eumdem ibidem relati in præfatione
num. 117. ſed pro communi adde Antonium Gomez
tit. de donationib. num. 6. & ad eadem Lamberten. de
contract. gloſſ. 14. quæſt. 1. & 2. vbi declarat materiam.
Virgil. Boccac. gloſſ. 5. num. 14. Ad materiam vide
Clar. de donat. quæſt 15. Viui. in communi opin. pag. 46.
in fine, & pag. 47 Imol. d. concluſ 40. lib. 1. pag mihi 217.

25 in princip. Vbi etiam, quòd donatio non dicitur in-
ſinuata, niſi ſit in actis regiſtrata, & alia ad mate-
riam ibi videas. Sed quòd etiam non ſit neceſſaria
regiſtratio, tradit Ioſeph Ludouic. d. concluſ. 17. verſic.
Ampliatur tertiò, &c. vide infrà num. 43. vbi poſui,
an requiratur ſcriptura, ſeu an in actis redigen-
da ſit.

26 Inſinuatio an requiratur in donatione inter virum
& vxorem: vide in materia donationis inter virum
& vxorem quæſt. 30. num. 11.

27 Inſinuatio non requiritur in donatione ob cau-
ſam. Tiraquell. de reuocand. donat. pag. 334. num. 123.
item non requiritur in donatione remuneratoria.
Anton. Gomez tit. de donationib. num. 10 Duen. reg. 224.
in 4. limitat. & eſt communis, vt per Craſſum in
commun. opinionib. lib. 1. cap. 8. quæſ 13. tom. 2. vbi
idem dicit de donatione reciproca. Virgil. Boccac. in
conſtitut. Marchia, gloſſ. 3. num. 21. In qua reciproca
donatione non requiri inſinuationem, traditur etiam
per Villalob. l. num. 56. Clar. in §. donatio, quæſt. 16.
verſ. ſed nunquid, Duen. d. regul. 224. in 4. limitatione.
Viui. pag. 45. à tergo. Imol. d. concluſ. 40. lib. 1. in 15.
limitatione. Cephal. conſil. 61. num. 17. vol. 1. ſuper in-
ſinuatione donationis ob cauſam & remuneratio-
nem: vide ibidem per Imol. in 13. & 14. limitat. &
Neuiz. conſil. 8. num. 12. & ſeqq. vbi de donatione re-
muneratoria. Ioſeph Ludouicus concluſ. 17. verſic. an
autem, vbi declarat dummodo de meritis fiat ſpecialis
mentio. Roland. conſil. 13. num. 24. & ſeqq. & num. 27.
volum. 3. vbi quòd in donatione remuneratoria non
requiritur vlla inſinuatio.

28 Inſinuatio an requiratur in confeſſione debiti.
Tiraquell. de legib, connub. pag. 448. num. 118. Duenn.
regul. 224. in 15. limitat. Imol. d. concluſ. 40. lib. 1. in 26.
limitatione.

29 Inſinuatio non requiritur niſi in donatione exce-
dente ſeptingentos aureos. Roland. pulchrè conſil. 59.
num. 39. & ſeqq. vol. 1. Immò debet excedere mille
aureos, ſecundùm Clar. in §. Donatio, quæſt. 15. &
Craſſum in commun. opin. lib. 1. cap. 8. quæſ. 11. circa
princip. tom. 2. In materia vide Duen. d. regul. 224. in
vltima fallent. & Imol. d. concluſ. 40. lib. 1. in 12. limitat.
Olim autem requirebatur inſinuatio, quando dona-
tio excedebat 300. ſolidos. l. ſancimus. C. de donationib.
hodie requiritur, quando excedit 500. ſolidos. l. pe-
nult. verſ. fin. C. eodem tit. Et quomodo aureus in pro-
poſito accipiatur, vide infrà verſ. aurei, num. 27. inter
diuerſa, & ponas hîc.

30 In quo aduertas, quòd numerus 700. ſeu 1000. in-
telligitur, deductis expenſis, vt per Cottam in memo-
ral. pag. 821. & ſeq. & Viui. pag. 46. in princip. Imol.
d. concluſ. 40. lib. 1. in 25. limitatione.

Inſinuatio requiritur etiam in donatione facta ab 31
aſcendente deſcendenti, & è contra, ſeu cuilibet con-
iunctæ perſonæ. Duenna regul 224. in 2. ampliatione.
Imol. d. concluſ. 40. lib. 1. in 1. ampliat. Ioſeph. Ludouic.
concluſ. 17. verſ. Ampliatur quartò.

Fallir in donatione facta filio ex cauſa legitimæ, 32
in qua non requiritur inſinuatio, vt per Imol. dicta
concluſ. 40. lib. 1. in 19. limitatione pag. 223. Generali-
ter autem in donatione facta filio, quæ morte con-
firmatur, requiritur inſinuatio: ſed ſi non interue-
niat, non vitiatur in totum, ſed tantùm in parte ex-
ceſſiua. Anton. Gomez tit. de donat. num. 17. vbi reſpon-
det contrariis.

Inſinuatio an requiratur in pacto de non peten- 33
do. Clarus in §. Donatio. quæſt. 16. verſ. eadémque ratione.
Imol. d. concluſ. 40. lib. 1. in 13. ampliat. vide in num. ſeq.
Zarzau. opin. 15.

Et quid in remiſſione debiti? dicas, quòd requiri- 34
tur inſinuatio, vt per Craſſ. in communib. opinionib.
lib. 1. cap. 8 quæſ. 12. tom. 2. Villalob. l. num. 54. & ſeqq.
Couarr. variar. reſolut. pag 420. num. 8. Ad quam ma-
teriam vide Clarum de donat. quæſt. 16. verſic. item
quæro. Tiraquell. de reuoc. donat. pag. 345. num. 142.
vſque ad num. 170. Duenna regul. 224. in 1. ampliatione.
Imol. d. concluſ. 40. pag 215. Ioſeph Ludouic. d. con-
cluſ. 17 verſ. an autem in quacunque, &c. Anton. Gomez
tit. de donationibus, in num. 9.

Et quid in remiſſione vſurarum præteritarum, vi- 35
de Duennam d regul. 224. in 17. limitatione, vbi quòd
non requiritur inſinuatio, de quo vide Imol. dicta
concluſ. 40. lib. 1. in 8. limitatione, vide ſuprà ſub
num. 4.

Et quid io remiſſione fideicommiſſi, vide Imolam 36
d. concluſ. 40. lib. 1. in 12. ampliat. pag. 211. Antonius
Gomez tit. de donationib. num. 10. vbi quòd non re-
quiritur.

Et quid in remiſſione crediti non liquidi: ibidem 37
per Imolam pag. 224. in 23. limitatione. dic quòd non
requiritur inſinuatio. Antonius Gomez tit. de donat.
num. 9.

Et quid in remiſſione pœnæ debitæ, Imol. d. con- 38
cluſ. 40. lib. 1. in 24. limitatione.

Inſinuatio non requiritur in donatione facta Ec- 39
cleſiæ, ſeu alicui alteri loco pio. Craſſ. in communib.
opin. lib. 1. cap. 8. quæſ. 15. tom. 2. Et generaliter, an
ioſinuatio requiratur in donatione facta ad pias
cauſas, vide Mattheſ. ſingul. 169. in addit. Villalob. l.
num. 58. vbi quòd non requiritur inſinuatio: & idem
traditur per Clarum in §. Donatio, quæſt. 17. vide
Duennam regul. 224. in 6. fallentia. Viui. pag. 45. Imol.
concluſ. 40. lib. 1. in 2. limitat. Ioſeph Ludouic. concluſ. 17.
verſ. in donatione autem. Antooius Gomez tit de donat.
num. 10. vbi etiam de donatione facta pro redemptio-
ne captiuorum.

Inſinuatio an poſſit fieri cum decreto donantis, ſi 40
donans eſt dominus caſtri. Cottat. in memoral. pag.
224. Roland. in conſil. 93. num. 42. vol. 1.

Inſinuatio an requiratur in renunciatione. Ro- 41
land. de lucr. dot. quæſt. 53. & conſil. 70. vol. 2. per diſcur-
ſum. Duenn. dicta regul. 224. in 14 limitat. Imol. con-
cluſ. 40. lib. 1. in 3. ſeu 22. limitatione. Crott. conſil. 78.
num. 41. & faciunt tradita infrà inter diuerſa, verſic.
Renunciatio habet vim donationis, &c. Ioſeph Ludouic.
concluſ. 17. verſic. pariter non requiritur, &c. vbi quòd
non requiritur in renunciatiooe facta à filiis de bo-
nis paternis: ſed quòd renunciatio requirat inſinua-
tionem, tradit Crot. conſil. 78. num. 41. & facit, quia re-
nunciatio habet vim donationis, vt infrà verb. renun-

clatio, *num.* 8. pro prima opinione, adde Antonium Gomez *tit. de donationib. num.* 10.

42 Inſinuatio an requiratur in donatione propter nuptias. Roland. *de incr. dotal. dicta quaſt.* 53. Imol. *in* 3. *ſeu* 22. *limitatione.* Duenna *regul.* 224. *in* 2. *limitatione.*

43 Inſinuare donatiooem nihil aliud eſt, niſi ipſam donationem redigere in actis, ſeu eam intimare & publicare apud acta: vel ipſam donationem facere apud acta iudicis. *l. donat. ſiue directa. & l. data*, vbi Bart. *C. de dona. l. ſancimus* §. *final. verb. conualeſcit. C. de donat. ante nupt.* vbi quòd inſinuatio nihil aliud eſt, quàm confirmatio, ſeu ratificatio. Ideóque in ſcriptis facienda eſt inſinuatio, vt per Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 14. *quaſt.* 4. *num* 10. vide ſuprà *num.* 25. vbi an ſit regiſtranda. Et quòd inſinuatio debeat fieri in actis, ideò requirit ſcripturam, iura allegat Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ.* 5. *num.* 3. vbi tamen in fine ſecundùm communem & ſeruatam ſufficit quòd publicetur, nec requirit aliam ſcripturam, aut regiſtrationem, & idem *num.* 12. Inſinuationis forma eſt, vt donans comparcat coram iudice, dicere ſe velle talem donationem facere Titio amico ſuo. Antonius Gomez *tit. de donat. num.* 6. de forma inſinuationis in Vrbe, vide notulam poſitam per Virgilium Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.* 5. *num.* 25. *& n.* 1. vbi plures inſinoationis definitiones ad idem reincidentes explicat, *& num.* 24. vbi ponit alias formulas. Eſt autem introducta alienatio quatuor de cauſis, de quibus poſt alios per Ioſeph. Ludouic. *concluſ* 17. *in princip. & in ſequentib. verſic.* Ant. Gomez *tit. de donat. num.* 6. vbi duas adducit rationes, quibus fuit inſinuatio inuenta. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 5. *num.* 1. vbi pariter quatuor cauſas inuentæ inſinuationis ponit.

44 Inſinuatio an fieri poſſit eodem tempore donationis, dixi aliquid ſuprà, *num* 25. adde in materia Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 17. *verſ. ampliatur vltrà ipſos, & ſeqq.* vbi quòd inſinuatio poteſt fieri quandocunque, etiam ex interuallo poſt donationem, etiam quòd ſtatutum ſimpliciter mandet donationes inſinuari. At ſi ſtatutum tempus ad inſinuandum præfigat, niſi infra illud tempus donatio inſinuetur, donatio non valet, etiam iuramento firmata: vt *in dicto verſ. ampliatur*, &c. vbi de communi. Et ſi ſtatutum mandet donationes inſinuari incontinenti, inſinuatio erit facienda infra tempus arbitrio iudicis declarandum, vt *ibidem in verſ. Superior tamen opinio*, licèt Mandellus *in conſ.* 4. *num.* 50. ibi allegatus *in verſ. Contrarium tamen*, &c. contrarium dixerit, quòd ſcilicet etiam iſto caſu poſſit donatio quandocunque inſinuari. Et quòd donatio, niſi in tempore à ſtatuto præfixo inſinuetur, non valeat etiam iuramento firmata, tradit Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 17. *verſic. limitatur* 7. De materia vide generaliter ſuprà *num.* 11. & vide etiam Tob. Non. *conſil.* 108. *num.* 8 *&* 9. & ad hanc materiam, quando ſcilicet, & quo tempore poſſit fieri inſinoatio. An eodem tempore donationis, vel poſtea quandocunque, vide Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 5. *num.* 10. *&* 16. vbi confusè, more ſuo.

45 Inſinuatio poteſt fieri tam à donante, quàm à donatario. Ioſeph. Ludouicus *dicta concluſ.* 17. *verſ. Ampliatur ſecundò.* Sed contrarium, quòd à donante ſolùm, tradit Virgil. Boccac. *dicta gloſſ.* 5. *num.* 19. *&* 22. vbi ex hoc dicit, quòd donans ad inſinuandum cogi non poteſt à donatario, vide infrà *num.* 47.

46 Inſinuatio non poteſt fieri, quando donans in iudicio oppoſuit inualiditatem donationis ex defectu inſinuationis. Et ſic quando donans pœnitens fuit ante donationem inſinuatam. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 17. *verſ. Limita primò prædicta*, *& ſeq.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 5. *num.* 17. Item nec poteſt fieri, quando conſanguinei donantis tempore inſinuationis ſe oppoſuerunt, allegantes donationem factam fraude, vel dolo: quia tunc iudex non admittit inſinuationem, niſi deſuper cauſa cognita, vt per Virgilium Boccacium *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 5. *num.* 15.

Inſinuatio poteſt fieri etiam non citato donante, ſecundùm magis communem, & veriorem opinionem, de qua per Ioſeph. Ludou. *dicta concluſ.* 17. *verſ. & propterea videtur.* Tiraquell. *in tract. Res int. al. acta, pag.* 23. *in verſ. limita* 32 &c. Item fieri poteſt inſinuatio etiam non citato donatario. Boccac. *dicta gloſſ.* 5. *num.* 20. 47

Inſinuatio fieri non poteſt poſt mortem donantis, vel donatricis, etiam quòd interuenerit mandatum de inſinuando poſt mortem donantis, vel donatricis; niſi donatarius legitimo impedimento impeditus proteſtatus fuerit in vita donantis per ſe non ſtetiſſe, quo minùs inſinuata eſſet donatio. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 17. *verſ. limitatur* 2. *& verſ. ſeq.* Quòd inſinuatio non poſſit fieri poſt mortem donatarij, ponit Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 5. *num.* 16. *&* 18. 48

Inſinuatio non requiritur in donatione facta ad vitam donantis, vel donatarij. Ioſeph Ludouicus *d. concluſ.* 17. *verſ. non requiritur.* 49

Inſinuatio non requirit cauſæ cognitionem: ideo etiam die feriato fieri poteſt. Simoncellus *de decreto lib.... tit.* 1. *n.* 84. *in fine.* Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 5. *num.* 14. 50

Inſinuatio requiritur etiam in donatione facta à Iudæo, vt per Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 2. *quaſt.* 11. *num.* 77. 51

Ad ea, quæ ſuprà poſui *num.* 18. *&* 19. adde Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 5. *num.* 11. vbi concludit ſecundùm communem opinionem, quòd inſinuatio non requiritur in donatione facta coram iudice ſuum interponente decretum in donatione, & eam limitat non procedere, quando ſtatutum in donatione requireret iudicis decretum: quia tunc illud non ſupplet defectum inſinuationis, & dicit verum, &c. 52

QVÆSTIO XXIV.

De renunciatione hæreditatis paternæ, vel maternæ.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
Renunciatio regulariter facta per filiam, &c. valet, num. 27.
2. *Quid ſi eſt iurata, in diſcurſu.*
Quid ſi adeſt læſio enormis, ibid.
& quomodo conſideretur, & ſecundùm quod tempus læſio, ibid.
& quid ſi fuerit renunciatum enormiſſimæ læſioni, ibid.
& quid de renunciatione facta iuri quærendo, ibid.
3. *& an ſit neceſſaria abſolutio à iuramento.*
4. *& quid ſi adeſt clauſula,* Ex certa ſcientia.
Vel mulier ſciuerit verum valorem patrimonij, ibid.
& an mulieri aſſerenti ſe habere veram ſcientiam credatur, &c. ibid.

5. *Renun*

5. *Renunciatio facta per viam donationis quid operetur.*
6. *& quid ſi fuerit renunciatum reſtitutioni in integrum.*
7. *Renunciatio hæc an valeat ad legitimam.*
8. *& an ad bona ex teſtamento per parentes relicta.*
9. *& quid ſi ille, cuius bona renunciatur, non fuerit renunciationi præſens, & num. 29.*
10. *Renunciatio hæc an trahatur ad bona emphyteotica.*
11. *An ad bona feudalia.*
12. *An ad dotem, ſeu iura dotalia.*
13. *An ad inueriſimilia.*
14. *Renunciatio filiæ facta propter honeſtatem ſeruandam non valet, &c.*
15. *Renunciatio filiæ, &c. an reuocetur per ſuſceptionem liberorum.*
& ſic an nepotes poſſint contrauenire, ibid
16. *Renunciatio hæc, &c. an excludat à lucro dotis, quod filiæ defertur in pœnam tranſeuntis ad ſecunda vota.*
17. *Renunciatio facta per filiam bonis paternis & maternis, non excludit eam ab hæreditate fratris, ſeu ſororis, etiam quòd talis hæreditas non conſiſtat, niſi in bonis paternis, aut maternis.*
18. *Quid de renunciatione metu facta.*
19. *Quid de renunciatione geminata.*
20. *Quid ſi dos non ſit de bonis patris, ſed alterius, & num. 18.*
21. *Quid ſi in renunciatione interuenerunt conſanguinei.*
22. *Quid ſi interueniat maritus.*
23. *Quid de renunciatione ingredientis Monaſterium.*
24. *Quid ſi ille, ad cuius fauorem eſt facta renunciatio, præmoriatur.*
25. *Quid de renunciatione minoris & impuberis.*
26. *Renunciatio ſtrictè interpretanda.*
28. *Quid ſi filia renuncians nullam dotem habuerit, & d. num. 20.*
29. *Quid ſi renunciatio non fiat illi, cuius bonis renunciatur, & d. num. 9.*

1 AD generalem materiam huius quæſtionis præter infraſcripta, & præter Doctores infrà citatos *num. 2.* qui ponunt omnes quæſtiones contingibiles in materia, videas Cæpollam *cautel.* 183. Socinum *regul.* 150. Alexandrum *conſ.* 12. 99. & 101. Cæpoll. *caut.* 229. Viui. *in communib. opinion. pag. mihi* 155. *verſ. mulier omni iuri.* Pariſ. *conſ.* 20. *num.* 38. 96. *& ſeqq. cart.* 39. *volum.* 1. *& conſil.* 12. *num.* 74. *& omnibus ſequen.* Cephal. *conſil.* 34. 61. *&* 142. Imol. *concl.* 32. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 27. *lib.* 2.

2 Et particulariter, an renunciatio iurata poſſit reſcindi propter læſionem, & quam, præter tradita in materia læſionis, vbi videas, videlicet infrà *quæſt.* 48. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi præſertim *num.* 4. poſui, quomodo in propoſito dicatur filia renuncians enormiter, vel enormiſſimè læſa. & ibi ad propoſitum tradita potius hîc. Et præter Doctores ſuprà citatos in antecedenti num. vide omninò Cephalum *conſil.* 34. & omninò etiam Neuiz. *conſil.* 29. *per totum*, vbi arguit pro & contrà. Caſtr. *conſ.* 171. Boër. *conſil.* 18. *& conſ.* 39. Grammat. *deciſ.* 57. *num.* 9 *& ſequen. & deciſ.* 101. *per totam* Anchatan. *conſ.* 433 *& conſ.* 39. *num.* 2. Corn. *conſ.* 35. *& conſ.* 189. *volum.* 1. *& conſ.* 2. 11. 133. 161. *&* 214. *lib.* 3. Socin. *conſ.* 80 *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 53. *lib.* 3. *& conſ.* 42 *lib.* 1. Dec. *conſ.* 379. *per totum.* & ſignanter *in fine num.* 15. vbi quòd iuramentum in muliere præſumitur captioſum & iniuſtum, quando agitur de enormi præiudicio, & debet per Epiſcopum relaxari, *& conſ.* 180. *per totum.* Socin. iun. *conſ.* 53. *volum.* 1. *& conſil.* 67. *volum.* 2. Aymon. *conſ.* 192. *per totum*, præſertim *num.* 9. *& ſeqq.* Grat. *reſponſ.* 109 *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 322. *num.* 11. *& deciſ.* 263. *& deciſ.* 220. Grammat. *deciſ.* 76. *num.* 11. *& multis ſequen.* Caſtr. *conſ.* 385. incip. *Sine dicamus.* Socin. *conſ.* 214 *num.* 9. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 17. *num.* 74. *vſque ad finem conſilij volum.* 1. Cephal. *conſ.* 142. *& conſil.* 62. *volum.* 1. In quo quidem *conſ.* 62. *num.* 29. *& ſeqq.* præter alia latè probat, quòd talis renunciatio ſtante enormiſſima læſione cenſetur metu facta. Et idem etiam traditur per Imolam *concluſ.* 32. *lib.* 4. *pag.* 857. *& ſeqq. in diſcurſu.* Et in materia ſcias, quòd renunciatio filiæ facta iuri quærendo, ſi eſt iurata, non rumpitur propter enormem læſionem, vt per Cephalum *conſil* 34. *num.* 8. Sed hoc limita, vt *ibidem num.* 40. *verſ. quibus apparet.* In quo particulariter videas eumdem Cephal. *conſil.* 142. *num.* 26. *&* 47. *& conſ.* 62. *num.* 37. Sed quando renunciatio dicatur facta iuri quæſito, vel iuri quærendo, habetur per eumdem Cephalum *dicto conſil.* 34. *num.* 8. 18. *&* 41. *& conſil.* 142 *num.* 15. *& ſeqq. & num.* 48. Item in materia ſcias, quòd iſta læſio non conſideratur habendo reſpectum ad tempus renunciationis, ſed debet reſpici tempus mortis illius, cuius hæreditati fuit renunciatum, ſecundùm Cephalum *conſ.* 34. *num.* 18 *& conſ.* 142. *num.* 19. *& ſeqq. & num.* 48. Ad quod faciunt dicta *in Repertor. quæſt. vltim ar. voluntat. quæſt.* 35. *num.* 12. *& quæſt.* 26. *num.* 2. & quid ſi fuerit renunciatum enormiſſimæ læſioni, præter generaliter tradita in materia læſionis, vide in propoſito Aymon. *conſ.* 192. *num.* 9. *& ſeqq.* & Cephal. *conſil.* 142. *num.* 30. vbi quòd talis renunciatio nihil operatur. Faciunt in propoſito generaliter tradita infrà *quæſt.* 48. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi agitur, an & quando enormiſſimæ læſioni renunciari poſſit, *& in Repert. quæſt. indic. quæſt.* 17. *num.* 12. & Lambertén. *de contractibus gloſſ. finis, num.* 91. Et aduerte etiam in hac materia quoad iuramentum, quòd ſcilicet illud multùm operatur in huiuſmodi renunciatione, prout traditur per Cephalum *conſil.* 146. *num.* 8. vbi de communi. Sed quòd ſtante enormiſſima læſione, renunciatio etiam iurata non valeat, poſt longam diſputationem concluditur ſecundùm magis communem per Cephalum *conſil.* 149. Anchatan. *quæſt.* 35. *part.* 2. vbi de communi & veriori opinione. Lambertén. *de contractib. gloſſ. finis num.* 88.

Quod amplia I. etiam quòd fuerit geminata, vt *ibidem num.* 8. *&* 54.

Amplia II. etiam quòd interuenerit mariti præſentia, vt *ibidem num.* 9. *&* 52.

Amplia III. etiam quòd fuerit renunciatum per viam donationis, *ibidem num* 11. *&* 51.

Amplia IV. etiam quòd renuncians minor iurauerit ſe maiorem, *ibidem num.* 15. *&* 57.

Amplia V. etiam quòd interuenerint conſanguinei, vt dixi infrà *num.* 21. faciunt in propoſito generaliter tradita infrà, *quæſt.* 48. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi an iuramentum operetur ſtante enormiſſima læſione.

Sed dubitatur, an ſtante enormiſſima læſione in 3
huiuſmodi renunciatione iurata ſit neceſſaria abſolutio à iuramento. In quo videas omnes Doctores ſuprà citatos *num.* 1. *& ſeq.* quia credo tangant etiam hunc articulum. Et vide etiam, quæ generaliter dixi de abſolutione à iuramento *in Repertor. quæſt. indic. quæſt.* 40. *num.* 7. *&* 12. Particulariter in propoſito, dicas non eſſe neceſſariam abſolutionem, ſecundùm Socin. ion. *conſ.* 53. *volum.* 1. *& conſ.* 3. *num.* 34. 42. *&* 45. vbi de communi. Idem traditur per Cephalum *conſ.* 142. *num.* 44. *& conſil.* 34. *&* 62. & per Imolam *dicta concluſ.* 32. *lib.* 4. vide Andr. Gayl. *obſeru.* 42 *lib.* 2.

Et quid ſi in renunciatione adeſt clauſula, *Ex cer-* 4
ta ſcientia, vide remiſſiuè Lamberténum *de contractib. gloſſ. finis num.* 91. Dicas quòd talis clauſula nihil operatur

tatur ſecundùm Caſtr.conſil.332. quem refert Firm.in Repertor.verb. Clauſula, Ex certa ſcientia, in reſcriptis num.11. in materia. Adde Pariſ. conſ.20.num.38.96.97. & 98.cart. 39. volum.1. Sed ſi circunſcripta clauſula, Ex certa ſcientia, ſi filia ac mulier renuncians ſciuerit verum valorem patrimonij, tunc non poteſt ampliùs allegare læſionem, ſeu dolum, vt per Cephalum dicto conſ.34. num.21. quia dolus ſcienti non infertur, vt ibidem num.9. Sed hoc declara, vt per eundem Cephal.dicto conſ.34. num.42. & conſil.141.n.26. & num.49.& ſeqq. & conſ.62. num.32. & ſeqq. & n.8. vbi an credatur iſto caſu aſſerenti ſcientiam renunciantis.

5 Quid autem operetur talis renunciatio, ſi eſt facta per viam donationis, videas per Aymon dicto conſil.192. num.9. & ſeqq. Ioan. Anton. Rub.conſil.99. Cephalus conſ.34.num.11. & ſeqq. & num.42. in fin. & conſ.141.num.51.& ſeqq. Imol. concluſ.32. lib.4. in prima limitatione. Cephal. conſ.146.num.9. ſi adeſt læſio, tunc renunciatio etiam facta per viam donationis nihil operatur, vt dixi ſuprà num.2. De quo vide etiam aliquid generaliter infrà quæſt.48.num.10. Si enim renuncians minor eſt, tunc tantò minùs videtur, quòd valeat renunciatio facta per viam donationis, per ea, quæ dixi infrà quæſt.41.num.59.

6 Et quid ſi in huiuſmodi renunciatione fuerit renunciatum reſtitutioni in integrum. Vide Aymon. d.conſ.99.num.9.& ſeqq.

7 Et an huiuſmodi renunciatio de bonis paternis & maternis trahatur ad legitimam. Regulariter enim nunquam per filios cenſetur legitime renunciatum, niſi de ea ſpecificè, & in indiuiduo fuerit dictum. l. ſi quando §.& generaliter C.de inoffic.teſtam. Bald. Angel. & alij in l.de his ff.de tranſact. cum aliis in deciſ. Lucen. 28.num.18.& ſeq.part.1. Roland.conſ.62.num.10.vol.3. Dic ad propoſitam quæſtionem quòd non, etiam quòd renunciatio ſit iurata, niſi ſpecialis de ea ſit facta mentio, & talis quæ oculis corporeis reſpici poſſit, nec ſufficiunt verba æquipollentia, vt latè concluditur per Cardinalem Albanum in conſil. 37. per totum, & magis communem dixit Craſſus in communib. opinionib.lib.1.cap.10. quæſ.3. & 4. tom.2. vbi ampliat etiam quòd renunciauerit cum pacto, quòd nihil aliud quicquam petere poſſit, ſequitur Mynſinger. obſeruat. 36. centur.1. In qua materia vide Tiriꝫæ. de teſtament.coniug.pag.mihi 70.num.1.& ſeqq. Tiraquell. de legib.connub.pag.504.num.159. Nouell.reg.179.in 2. limitatione. omninò Cephal. d.conſ. 34. Boer. deciſ.3. num.7.& 9. Portius conſ.126.num.12. Afflict.deciſ.178. num.3. Socin.iun.conſ.122.num.21.& ſeqq.lib.1. vbi declarat, & faciunt tradita in Repertor.vltimar. voluntat. quæſt.31.num.11. & infrà in fragmentis verſ. Quietatio num.9.inter diuerſa, & ponas hic. Sed notà quòd in ſpecie facta renunciatio legitimæ valet. Roland. conſ.96.num.56.vol.3.

8 Renunciatio, quam facit filia bonis paternis, aut maternis, non facit quin pater, aut mater in teſtamento aliquid ipſi relinquere poſſit, ſecundùm Mynſing.obſeruat.7.centur.2.& per Imol. ſub dicta concl.32. lib.4. pag. mihi 843. verſ. Tenendo hanc vltimam, vbi quòd talis renunciatio non trahitur ad ſucceſſionem ex teſtamento, licèt Cephal. conſil.62.num.1. contrarium dixerit.

9 Renunciatio de bonis maternis non valet, niſi mater fuerit huiuſmodi renunciationi præſens, vide infrà verſ.renunciatio, num.13. & tradit Aymon. conſil. 243.& conſ.42.in fine, vbi videas, & idem Cephal.conſ. 62.num.40.in fine. Gabriel pag.mihi 402. num.33. vide etiam inferiùs, num.29.

10 Renunciatio prædicta non trahitur ad bona emphyteotica, vide Cottam in memorab. pag. mihi 258. Roland.conſil.... Viui.de communib.opin.cart.88. verſic. filij, &c.in paruis.

11 Et an trahatur ad bona feudalia, vide Cott. in memorab.pag.mihi 332. verb.filius. Tiraquell. de retract. pag.59.num.7. vbi quòd non trahatur. Et idem Roland.conſil.53.num.15. volum.3. & conſ.29. num.12. eodem volum. Fallit in feudo tranſmiſſibili ad hæredes extraneos, ad quod generalis renunciatio trahitur, vt in num.17.

12 Et an huiuſmodi renunciatio generalis trahatur ad dotem, ſeu iura dotalia, per Tiriꝫæ. de teſtament. coniug.pag.70.num.1.& ſeqq.

13 Regulariter generalis renunciatio non trahitur ad inuerisimilia. Tiriꝫæ.ibidem dicta pag.70.n.2.

14 Renunciatio facta à muliere propter honeſtatem ſeruandam, dicitur coactè facta, & non valet, vt per Aymon. de antiquit. tempor. pag. mihi 171. num.40. in paruis.

15 Renunciatio facta per filiam hæreditati paternæ ob dotem ſibi traditam cum iuramento, an reuocetur per ſuſceptionem liberorum. Et ſic an nepotes non obſtante matris renunciatione poſſint illi contrauenire, & auo ſuccedere, & quo remedio, habetur per Roland. conſil.11. per totum volum.1. vel 2. & quòd renunciatio filiæ non noceat nepotibus, traditur etiam per Imol. dicta concluſ.32. lib.4. Cephal. conſil. 103.num.6.volum.1. Grammat.deciſ.57. num.11. Corn. conſ.258.num.1. volum.4. & communem dixit Craſſus lib.1.cap.10.quæſ.5. tom.2.commun.opin. quod intellige, ſi mater decedat ante illum, cuius hæreditati renunciauit, ſecùs ſi poſt illius obitum ipſa etiam moriatur, quia tunc matris renunciatio nocet quoque ſuis filiis, & hæredibus, vt ibi per eum.

16 Renunciatio prædicta quamuis iurata, non excludit renunciantem à lucro, quod ei defertur in pœnam tranſeuntis ad ſecunda vota. Roland. conſil.95. num.34.& ſeqq.vol.1.

17 Renunciatio facta per filiam bonis paternis, aut maternis, non excludit illam ab hæreditate ſororis, vel fratris, etiam quòd eorum hæreditas conſiſtat in bonis paternis, aut maternis, quibus fuit renunciatum, vt per Rolandum dicto conſil.95.num.34.& ſeqq. volum. 1. & hæc eſt communis, & aliàs in conſilio Neapolitano ſeruata opinio, vt per Craſſum ibidem lib.1.cap.10.quæſ.1. tom.2.commun.opin. & per Imolam ſub dicta concluſ.32.lib.4.

18 Renunciatio filiæ, &c. an & quando præſumatur metu facta, dixi ſuprà quæſt.22 ſub num.23.

19 Renunciatio prædicta ſi eſt geminata, multùm operatur, vt per Cephalum conſil.142.n.8. & num.54. & ſeqq. vbi declarat id non procedere, quando adeſt enormiſſima læſio, vt dixi ſuprà num. 2. Ad quod videas generaliter tradita in materia renunciationis, videlicet infrà verſ.Geminatio, in diſcurſu, & verſ.Renunciatio, num.11.

20 Renunciatio facta per filiam patri ob dotem receptam nihil valet, quando dos non eſt de bonis patris, ſed alterius, quæ eidem filiæ debeatur, vt per Cephalum conſil. 142. num. 24. & idem ſi renunciaſſet hæreditati maternæ, & nullam habuerit dotem à matre, vt ibidem per Cephalum. Et idem ſi fuiſſet dotata de bonis ſuis propriis & non patris, vt per Imolam d.concluſ.32.lib.4. inter limitationes. Vide etiam inferiùs num.28.

21 Renunciatio filiæ, &c. in qua interuenerunt conſanguinei, non valet, etiam quòd ſit iurata ſtante enormiſſima læſione, vt ibidem per Imolam.

22 In quo ſcias, quòd ſi in ſimili renunciatione interuenerit maritus, ſi vxor poſtea contraueniat, petendo

puta

puta ſupplementum legitimæ, non tenetur dictus maritus, vt per Cephalum *conſ.*115. *num.*4. *volum.*1. & quòd præſentia mariti nihil operetur ſtante enormiſſima læſione, dixi ſuprà *num.*2.

23 Renunciatio autem facta à filia ingrediente Monaſterium, vel à Monaſterio ipſo, an & quando valeat, & de materia, videas particulariter per Cephal. *conſ.*62. *per totum.*

24 Renunciatio facta in fauorem alicuius, qui moriatur ante renunciantem, tunc renunciatio euaneſcit, neque tranſit ad hæredes; quia renunciationis cauſa ceſſante, ceſſat renunciationis effectus, vt latè per Cephalum *dicto conſil.* 62. & ideò ſi renunciatio eſt facta de hæreditate materna in fauorem fratris, ſi frater moriatur ante matrem, renunciatio euaneſcit, vt per Cephalum *dicto conſil.*62. *num.*41. Pariſ. *conſ.*26. *num.*19. *& ſeqq. volum.*3. *Deciſio Pedemont.*98. *num.*11. Roland. *conſ.*26. *num.*33. *&* 34. *volum.*3. vbi ampliùs, quòd in dubio renunciatio præſumitur facta in commodum & fauorem fratrum. Decius *conſ.*107. *num.*19. *&* 22. Sed quid ſi ille, in cuius fauorem fuit facta renunciatio, ſtipulatus fuerit non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro ſuis hæredibus, tunc ſecùs videtur dicendum per ea, quæ tradit Pariſ. *dicto conſ.*26. *num.*27. *& ſequen.* 23. *& ſeqq.* 51. *& ſeqq.* Tunc enim etiam quòd moriatur ante renunciantem, vel ante eum, cuius hæreditati fuerit renunciatum, nihilominus renuncians non admittitur. Adde in materia Imol. *dicta concluſ.*32 *lib.*4. *ſub limitatione*, &c. vbi ſimiliter, quòd renunciatio facta contemplatione fratrum maſculorum nihil operatur, ſi illi decedant, vel pater eos exhæredet. Adde Craſſum *lib.* 1. *commun. opin. cap.*10. *quæſt.*2. *tom.*2. vbi quòd renunciatio facta fauore fratrum, ſi frater moriatur ante patrem relicta filia, tunc filia renuncians ab hæreditate paterna non excluditur per neptem iſtam filiam fratris: ſed ſi frater moriatur poſt patrem relicta filia, tunc eſt tali nepti ius acquiſitum, & ideò ſoror renuncians excluditur, vt ibi per eum, in qua materia adde Aymon. *de antiquit. cart.*155. *num.*131. *& ſeqq.* Pariſ. *dicto conſ.*16. *num.*45. *& ſequen.* vbi limita aliis modis, & pulchrè.

25 Renunciatio filiæ minoris ac impuberis, an & quando valeat? Dic quòd non, etiam quòd ſit iurata, vt per Imolam *ſub dicta concluſ.* 32. *lib.* 4. *in limitationib.* Cephal. *dicto conſ.*62. *num.*42. vbi quòd iſto caſu ex capite minoritatis datur in integrum reſtitutio, vide illum.

26 Renunciationis materia eſt odioſa, ideò ſtrictè intelligenda, vt per Cephalum *dicto conſ.*62. *num.*48. *& conſ.*25. *num.*47. *& ſeqq. volum.*1. & ad hoc facient generaliter tradita infrà *inter diuerſa, verſ. Renunciatio ſtrictè interpretanda, num.*10.

27 Renunciatio facta per filiam de bonis paternis propter dotem habitam, regulariter excludit ipſam ab illorum repetitione. Imol. *in dicta concluſ.*32. maximè ſi ſit facta in fauorem fratrum, & ipſo patre conſentiente, vt per Cephalum *conſ.* 146. *num.* 5. *& ſeqq. volum.*1. quòd talis renunciatio regulariter valeat, exornat Roland. *conſ.* 26. *num.* 32. *& ſequentib. volum.*3.

28 Amplia hanc regulam, etiam quòd nullam dotem reuera receperit. Imol. *dicta concluſ.* 32. vide ſuprà *num* 20.

29 Limita, vt talis renunciatio licèt fiat in fauorem fratrum: tamen ad hoc vt valeat, debet fieri patri, & non fratribus, vt *ibidem* per Imol. *in dicta concluſ.*32. vide ſuprà *num.*32.

QVÆSTIO XXV.

Pœna l. ſi quis maior. C. de tranſact. *an & quando locum habeat, & de materia.*

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia* l. ſi quis maior. C. de tranſact.
   l. ſi quis maior, *eſt dura & rigoroſa, & vix in pract. ſeruatur, ibid.*
2. *Pœna* dictæ l. ſi quis maior, *habet locum etiam in venditore*, &c.
   Quid ſi emptor defecit in ſolutione reſidui pretij, ibid.
   Quis priùs adimplere teneatur, emptor, aut venditor, ibid.
3. *Quid ſi in minimo ſit contrauentum.*
4. *Pœna* l. ſi quis maior, &c. *procedit in omni contractu iurato.*
5. *Item tam in reo, quàm in actore.*
6. *Item in hærede contrauenientе.*
7. *& an mora purgari poſſit.*
8. *Quid in vniuerſitate.*
9. *Quid in muliere iurante.*
10. *Quid in ſolo conatu contraueniendi.*
11. *Quid in omittendo.*
12. *Quid in iuramento præſtito per fidem.*
13. *An pœna incurrantur ipſo iure.*
14. *Quid in iuramento præſtito ex poſt facto.*
15. *Quid in contractu inualido.*
16. *Quid ſi adeſt clauſula,* rato manente paſſo.
17. *An fiat compenſatio inobſeruantiæ.*
18. *Quid ſi non adeſt dolus.*
19. *An abſentia excuſet.*
20. *Quid in iuramento inualido.*
21. *Quid in contractu feudi.*
22. *Quid in minore iurante.*
23. *Quid in contractu facto ex neceſſitate.*
24. *Quid in impedito facto iudicis.*
25. *Si non valet tranſactio, an tranſigens poſſit redire ad ius ſuum.*
26. *Quid in iurante ſoluere vſuras.*
27. *Quid in contractu metu facto.*
28. *Quid in contractu ſocietatis.*
29. *Quid de iure Canonico.*

AD materiam huius legis vide Andr. 1
Fach. *controuerſ. forenſ. lib.*1. *cap.*10. *& ſeqq.* Mattheſ. *ſingul.*50. *in addit.* Roland. *conſ.*51. *vol.*2. *& conſ.* 57. *eod. vol.* vel *vol.* 1. vbi etiam quot & quæ requirantur ad hoc, vt dicta lex habeat locum, & quæ faciant ad excuſationem, ne quis incidat in eius pœnam: ſemper recurras ad hæc duo conſilia Rolandi, & præſertim ad *dictum conſ.*57. vbi *num.*46. 47. 49. *&* 54. dixit hanc legem eſſe ita duram; & rigoroſam, vt ferè nunquam in practica admittatur. Faciunt ad hanc materiam ſuprà tradita *quæſt.*3. vbi de non adimplente promiſſa, &c. Et ad materiam vltra alios Doctores ad illam l. videas ibi Cagnol. & Bolognet.

Amplia, vt licèt loquatur in tranſactione, habet 2
locum etiam in venditione: ita quòd non ſoluens pretium in tempore conuento cadit à iure emphyteuſis, & illud dicitur tranſlatum ipſo iure in venditorem. Corn. *conſ.*246. *num.*3. *volum.*3. quod procedit, etiamſi non ſoluatur reſiduum pretij: licèt ibi decidat

Digitized by Google

decidat contrarium ex nonnullis aliis, de quibus per eum. Sed pro hoc vltimo dicto, vide infrà *num. ſeq.* Vide in materia Cephal. *conſil. 43. num. 39. & ſeqq. volum. 1.* vbi quis priùs adimplere teneatur, an emptor, an venditor: pro principali ampliatione huius verſiculi, vide ſuprà *quaeſt. 3. num. 24.*

3 Amplia II. vt prædicta pœna *l. ſi quis maior*, habeat locum etiam quòd in minimo ſit contrauentum, vt per Imolam *ſub concluſ. 10. lib. 1. pag. mihi* 408. *& ſeqq.* faciunt ſuprà tradita *in antecedenti num.* & ſuprà *quaeſt. 3. num. 7. 15. & 28.*

4 Amplia III. & generaliter, vt prædicta lex habeat locum in omni contractu iurato. Roland. *conſil. 31. num. 3. vol. 2.* ad quod vide Caſſad. *deciſ. 2. in tit. de iureiurand.* Imol. *ſub dicta concluſ. 10. lib. 2. pag. mihi* 409. Cephal. *conſ. 192. num. 17.* vbi de communi.

5 Amplia IV. vt prædicta lex habeat locum non ſolùm in actore, ſed etiam in reo. Roland. *dicto conſil. 57. num. 14. & 15. volum. 2.* ſeu 1. ſed contrarium voluit Imol. *in dicta concluſ. 10. lib. 20. pag. mihi* 413.

6 Amplia V. vt prædicta pœna habeat etiam locum in hærede contrauenïente, vt per Imol. *in dicta concluſ. 10. lib. 2.* Ad quod vide Pariſium *conſil. 14. n. 100. vol. 1.* Æmilian. *conſ. 90. num. 20.*

7 Amplia VI. vt nec mota in caſu iſto purgari poſſit, de quo dixi *in alio Revert. iudic. quaeſt. 29. n. 7. & 9.*

8 Amplia VII. vt prædicta lex habeat locum etiam in vniuerſitate, de quo ſuper his omnibus ſeqq. ampliationibus videas Imol. *concluſ. 10. lib. 2 pag. mihi* 408. *& ſeqq.* vide ſuprà *quaeſt. 3. num. 18.* Boccac. *gloſſ. 2. num. 89. & ſeqq.*

9 Amplia VIII. etiam in muliere iurante, ſed diſtingue, vt per Virgilium Boccacium *in conſtitutionib. March. d. gloſſ. 2. num. 87.*

10 Amplia IX. vt ſufficiat ſolus conatus contraueniendi.

11 Amplia X. etiamſi contraueniatur omittendo.

12 Amplia XI. etiam in iuramento præſtito per fidem.

13 Amplia XII. vt pœnæ incurrantur ipſo iure.

14 Amplia XIII. etiam in iuramento præſtito ex poſt facto.

15 Amplia XIV. etiam in contractu inualido, vide infrà *num. 20.*

16 Amplia XV. vt contractus reſcindatur, etiam quòd adſit clauſula, *rato manente pacto*, ad quod faciunt ſuprà tradita *quaeſt. 13. num. 13.*

17 Amplia XVI. vt attendatur prima inobſeruantia: nec fit compenſatio.

18 Limita modò I. vt pœna dictæ legis, *ſi quis maior*, non habeat locum, niſi adſit dolus in contrauenïente. Cephal. *conſ. 24. num. 14.* Caſſador. *titul. de iureiur. deciſ. 2.* Imol. *dicta concluſ. 10. lib. 2. pag. mihi* 413. & magis communem dixit Cephal. *conſil 265. num. 2.* In quo aduertas, quòd eo ipſo quòd actor probat contrauentionem, cenſetur etiam & dolum probaſſe, vt *ibidem* per Cephal. *num. 8. 9. & 13.* & diximus ſuprà *quaeſt. 3. num. 6.* quod quidem ſi verum eſt, deſtruit hanc limitationem, ideò conſidera.

19 Limita II. quia abſentia excuſat à dicta pœna *l. ſi quis maior.*

20 Limita III. in iuramento inualido. Vide ſuprà *n. 15.*

21 Limita IV. in contractu feudi.

22 Limita V. in minore iurante. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ. 1. num. 86.*

23 Limita VI. in contractu facto ex neceſſitate.

24 Limita VII. quando quis eſt impeditus facto iudicis.

25 Limita VIII. quia licèt non valeat tranſactio, tamen poteſt redire ad ius ſuum.

Limita IX. in iurante ſoluere vſuras. 26

Limita X. in contractu metu facto. Super quibus 27 omnibus prædictis limitationibus, vide Imol. *d. concluſ. 10. lib. 2. pag. mihi 413. & ſeqq.*

Et an diſpoſitio *l. ſi quis maior*, habeat locum in 28. contractu ſocietatis, dic quòd ſic, vt per Hect. Felic. *in tract. de ſociet. cap. 29. num. 38.* vide ſuprà *quaeſt. 3. num. 30.*

Et an procedat de iure Canonico: dic etiam quòd 29 ſic, vt per eumdem Hect. Felic. *d. cap. 29. n. 39.*

QVÆSTIO XXVI.

De alienatione rei dotalis.

SVMMARIVM.

1. *Dotis alienatio quando valeat, & generaliter de materia.*
   Requiſita in alienatione rei dotalis, ibid.
2. *Regulariter alienatio rei dotalis facta non valet.*
3. *Quid ſi vir ſolus vendat rem dotalem.*
4. *Quid ſi ſola mulier.*
5. *Quid ſi vxor conſentiat alienationi factæ per virum, & num. 6. & num. 15. verſic. limita primò, & verſ. ſublimita, &c.*
   Quid ſi mulier renunciet iuri hypotheca, d. num. 6.
7. *Quid ſi hypotheca ſit tacita.*
8. *Quid ſi dos vxoris conſentientis aſſecuretur in alijs bonis.*
9. *Quid ſi vir & vxor ſimul vendant, & pretium recipiant.*
10. *Dotalis rès an poſſit ſoluto matrimonio alienari.*
11. *Quid in alienatione iurata.*
12. *Quid de alienatione metu facta.*
13. *Quid ſi vxor proteſtetur ante alienationem.*
    Quid ſi iurat non alienare rem dotalem, ibid.
    Cautela pro vxore, quæ non vult conſentire alienationi rei dotalis, ibid.
14. *Quid ſi alienetur dos putatiua.*
15. *Quid ſi alienetur res dotalis æſtimata.*
16. *Quid ſi dos alienetur pro ſoluendis debitis mariti, puta carcerati, vel incurſis ob aliquod infortunium.*
17. *Quid ſi res alienetur pro neceſſitate victus.*
18. *Quid ſi alienatio vertitur in vtilitatem vxoris.*
19. *Quid ſi dos alienata ceſſit lucro viri ſoluto matrimonio.*
20. *Fideiuſſio pro dote alienata an valeat.*
21. *Tertius poſſeſſor an habeat ius offerendi æſtimationem mulieri repetenti dotem.*
22. *Emptor rei dotalis ſcienter an repetat pretium.*
23. *Dos poteſt alienari, ſi ei data eſt facultas alienandi.*
    Cauſa neceſſitatis, qua dos alienatur, eſt exprimenda in ſpecie, d. num. 17.
24. *Cenſus an poſſit imponi in fundo dotali.*

DOs quando, & quibus caſibus alienari 1 poſſit, & generaliter de materia, præter infrà tacta vide Maſuer. *in practica in titul. de dot. & matrimon. num. 12. cart. mihi* 122. Bald. Nouell. *de dote part. 7. in primo ſpeciali*, vbi ponit regulam negatiuam cum 20. limitationibus. Campeg. *de dot. pag. mihi 113. & ſeqq.* Firman. *in Repertor. verb. Dos alienari, per diſcurſum.* Bart. *in l. quamuis ff. ſolut. matrim.* Rolandin. *in ſumm. in titul. de contract. & eorum diuiſione, ſub rubrica de inutil. contract. ratione rerum, verſ. iam prohibita eſt, & in Commentarijs.* Specul. *in tit. de empt. & vendit. §. 3. verſic. ſed pone,*

pone, & verſ. quid ergo ſi vir. Pariſ. conſ. 80. num. 52. vol. 1. vbi quòd plura requiruntur in alienatione rei dotalis. Diaz regul. 217. & regul. 299. Villalob. in communib. opinionib. lit. B. num. 37. & lit. D. num. 165. & ſeq. Zarzan. opinion. 115. Roland. conſil. 70. num. 1. & ſeqq. volum. 2. pulchrè Pariſ. conſil. 75. volum. 3. vbi multa de reuocatione talis alienationis facienda per vxorem, vel eius hæredes, omninò in tractat. clauſularum pag. mihi 730. & ſeqq. vſque ad 800. in diſcurſu. Riminald. Inſtitut. quibus alien. lic. vel non, in principio num. 1. & plurib. ſequen. Cæpoll. caut. 130. 138. 171. 174. vbi quomodo dotalis fundus poſſit tutè emi.

2 Regula ſit, quòd rei dotalis alienatio nulla eſt: allegationes ponit Cephal. conſ. 51. num. 1. lib. 1.

3 Si ſolus vir rem dotalem vendat, dubium non eſt, quòd mulieri non præiudicat talis venditio vel fundi dotalis, vel rei hypothecatæ pro dote, & de hoc nemo dubitat, quia hoc probant omnes Doctores ſuperiùs allegati.

4 Sed quid ſi ſola vxor vendat rem dotalem, an talis venditio valeat, ſaltem quoad ſui præiudicium? dic quòd nec ſibi præiodicat, ſecundùm Tiraquellum de legib. connubial. gloſſ. 8. num. 106. vbi de communi, licèt contrarium voluerint aliqui ibi per eum relati num 100. pro qua opinione communi adde Cephal. conſ. 51. num. 1. & 3. vol. 1.

5 Sed quid ſi vir vendat rem dotalem, vel pro dote hypothecatam, & vxor tali alienationi conſentiat. Dic quòd nec etiam valet talis conſenſus, & ſibi mulier non præiudicat. Cephal. dicto conſ. 51. num. 2. & 3. volum. 1. latè de materia Pariſ. conſ. 75. volum. 3. vide in ſeq. num. & in num. 15. verſ. limita primò, & verſ. ſublimita, &c.

6 Et particulariter, an valeat renunciatio mulieris iuri hypothecæ ſibi pro dote competenti, vide Rolandum conſ. 70. num. 1. & ſeqq. vol. 2. & faciunt ſuprà tradita in antecedente num.

7 Et quid ſi hypotheca ſit tacita, & non expreſſa, vide Villalob. in communib. opinion. litera D. num. 161. & ſequen. Firman. in Repertorio verb. Dos alienari, num 38.

8 Et quid ſi mulier conſentiendo alienationi rei dotalis, ſeu renunciando ſuæ hypothecæ, faciat ſibi per maritum caueri ſuper aliis ſuis bonis. Vide Roland. conſ. 64. num. 15. vol. 1. & conſ. 86. num. 2. vbi quòd poteſt res dotalis mulieris in aliam permutari, ſiue res cum re, ſiue pecunia cum re, quod intellige, dummodò vxor conſentiat, & id ipſi vtile ſit, aliàs ſecus, vt ibidem num. ... vol. 4.

9 Et quid ſi vxor vendat ſimul cum viro rem dotalem, vel pro dote hypothecatam, amboque pretium recipiant, vel recepiſſe confiteantur: an talis contractus aliquo modo vxori præiudicet in repetitione ſuæ dotis. De hac materia cum ſuis particularibus quæſtionibus, vide Rolandum dicto conſil. 64. lib. 1. Afflict. deciſ. 109. Socin. iun. conſ. 116. num. 14. 12. & ſeq. volum 2. Franc. Marc. deciſ. Delphin. quæſt. 508. num. 16. & 19. Aym. conſil. 91. num. 1. Boër. deciſ. 23. Firman. in Repertorio verſ. Maritus alienare non poteſt, num. 7. Campeg. de dote part. 4. quæſt. 10. pag. mihi 113. Bald. Nouell. part. 7. priuil. 1. ante num. 16. pag mihi 29. Natt. conſ. 551. volum. 3. Tiraquellus de retract. pag. mihi 657. & ſeq. num. 4. & 5. & infrà generaliter tradita de contractib. inter vir. & vxor. quæſt. 30. num. 16. Dic quòd pretium præſumitur totum peruenisse ad maritum, & vxorem tantùm pro forma adhibitam. Deciſ. Pedemont. 140. num. 2. & deciſ. 43. num. 5. Quid è contra de vxore & viro ſimul ementibus, vide infrà quæſt. 30. num. 16.

Et an ſoluto matrimonio dotalis fundus alienari 10
poſſit, vide Socin. conſ. 121. Viſa, circa finem 3. colum. & ſeq. part. 1. Iaſ. in l. 1. num. 9. C. unde vir & vxor: Rip. in rubr. ff. ſolut. matrim.

Et quid ſi rei dotalis alienatio firmetur iuramen- 11
to. Villalob. in commun. opinion. lit. I. num. 129. Roland. conſil. 70. num. 24. volum. 2. Bald. Nouell. de dot. 7. part. 1. ſpeciali in fin. num. 23. pag. mihi 30. Pariſ. conſil. 75. volum. 3. in diſcurſu, vbi pulchrè. Mandell. conſil. 4. num. 30. vbi quòd iuramentum firmat huiuſmodi alienationem. Doctor. in cap. cùm contingat, de iureiur. Riminald. Inſtitut. quib. alienar. lic. in princip. num. 199. & ſeqq. Cephal. conſil. 51. num. 20. volum. 1. vbi ſimiliter, quòd rei dotalis alienatio iuramento firmata valet, & ibi teſtatur de communi. Socin. iun. conſil. 116. num. 11. & ſequen. 2. part. Sed an petita abſolutione à iuramento mulier poſſit huiuſmodi alienationi contrauenire, videas per Imol. concluſ. 32. lib. 4. pag. mihi 838. verſic. & facit. Abb. conſil. 8. lib. 2. vbi quòd poteſt illo caſu peti abſolutio. Sed contrarium tradit Roland. dicto conſil. 70. volum. 2 vbi videas. Vide Alciat. in cap. cùm contingat, de iureiuran num. 7. 10. & 60. vbi tenet, quòd iuramentum non validat dotis alienationem, quando mulier remaneret indotata, & non haberet regreſſum ad bona mariti, qui non eſſet ſoluendo. Sed ibidem num. 62. & 129. dicit, quòd Doctores ibi communiter tenent contrarium, vt videre eſt apud eum.

Et quando alienatio facta per vxorem, ſiue con- 12
ſenſus præſtitus per vxorem tali alienationi dicatur, ſeu præſumatur extortus per maritum ex reuerentiali metu, præter generaliter tradita ſuprà in materia metus quæſt. 12. vidé particulariter Villalob. in communib. opinionib. lit. M. n. 87. Sed vide in dicta quæſtione 12. vbi eſt locus ſuus.

Et qua cautela vti debeat vxor, quæ non vult con- 13
ſentire alienationi ſuorum bonorum dotalium, videas per Diaz regul. 479. Æmilian. conſil. 2. num. 10. & ſeqq. vbi pulchrè de alia proteſtatione, quam facit vxor ante alienationem, quòd videlicet ipſa per vim & metum conſentiet alienationi huiuſmodi, & non ſponte: ad quod particulariter faciunt ſuprà generaliter tradita in materia metus, quæſtione 12. num. 47. Cotta in memorab. pag. mihi 454. vbi quòd vxor, quæ iurauit non conſentire alienationi dotis, ſi poſtea conſentiat, poteſt tamen contrauenire. Ad quod particulariter & generaliter faciunt tradita per Imol. concluſ. 17. lib. 4. vbi latè tractat, an & quando actus contra præcedens iuramentum de non faciendo valeat. Sed quòd hæc cautela nihil vxori ſuffragetur, tradit Tirizæ. de teſtament. coniug. cap. 4. lib. 1. pag. 18. & ſequentib. in diſcurſu. vide infrà verſic. Iuramentum, num. 30. & pro cautela, quòd ſcilicet ſecundum iuramentum nihil operetur, adde Simoncellum de decreto lib. 3. tit. 8. num. 169. & ſequentib. vbi num. 197. quid ſi emptor rei dotalis ignorabat illud primum iuramentum, & num. 203. vbi alia ad materiam, ad quam vide etiam Lamberteng. de contractib. gloſſ. fin. quæſt. 21. & 12. num. 46. & ſeqq. vſque ad num. 18. & faciunt ſuprà tradita quæſt. 19. num. 48.

Et an dos putatiua poſſit alienari, & in hoc ha- 14
beat priuilegium dotis, vide Tiraquell. de leg. connub. pag. mihi 559. num. 256. vbi quòd nec poteſt alienari. Faciunt generaliter tradita infrà verſ. Dos putatiua, & verb. Matrimonium putatiuum.

Prædicta omnia procedunt in alienatione rei do- 15
talis, quæ fuit in dotem data inæſtimata: ſed quid ſi

alienetur res in dotem data æſtimata, vide generaliter in hac materia infrà tradita *in ſequenti quæſtione*, vbi agemus, & quando æſtimatio rei dotalis faciat emptionem, & venditionem. Couarru. *practic. quæſt. cap. 28. pag. mihi* 196. *colum.* 2. *& pag.* 197. *colum.* 1. *& pag.* 199. *colum.* 3. Rolandus *conſil.* 92. *per totum, volum.* 2.

Regula ſit, quòd res æſtimata in dotem data tutò poteſt emi & vendi. Roland. *conſ.* 92. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 2. *& conſil.* 86. *num.* 6. 7. *volum.* 4. Ancharan. *quæſt.* 36. *num.* 2. *part.* 1. Ad quod facit, quia dos æſtimata perdit priuilegia dotis, vt per Cremon. *ſing.* 19. & dixi *in ſeq. quæſt. ſub num.* 1.

Limita I. dummodò res æſtimata alienetur de conſenſu vxoris: aliàs ſecus. Ancharanus *dicta quæſt.* 36. *num.* 3 vide ſuprà *num.* 5. & infrà *in hoc eodem num. verſic. ſublimita*, &c. Sed quòd immò, quando æſtimatio facit emptionem, poſſit ſine vxoris conſenſu tutè emi & vendi, tradit Roland. *conſ.* 86. *num.* 6. *&* 7. *volum.* 4.

Limita II. quando maritus eſt ſoluendo, quia ſi non eſt ſoluendo, æſtimatio non facit emptionem & venditionem, & alienatio non valet. Ancharan. *dicta quæſt.* 36. *num.* 4. Couatruuias *pract. quæſt. dicto cap.* 28. *pag.* 199. *num.* 8. vbi quòd iſto caſu vxor poteſt rem alienatam à quocunque vendicare, & faciunt tradita infrà *in ſequenti quæſtione*, vbi agitur, an & quando viro exiſtente non ſoluendo æſtimatio faciat emptionem & venditionem, videlicet *in quæſt* 27. *num.* 23. Adde Rolandum *conſil.* 86. *num.* 14. *volum.* 4. vbi quòd quando mulier non poteſt habere regreſſum contra alia bona mariti, tunc in ſubſidium habet actionem contra tertios etiam poſſeſſores: tametſi dos fuerit data æſtimata.

Limita III. vt prædicta regula procedat, quando æſtimatio rei datæ in dotem facit emptionem & venditionem; tunc enim poteſt alienari, quia non dicitur ampliùs dotalis: ſed ſi æſtimatio non faceret emptionem & venditionem, tunc nec ea poſſet alienari: non aliter ac ſi nulla adeſſet æſtimatio, vt per Riminaldum. *Inſtitut. quibus alienare lic. in princ. num.* 66. *& ſeqq. in diſcurſu.*

Sublimita hanc tertiam limitationem, vt non poſſit alienari à viro ſolo: vnde ſecus conſentiente vxore, quia iſto caſu valet alienatio, etiam quòd æſtimatio non faciat emptionem ſecundùm communem opinionem, quam latè defendit à contrariis Riminald. *dicto num.* 66 *& ſeqq.* ad quod faciunt ſuprà tradita *num* 5. *& num* 15. *verſ. limita primò.*

16 Et quid de muliere alienante, ſeu hypothecante res dotales pro mariti ex carceratione? Dic quòd talis alienatio valet, vt per Cephalum *dicto conſil.* 51. *num.* 11. *volum.* 1. Cæpoll. *conſil ciuili* 27 quem videas. Duenna *regul.* 12. vbi an vxor poſſit obligare dotem ſuam pro ſolutione debitorum mariti. Et quid ſi debita ſint contracta ob aliquod infortunium. Vide Cephalum *dicto conſil.* 51. *num.* 10. & generaliter, an mulier poſſit fideiubere in contractu per virum celebrato, ponit Franc. Marc. *deciſ.* 508. *in diſcurſu*, & faciunt ſuprà poſita generaliter tradita in materia mulieris fideiubentis, infrà *verſic. mulier*, &c. *in fragmentis*, &c. Dic quòd ſic, vt per Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinion. lib.* 1. *concluſ.* 1. *verſic. fallit* 11. Adde quòd pro redemptione mariti captiui vxor poteſt ſe obligare. Bald. *conſil.* 5. quod extenditur etiam pro redemptione mariti carcerati, vel in alia ſeruitute poſiti. Simoncell. *de decreto lib* 3. *titul* 8. *num.* 75. *&* 78. vide Surd. *deciſ.* 86. vbi de vxore alienante dotem pro liberando maritum ex carceribus.

Et quid ſi alienatio dotis fiat ex neceſſitate victus? Dic quòd valet, ſecundùm Cephalum *dicto conſil.* 51. *num.* 21. *volum.* 1. Sed quando dos alienatur ex cauſa neceſſitatis, debet exprimi quæ ſit iſta cauſa neceſſitatis in ſpecie, & non ſub volucro verborum: aliàs alienatio non valet, vt per Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 171. *num.* 10. &c. 17

Et quid de alienatione rei dotalis, quæ vertitur in vtilitatem vxoris? Dic quòd valet ſecundùm Mandell. *conſ.* 97. *num.* 17. vbi ampliùs quòd etiam ipſa inuita res dotalis iſto caſu alienari poteſt. Tiraquellus *de legib. connub gloſſ.* 8. *num.* 73. 18

Dotis alienatio facta per maritum valet, ſi ſoluto matrimonio eius lucro ceſſerit. Tiraq. *de leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 103. 19

An autem fideiuſſor de euictione dotis alienatæ ſit obligatus, quando alienatio rei dotalis eſt nulla. Vide Cæpollam *cons.* 131. ad quod faciunt infrà generaliter tradita *verſic. Fideiuſſio non valet*, &c. *num.* 5. Campeg. *de dot. part.* 4. *quæſt.* 23. vbi quòd nec tenentur fideiuſſores de euictione, ſi alienatio cantet in perſona vxoris: ſecùs ſi in perſona viri. Et idem traditur per Zarzan. *commun. opinion. opinione* 113. qui tamen loquuntur in alienatione facta à muliere ſine iuramento. Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 5. vbi quòd tenet fideiuſſio in alienatione fundi dotalis facta per virum. 20

Et an, & quando mulieri agenti contra tertium poſſeſſorem pro recuperatione ſuæ dotis alienatæ offerri poſſit eius æſtimatio, dixi *in alio Repertor. iudic. quæſt. in materia iuris offerendi*, & faciunt tradita *in ſequen. quæſt. de æſtimat. dotis*, &c. vbi agetur, quando ſit reſtituenda res, vel pretium. 21

Et quòd emptor ſcienter emens rem dotalem, non poſſit in caſu euictionis pretium repetere, tradit Zarzan. *opin.* 115. Sed de hac re latiùs in materia euictionis. 22

Dos poteſt per maritum alienari, quando in eius datione fuit ei conceſſa licentia de vendendo, & alienando in quem voluerit. Iſto enim caſu dicitur data æſtimatio, vt dixi infrà *in ſequen. quæſt. num.* 15. 23

Cenſus non poteſt per maritum imponi ſuper re dotali. *l. lex Iuliana, cum l. ſequen. ff. de fund. dotal.* Intellige de cenſu perpetuo: ſecùs in cenſu conſtituto ad vitam mariti. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.* 16. *num.* 20. *pag.* 103.

QVÆSTIO XXVII.

Æſtimatio rei dotalis an, & quando faciat emptionem & venditionem, ita quòd reſtituenda ſit res, vel pretium.

SVMMARIVM.

1. *Æſtimatio rei dotalis quando emptionem faciat generaliter.*
   & quando ſit reſtituenda res, vel pretium, generaliter, ibid. & particulariter, omnibus ſequentibus numeris.
   Periculum rei æſtimatæ in dotem, in quem tranſeat, ſub eod. num. 1.
   Dos æſtimata amittit priuilegia dotis, ibid.
2. *Tertius poſſeſſor rei dotalis, an habeat ius offerendi æſtimationem, an verò debeat rem ipſam reſtituere.*
3. *In dubio æſtimatio facit emptionem.*
4. *& in dubio reſtituenda æſtimatio, non autem res.*

5. Quid

5. *Quid in acconcio & iocalibus.*
6. *Quid in bonis paraphernalibus.*
7. *Quid in mobilibus.*
& quæ vſu conſumuntur, ibid.
Vel ſe mouentibus, ibid.
8. *Quid in rebus, quæ conſtant numero, pondere, & menſura.*
9. *Quid ſi pretium ſit collatum in arbitrium tertij.*
Quid ſi nullum ſit expreſſum pretium, num. 21.
Quid ſi pretium ſit iniuſtum, num. 22.
10. *Quid ſi pro quantitate promiſſa tradatur in ſolutum ſpecies.*
11. *Quid de re ſimpliciter tradita ſecundo viro, cùm primo viro fuerit certa quantitas promiſſa.*
13. *Quid ſi fuit dictum, quòd reſtituatur res, vel æſtimatio ad electionem mariti.*
14. *Quid ſi res dotales non ſint præſentes.*
Quid in æſtimatione facta ex interuallo, num. 25.
15. *Quid ſi adeſt in inſtrumento, clauſula ad habendum, &c.*
Vel clauſula iure proprio, & in perpetuum, ibid.
Quid ſi adeſt clauſula pro ſe & hæredibus, &c. ibid.
Quid de clauſula pro ſe, & quibus dederit, ibid.
Quid ſi viro fuit data facultas vendendi & alienandi, ibid.
Quid ſi adeſt pactum de retrouendendo, ibid.
16. *Quid ſi ſimpliciter fuit pactum, vt reſtituantur res in dotem datæ.*
17. *Quid ſi fuit promiſſum reſtituere dictam dotem.*
Quid ſi fuit dictum, quam dotem promiſit reſtituere, ibid.
18. *Vel dotem vt ſuprà habitam.*
19. *Quid ſi promittatur reſtituere rem in dotem datam pro eodem pretio.*
20. *Quid ſi dictum, vt reſtituatur res, ſi extiterit, habita ratione augmenti, & diminutionis arbitrio boni viri.*
23. *Quid ſi maritus non erat ſoluendo.*
24. *Quid ſi æſtimatur res minoris ſine tutoris authoritate, & iudicis decreto.*
26. *Quid ſi conſtat expreſſè, vel tacitè de partium voluntate.*
27. *Quid ſi æſtimatio ſit facta ſolùm ad cognoſcendum valorem rei.*

1 ÆSTIMATIO rei dotalis, an, & quando faciat emptionem, & venditionem, quandóve in reſtitutione ſit tradenda res, vel pretium per hæredes mariti, vide Iaſon. *in §. actionum n. 79. & ſeqq. Inſtitut. de actionib.* Tiraquell. *de retract. pag. mihi* 302. *num.* 10. omninò Riminald. *Inſtit. quib. alien. lic. in princip num. 1. & plurib. ſequen. in diſcurſ.* latè Socin. *conſil. 56. Stantibus ſupraſcriptis, lib. 1.* vbi ponuntur multi caſus. Iaſ. *in l. ex conuentione. C. de pact.* Neuiz. *in ſilua. §. diuiti non eſt nubendum, num. 70. & ſeqq. pag. mihi* 72. Alexand. *conſil. 5. per totum.* Socin. iun. *conſ. 141. 1. part.* Pariſ. *conſ. 81. num. 10. 11. 12. & 16. lib. 3. & conſil. 81. num. 31. & ſeq. lib. 2. & conſil. 64. n. 17. 21. & 22. volum. 4.* Roland. *conſil. 92. per totum lib. 2.* vbi habentur plures declaratiooes in materia. Firman. *in Repertorio verb. Æſtimatio num.* 40. vbi remiſſiuè ponit, in quem æſtimatio rei in dotem datæ faciat tranſire periculum, de quo vide etiam per Doctores ſuprà allegatos. Papien. *pag. mihi* 37. *litera DD.* Marcus *conſ.* 84. vbi etiam de æſtimatione monetæ. Roman. *conſ. 313. num. 3.* Socin. *regul. 141. & conſil. 9. volum. penult. verſ. 8. ex illis, &c. & verſ. 12. probatur, &c.* Diaz *reg.* 278. Villalob. *litera E. n. 101. & 158.* Crem. *ſing.* 19. vbi quòd dos æſtimata amittit priuilegia dotis.

Farinacij Repert. de Contractib.

Quando autem agitur contra tertium poſſeſſo- 2
rem rei in dotem datæ æſtimatæ, an iſte tertius poſſeſſor poſſit reſtituere æſtimationem, vel teneatur eam ipſam reſtituere. Dixi in materia iuris offerendi.

Regula ſit, quòd in dubio æſtimatio facit emptio- 3
nem & venditionem. Gloſſ. *in l. ſi inter virum. C. de iur. dotium.* Cynus *in l. 4. C. commodati.* Socin. *conſil. 69. num. 15. lib. 4.* Couarru. *practic. quæſt. cap. 28. num. 1. pag. mihi* 194. Ancharan. *quæſt. 36. num. 1. 2. part.* plures allegat concordantes Roland. *conſil. 64. num. 8. & conſil. 86. num. 6. & in diſcurſu, per tota conſilia volum. 4.* per *l. ſi æſtimata. ff. de iur. doti.*

Ideo in dubio facta æſtimatione eſſe potiùs reſti- 4
tuendam ipſam æſtimationem, quàm rem ipſam, traditur poſt alios proximè allegatos *in antecedenti num.* per Cephalum *conſ. 78. ſub num. 2.* & Roland. *d. conſil. 64. & 86. volum. 4.*

Amplia I. vt idem iuris ſit in acconcio & iocali- 5
bus datis æſtimatis: de quibus idem iudicatur, quòd de dote in eius reſtitutiooe, ſecundùm Pariſium *conſ. 64. num. 17. 21. & 22. lib. 4.*

Et quid de bonis paraphernalibus, an ſint reſti- 6
tuenda ita attrita, prout reperiuntur tempore æſtimationis: an verò debeat æſtimatio & pretium ſolui, videas per Nouell. *reg.* 134. & faciunt, quæ infrà dicentur de bonis paraphernalibus.

Amplia II. vt æſtimatio faciat emptionem & 7
venditionem, non ſolùm in rebus ſtabilibus, ſed etiam in mobilibus, quæ non conſumuntur, vt per Couarruuiam *pract. quæſt. d. cap. 28. pag. 197. colum. 2.* Roland. *conſil. 92. per tot. vol. 2. in diſcurſu*, vbi non ſolùm de bonis mobilibus, verùm etiam de bonis de ſe mouentibus.

Et quid ſi dentur in dotem res, quæ conſtent pon- 8
dere, ounero, & menſura? Dic quòd in illis inducitur a lege tacita quædam æſtimatio, etiam ſine partium expreſſione, vt per Couarruuiam *practic. quæſt. dicto cap. 28. num. 6.* vbi etiam oon æſtimatur iſto caſu res, vel pretium.

Amplia III. vt æſtimatio rei dotalis faciat em- 9
ptionem & venditionem, etiam quòd pretium ſit collatum in arbitrium tertij, vt per Couarr. *practic. quæſt. d. cap. 28. ſub num. 1.* vbi etiam in iſto caſu reſtitui debeat res, vel pretium.

Amplia IV. etiam quando datur ſpecies pro 10
quantitate promiſſa: tunc enim dos non dicitur eſſe in fundo & ſpecie tradita, ſed in quantitate. Ideò eo caſu æſtimatio inducit emptionem. Berous *conſ. 63. num. 5. & ſeqq. volum. 3.* Corneus *conſ. 15. num. 4. & 5. volum. 2.* Natta *conſil. 650. ſeu 651. num. 3. volum. 4.* Couarru. *pract. quæſt. d. cap. 28. num. 1. verſ. Secundò apparet*, vbi etiam an iſto caſu ſit reſtituenda res, vel pretium. Adde pro hoc eodem dicto Decian. *conſil. 42. num. 5. lib. 1.* vbi quòd data in ſolutum ſpecie pro quantitate promiſſa, dos dicitur in quantitate, non in ſpecie, & quantitas venit reſtituenda, non ſpecies, etiam quòd in datione in ſolutum illius ſpeciei non fuerit facta meotio de quantitate promiſſa. Pro hac eadem concluſione videas Rolandum *conſ. 64. & 86. vol. 4. in diſcurſu*, vbi refutatis contrariis latè hanc probat opinionem Socinus iunior *conſ. 141. num. 3. volum. 2.*

Amplia V. etiam quòd dos promittatur ſecundo 11
viro ſimpliciter, & ei aliqua res tradatur, tunc etiam videtur facta æſtimatio, dummodo priori marito fuerit promiſſa dos certæ quantitatis, vt *ibidem* per Couarru. *verſic. Tertiò quod mihi*, vbi etiam an iſto caſu ſit reſtituenda res ipſa, vel potiùs pretium.

12 Amplia V I. vt æſtimatio rei dotalis faciat emptionem & venditionem, etiam quòd apponatur clauſula, quòd dos æſtimatur eodem modo, vt ibidem per Couarru. *pract. quaſt. d. cap.* 28. *num.* 2. vbi etiam an iſto caſu ſit reſtituenda res, vel pretium.

13 Amplia V I I. vt æſtimatio faciat emptionem & venditionem, etiam quòd fuerit pactum ſoluto matrimonio res ipſas, vel earum æſtimationem arbitrio, vel electione mariti reſtituendas eſſe. Couarru. *dicto cap.* 28. *pag.* 196. *num.* 5. vbi etiam iſto caſu, an ſit reſtituenda res, vel pretium.

14 Amplia V I I I. vt æſtimatio faciat emptionem & venditionem, etiam quòd res dotales non ſint præſentes, Couarru. *practic. quaſt. dicto cap.* 28. *pag.* 201. *col.* 3. vbi etiam an iſto caſu ſit reſtituenda res, vel pretium.

15 Amplia I X. vt æſtimatio faciat emptionem & venditionem, quando præſertim in inſtrumento adeſt clauſula, *Ad habendum*, &c. vide omninò Roland. *dicto conſ.* 86. *num.* 4. *&* *num.* 17. *verſ. vltimò non obſtat*, &c. vel quando adeſt clauſula *Iure proprio*, & *in perpetuum*, vel *pactum de retrouendendo*. Berous *conſil.* 63. *num.* 5. *& ſeqq. volum.* 3. Roland. *conſil.* 64. *&* 86. *vol.* 4. *in diſcurſu.* Vbi etiam idem de clauſula, *Pro ſe, ac hæredibus*: ac idem de clauſula, *& quibus dederit.* Vbi enim datur viro in dotem fundus cum poteſtate alienandi, & vendendi, quibus voluerit, tunc dos dicitur data æſtimata, vt per Rolandum *dicto conſ.* 86. *num.* 13. *verſ. quarto accedit*, &c. De hac clauſula *pro ſe & hæredibus*, vide omninò Rolandum *d. conſ.* 86. *num.* 4. 8. 17. *verſic. vltimò non obſtat*, *vol.* 4.

16 Limita modò eamdem concluſionem primò, vt æſtimatio non faciat emptionem & venditionem, quando adeſt pactum, vt res ipſæ ſoluto matrimonio reſtituantur: tunc enim nec emptio inducitur, nec æſtimatio reſtituetur, ſed res. Couarru. *dicto cap.* 28. *pag.* 196. *col.* 1. *in fin.* Cephal. *conſil.* 78. *num.* 2. *volum.* 1.

17 Sublimita I. hanc limitationem non procedere, quando eſſet promiſſum reſtituere dictam dotem: tunc enim non res, ſed pretium reſtitui debet. Bald. *in l quoties in fin. C. de iur. dot.* Socin. *conſil.* 57. *num.* 8. *verſic. pro ho. facit notabilis*, &c. Idem ſi fuit promiſſum reſtituere, & dictum *quam dotem*, &c. *promitto reſtituere*, vt per Roland. *conſil.* 64. *ſub n.* 8. *propè finem volum.* 4.

18 Sublimita I I. quando facta æſtimatione maritus promitteret reſtituere dotem, vt ſuprà habitam: tunc enim ſimiliter non res, ſed pretium erit reſtituendum, vt per Cephalum, quem videas in materia *dicto conſil.* 78. *vol.* 1.

19 Limita I I. videlicet, vt multò magis æſtimatio non faciat emptionem, quando fuit pactum, quòd ſoluto matrimonio reſtituatur dos vxori pro eodem pretio. Couarru. *d. cap* 28. *pag.* 195 *col.* 1. vbi etiam, an iſto caſu ſit reſtituenda res, vel pretium.

20 Limita I I I. vt ſimiliter æſtimatio non faciat emptionem & venditionem, ſi in inſtrumento adeſt pactum, vt res dotales reſtituantur vxori ſoluto matrimonio, ſi extiterint: habita tamen ratione augmenti, & diminutionis arbitrio boni viri. Couarru. *dicto cap.* 28 *pag.* 195. *num.* 4. vbi etiam, an iſto caſu ſit reſtituenda res, an verò pretium.

21 Limita I V. vt æſtimatio non faciat emptionem & venditionem, quando non eſt expreſſum pretium in æſtimatione. Couarru. *pract. quaſt. d. cap.* 28. *pag.* 197. *num.* 7. vbi etiam, an iſto caſu ſit reſtituenda res ipſa, an verò pretium.

22 Limita V. vt æſtimatio non faciat emptionem quando pretium eſt iniuſtum. Anchar. *quaſt.* 36. *num.* 6. *part.* 2. Couarru. *d. cap.* 28. *pag.* 200. *num.* 9. vbi etiam, an iſto caſu ſit reſtituenda res, vel pretium. Roland. *conſil.* 64. *num.* 3. *volum.* 4. vbi tamen *num.* 17. *verſic. non obſtat*, &c. hoc declarat, dummodò iniuſtitia pretij ſit vltra dimidiam partem veri valoris, aliàs ſecùs.

23 Limita V I. vt reſtitutio non faciat emptionem & venditionem, quando maritus non erat ſoluendo. Cephalus *conſ.* 86. *num.* 13. *volum.* 1. Anchatan. *quaſt.* 36. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. Riminald. *Inſtit. quib. alien. lic. in princ. num.* 53. *& ſequen.* Bald. Nouell. *de dot. part.* 8. *priuileg.* 7. Roland. *conſil.* 92. *in diſcurſ. volum.* 2. quem videas in materia. Couarru. *dicto cap.* 28. *pag.* 199. *num.* 8. vbi quòd iſto caſu poteſt vxor à quocunque rem ipſam vendicare. Et idem traditur per Roland. *conſ.* 87. *num.* 14. *&* 15. *verſ.* 2. *reſpondetur*, vide ſuprà *in antecedenti quaſt. num.* 15. *verſ. limita* 2.

24 Limita V I I. quia æſtimatio non facit emptionem & venditionem, quando æſtimatur res minoris ſine tutoris auctoritate & iudicis decreto. Couarru. *d. cap.* 28. *pag.* 200. *num.* 10. vbi etiam, an iſto caſu ſint reſtituendæ res ipſæ, vel pretium.

25 Limita V I I I. quando æſtimatio fieret ex interuallo poſt dotis conſtitutionem & traditionem: quia tunc non facit emptionem & venditionem. Anchar. *quaſt.* 36. *num.* 1 *part.* 2. Couarru. *dicto cap.* 28. *pag.* 201. *col.* 2. vbi etiam, an iſto caſu ſit reſtituenda res, vel pretium.

26 Limita I X. & generaliter, vt æſtimatio non faciat emptionem & venditionem: quando ſic de voluntate partium tacita, vel expreſſa, conſtat ex coniecturis. Anchar. *quaſt.* 36. *num.* 5. 2. *part.* Couarru. *dicto cap.* 28. *pag.* 194. *col.* 4.

27 Limita X. quia æſtimatio dotis non facit emptionem, & venditionem, vbi ſolùm fit ad finem cognoſcendi valorem rei, & videndum an res in futurum ſit deteriorata, necne. Roland. *conſil.* 64. *num.* 2. *volum.* 4. vbi tamen *num.* 17. *verſic.* 2. *reſpondetur*, &c. declarat hoc procedere, dummodo ex pacto veniat reſtituenda eadem ſpecies, non ſecùs.

QVÆSTIO XXVIII.

Bonorum appellatione quæ veniant; quidve ſub mobilium, aut immobilium nomine contineatur; & ad quæ generalis obligatio trahatur.

SVMMARIVM.

1. *Bonorum appellatione quid veniat generaliter.*
2. *An veniant nomina debitorum, & ſeqq.*
   Iura & actiones, ibid.
8. *An veniant bona emphyteotica.*
   An feudalia, ibid.
   An Linellaria, ibid.
   Legatum mobilium quid comprehendat, d. n. 1.
24. *Mobilium appellatione quid veniat.*
25. *An veniant animalia, piſces & ſe mouentia.*
26. *An naues, molendinum, & ſimilia.*
27. *An nomina debitorum, & n.* 28.
   An iura & actiones, ibid.
29. *An cenſus & annui redditus.*
   An credita montis, ibid.
30. *An machinæ bellicæ, & alia inſtrumenta.*
31. *An merces venales.*
   An ea, quæ ſunt communia, ibid.

An

32. *An pecunia.*
33. *An Cornſotti.*
34. *An ſeruitutes.*
35. *An vſusfructus.*
36. *An fructus maximè pendentes.*
37. *An aurum & argentum, vaſa aurea & argentea.*
An zonæ, anuli, & alia pretioſa, ibid.
38. *An ſtatua, an columna.*
39. *An gabella, ſeu pedagium.*
An nomina debitorum, d. num. 28.
40. *Quæ dicuntur mobilia, quæ ſeruari non poſſunt.*
9. *Obligatio generalis quid comprehendat, vbi generaliter.*
10. *Non comprehendit ea, quæ quis veriſimiliter in ſpecie non eſſet obligaturus.*
11. *Item nec ea, ad quæ quis habet affectionem.*
12. *Item nec ſupellectilia, & vtenſilia.*
Item nec ea, quæ ſunt in vſu quotidiano, ibid.
13. *Item nec veſtes.*
14. *Item nec libri.*
15. *Quid ſi quis obligauit omnia bona ſua.*
16. *Quid ſi quis obligans non habebat alia bona.*
17. *Obligatio generalis an comprehendat pecuniam.*
Maximè illam, quæ eſt à creditore mutuata, ibid.
18. *An comprehendat merces, & alia venalia.*
19. *An bona prohibita alienari.*
An fideicommiſſaria, ibid.
20. *An res dotales vxoris.*
21. *An bona futura.*
22. *An feudalia & emphyteotica.*
23. *An bona alteri obligata.*

1 BONORVM appellatione quid veniat generaliter, præter infraſcripta videas per Pariſium *conſil.* 84. *num.* 2. *volum.* 3. & *conſil.* 21. *num.* 61. *cart.* 56. *volum.* 2. & *conſ.* 94. *num.* 12. *vol.* 2. Arius Pinell. *in tract. de bon. matern.* 1. *part. per totam.* Et faciunt generaliter infrà tradita *verſ. Obligatio generalis quid comprehendat, num.* 9. Marzar. *de fideicom. quæſt.* 5. *in fin.* vbi particulariter, quæ veniant in legato mobilium.

2 Bonorum appellatione an veniant nomina debitorum, iura, & actiones, præter infrà tradita *num.* 27. & 28. vide Arium Pinellum *vbi ſuprà.* Cottam *in memorab. pag. mihi* 78. Pariſ. *conſil.* 94. *num.* 1. 3. 6. & 9. *volum.* 1. vbi, an veniant debitorum, de quo etiam per Tiraquellum *de reuocat. donation. pag. mihi* 226. *num.* 7. & 8. vbi omninò videas; generaliter de materia faciunt infrà tradita *quæſt.* 40. *num.* 1. Roland. *conſ.* 1. *num.* 126. & *ſeqq.* & *num.* 13. *volum.* 3. vbi, an veniant iura & actiones. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.* 13. *num.* 4. *vſque ad num.* 8. *pag.* 85. vbi, quòd bonorum appellatione veniunt iura, actiones, & nomina debitorum, vbi etiam idem appellatione rei, de quo vltimo dixi infrà *in fragment. verſic. Rei appellatione, num.* 3. *inter diuerſa.*

3 Regula ſit, quòd bonorum appellatione etiam veniunt iura, & actiones, vt per Ancharanum *quæſt.* 7. *num.* 3. *part.* 2. & nomina debitorum, *conſil. vltim. volum.* 80. *num.* 28.

4 Limita I. quando dictio *bonorum* eſt appoſita alicui verbo poſſeſſiuo: putà ſi ſit dictum, *ſuorum bonorum*, &c. quia tunc non veniunt iura & actiones, nec nomina debitorum, quæ non poſſidentur. Ancharan. *dicta quæſt.* 7. *num.* 6. *in quæſtionib. criminal. quæſt.* 25. *num.* 109. *titul. de delict. & pæn.*

5 Et quid ſi dictum ſit, *bonorum meorum*, &c. vide Tiraquell. *de reuoc. donat. d. pag.* 226. *num.* 8.

6 Limita II. niſi in contrarium appareret de mente

Farinacij Repert. de Contractib.

diſponentis, quòd ſcilicet noluerit comprehendere iura & actiones, &c. Ancharan. *d. quæſt.* 7. *n.* 12.

Limita III. quando dictum eſt, *bona mea ſita in vrbe*, &c. quia tunc iura & actiones, ac nomina debitorum non veniunt appellatione bonorum, quia non dicuntur occupare locum, vt per Tiriſz. *de teſtament. coniug. pag. mihi* 210. *verſ. plus dico.* 7

Bonorum appellatione, an veniant bona emphyteotica, & feudalia præter inferiùs tradita *num.* 22. vide Cottam *in memorab. dicta pag.* 78. & 258. Tiraq. *de retract. pag. mihi* 58. *num.* 3. & *ſeqq.* Cephal. *conſil.* 29. *volum.* 1. & ſuprà tradita per nos *quæſt.* 9. *num.* 6. Vide tandem Tiraquell. *de reuoc. donat. dicta pagina* 226. *num.* 10. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 4. *per totam.* vbi latè diſputat pro & contrà, an dum teſtator inſtituendo hæredem dicit, *in omnibus autem alijs ſuis bonis*, &c. veniant bona emphyteotica, & liuellaria, faciunt infrà tradita *quæſt.* 40. *n.* 3. De bonis feudalibus vide declarantem Rolandum *conſil.* 29. *num.* 8. 13. & *ſeqq.* & *num.* 17. *vol.* 3. 8

Obligatio autem generalis omnium bonorum quid comprehendat, præter generaliter ſuprà tradita *num.* 1. vide Mattheſ. *ſingul.* 136. *in addit.* Petraſ. *ſingul.* 35. omninò Neguſ. *de pignorib. & hypoth. pag. mihi* 6. *num.* 1. & *multis ſeqq.* vbi generaliter & particulariter. Firm. *in Repertorio, verb. Generalis, num.* 47. vbi etiam latè. 9

Obligatio generalis bonorum non comprehendit ea, quæ veriſimiliter in ſpecie non eſſet obligaturus, vt per Imolam *concluſ.* 45. *lib.* 2. vide infrà *n.* 15. & *ſeqq.* 10

Ideò non veniunt ea, ad quæ obligans habet affectionem. Imol. *ſub d. concluſ.* 45. *lib.* 2. vide infrà *num.* 15. & *ſeqq.* vbi declaratur hæc concluſio. 11

Item non veniunt ſupellectilia, atque ea, quæ ſunt in vſu quotidiano, vt per Imolam *in d. quæſt.* 45. *lib.* 2. Nouell. *reg.* 123. vbi videas, vide infrà *n.* 55. & *ſeq.* 12

Item non veniunt veſtes neceſſariæ. Imol. *ſub dicta concluſ.* 43. *lib.* 2. Nouell. *regul* 28. vbi loquitur de veſtimentis Doctorum & ſcholarium. Et ad hoc faciunt, quæ dicentur in alia quæſtione, videlicet, exequutio in quibus bonis fieri poſſit, declara præmiſſa, vt infrà *num.* 15. & *ſeqq.* 13

Item non veniunt libri, vt per Nouell. *d. regul.* 28. & faciunt tradita in alia quæſtione, exequutio in quibus bonis fieri poſſit, declara vt infrà *num.* 15. & *ſeq.* 14

Aduerte tamen ad duo circa ſupraſcripta, & infrà ſcribenda, & generaliter in tota materia, quòd ſi in obligatione generali eſt appoſita dictio *omnium*, puta quòd quis omnia bona ſua obligauerit, tunc veniunt vtenſilia, ſupellectilia, veſtimenta, & alia omnia, quæ in ſpecie veriſimiliter non eſſet obligaturus, vt per Plotum *in l. ſi quando num.* 29. *pag. mihi* 15. *C. vnde vi.* In quo videas Imol. *ſub dicta concluſ.* 45. *lib.* 2. *pag. mihi* 512. & quæ ſuprà tradita ſunt, *quæſt.* 9. de dictione *omnis*, &c. 15

Secundò aduerte, quòd in generali obligatione veniunt ſupellectilia, veſtimenta, & generaliter omnia alia bona, quæ aliàs de iure ſub generali obligatione non venirent, ſub dicta obligatione comprehenduntur, quando obligans non habebat alia bona, quàm illa, vt per Imolam *in prædicta concluſione* 45. *lib.* 2. 16

Obligatio generalis non comprehendit pecuniam, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 45. *lib.* 2. Sed an in generali obligatione veniat eadem pecunia à creditore numerata, vide Couarruuiam *variar. reſolut. pag. mihi* 879. *num.* 2. & Roman. *ſingul.* 611 *in addit.* vide de pecunia infrà *num.* 32. 17

18 Obligatio generalis an comprehendat merces, & alia venalia. Villalob. in commun. opin. lit. O. num. 5. & ſeqq. Imol. ſub dicta concluſ. 45. lib. 2. pag. 509. Couarru. variar. reſolut. pag. 433. num. 1. & ſeqq. præſertim num. 2. vide infrà num. 31.

19 Obligatio generalis an trahatur ad bona prohibita alienari, vide Nouell. reg. 123. Corſett. ſingul. pag. mihi 182. verb. obligatio, vbi quòd quis non præſumitur obligare bona, quæ obligando puniretur. Imol. concluſ. 45. lib. 2. pag. 510. & pag. 511. vbi etiam de bonis fideicommiſſariis. Natta conſ. 474. num. 20. & ſeqq. vol. 2. vbi de rebus prohibitis alienari. An autem prohibitus alienare poſſit hypothecare bona alienari prohibita, poſui in Repertorio quæſtionum vltimarum voluntatum, quæſt. 1. num. 22.

20 Obligatio generalis non comprehendit res dotales vxoris. Imol. ſub dicta concluſ. 45. lib. 2. Natta conſil. 474. num. 20. & ſeqq. vol. 2. vbi vide.

21 Obligario generalis bonurum, an comprehendat bona futura, vide Tiraquell. de reuocan. donat. pag. 352. num. 150. & Couarru. pract. quæſt. pag. 203. à tergo, num. 4.

22 Obligatio generalis, an comprehendat bona feudalia, & emphyteotica, præter ſuperiùs tradita num. 8. vide Imolam dicta concluſ. 45. lib. 2. pag. 510. Tiraquell. de retract. pag. 58. num. 3. & 5. Cephal. conſ. 29. num 12. & per totum conſilium in diſcurſu. Et quomodo bona emphyteotica adiudicentur creditoribus, vide Gratum conſil. 133. num. 9. & 12. vol. 1.

23 Obligatio generalis omnium bonorum non comprehendit bona alteri obligata. Imol. ſub d. concluſ. 45. lib. 2.

24 Mobilium autem appellatione quidnam veniat, vide Titizæ. de teſtament. coniug. pag. mihi 203. & ſeqq. Menoch. de recuper. poſſeſſ. pag. mihi 22. num. 4. & ſeqq. Mobile autem dicitur, quod ſecundùm ſui naturam eſt aptum moueri: immobile verò, quod à loco amoueri non poteſt. Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 13. num. 19. pag. 87.

25 Mobilium appellatione non veniunt animalia, & ſe mouentia. Pariſ. conſ. 67. num. 1. & 2. & conſil. 79. num. 41. & conſ. 96. num. 11. vol. 2. Titizæ. de teſtament. coniug. pag. 203. num. 1. & 3. vbi etiam, quid de piſcibus in ſtagno exiſtentibus, & pag. 203. à tergo in princ. vide ſuper his Ioſeph. Ludouic. in communib. opinion. lib. 1. concluſ. 48. verſ. piſces etiam, & ſeq. faciunt infrà tradita, verſic. fundo vendito, num. 33. inter diuerſa.

26 Mobilium appellatione an veniat nauis, molendinum & ſimilia. Menoch. de recuper. poſſeſſ. pag. mihi 22. num. 41. & ſequen. Titizæ. de teſtament. coniug. pag. 203. num. 2. Noaell. de iur. protimiſ. pag. 124 & ſeq. vbi quòd molendinum ſitum in terra firma habetur loco prædij ruſtici, & ſic inter immobilia connumeratur; ſecùs ſi molendinum ſit in flumine. Et idem per Ioſeph. Ludouic. qui concordantes allegat in concluſ. 48. verſ. de molendinis etiam, & ſeqq. vide Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 8. ſub num. 81. 82. & n. 86. Nauis reputatur res mobilis, ſecundùm Tiraquellum de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 3. num 80. & ſeqq. vbi etiam refert contrarios. Sed Ioſeph Ludouic. in lib. 1. concluſ. 48. verſ. 1. & ſeqq. vſque ad verſiculum de molendinis etiam, dicit huoc articulum irrricatum, & propterea modò numerari inter mobilia, & modò inter immobilia, ſecundùm communem vſum loquendi, & ſecundùm ſubiectam materiam, & ibi ex hoc infert ad plures quæſtiones, de quibus ante eum per Tiraquellum in loco ſuprà citato.

27 Mobilium appellatione an veniant nomina debitorum. Roman. ſingul. 748. Roland. conſ. 65. num. 7. & ſeqq. vol. 1. Pariſ. conſil. 94. num. 2. cart. 161. vol. 2. & ibidem num. 3. 6. & 9. Titizæ. vbi ſuprà pag. 208. num. 5. faciunt ſuprà tradita num. 2. & ſeqq. & infrà in ſeq. num. 28. Regulariter non veniunt, vt in conſil. vltim. volunt. 80. num. 29. hæc quæſtio videtur eadem cum traditis infrà num. 28. Ad eam vide latiſſimè præter omnes Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 13. per totam, pag. 85. & ſeq. alijs.

Mobilium appellatione an veniant iura & actio- 28
nes præter ſuperiùs tradita num. 2. vide Imolam concluſ. 10. lib. 3. Neuiz. conſil. 23. num. 27. Roland. conſil. 1. num. 125. & ſeqq. vol. 3. Ioſeph Ludouic. d. concluſ. 48. verſ. iura & actiones, &c. & verſic. mobilium omnium & quorumcumque, vbi quòd non veniunt chirographa, in quibus ſunt deſcripta, & contenta nomina debitorum, etiam quòd dicatur, Omnium & quorumcumque mobilium, &c. Magis communis eſt opinio, quòd actiones non computentur inter mobilia, nec inter immobilia, ſed quòd conſtituant tertiam ſpeciem ab iis differentem: ſed benè actio reguletur ſecundùm naturam rei, ad quam competit, ſecundùm Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 3. num. 1. & num. 3. vide in materia Rolandum conſil. 54. num. 35. vol. 3. vbi quòd iura & actiones regulariter non veniunt appellatione mobilium & immobilium. Fallit quando eſt adiecta dictio aliqua vniuerſalis, puta omnium, vel quorumcumque, ibidem num. 36. & num. 43. vide ad materiam omninò Redoanum de reb. Eccleſ. rubr. 13. per totam, pag. 85. & ſeqq. & Gayl. obſeruat. 11. lib. 2.

Mobilium, aut immobilium appellatione an ve- 29
niant cenſus, & ſic an cenſus & annui redditus connumerentur inter immobilia. Roman. conſil. 302. Firmian. in Repertor. verb. Annuus redditus, num. 6. latè per Iacobum Venetum in tract. de annua præſtatione in 2. part. quæſt. 39. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. & 6. num. 3. & ſeqq. cart. 61. Foller. in pract. cenſuali pag. 163. num 27. & ſeqq. Pariſ. conſil. 35. num. 13. & 15. cart. 74. & conſil. 86. num. 7. cart. 117. volum. 3. & conſ. 31. num. 8. cart. 37. volum. 4. Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 2. pag. 809. verſic. Secundò hos annuos, &c. Roland. conſil. 54. num. 5. & ſeqq. & num. 28. lib. 2. Titizæ. de teſtament. coniug. pag 210. num. 6. Imol. concluſ. 10. lib. 3. pag. 160. in fine concluſionis. Vbi etiam, an credita montis ſint connumeranda inter immobilia, & concluſ. 11. eod. libr. vbi latè de annuis redditibus. Cephal. conſil. 98. num 5. volum. 1. vbi quòd annui redditus computantur inter immobilia. Menochius de arbitr. quæſt. caſu 233. vbi quòd quando annuus redditus præſtatur de re modico tempore duratura, tunc connumeratur inter mobilia, ad materiam omninò Ioſeph Ludouic. dicta concluſ. 48. verſ. annui redditus, & ſeqq. vbi dat plures fallentias. Gayl. obſeruat. 10. lib. 2. Quòd etiam annui redditus computentur inter immobilia, tradit Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 7. num. 57 multa refert Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 13. per totam, in diſcurſu, pag. 85. & ſeqq. & pag. 103. num. 27. & ſeqq.

Mobilium appellatione an veniant machinæ bel- 30
licæ, & alia inſtrumenta. Titizæ. vbi ſuprà pag. 205. verſic. nam & in ſimili. Ioſeph in communib. opinionib. concluſ. 48. verſ munitiones etiam, & ſeqq.

Mobilium appellatione an veniant merces vena- 31
les, vel ea, quæ ſunt communia. Titizæ. vbi ſuprà pag. 210 à tergo num. 6 Faciunt quæ ſuprà de mercibus venalibus dicta ſunt num. 18.

Mobilium appellatione an veniat pecunia, maxi- 32
mè illa, quæ eſt deſtinata ad emptionem prædiorum? Dic quòd non, ſed immobilium ſecundùm magis communem & veriorem opinionem, quam dicit Ioſeph Ludouic. dicta concluſ. 48. verſic. Ampliatur 3. & ſeqq. pag. 111. vbi refert & reprobat contrarios, qui

pariter

patiter teſtantur de magis communi,& cum Ioſepho tenet & teſtatur etiam de magis communi Simoncell.*de decret.lib.3.tit.8.inſpect.16.num.123.* vide Redoan.*de reb. Eccleſ. rubr.5. num. 15. vſque ad num.26. pag.60.& 61.* vide Gayl.*ſub obſeruat.71.lib.2.* & ad totam hanc materiam vide omninò Redoan. *de reb. Eccleſ.rubr.5.num.9.& omnib.ſeqq.pag.60.& ſeqq* & latiùs *in rubr.15.per totam*,cuius dicta reaſſumas, & diſtinctè ponas *pag. 95. & ſeqq.* vide etiam Cephal. *conſil.20.num.13.*Plot.*in l.ſi quando,num.16. C.vnde vi.* latè Roland.*de lucr.dotal. quæſt.91.* vbi quòd communis opinio eſt,quòd ſic. Corſett.*ſingul.pag. mihi* 187. Diaz *regul.537.*Tirizæ. *vbi ſuprà, pag.205. num.4.* faciunt ſuprà tradita *n.* 17. Ioſeph Ludouic. *concluſ.48. verſ pecunia etiam*,&c.vbi quòd numeratur.

Amplia I.vt legatis mobilibus veniat pecunia, ibi *verſic.hoc tamen procedit,& ſeq.* vbi de communi,licèt alij contrarium dixerint.

Amplia II. vt etiam computetur inter res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,ibi *verſic. Ampliatur 1.* &c.Simoncell.*de decreto lib.3.tit.8.inſpect.16.num.116.* vide Redoanum *rubr. 5. num. 9. & ſeqq. vſque ad 26. pag.60.& 61.*

Amplia III.& in pecunia Eccleſiæ,ibi *verſic.Ampliatur 2.* de hoc vide ſuprà *quæſt.16.num.58.*

Amplia IV. & in pecunia redacta ex venditione prædiorum,ibi *verſ.an autem pecunia*,&c.

Limita in pecunia poſita in banco campſorum, vbi *verſic.Dic etiam*,&c.

33 Mobilium appellatione an veniant Corniſotti? Dic quòd non, niſi ſint domui affixi. Ioſeph Ludou. *d.concluſ.48.verſic.Corniſotti.*

34 Mobilium, aut immobilium appellatione non veniunt ſeruitutes : vide Redoanum *de rebus Eccleſ. rubr.13. num.22. pag.88.* quia ab iis diuerſam conſtituunt ſpeciem. Tiraquell. *de retract. pag. 61. num.1. & 2.*vbi declarat,vide *ibidem pag.62. num.5.* vbi quòd ius paſcendi pecora cenſetur quid immobile. Ioſeph. *d.concluſ.48.verſic. Incorporalia,& ſeqq.*

35 Mobilium appellatione non venit vſusfructus, quia ille inter immobilia computatur, ſecundùm Tiraquellum *de retract.lignag.§.1. gloſſ.7.* quem refert & ſequitur Hieronymus de Monte *quæſt.3. ſub num.45.* Ioſeph *dicta concluſ. 24. verſic. vſusfructus rei immobilis*, &c.

36 Mobilium, ſeu immobilium appellatione an veniant fructus maximè pendentes. Infrà *verſic.Fructus num.4.* & ibi tradita poteris hìc apponere.

37 Mobilium appellatione venit aurum & argentum, zonæ,collariæ, maſſa aurea, vel argentea, vaſa, credentia, ac etiam aliæ res pretioſæ,ſecundùm Ioſeph. Ludouic. *in commun.opinion. lib.1. concluſ.48. in verſic. aurum & argentum,& ſeqq.*

38 Mobilium appellatione veniunt columnæ & ſtatuæ marmoreæ,quæ non ſunt domui affixæ, ſecùs ſi ſint affixæ ibi perpetuò remanſuræ, vt per Ioſephum Ludouicum *dicta concluſ.48. verſic. columnæ etiam, & ſeq.& verſic Statua affixa*,&c. faciunt infrà tradita *in fragment. verſic. Domus appellatione, num. 1. inter diuerſa.*

39 Mobilium appellatione non veniunt fructus paſſagij, vel gabellæ, quia illi inter immobilia computantur. Ioſeph. Ludouic.*dicta concluſ.48.verſ. Fructus gabella.*

40 Mobilium alia ſeruando ſeruari poſſunt: alia verò ſecus. Et quæ ſint mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& quæ è contra, vide Redoan. *de reb. Eccleſ.rubr.5.num 26.& ſeq.pag 61.*Dixi etiam in materia minoris ſuprà *quæſt.14.num.46.*

QVÆSTIO XXIX.

Pactum de retrouendendo, an & quanto tempore præſcribatur, ac de reſtitutione in integrum concedenda aduersùs hanc præſcriptionem,& de materia.

SVMMARIVM.

1. *Pactum de retrouendendo an & quomodo præſcribatur generaliter.*
2. *Quomodo præſcribatur à tertio, ſeu extraneo emptore, ſeu donatario.*
3. *Regulariter præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
4. *Etiamſi ſit dictum,quandocunque.*
   Quid ſi ſit dictum,toties,quoties,d.num.3.
5. *Quid ſi ſit dictum, quandocumque & in perpetuum.*
   Quid ſi ſit dictum, ſemper,quandocunque & in perpetuum,ibid.
6. *Quid in pacto de retrouendendo cenſum.*
   Quid ſi tempus in redimendo eſt à partibus præfinitum.
7. *Quid ſi venditio fuit facta pro modico & tenui pretio, ibid.*
8. *Quid ſi in pacto de retrouendendo adeſt iuramentum.*
9. *An aduersùs hanc præſcriptionem concedatur reſtitutio in integrum.*
10. *Quid in ſtatuto volente rem poſſe redimi quandocunque.*

1 PACTVM de retrouendendo an, & quando, & quomodo præſcribatur? Generaliter de materia præter infraſcripta videas latè per Socinum iuniorem *conſil.145.vol.1.per totum* Cagnol. *in l.2.C. de pact.inter empt. & vendit.* Foller. *in practic. cenſuali pag.mihi* 192. Tiraquell. *de retract.conuention. §.1.gloſſ.2 pag.*808. *& ſequen.* Aymon *conſil.201. n.29.* Petraſ.*ſingul* 18.vbi latè,Mynſing.*obſeruat.16.centur.1.* omninò Couarru. *variar.reſolut. pag. mihi 155. num.1. & ſeqq.*vbi latè.Imol. *concluſ.38.lib.3.*Roland. *conſ 21. volum.2.& conſil.25.eod.volum.* Nouell. *regul.167. in 1. & 2.fallent.*vbi ponit caſum, in quo tale pactum nullo vnquam tempore præſcribitur. Balb. *de præſcript. pag.mihi 139.num.30.& pluribus ſeqq.*aliqua per Lamberten.*de contract.gloſſ.3.ſub num.67.*

2 Pactum de retrouendendo per extraneum emptorem, vel donatarium præſcribitur per ſpatium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. Tiraquell. *de retract lignag.gloſſ.10.§.1.num.11. & de retract.conuentional.§.1.gloſſ.2.num.3.*

3 Pactum de retrouendendo regulariter præſcribitur ſpatio triginta annorum, etiam quòd ſit dictum, *toties quoties*, ita colligitur ex traditis per Socinum iuniorem, Cagnol. Foller. & Tiraq. ſuprà allegatos *num.*1.vbi recurras,& videas omninò.

4 Pactum de retrouendendo quomodo præſcribatur? Dic quòd regulariter præſcribitur ſpatio triginta annorum, etiam quòd dictum ſit, *Quandocunque*, &c.ita colligitur ex traditis per Tiraquellum, Socin. iun.Foller.& Cagnol. ſuprà allegatos *num.*1. vbi videas. Ad quam materiam faciunt in ſimili tradita de proprietate huius verbi, *Quandocunque*,&c. & in propoſito vltra prædictos vide Iacobum Æmilianum *conſ.9.lib.1.*& Imolam *d.concluſ.38.lib.3* omninò *deciſ. Pedem.69.n.12.*& vide Gabr.*commun.opin tit.de præſcr. lib.5.concluſ.6.per totum*, in multis ampliationibus & limitationibus,& Couarru.*vbi ſuprà num.1.*

5 Pactum de retrouendendo qua ratione præſcribatur, ſi ſit dictum, *ſemper, quandocunque, & in perpetuum*, vide latè per Roland. *conſil.* 21. *Credo ſit, in* 2. *vol.* & *conſ.* 25. *eodem volum.* Villalob. *litera P. n.* 9. Nouell. *regul.* 150. vbi quid ſi fuerit dictum, *quandocunque, & in perpetuum*, & omninò *regul.* 153. *in* 2. *fallent.* vbi dicit, quòd tale pactum nunquam præſcribitur, ſi fuerit dictum *ſemper, quandocunque, & in perpetuum*, & hoc propter geminationem horum verborum. Et ita aliàs fuiſſe iudicatum refert. Ad quod vide etiam Cephalum *conſil.* 40. vbi pulchrè, & *conſil.* 43. *num* 11. & *ſeqq. volum.* 1. Roland. *conſ.* 25. *per totum*, *vol.* 2. *deciſ. Pedemont.* 69. *num.* 12. faciunt infrà tradita *verſ. perpetuum, num.* 4. *inter diuerſa.*

6 Pactum de retrouendendo cenſum an, & quanto tempore præſcribatur, vide Folletium *in prædicta practica cenſual. pag. mihi* 192. & Couarruuiam *variar. reſolut. dicta pag.* 155. *n.* 1. & *ſeqq.* & *pag.* 163. *n.* 8. & *ſeqq.*

7 Pactum de retrouendendo an præſcribatur & lapſo tempore per partes ad redimendum præfinito, vide Rolandum *conſil.* 10. *num.* 1. 12. & 13. *Credo ſit, in* 2. *volum.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 217. vbi quòd licèt ſecundùm magis receptam opinionem elapſo tempore præſtituto ad redimendum, non liceat ampliùs rem redimere, tamen hoc fallit, quando in venditione interueniſſet modicitas, ſeu tenuitas pretij. Et ibi etiam declarat, quando iſto caſu pretium dicatur tenue, ſeu modicum.

8 Pactum de retrouendendo, ſi ſit iuratum, an & quando & quomodo præſcribatur, vide de hoc particulariter Rolandum *conſil.* 25. *vol.* 2. *per totum.*

9 Pactum de retrouendendo ſi ſit præſcriptum, vel quia lapſum ſit tempus à partibus præfinitum; vel quia lapſi ſint anni triginta, vt ſuprà *num.* 1. An minori detur reſtitutio in integrum ad redimendum, non obſtante dicta præſcriptione & lapſu temporis, vide in hac materia Foller. *in practic. cenſuali fol. mihi* 195. *num.* 21. Tiraquellus *de retractu pag. mihi* 826. *num.* 54. Balb. *in tract. de præſcript. pag. mihi* 139. *num.* 3. & *pluribus ſequentibus*, vbi ponuntur etiam aliæ limitationes. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 223. & *ſeq. C. de pact. inter empt. & vendit.* Roland. *conſil.* 10. *per tot. vol.* 2. Anchar. Regien. *quæſt.* 59. 1. *part.* vbi de reſtitutione concedenda in hoc pacto hæredi, minori, ſeu infanti. Cephal. *conſil.* 40. *num.* 4. 54. & 61. *vol.* 1. vbi de reſtitutione concedenda vniuerſitati & aliis.

10 Pactum de retrouendendo licèt præſcribatur ſpatio triginta annorum, etiam quòd ſit dictum ſemper, & quandocunque, vt ſuprà dixi *num.* 3. & 4. non tamen id procedit in ſtatuto volente, puta rem poſſe quandocunque redimi. Tunc enim nunquam redimendi poteſtas præſcribitur, præſertim ſtante alio ſtatuto, quòd verba intelligantur ad literam, prout iacent. Hæc Lambertenus *de contractibus gloſſ.* 3. *ſub num.* 67.

QVÆSTIO XXX.

Donatio ante coniuges an, & quando valeat: & quinam alij contractus fieri poſſint inter virum & vxorem, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Donatio inter virum & vxorem quando valeat generaliter.*
2. *Regulariter talis donatio non valet.*
3. *Quid de donatione facta ſponſa de futuro.*
4. *Quid de donatione facta de rebus non dotalibus extantibus liberis primi matrimonij.*
5. *Quid de donatione iurata.*
6. *Quid de donatione inter Iudæos.*
7. *Quid de donatione cauſa mortis.*
8. *An talis donatio morte confirmetur.*
9. *Quid de donatione reciproca.*
10. *Quid de donatione facta coniugi putatiuo.*
11. *Quid ſi non eſt inſinuata.*
12. *Quid de donatione facta per maritum ſenem vxori iuueni.*
Quid in donatione reciproca, d. num. 9.
13. *Quid in donatione remuneratoria.*
14. *Quid ſi eſt collata poſt ſolutum matrimonium.*
15. *In dubio iudicandum pro validitate donationis.*
16. *Contractus omnes regulariter, donatione excepta, ſunt inter coniuges permiſſi, & de materia.*
Quid de vxore emente à viro, vel è contrà, ibid.
Quid de vxore emente ab extraneo, ibid.
Vel viro emente nomine vxoris, & de eius pecunijs, ibid.
Quid de vxore pro viro fideiubente, ibid.
17. *Fructus rei donatæ an vxor lucretur.*
18. *Quid de donatione dotis promiſſæ facta vxori.*
19. *Quid de renunciatione facta ad fauorem vxeris.*

DONATIO inter virum & vxorem, an & quando valeat generaliter, præter infraſcripta vide Romanum *conſ.* 517. *num.* 26. & *ſequen.* Aymon. *conſil.* 245. *num.* 11. Roland. *de lucro dotal. quæſt.* 39. *num* 9. & 26. & *quæſt.* 40. *num.* 13. & *quæſt.* 97. *num.* 11. & *quæſt.* 106. *num.* 7. & *quæſt.* 62. *num.* 9. & *quæſt.* 41. *n.* 5. Cæpoll. *cautel.* 112. *per totam.* Roman. *ſingul.* 820. & 821. Corſett. *ſingul.* 153. *verb. Donatio.* Crem. *ſingul.* 4. Marſil. *ſingul.* 48. 50. & 262. Socin. *regul.* 104. & 105. Duen. *reg.* 211. & 222. Imol. *concluſ.* 1. *lib.* 1. vbi remiſſiuè ponuntur caſus, in quibus valet donatio inter virum & vxorem. Viui. *in communib. opinion. pag. mihi* 41. *verb. Donatio in paruis.* 1

Donatio inter virum & vxorem regulariter facta non valet. Menoch. *de arbitr. quæſt. pag. mihi* 170. *n.* 2. vbi ponit concordantes, & adducit rationem Clar. *de donat. quæſt.* 9. *l.* 3. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Anton. Gomez *tit. de donat. num.* 23. 2

Donatio facta per maritum ſponſæ de futuro, an & quando valeat. Roland. *de lucr. dotal. quæſt.* 12. *num.* 1. Cotta *in memorab. pag. mihi* 231. & particulariter, an valeat donatio facta per maritum vxori, ex titulo dotis, vide infrà *verſ. Dos num.* 5. & ibi tradita ponas hîc, ſi velis. 3

Donatio facta per vxorem marito, de aliis bonis, quàm dotalibus ſtantibus liberis primi matrimonij, an & quando valeat, vide Alexandr. *conſil.* 54. 4

Donatio inter virum & vxorem an iuramento firmetur. Villalob. *lit. D. num.* 127. Roland. *conſil.* 70. *num.* 4. 13. 19. & 32. vbi quòd valet ſecundùm magis communem opinionem, & *conſil.* 8. *num.* 16. *volum.* 1. & *conſil.* 25. *num.* 15. Andreas Gayl. *obſeruat.* 40. *lib.* 2. Couarru. *de teſtament. pag.* 213. *num.* 10. Craſſus *lib.* 1. *commun. opinion. cap.* 8 *quæſ.* 5. *tom.* 2. vbi quòd talis donatio iurata valet, licèt multi ibi per eum relati contrarium dixerint. Et hanc communem etiam ſequitur Rolandus, qui plures allegat concordantes *in conſil.* 76. *num.* 1. *vol.* 4. vide Clar. *de donation quæſt.* 9. Aymon. *conſil.* 229. 2. *colum. verſ. quæ concluſio*, &c. Imola *concluſ.* 1. *lib.* 2. *pag.* 357. & *ſeqq.* vbi in propoſito facit regulam cum ampliatione & limitatione. Cephal. *conſil.* 61. *per totum*, *vol.* 1. Roland. *conſil.* 77. *num.* 1. 2. *vol.* 1. 5

volum.1. & conſil. 93. num. 4. eodem volum. Ancharan. quæſt.12.num.13.2.part. vbi quòd valet, & teſtanir de communi. Et idem Cephal. conſil.194.num.3. volum.2. Tob.Non.conſ.97.num.10.& ſeq. Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont.32.

6 Donatio inter coniuges Iudæos an valeat. Imol. concluſ.1.lib.2.pag.363.

7 Donatio cauſa mortis facta inter virum & vxorem an valeat. Cotta in ſuis memorab. pag. mihi 235. Couarru. de teſtament. pag. mihi 232. num. 2. & ſeqq. Clarus de donationib. quæſt.9. vbi quòd non valet.

8 Donatio inter virum & vxorem an firmetur morte donantis. Vide in hac materia Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont.32. in diſcurſu. Vide etiam Couarruuiam in dicta rubr. de teſtament. dicta pag.232.num.2.& ſeqq. Cott. in memorab. pag. mihi 235. vbi an confirmetur morte ciuili. De hoc vide, quæ dixi in Repertorio criminal quæſt.7.num.17.& ſunt repetita in tit. de delict. quæſt.25. num. 127. & ſeqq. Ad materiam vide etiam Clarum de donat. dicta quæſt.9. Cephal. conſil.61.num.8. & ſeqq.22.& ſeqq. vbi an confirmetur morte donantis, vel donatarij. Placa in epitom. delict. cap.22.num.34. vbi quòd licèt aliquo caſu donatio inter coniuges morte confirmetur. Id tamen non procedit, ſi donatarius affectauerit mortem donantis. Vide Anton. Gomez tit. de donationib. num.13. verſ. Aduertendum tamen, quòd talis donatio, vbi quòd hæc donatio confirmatur morte donantis, & non donatarij, etiam quòd hæreditas non ſit adita: hæc tamen confirmatio non retrotrahitur, niſi quoad fructus, & ad hoc vt morte confirmetur, requiritur traditio rei, vt ibi per Gomez, qui hæc omnia probat.

9 Donatio reciproca & viciſſitudinaria, an & quando valeat inter coniuges. Tiraquell. de reuocan. donat. pag. mihi 331. num.116. vbi quòd licèt inter coniuges valeat reciproca donatio, iſtud tamen fallit, ſi inter eos adeſſet inæqualitas: puta quòd maritus eſſet valde ſenex, & vxor multùm iuuenis, vel è contra. Cephal. conſil.44.num.7.vol.1. vbi quòd donatio reciproca inter coniuges valet. Et quando valeat pactum inter coniuges de inuicem ſuccedendo, videas per Duen. reg.172. Nouell. reg.149. Tirizæ. de teſtament. coniug. pag.30. num.1. & ſeqq. vide etiam in Repertorio vltimar. voluntat. in fragment. verſ. Fideicommiſſum inter fratres, num.13. quia Doctores ibidem allegati loquuntur etiam in propoſito huius quæſtionis. Vide in deciſ. Pedemont.100. num.20. 21. & ſeqq. & num.19. vbi quòd talis donatio eſt valida inter coniuges.

10 Donatio facta coniugi putatiuo an valeat, & an morte confirmetur. Vide Tiraquell. de legib. connubial. pag. mihi 138. num.249. vbi quòd non valet, & idem tradit in pag. 561.num.272.

11 Donatio inter coniuges, quæ aliàs valet, putà quando morte confirmatur, in totum tamen vitiatur, ſi non eſt inſinuata. Roland. conſ.70.num.78.vol.1. Ad quod vide Imol. concluſ.24. lib.5. pag 386. & omninò Clar. de donat. quæſt.17. verſ. Sed hic incidemer, &c. Cephal. conſil.61.num.3.& ſeqq.& num.5.volum.1. Anton. Gomez tit. de donat. num.18. vbi quòd non vitiatur in totum, ſed in eo, quod excedit quingentos ſolidos, licèt aliqui ibi contrarium dixerint, & ita etiam relatis contrariis tenet Lambertén. de contract. gloſſ.3. num.1.5.& 6.

12 Donatio facta per maritum ſenem vxori iuueni valet. Tiraquell. de legib. connubial. pag. mihi 162.n.27. In quo videas Clarum de donat. quæſt.9. vbi etiam de donatione facta per virum ignobilem vxori nobili: quam quidem donationem valere tradit Craſſus in commun. opin. lib.1. cap.8. quæſ.6. tom.2. vbi de communi. Super his duobus, quòd donatio valeat, vide Antonium Gomez tit. de donationib. num.25. verſ. Dubium tamen ſingulare.

13 Donatio inter coniuges remuneratoria valet. Rolandus conſ.5. num. 10. vol.1. in quo videas eundem Rolandum conſ.98.num.44. & ſeq. eod. vol.1. Cephal. conſ.61.num.12.& ſeqq. Menoch. de arbitr. quæſt. pag. mihi 170.num.4. & ſeq. vbi quòd quando bene merita excederentur per rem donatam, tunc talis donatio non valet, & quando res donata dicatur excedere bene merita, vide ibi per eum. Et in propoſito faciunt, quæ dicuntur generaliter in materia donationis remuneratoriæ quæſt. 38. in diſcurſu, præſertim num.11.

14 Donatio inter coniuges non valet, etiam quòd fuerit collata in tempus ſoluti matrimonij. Cephal. conſil.61.num.1.& 2.vol.1.

15 Donatio inter virum & vxorem in dubio quòd valeat iudicari debet. Cephal. conſil. 61. num. 32. volum.1.

16 Adde in materia, quòd donatione excepta, omnes contractus ſunt permiſſi inter virum & vxorem, vt per Tirizæum de teſtament. coniug. pag. mihi 111.num.4. & qui ſint iſti contractus permiſſi inter coniuges, generaliter & particulariter de tota hac materia, vide omninò Franc. Marc. deciſ. Delphin. 508. vbi de vxore emente, an præſumatur emere de pecuniis ſuis, vel viri. Emptio facta ab vxore, præſumitur facta de pecuniis mariti, & marito res empta acquiritur. Deciſ. Pedemont.140. num.4. quod declara pluribus modis, vt ibi num. 8.& ſeqq. faciunt infrà tradita verſic. Vxor num.6. in fragmentis, & vide in hoc particulariter omninò Menochium lib. 3. præſumpt. 125. per totam. vbi ponit coniecturas, quibus probatur rem emptam fuiſſe de pecuniis mariti, licèt contractus nomine vxoris factus ſit. De vxore fideiubente pro viro, ibidem. Sed hoc poſui ſuprà quæſt.26.num.16. Hæc & alia plura ibi videas. Et quid de vxore ſimul cum viro vendentibus rem dotalem, poſui ſuprà quæſt.26.n.9. Vide etiam in materia Tiraquellum de legib. connub. pag. mihi 533. num. 111. & ſequen. & quid de vxore emente à viro, vel è contrà: dic quòd talis contractus non valet, niſi in inſtrumento appareat realis pretij numeratio, quia ſola confeſſio de recepto non ſufficit, vt per Menochium, qui id declarat, quomodo procedat, de arbitr. quæſt. pag. mihi 171. num 3.& 4. & quid de marito, qui emit domum aſſerendo ſe illam emere de pecuniis vxoris, vide ibidem Menoch. dicto num.3.& 4. vbi quòd tali aſſertioni non creditur, & talis contractus præſumitur ſimulatus factus in fraudem, vt valider donationem, quæ de iure eſt prohibita inter coniuges. Maſcard. de probat. concluſ. 446. num.1.2.& 3. vbi loquitur, quando poſſeſſio rei emptæ eſt tradita viro, & declarat hoc non procedere, quando probatur mulierem habere aliunde pecunias, vnde ſic potuiſſet emere. Ad materiam faciunt tradita in alia materia, videlicet, ſolutio & emptio in dubio, de cuius pecuniis facta præſumatur, vbi etiam videas in propoſito, videlicet infrà in fragmentis verſ. Actus num.8. Viro autem, & vxore ſimul ementibus, empta res cuique pro viribus acquiritur, maximè quando ambo ſunt in poſſeſſione. Ita poſt multa concluditur in deciſ. Pedemont.140. per totam. Quid autem è contra de viro & vxore ſimul vendentibus, dixi ſuprà quæſt.26.num.9.

17 Sed quæro, an coniux donatarius in caſu quo donatio inter coniuges non valet, lucretur fructus rei donatæ, vide in hac materia præter infraſcripta Lambertenum vbi infrà, gloſſ. num.229.& ſeq & dic quòd lucratur, vt per dictum Lambertenum de contractib. &c. d. gloſſ.1 num.110.111.112.118. per textum

in

*in l.fructus percipiendo.ff.de vſur. & l. de fructibus ff. de donat.inter vir.& vxor.*quod intellige primò de induſtrialibus,ſecùs de naturalibus, vt *ibidem num.113.& num. 129.& ſeq.* vbi declarat. Secundò Intellige, ſi coniux erat in bona fide, quia puta credebat donationem valere,aliter ſecùs,vt *ibidem num.*124. Sed an in dubio coniux præſumatur eſſe in bona fide,& alia ad hanc materiam,vide tradita ſuprà *quæſt.14.num.40.& quæſt.20.num.79 & in iudic. quæſt.67. num.7. 46.17. & 30.& in crim.quæſt.30.num.13.& ſeqq.& n.36.*

18 Donatio facta per virum vxori de dote promiſſa valet.Romanus *ſingul.*603.

19 Donatio inter virum & vxorem licèt regulariter non valeat, vt ſuprà dictum eſt: id tamen debet intelligi quando coniux coniugi donando patrimonium ſuum diminueret: ſecùs ſi faceret aliquam renunciationem ad fauorem & commodum ipſius coniugis: quia talis renuociatio valet & tenet. Pulchrè infert & declarat Antonius Gomez *tit. de donationib.num.24.per totum*,vbi videas.

QVÆSTIO XXXI.

Emphyteuta alienans rem emphyteoticam ſine domini conſenſu, an & quando cadat à iure ſuo.

SVMMARIVM.

1. *Emphyteotica res quando poſſit alienari ſine domini conſenſu,generaliter.*
2. *Regulariter emphyteota alienans ſine domini conſenſu cadit a iure ſuo.*
3. *Quid ſi alienatio eſt facta ſaluo conſenſu domini, &c.*
4. *Quid ſi in alienatione adeſt pactum de retrouendendo.*
   Quid ſi res alienata recuperetur,ibid.
5. *An poſſit res emphyteotica donari.*
6. *An legari, vbi etiam an de ea poſſit quis teſtari.*
7. *An in vſumfructum dari.*
   An in ea imponi aliqua ſeruitus,ibid.
8. *Quid ſi alienatio eſt nulla,& ſimulata.*
9. *An ex diuturnitate præſumatur conſenſus domini.*
10. *Quanto tempore præſcribatur ius dicendi nullam alienationem propter conſenſum non requiſitum.*
11. *Conſenſus domini ſufficit, quòd habeatur per annum ante alienationem.*
12. *Si pactum ſit,quòd emptor procuret habere conſenſum domini, debet talis conſenſus ſtatim procurari: aliàs ſi eſt in mora,annullatur contractus. præſertim ſi emptor mortuus fuerit ante conſenſum habitum.*
13. *Emphyteota alienans irrequiſito domino, an cadat ipſo iure.*
14. *Quid ſi res non fuerit tradita.*
    Vel fictè tradita per conſtitutum.ibid.
15. *Quid ſi emphyteota habebat licentiam alienandi irrequiſito domino? & per quæ verba hæc licentia tradita cenſeatur,& num 35.*
16. *Quid ſi eſt alienata pro parte tantùm.*
17. *An poſſit diuidi inter fratres emphyteotas.*
18. *An hypothecari.*
19. *An locari.*
    An in aliam emphyteoſim dari,ibid.
20. *An dari in ſolutum.*
21. *An alienari in comprehenſum in inueſtitura.*
23. *An poſſit per tranſactionem alienari,*
    & an per compromiſſum. ibid.
    Quid de hærede alienante,num.22.
24. *An ſit neceſſaria domini declaratio.*
25. *Quid de ruſtico alienante.*
26. *An caducitas commiſſa propter alienationem factam irrequiſito domino noceat etiam filijs emphyteotæ.*
27. *Conductor ad longum tempus an poſſit irrequiſito domino alienare rem conductam.*
28. *Cenſuarius an poſſit irrequiſito domino cenſus alienare rem cenſu oneratam.*
29. *Fructus rei emphyteoticæ nulliter alienatæ an pertineant ad ipſum emphyteotam, vel ad dominum.*
30. *Emphyteoſis an poſſit ſine domini conſenſu permutari.*
32. *Emphyteota fiſci, vel Reipublicæ an poſſit alienare ſine conſenſu,&c.*
33. *Quid in ſimplici promiſſione de alienando.*
34. *Quid in impoſitione cenſus.*
36. *Emphyteota non cadit ob alienationem irrequiſito domino, niſi quatenus dominus voluerit, & declarauerit: aliàs ſecùs.*

AD hanc generalem materiam præter infrà ſcripta videas Cæpollam *cautel.22.* Roman.*ſingul.475. & 518.* Socin.*regul.113.& 434.*Villalob. *in communib. opinionib. litera E. n.67. & ſeqq. & litera P.num.339.* Cott. *in memorab pag.264.* Viui. *in commun. opinion. pag. mihi* 38. & omninò in ſimili tradita *in ſequenti quæſt.* vbi plura alia in materia declarantur præter infraſcripta: quæ licèt loquantur in feudo,poſſunt tamen & ad emphyteoſim trahi, quia valet argumentum de vno ad alium, vt ſuo loco dictum eſt infrà *in fragment. verſic. emphyteota, num.17.* Vide etiam omninò præter infraſcripta Redoanum *de reb. Eccleſ pag.515. & ſeqq. vſque ad pag.524.* cuius dicta extendas, & diſtribuas in infraſcriptis concluſionibus. Vide etiam Clar.*in §.Emphyteoſis,quæſt.13.* 1

Emphyteota regulariter propter alienationem factam ſine domini conſenſu, cadit à iure, &c. videas Clarum *d. quæſt 13. de iure emphyteotico*, vbi concordantes adducit. 2

Emphyteota alienans ſaluo domini conſenſu, an cadat à iure, &c. vide Clarum *d.quæſt.13.vel 14.* Dic quòd talis proteſtatio non valet, & propterea emphyteota non cadit,vt per Rolandum *conſil.7.num 7. & ſeq. volum.3.* latè Tiraquell. *de retract. pag.mihi 44. num.11.& ſeqq. vſque ad num. 32.* vbi præſertim quid ſi ante habitum conſenſum à domino res fuerit tradita? Dic quòd iſto caſu per talem traditionem non transfertur dominium, vt per Roland. *dicto conſil.7. num.2.& ſeqq. volum.3.* & dixi aliquid infrà *quæſt.58. num 28.* Vel quid ſi res fuerit tradita, ſed cum eadem conditione. Et quid ſi non fuit addita clauſula, *Nec alias,nec alio modo*,videas per Calcan.*conſil.31.num.12.* Iaſ.*in l.3.num.242.C.de iur.emphyt* Grammat.*decíſ.49.* Et quid ſi ſit appoſita dicta clauſula, *Nec alias, nec alio modo*,vide Roland.*dicto conſ.51. num.29. volum.2.* Vide in propoſito Cephalum *conſ.118.num.9. & ſeqq.* vbi quòd venditio rei emphyteoticæ facta ſaluo domini conſenſu eſt conditionalis, & propterea domino non conſentiente non cenſetur vendidiſſe, & venditio habetur pro imperfecta, vt ibi per eum. Vide in ſimili infrà *quæſt.58.num.23.* & an alienatio rei emphyteoticæ facta reſeruato domini conſenſu, ſi dominus non conſentiat,habeatur pro infecta, & in ea ante conſenſum prædictum habeat locum pœnitentia,vide *dicta quæſt.58. num.11. & ſeqq.* præſertim *num.30.* Ad materiam vide Cephalum *conſ.133.n.86. & ſeqq.vol.1.* 3

Emphy

4 Emphyteota vendens rem emphyteoticam cum pacto de retrouendendo, an cadat à iure ſuo, ſi in tempore conuento illam redimat, videas per Cagnolum in l.2.num.174.C.de pact. int. empt. & vendit. Guidopap.conſil.192.& generaliter an res alienata incidat in commiſſum ſi recuperetur, tradit Menoch.de recuper.poſſeſſ.pag.mihi 200. num.9. Clarus in §.emphyteoſis, ſub quæſt.13.14.vel ſub quæſt.15. Virgil.Boccac.in conſtit.Marchi.gloſſ 9.num.14.

5 Emphyteotica res an poſſit ſine domini conſenſu donari. Villalob.in communib.opinion.litera E.num.73. Alexand.conſil.187.num.17. volum.2. Cæpoll. conſil.8. col.penult.ad finem. Afflict.deciſ.255. Aymon conſ.112. num.11.Iul.Clar.in §.Emphyteuſis, quæſt.15. Dic quòd ſic, ſecundùm magis communem, de qua teſtatur Redoanus de reb.Eccleſ.rubr.1.§.ſimiliter, num.20. pag.25. Sed vide ibidem num.35.pag.27.& n.36.

6 Emphyteotica res an poſſit ſine domini conſenſu legari, videas per Villalob. dicta litera E. num.73. Clarus in dicto § emphyteoſis, ſub quæſt.13.14.15. & an de ea quis poſſit teſtari, dixi in Repertor.vltim. volunt. quæſt.12.num.7.8.& 9. Redoanus de reb. Eccleſ.rubr.1. §.ſimiliter, num.20.& 35.36.

7 Emphyteotica res an poſſit in vſumfructum dati ſine domini conſenſu.Roman.ſing.626. Cott. in memorab.pag.263.Roland.conſil.59. num.10. & 13. vol.2. vbi etiam, an poſſit in ea imponi aliqua ſeruitus, de quo etiam per Clar.in dicto §.Emphyteoſis, ſub quæſt.18. 19.20.ſeu 21.vide in ſeq.quæſt.num.5. & 6. & dic quòd poteſt ſine conſenſu domini imponi ſeruitus, ſed non ad eius præiudicium, quia finita emphyteoſi ſeruitus euaneſcit, vt per Lambertengum de contractib. gloſſ.1. num.181.& 183. Item poteſt imponi ius vſusfructus. Redoanus de reb.Eccleſ.rubr.16.n.15.pag.102. & n.24. pag.103.vbi pulchrè declarat.

8 Emphyteoticæ rei alienatio nulliter facta an faciat incidere rem illam venditam in commiſſum. Dic quòd non, vt per Simoncell. de decret. lib.2. tit.6. inſpect.3.num.30.vide Lambertengum de contract.gloſſ. finis, quæſt.47.num.157.& ſeqq. vbi particulariter, quid ſi alienatio eſt nulla ob defectum ſtatutariarum ſolemnitatum. Vide etiam Cottam in memorab.pag.mihi 12.Tiraquellum de legib.connubial.pag.551.num.205.& ſeqq. & de retract pag.39 num.6. & pag.42.num.12. vbi de alienatione rei emphyteoticæ nulliter & ſimulatè facta, & ibidem pag.42. num.16. vbi an credatur contrahentibus dicentibus alienationem fuiſſe ſimulatam. Faciunt generaliter tradita in alia materia, videlicet, nullum quod eſt, an faciat committi pœnam. Et in alia materia. Nullitas an poſſit allegari per eum, qui cauſam nullitati dedit, & infra de feudo, num.27.

9 Emphyteoticæ rei alienatio ſi iam diu facta eſt, an conſenſus domini præſumatur in ea interueniſſe ex temporis diuturnitate, tradit Tiraquell. de legib. connubial.pag.mihi 485.num.41.& ſeqq. Roland.conſ.1. num.24.& ſeqq.vol 2. vbi dicitur, quòd præſumitur ex diuturnitate. Ad idem Lambert. de contractib. gloſſ.7. num.65.& idem Roland.num.127. vbi quòd debet interuenire præſentia & patientia eius, qui conſentire debebat, & num.128. vbi quòd non præſumitur talis conſenſus ex diuturnitate, quando in inueſtitura non apparet de conſenſu. Super quibus duabus limitationibus vide etiam Cephalum idem dicentem in conſil.133.num.126.& ſeqq.volum.1. & faciunt in propoſito generaliter tradita in materia ſolemnitatis extrinſecæ, ſeu intrinſecæ, an & quando præſumatur, videlicet in Repertor.iudic. quæſt. 79. præſertim n.16.& 17. & ſuprà in ſimili tradita de conſenſu proximiorum in contractu mulieris, ſeu minoris præſumpto ex temporis antiquitate quæſt.20. num.5. & quæſt.16. n.1. vbi omninò videas. Vide etiam infrà in ſequenti quæſt. num.10.

Emphyteoticæ rei alienationem ius dicendi nullam ob irrequiſitum domini conſenſum quanto tempore præſcribatur, vide Aymon de antiquit. temp. pag.mihi 128.num.36.faciunt in ſimili infrà tradita de feudo, in ſeq.quæſt.num.18. 10

Emphyteota non cadit à iure ſuo propter rei emphyteoticæ alienationem, ſi habuit domini conſenſum per annum ante talem alienationem. Cephal. conſ.92.num.36.vol.1. 11

Emphyteotica res quando alienatur, ſi pactum fuerit, quòd emptor debeat habere talem conſenſum à domino ſuis ſumptibus, debet illum procurare, & expedire ſtatim quò poteſt, aliter ſi eſt in mora, contractus redditur nullus. Cephal. ſub conſil. 118. vol.1.vbi etiam ponit, quòd ſi ante habitum conſenſum moriatur emptor, ſimiliter annullatur contractus, & alia ad hanc particularem materiam ibi videas. Faciunt in ſimili tradita de alienatione rei Eccleſiaſticæ quæſt.16.num.36. 12

Emphyteota propter alienationem rei emphyteoticæ irrequiſito domino factam, an cadat ipſo iure, videas per Clarum in §.Emphyteoſis, quæſt.13. & 14.Roland.conſ.22 num.43.volum.3. faciunt in ſimili tradita infrà quæſt.33.num.17. Moron.de fide, &c. pag. 45.num.1.& 2. vbi ex hoc an ſit neceſſaria iudicis declaratio. 13

Emphyteota alienans ſine conſenſu domini an cadat à iure ſuo, ſi rem alienatam adhuc non tradiderit. Tiraquell.de retract.pag. mihi 50.num. 40. & pluribus ſequentib. vbi infert, & ponit etiam quid de feudo. Clarus in §.emphyteoſis, ſub quæſt.13. & ſeqq. vbi etiam quid ſi fictè tradiderit. per conſtitutum, quid de ſimplici promiſſione de alienando, vide infrà num.33. 14

Emphyteota alienans non cadit à iure ſuo, ſi à domino licentiam habebat ipſo irrequiſito alienandi. Et per quæ verba licentia talis data cenſeatur, traditur per Clarum in §.Emphyteoſis, ſub dicta quæſt. 13. & ſequentib. vide infrà in ſeq. quæſt. num.9. & infrà num.35. 15

Emphyteotica res ſi pro parte tantùm alienetur ſine domini conſenſu, an cadat in totum. Grammat. deciſ.49.Roland.conſil.17.volum.2.Clar.in §.Emphyteoſis, ſub dicta quæſt.13. Ceph.conſ.139. 16

Emphyteotica res an poſſit ſine domini conſenſu inter hæredes diuidi, ponit Clarus in dicto §.Emphyteoſis, ſub dicta quæſt.13. & ſeqq. Dicas quòd ſi res emphyteotica diuidatur inter fratres emphyteotas, & in inueſtitura comprehenſos, non cadit in commiſſum, etiam quòd non interuenerit domini conſenſus. Cephal.conſ.195.num.19.& ſeqq.vol.1. 17

Limita I. hoc non procedere, quando iſta diuiſio rei emphyteoticæ fieret cum aliquo alio, qui non eſſet emphyteota in inueſtitura non comprehenſo, quia tunc incidit in commiſſum, ſi eſt facta ſine domini conſenſu, vt ibidem per Cephalum conſil.25. & ſeq.

Limita II. quando vltra diuiſionem ille, cui res diuiſa aſſignata fuit, cepit rei diuiſæ poſſeſſionem domino irrequiſito: quia licèt res emphyteotica poſſit ſine domini conſenſu diuidi, non tamen poteſt ſine eius conſenſu accipi realis poſſeſſio, vt ibidem per Cephalum num.28. quòd plures emphyteotæ poſſunt inter ſe ſine domini conſenſu rem emphyteoticam communem diuidere, traditur per Lambertengum de contractib.eorum, &c.gloſſ.1.num.27.vbi plures adducit concordantes teſtantes de communi opinione:

nione: quod intelligas procedere, ſi vnicuique ſua portio emphyteoſis aſſignetur: ſecùs ſi vni tota emphyteoſis, & alteri loco portionis ſuæ pretium ſoluatur, vt *ibidem* per Lambert. *num.* 32. de materia vide aliquid per Simoncellum *de decreto lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 5. vbi remiſſiuè.

18 Emphyteotica res an poſſit ſine domini conſenſu hypothecari. Imol. *concluſ.* 45. *lib.* 2. *pag.* 510. *in fine*, Clarus *in* §. *emphyteoſis, quæſt.* 18. *& ſeqq.*

19 Emphyteotica res an poſſit ſine domini conſenſu locari, vel in aliam emphyteoſim iterum dari. Clarus *ſub d. quæſt.* 18. *& ſeqq.*

20 Emphyteota dans in ſolutum rem emphyteoticam domino irrequiſito, an cadat à iure ſuo, ponit Afflict. *deciſ.* 191.

21 Emphyteotica res an poſſit ſine domini conſenſu alienari in alium emphyteotam comprehenſum in inueſtitura. Cephal. *conſ.* 27. *num.* 5. *& ſeqq. volum.* 1. qui tamen loquitur in feodo. Faciunt ſuprà tradita *ſub num.* 17 & infrà *in fragmentis*, in materia laudemij, an ſolui debeat de huiuſmodi alienatione. Vide Doctores ibi allegatos, quia tangunt conſequenter etiam hanc quæſtionem. Et faciunt quæ in ſimili dicuntur de alienatione feudi *in ſeq. quæſt. num.* 11.

22 Emphyteota hæres alienans ſine domini conſenſu, an cadat à iure ſuo, & ſic an præſumatur ſcire rem fuiſſe emphyteoticam. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. mihi* 183. *num.* 53. *& ſeqq.* faciunt infrà in ſimili tradita *quæſt.* 33. *num.* 12. Roland. *conſ.* 66. *num.* 19. *volum.* 3. vbi quòd non cadit, quia in dubio præſumitur ignorantia.

23 Emphyteotica res an poſſit per tranſactionem alienari ſine domini conſenſu, vide omninò Cephalum *conſil.* 133. *num.* 50. 78. *& ſeqq.* 87. *& ſeqq. volum.* 1. qui licèt loquatur in feudo, eius tamen dicta poſſunt ad emphyteoſim extendi. Vide in ſimili tradita *in Repertor. vltim. volumi. quæſt.* 1. vbi agitur, an prohibitus alienare poſſit tranſigere. Et ſuprà *quæſt.* 20. *num.* 12. vbi de muliere prohibita contrahere ſine certa ſolemnitate, an poſſit tranſigere, vide infrà *in ſeq. quæſt. num.* 7. & an compromittere ſuper re emphyteotica? dic quòd non, vt per Lambertengum *de contractib. gloſſ.* 1. *num.* 359. *&* 360.

24 Emphyteotica res ſi incidit in commiſſum propter alienationem irrequiſito domino, an tunc ſit neceſſaria domini declaratio, & de materia dicetur infra *in fragmentis verſ. emphyteota*, *num.* 18, 19. 20. & ponas hîc, & vide etiam infrà in hac ipſa quæſtione *num.* 26.

25 Emphyteota ruſticus alienans ſine domini conſenſu, an excuſetur propter ruſticitatem. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 194. *num.* 21. faciunt infrà in ſimili tradita, *quæſt.* 33. *num.* 27.

26 Emphyteotica res ſi eſt alienata ſine domini conſenſu, an caducitas propter huiuſmodi alienationem commiſſa tranſeat etiam in præiudicium filiorum alienantis, ſiue illorum, qui in inueſtitura comprehenduntur. Vide Imolam *concluſ.* 12. *lib.* 4. *pag.* 787. *verſ. qui omnes*, &c. *& pag.* 788. *verſ. limita ſi filij*, &c. Cephalus *conſ.* 133. *num.* 48. 57. *& ſeqq.* 66. *& ſeqq.* vide in ſimili tradita de feudo *in ſequen. quæſt. num.* 16. *& quæſt.* 35. *num.* 22. An autem generaliter pater poſſit rem emphyteoticam alienare etiam cum domini conſenſu in præiudicium filiorum, vide infrà *in fragmentis verſ. emphyteoſis an poſſit*. &c. *num.* 3.

27 Conductor ad longum tempus alienans rem locatam ſine domini conſenſu, an cadat à iure ſuo. Viui. *in communib. opinionib. cart.* 58. *verb. emphyteota*, &c. Roland. *conſil.* 51. *num.* 18. *volum.* 2. Aymon *de antiquit. cart.* 559. *al.* 220. *num.* 147. Marſil. *ſingul.* 412. vide in ſimili infrà *quæſt.* 33. *num.* 31. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 524. *num.* 4.

Cenſoarius an poſſit alienare rem cenſoatam ſine conſenſu domini cenſus, vide Capyc. *deciſ.* 103. Bellon. *conſil.* 11. *num.* 7. Bald. de Vbaldis *in practica ſub tit. de caut. & remed. quæſt.* 10. *num.* 3. *pag. mihi* 85. *colum.* 4. Clarum *de iure emphyteot. quæſt.* 1. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 525. *num.* 8. & faciunt, quæ in ſimili tradentur infrà *quæſt.* 33. *num.* 29. vbi agetur, an cadat à iure ſuo propter non ſolutionem cenſus, &c. & infrà *in fragmentis verſ. Cenſualis contractus, in quo differat ab emphyteotico*, &c. Dic, quòd non cadit tam de iure communi, quàm vigore Bullæ Nicolai Papæ V. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 106. *num.* 71. *rubr.* 16. licèt Aretinus ibi relatus contrarium dixerit, & non cadit, etiam quòd pactum ſit in contrarium, quia vigore dictæ Bullæ tale pactum non valet, vt ibi, & idem vigore Bullæ Pij V. vt per eumdem Redoan. *pag.* 108. *colum.* 2. *verſic. quemadmodum nec pactum*, &c. vbi tamen, quòd dominus cenſus in venditione rei cenſuaræ debet præferri: ideò venditor, antequam vendat, debet domino cenſus venditionem cum pactis & conditionibus adiectis denunciare, & expectatur per menſem eius deliberatio, an velit emere. 28

An autem reſoluta emphyteoſi propter alienationem irrequiſito domino fructus ſpectent ad ipſum dominum, vel ad emphyteotam illo medio tempore ante reſtitutionem percepti, vide Tiraquellum *de reuocan. donat. pag. mihi* 710. *in paruis, num.* 221. Placa *in Epitom. delict. cap.* 11. *num.* 5. *pag. mihi* 172. & infrà in ſimili tradita *quæſt.* 33. *num.* 24. & infrà *in verſ. Fructus, num.* 13. & ponas hîc. 29

Et quòd emphyteoſis nec etiam poſſit ſine domini conſenſu permutari, concordantes allegat Lamberten. *de contractib. sor.* &c. *gloſſ.* 1. *num.* 43. 30

Emphyteota fiſci, vel Reipublicæ poteſt ſine domini conſenſu alienare, vt per Iaſonem *in leg. final. num.* 55. *& num.* 62. 32

Emphyteota per ſimplicem promiſſionem de vendendo non cadit à iure ſuo ob non habitum domini conſenſum. Roland. *conſ.* 69. *num.* 15. *& ſeqq. vol.* 3. faciunt etiam ſuprà tradita *num.* 14. 33

Emphyteota etiam ſine conſenſu domini poteſt ſuper re emphyteotica cenſum imponere, quod intellige in ſui præiudicium, non domini. Redoanus *de reb. Eccleſ. rubr.* 16. *num.* 24. *pag.* 103. faciunt in ſimili infrà tradita *de feudo quæſt.* 32. *num.* 29. 34

Emphyteota non cadit ob alienationem irrequiſito domino, quando ita inter contrahentes actum eſt vltrà ſuperius tradita *num.* 15. Vide ad materiam Redoanum *de reb. Eccleſ. pag.* 529. *num.* 6. *& ſeqq.* faciunt generaliter ſuprà tradita *quæſt.* 11. *n.* 12. 35

Emphyteota non cadit ob alienationem factam ſine domini conſenſu, niſi quatenus dominus ipſe voluerit, & declarauerit, & non aliàs. Tiraquellus *de reuocan. donat verb. Reuertatur num.* 10. faciunt in ſimili tradita infrà *quæſt.* 32. *n.* 19. *& quæſt.* 33. *num.* 26. & vide ſuprà *num.* 24. 36

QVÆSTIO XXXII.

De feudi alienatione.

SVMMARIVM.

1. *Feudum quandò, & quomodo alienari poſſit, generaliter.*
Quando poſſit ſine domini conſenſu alienari, ibid. generaliter.

Regula

2. *Regulariter alienatio feudi facta ſine domini conſenſu eſt nulla ipſo iure.*
3. *Sed an poſſit in dotem dari, ſeu pro dote obligari.*
4. *An hypothecari.*
   An in vſumfructum dari, n. 5. & ſub num. 14. in princip. & num. 28. & 29.
6. *An in eo imponi ſeruitus.*
7. *An poſſit deſuper tranſigi, ſeu compromitti.*
8. *Quid de feudo antiquo.*
9. *Quid ſi in inueſtitura eſt data licentia alienandi, & per quæ verba cenſeatur data talis licentia, & num. 14.*
10. *An domini conſenſus præſumatur ex diuturnitate, &c.*
11. *Quid ſi feudum alienetur in agnatum proximiorem.*
12. *Quid ſi dominus requiſitus vt conſentiat, recuſet conſentire.*
13. *Feudum an poſſit ex cauſa neceſſaria alienari.*
14. *An in teſtamento relinqui.*
   Quid de bonis allodialibus, ibid.
15. *Feudum an poſſit alienari inuito vaſallo.*
16. *Feudum alienatum ſine domini conſenſu an reuertatur ad dominum, vel ad agnatos.*
17. *Quid de feudis Pedemontium & Sabaudiæ.*
18. *Ius dicendi nullam alienationem ob irrequiſitum domini conſenſum quanto tempore præſcribatur.*
19. *Feudi alienatio facta ſine domini conſenſu eſt nulla, domino volente & declarante, aliàs ſecùs.*
20. *Fructus nedum percepti, ſed qui percipi potuerunt, ſunt reſtituendi per emptorem feudi ſine domini conſenſu.*
21. *& an tali emptori ſit reſtituendum pretium.*
22. *Feudum an poſſit alienari in præiudicium agnatorum, & an requiratur eorum conſenſus, & de materia.*
23. *An poſſit inter hæredes diuidi ſine domini conſenſu.*
24. *An permutari.*
25. *Feudum pro parte alienatum an cadat in totum.*
26. *Quid in ſimplici promiſſione de alienando.*
27. *Quid ſi alienatio eſt nulla.*
28. *Quid ſi fiat durante vita feudatarij.*
29. *Fructus feudi an poſſint ſine domini conſenſu alienari.*
   An cenſus in feudo imponi, ibid.

1 FEVDVM an, & quando, & quomodo alienari poſſit, præter infraſcripta videas Duennam *regul.* 40. Roland. *conſil.* 2. *num.* 103. *& ſeqq. & num.* 13. *& ſeqq. & num.* 117. *& ſeqq. vſque ad numerum* 127. *& num.* 29. *& ſeqq. & num.* 134. *& ſequentib.* & ferè per totum conſilium in diſcurſu *volum.* 1. Duen. *regul.* 317. *&* 320. Villalob. *in communib. opinionib. litera I. num.* 25. Clarus *in §. feudum. quæſt.* 3. *& ſeqq. vſque ad quæſtionem* 40. latè vltra infraſcripta Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 511. *& ſeq.* cuius dicta extendas, & diſtribuas in ſubſequentibus infraſcriptis concluſionibus.

2 Feudum regulariter alienari non poteſt ſine domini conſenſu, & alienatio ſine huiuſmodi conſenſu facta eſt ipſo iure nulla. Roland. *conſil.* 57. *num.* 5. *& ſeqq. & num.* 22. *vol.* 3. Oſaſc. *conſil.* 64. *num.* 11. *ad medium, verſ. excepto ſolo caſu.*

3 Feudum an poſſit ſine domini conſenſu in dotem dari, vel pro dotis conſtitutione, ſeu reſtitutione obligari, Mynſinger. *obſeruatione* 86. *centur.* 4. Clar. §. *Feudum, quæſt.* 36. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 182. *num.* 66. *& ſequen. pag. mihi* 204. *in magnis.* De iure communi niſi contrarium permittatur in inueſtitura, feudum nec etiam ex cauſa dotis alienari poteſt, vt *in deciſ. Pedemont.* 68. *num.* 21. & in caſu, quo poſſit pro dote vendi, ſeu obligari, id intelligitur, dummodò vendatur & obligetur pro concurrenti quantitate dotis: ſecùs ſi in plus, vt per Ioſeph. Ludouic. *in communib. opin. lib.* 1. *concluſ.* 14. *verſ. infertur* 10. &c. *& verſ. infertur* 29. vbi quòd non poteſt alienari pro dote confeſſata.

4 Feudum an poſſit ſine domini conſenſu hypothecari. Clarus *in dicto §. feudum, ſub quæſt.* 31. *& ſeqq. in diſcurſu.* Cephal. *conſil.* 133. *num.* 99. *cum pluribus ſeqq. volum.* 1.

5 Feudum an poſſit ſine domini conſenſu in vſumfructum dari. Clarus *in §. feudum, ſub quæſt.* 31 *& ſeqq. in diſcurſu.* Tiriz. *de teſtament. coning. pag. mihi* 164. *num.* 1. *& ſeqq. cap.* 6. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag. mihi* 248. *num.* 260. *& ſeqq.* vbi quòd feudum poteſt alienari quoad commoditatem ſolùm. Faciunt in ſimili tradita de alienatione emphyteoſis in antecedenti quæſtione *num.* 7. *& infrà num.* 29.

6 Et an in eo poſſit imponi aliqua ſeruitus, vide *ibidem* per Clarum, & quæ ſuprà in ſimili dicta ſunt de emphyteoſi *in antecedenti quæſt. num.* 7. Dic quòd ſic: ſed non in præiudicium domini. Lamberten. *de contractib. eorum,* &c. *gloſſ.* 1. *num.* 387. *&* 383. Redoanus *de reb. Eccleſ. rubr.* 16. *num.* 17. *pag.* 102.

7 Feudum an poſſit ſine domini conſenſu per compromiſſum alienari, vel per tranſactionem, videas *ibidem* per Clarum, & per Cephal. *conſil.* 133. *num.* 30. 78. *& ſeqq.* 87. *& ſeqq. volum.* 1. & in ſimili ſuprà tradita de alienatione emphyteoſis *in antecedenti quæſtione num.* 23. & quòd non poſſit nec etiam ſuper eo tranſigi ſine domini conſenſu, reprobatis contrariis traditur per Lambertengum *de contractib. eorum,* &c. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 16. *& num.* 19.

8 Feudum antiquum an & quando poſſit alienari ſine domini conſenſu. Cephal. *conſil.* 90. *n.* 15. *& ſeq. volum.* 1.

9 Feudum poteſt ſine domini conſenſu alienari, quando feudatario in inueſtitura data eſt licentia illud alienandi ſine domini conſenſu. Roland. *conſil.* 16. *num.* 15. *volum.* 3. Sed quando, & per quæ verba cenſeatur data iſta licentia, præter in ſimili ſuprà tradita de emphyteoſi in antecedenti quæſtione *num.* 15. vide Roland. *conſil.* 42. *num.* 4. *& ſeqq. volum.* 1. Dicas quòd cenſetur data licentia alienandi feudum, &c. quando in inueſtitura adeſt clauſula illa, *Ad habendum,* &c. vide de hoc *deciſ. Pedemont.* 163. Roland. *conſil.* 55. *num.* 42. *& ſeqq. volum.* 3. licèt aliqui ibi per eum relati *num.* 13. *& ſeqq.* contrarium dixerint. Idem ſi fuit dictum, *& quibus dederit,* vt *ibidem* per Roland. *num.* 35. *& ſeqq.* Idem ſi fuit dictum, *pro ſe & hæredibus quibuſcunque,* vt *ibidem num.* 34. *& ſequen.* Idem ſi fuit dictum, *Ad dandum & alienandum,* vt *ibidem num.* 37. Idem ſi fuerit dictum, *Aut quibus reliquerit,* vt *ibidem num.* 39. Idem ſi fuerit dictum, *vel habituris cauſam ab eo, ibidem num.* 40. Idem ſi fuerit dictum, *Aut cui iura ſua concedere voluerit, ibidem* per Roland. *num.* 41. Vide etiam ſuper his infrà *num.* 14.

10 Et an diuturnitate temporis præſumatur in alienatione feudi domini conſenſum interueniſſe, præter in ſimili ſuprà tradita de emphyteoſi *in antecedenti quæſt. num.* 9. videas per Cephalum *d. conſil.* 133. *num.* 126. *& ſeqq. volum.* 1. & generaliter *in Repert. iud. quæſt.* 79. *num.* 16.

11 Feudum an poſſit ſine domini conſenſu alienari in agnatos proximiores comprehenſos in inueſtitura, ſiue etiam remotiores, videas pulchrè per Cephalum *conſ.* 27. *num.* 5. *& pluribus ſeqq. volum.* 1. *& conſ.* 29.

num.21.eodem volum,1. Tiraquell. de retract. pag. mihi 22.num, 52. vbi diſtinguit. Vide in ſimili tradita de emphyteoſi ſoprà in antecedenti quaſt.num.21.

12 Feudi alienationi requiſitus dominus vt conſentiat,ſi recuſet conſentire,an ad hoc poſſit cogi. Menoch.de arbitr.quaſt.caſu 182.in diſcurſu.

13 Feudum an poſſit alienari ſine domini conſenſu ex cauſa neceſſitatis, & quæ ſint iſtæ cauſæ neceſſitatis. Menoch. de arbitr. quaſt. caſu 182. vbi optimè exemplificat & diſtinguit. Et faciunt in ſimili tradita in Repertorio vltimar. voluntat. quaſt. 1. vbi an prohibitus alienare poſſit alienare ex cauſa neceſſitatis, & quæ in ſimili ſuprà de alienatione dotis tradita ſunt quaſt. 26. feudum de iure communi nec etiam ex cauſa neceſſitatis alienari poteſt. Deciſ. Pedemont.68. num.21. Sed poſito quòd ex forma inueſtituræ concedatur alienatio ex cauſa neceſſitatis, de qua neceſſitate erit intelligendum. Et an particulariter de ea,quam quis incurrit contrahendo debita, vide per totam deciſionem 68. vbi optimè diſtinguit neceſſitatum genera, & deciſ. 167.per totam, & deciſ. 168. num.6. & ſequen. & alienatio debet commenſurari cum neceſſitate: aliàs ſi in plus alienetur feudum, quàm vrgeat neceſſitas, alienatio in nihilo valet. Et non ſufficit dicere in inſtrumento quòd feudum alienetur ex cauſa neceſſitatis, niſi etiam ſpecificetur neceſſitas, ac etiam probetur, vt per Ioſeph. Ludouic. in communib. opinion. lib. 1. concluſ. 14. verſ. infertur 10. & verſ.infertur 14. & verſ. infertur 22. & verſic. infertur 29. vbi quòd non poteſt alienari pro debitis confeſſatis, & verſicul. infertur 33.&c.

14 Feudum in teſtamento relinqui non poteſt, nec eius vſusfructus. Neuiz. conſil. 9. num. 1. & 2. ſuper qua materia vide Clarum in §. feudum quaſt. 40. Roland. conſil.42. in diſcurſu, volum. 1. & conſil. 71. Similiter in diſcurſu, & conſil. 79. volum.2. & conſil. 3. num. 11. & 16. volum. 1. Regulariter de feudis quis teſtari non poteſt, Roland. conſil. 1. num. 12. & ſeqq. volum.3.& conſil. 50, num. 2. & ſeqq. eodem volum. 3. vbi num.4. ampliat, quòd nec etiam pro anima feudatarius teſtari poteſt, & idem tradit idem Roland, dicto conſil.1. num.12. & ſeqq. eodem volum. tertio. Fallit, quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & quibus dederit, quia tunc de eo feudatarius teſtari poteſt, vt per Rolandum conſil. 56. num.16. volum. 3. & conſil. 1. num. 45. & ſequen. eodem volum. 3. vbi idem ſi fuit conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, de quo vltimo, vide eumdem Rolandum conſil. 70. num. 43. eodem volum. 3. & generaliter feudatarius poteſt de feudo teſtari, quando in inueſtitura eſt data expreſſa facultas teſtandi, vt per Rolandum dicto conſil.1.num.49. volum.3. vbi num. 55. dicit quòd de bonis allodialibus quis teſtari poteſt. Faciunt in propoſito huius materiæ ſuprà tradita num.9. & in Repertorio vltimar. voluntat. quaſt. 9. cap.7. num.5. vbi an feudi ſucceſſio tranſeat ad hæredes extraneos. Adde quòd quando quis poteſt de feudo teſtari, poteſt etiam in eo facere ſubſtitutiones & fideicommiſſa. Roland. conſ.10.num.29.& ſeqq.vol.3.

15 Feudum an poſſit alienari inuitis vaſallis. Duen. regul.215. Clarus in §. Feudum, quaſt. 28. Imol. concluſ. 21. lib. 5. Roland, conſil. 1. num. 34 & ſequentib. 81. & omnib. ſequentib. volum. 1. Dic quòd non. Puteus deciſ. 31. lib. 1. latiùs in deciſ. 39. eodem lib. vbi de materia, & declarat & ponit generalem diſtinctionem, quòd dominus non poteſt alienare vaſallos ſine eorum conſenſu ſolos: ſed benè poteſt eos alienare in conſequentiam, & inſimul, alienando ſcilicet feudum, puta Ducatum, vel ciuitatem, & deciſ.40. eod.libro, vbi quid ſi ciuitas eſt allodialis,& non feudalis.

Feudum ſi alienetur ſine domini conſenſu, reuertitur regulariter non ad proximiores agnatos in inueſtitura comprehenſos, ſed ad dominum. Cephal. conſil. 241. num. 15. & ſeq. Declara, niſi fuerit alienatum tacente & ſciente domino, quia tunc ad cognatos deuoluitur, ibidem num. 116. Rolandus conſil.60.num.1. & ſequentib. volum. 3. vbi num.5. dicit hanc eſſe communem opinionem, licèt idem Roland. conſil.57. num.59. & ſequentib. volum.3. videatur contrarium aſſerere. Fallit hæc communis concluſio, quando feudum eſſet antiquum, vel paternum; quia tunc non ad dominos, ſed ad agnatos reuertitur. Roland. dicto conſil.60.num.8.& ſeqq. vbi num.10. teſtatur de magis communi. Ita etiam inter antiquum & nouum feudum diſtinguit idem Roland. conſil. 64. num. 3. volum. 3. vbi de communiori, & æquiori opinione, & ibi reſpondet ad contraria. Niſi tamen agnati conſenſiſſent alienationi feudi, vel quando nulli reperirentur agnati, quia vtroque caſu feudum alienatum ſine domini conſenſu reuertitur ad dominum, etiam quòd ſit antiquum & paternum, vt per Roland. dicto conſ.60. num.11.& n.13. in fine. Faciunt in ſimili tradita in antecedenti quaſt. num.26. 16

Feuda Pedemontium, & Ducis Sabaudiæ, an poſſint alienari ſine domini conſenſu. Menochius de recuperan. poſſeſſ. pag. mihi 164. num. 249. & ſeqq. vſque ad num.258. Tiraquell. de retract. pag. mihi 60. num.11. vbi quòd in certis partibus feuda poſſunt liberè alienari. 17

Feudum alienatum ſine conſenſu domini, numquam præſcribitur ab emptore. Roland. conſil. 57. num.7. volum.3. Sed vide ibidem num. 64. vbi quòd poteſtas reuocandi feudum alienatum ſine domini conſenſu præſcribitur ſpatio triginta annorum, quando feudum alienatur in extraneum; ſi verò alienetur non in penitus extraneum, ſed in agnatum remotiorem, tunc poteſtas iſta reuocandi non competit niſi infra annum à die ſcientiæ, & poſt tale tempus agnatus proximior non poteſt ampliùs reuocare feudum alienatum ſine domini conſenſu, vt ibidem num.67.& ſeqq.& num.76. & ſeqq. Præſcriptio quando currat aduersùs filium, vel agnatum vendicantem feudum in eius præiudicium alienatum, & de materia, latè in deciſ. Pedemont. 174. & 175. Ad hæc faciunt infrà tradita in materia, feudum quando præſcribitur, in fragmentis, & ſuprà in ſimili tradita de emphyteoſi in antecedenti quæſt.num.10. vide in Repertorio iudicial. verſic. Feudum num. 15. inter diuerſa. 18

Feudi alienatio ſine domini conſenſu eſt nulla, domino volente, & declarante, & non aliàs. Vide Tiraquellum, qui plures adducit concordantes, de reuocan. donat. in verb. reuertatur, num.11.& Roland. dicto conſil. 57. num. 9. volum. 3. Cephal. conſil. 455. num.70. & ſeqq. & iſta declaratio debet fieri in vita domini, aliàs caducitas cenſetur remiſſa, ad quod particulariter vide Redoan. de reb. Eccleſ. pag. 532. num.1.& omnibus ſequentib. Rolandus conſil.81. num 6. & 7. volum.3. vbi de communi. Faciunt in ſimili infrà tradita in verſ.emphyteota, num. 19. & infrà quaſt.33. num.26.& ſuprà quaſt.31.num.36. 19

Fructus nedum percepti, ſed percipiendi, debent reſtitui per emptorem feudi nulliter alienati ſine domini conſenſu.Roland.d.conſil.57. num. 24. & alijs ſequentib.vol.3. 20

Sed an ei,qui feudum emit ſine domini conſenſu, debeat reſtitui pretium exburſatum in illius emptione, 21

ptione, quando feudum reſtituit. Rolandus *d. conſ. 57. num. 18. & 19. vol. 3.*

22 Feudum quando poſſit alienari in præiudicium agnatorum, quandóve ab agnatis illud reuocari poſſit. De hac materia vide Cephal. *conſ. 133. per totum, in diſcurſu, volum. 1.* vbi *num. 99. & plurib. ſeqq.* an poſſit in præiudicium agnatorum hypothecari. Vide etiam ad materiam Theſaur. *deciſ. Pedemont. 99.* vbi an feudum alienatum ex cauſa neceſſitatis, & cum debitis ſolemnitatibus poſſit reuocari per agnatos, & recuperari ſaltim per viam reſtitutionis in integrum oblato pretio emptori, pro quo fuit venditum. Vide etiam ad materiam Clarum *in §. feudum quæſt. 41. & 42.* Neuiz. *conſil. 10. num. 4. & ſeqq.* Dicas quòd poteſt feudum alienatum reuocari per agnatos, etiam quòd alienationi conſenſerint, vt per Rolandum *conſil. 57. num. 28. volum. 3.* licèt aliqui ibi per eum relati *num. 11. & 12.* contrarium dixerint. Sed an talis alienatio feudi valeat ſaltem in vita alienantis, vide Rolandum *dicto conſil. 57. num. 61. & ſeqq. & num. 65. volum. 1.* Cephal. *dicto conſil. 133. in diſcurſu, & num. 48. 57. & ſeqq. 66. & pluribus ſequentib. volum. 1.* Roland. *conſil. 60. num. 12. volum. 3.* vbi quòd ſecundùm communem talis alienatio nec etiam valet in vita alienantis. Et an in alienatione feudi ſit requirendus conſenſus, & licentia agnati comprehenſi in inueſtitura, vide Cephalum *dicto conſil. 133. per totum, in diſcurſu*, vbi an ſufficiat directi domini conſenſus ad præiudicandum agnatis. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 182. num. 15. & ſeqq.* & dicas quòd regulariter feudum alienari non poteſt ſine conſenſu agnatorum in eorum præiudicium. Roland. *conſ. 55. num. 12. volum. 3.* Fallit in feudo merè hæreditario, quod poteſt ſine agnatorum conſenſu alienari, *ibidem* per Roland. *num. 12. & conſil. 44. num. 8. & ſeqq. volum. 3.* vbi ampliat, etiam quòd filius in inueſtitura comprehenſus ſit hæres cum beneficio inuentarij: ſecùs in feudo ex pacto & prouidentia, cuius alienationi poteſt idem hæres cum beneficio inuentarij contrauenire, vt *ibidem num. 9.* Sed ad hoc de inuentario vide ſuprà in alia additione in margine ſub hoc eodem *num. 22.* Fallit ſecundò quando in contrarium adeſſet conſuetudo *ibidem num. 16. & ſeqq. & num. 25. & ſeqq.* vbi ſublimitat. Fallit tertiò quando in inueſtitura fuit data licentia alienandi; quia tunc poterit feudum alienari ſine agnatorum conſenſu, vt *ibidem* per Roland. *dicto conſil. 55. num. 31. & ſeqq & num. 28. & ſequen. & num. 54. & ſeq. volum. 3.* Sed quando & per quæ verba cenſeatur data talis licentia, dixi ſuprà *num. 9. & 14.* & in materia huius alienationis factæ in præiudicium agnatorum, quanto tempore emptor contra dictos agnatos præſcribat, dixi ſuprà *num. 18.* Ad hanc materiam faciunt in ſimili ſuprà tradita de emphyteoſi *in fragmentis verſ. Emphyteoſis, &c. num.* ... & an alienatio feudi valeat in præiudicium filiorum, qui ſint hæredes, & ſic an iſto caſu hæres poſſit venire contra feudi alienationem factam à defuncto, dic quòd non poteſt. Ioſeph. Ludou. *in commun. opinion. lib. 1. concluſ. 16. in 49. illatione.* Sed declara vt latè *in illatione 82. verſ. ſeptimò amplia, & ſequentib. & verſ ſeptimò limitatur, & ſeqq. vſque ad verſiculum 3. limitatur*; vbi præſertim quid ſi hæres confecit inuentarium, latiſſimè ponitur ibi materia, de qua etiam *in deciſ. Pedemont. 178. per totam.* Vide etiam Roland. *conſil. 44. num. 8. & ſeqq. & conſ. 57. num. 72. & ſeqq. & num. 75. & num. 78. volum. 3.* & faciunt generaliter tradita *in Repertorio vltimar. volunt. quæſt. 3. num. 15.*

23 Feudum licèt non poſſit ſine conſenſu domini alienari, poteſt tamen inter hæredes ſine tali conſenſu diuidi, *cap. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frideric.* cum aliis per Lamberten. *de contractib, &c. gloſſ. 1. num. 26. & num. 29.* vbi quòd multo magis ſine tali conſenſu poſſunt diuidi fructus.

24 Feudum nec etiam permutari poteſt ſine domini conſenſu, concordantes allegat Lamberteng. *de contractib. eorum, &c. gloſſ 1. num. 44.*

25 Feudum in parte alienatum an cadat in totum. Cephal. *conſil. 139. num. 2. vol. 1.* faciunt ſuprà tradita *quæſt. 31. num. 16. de emphyteota*, vide eundem Cephal. *ibidem num. 25. & ſeqq.*

26 Feudum non cadit in commiſſum per ſimplicem promiſſionem de illud alienando factam ſine domini conſenſu, vt per Roland. *conſ. 69. num. 15. & ſeqq. volum. 3.* Tiraquell. *de retractib. conuent. §. 7. gloſſ. fin. num. 45.*

27 Feudum non cadit in commiſſum ex alienatione facta ſine domini conſenſu, quando illa alienatio eſt nulla. Lamberten. *de contractib. gloſſ. ſinus, num. 157. & 159.* vbi remiſſiuè declarat, & faciunt in ſimili tradita ſuprà *in præcedenti quæſtione, de emphyteoſi, n. 8.*

28 Feudum ſine domini conſenſu nec obligari, nec alienari poteſt etiam quandiu vixerit vaſallus. Redoanus *rubr. 16. in tract. de reb. Eccleſ. num. 13. pag. 102.* benè tamen feudatarius eius vita durante poteſt fructus feudi vendere, vt infrà *in ſeq. num. 29.*

29 Feudatarius etiam ſine domini conſenſu poteſt vendere fructus feudi ipſius vita durante. Redoanus *de reb. Eccleſ. rubr. 16. num. 13. 14. 16. & 19. pag. 102.* Vbi ampliùs, quòd eius vita durante poteſt ſine eiuſdem domini conſenſu cenſum imponere. An autem poſſit dare inueſtituram, dixi ſuprà *num. 5.* Vide in ſimili ſuprà tradita de emphyteoſi *quæſt. 31. num. 34.* & Redoan. *vbi ſuprà num. 35. pag. 104.* vbi quòd feudum poteſt imponi ſuper fructibus feudi ſine domini & agnatorum conſenſu, at non ſuper feudo ſine illorum conſenſu.

Qvæstio XXXIII.

Emphyteota an, & quando per ſolutionem canonis cadat à iure ſuo, & de materia.

Svmmarivm.

1. *Emphyteota quando per non ſolutionem canonis cadat à iure ſuo generaliter de materia.*
2. *Emphyteota Eccleſiæ non ſoluendo per biennium cadit.*
3. *Emphyteota verò, priuati cadit per non ſolutionem triennalem.*
4. *Aliquando autem cadit per non ſolutionem vnius anni.*
   Puta quando emphyteota iurauit ſoluere, &c. ibid.
   Vel quando emphyteota effectus eſt contumax per citationem, ibid.
   & è contra aliquando non cadit, niſi per non ſolutionem ſex annorum, num. 13.
5. *Quid de emphyteota non ſoluente minimam penſionem.*
6. *Quid in non ſoluente partem penſionis, & ſeq.*
7. *Quid in non ſoluente partem minimam.*
8. *Quid ſi emphyteota non poſſedit.*
9. *Quid ſi non potuit percipere fructus propter bellum, &c.*
10. *Quid ſi fundus emphyteoticus ſit ſterilis.*
11. *Quid ſi res emphyteotica eſt diruta & perempta.*

12. *Quid de hærede emphyteota non ſoluente.*
13. *Quid de emphyteota efferente ſolùm ſoluere.*
14. *Quid de ſoluente per Procuratorem, vel extraneum.*
15. *Quid ſi ex pluribus emphyteotis vnus tantùm ſoluerit.*
16. *Emphyteota non ſoluendo an poſſit moram purgare.*
17. *An per non ſolutionem priuetur ipſo iure.*
18. *An excuſetur ob paupertatem.*
Vel ob aliud impedimentum, ibid.
19. *An emphyteota non ſoluens poſſit opponere compenſationem.*
20. *Quid ſi non ſoluat per biennium diſcontinuum.*
21. *Restitutio in integrum quando concedatur non ſoluenti, &c.*
Emphyteota minor, vel Eccleſia an reſtituantur aduerſus non ſolutionem.
22. *Emphyteota non ſoluendo canonem an noceat filijs in inueſtitura comprehenſis.*
Quid ſi dominus non declarauerit, aut acceptauerit caducitatem, n. 26.
Quid ſi poſt caducitatem penſionem receperit, n. 28.
24. *Emphyteota non ſoluens, &c. an perdat fructus.*
25. *Emphyteota an debeat probare ſe ſoluiſſe.*
27. *Quid de ruſtico non ſoluente canonem.*
29. *Quid de cenſuario non ſoluente canonem.*
30. *Quid in emphyteota fiſci, vel Reipublica.*
31. *Quid in conductore ad longum tempus.*
32. *Emphyteota non ſoluens an poſſit auctoritate propria expelli.*
33. *Pactum vel conſuetudo, quòd emphyteota non ſoluendo canonem non cadat, an valeant.*
34. *Feudatarius ob non ſolutionem penſionis an priuetur feudo, ſicut emphyteota.*

1 EMPHYTEOTA an & quando non ſoluendo canonem, cadat à iure emphyteotico, generaliter de materia, præter infraſcripta vide Viuium *in communib. opinion. pag. mihi 56. in paruis.*

2 Emphyteota Eccleſiæ non ſoluens canonem per biennium, cadit à iure ſuo. Clarus *in §. Emphyteoſis, quæſt.* 8. vbi concordantes allegat.

3 Emphyteota verò priuati cadit per non ſolutionem annalem. Clarus *in d. §. Emphyteoſis, quæſt.* 8.

4 Aliquando autem emphyteota cadit per non ſolutionem in vno anno. Clarus *in dicto §. Emphyteoſis, dicta quæſt.* 8. Corſett. *ſingul. pag. mihi* 155. Mattheſ. *ſingul.* 50 Anchar. *quæſt. 64 num. 1. part.* 1. Imol. *concluſ.* 10. *lib. 2. pag.* 412. Arno. *ſingul.* 62. Cott. *in memorab. pag. mihi* 267. Marſil *ſingul.* 226. Gozad. *conſil. 57. num.* 19. Roland. *conſ. 25. num. 23. volum. 2. & conſil. 6. num. 42. & ſeq volum. 1. & conſil. 77. num. 18. ead. volum.* 1. qui Doctores præſertim ponunt exemplum in emphyteota, qui iurauit ſoluere canonem, &c. ratione enim iuramenti cadit à iure per non ſolutionem in primo anno, vt ibi per eos. Dixi etiam *in fragmentis criminalibus, verſ. Iuramentum num.* 1143. *& ſeqq.* vide Redoan. *de rebus Eccleſ. pag.* 497 *num* 5. Adde Marſil. *ſingul.* 226. vbi qoòd emphyteota effectus contumax in ſolutione canonis per citationem, cadit à iure ſuo, etiam non expectato triennio, ſed in primo ſemeſtre. Redoanus *de reb. Eccleſ. pag. 440. & ſeq num. 8, pag. 497 num.* 6. Ad hanc materiam, quòd videlicet iuramentum faciat emphyteoſim incidere in commiſſum per non ſolutionem in primo anno, faciunt tradita infrà *in fragmentis verſ. Iuramentum in contractu,* &c. *n.* 10. Redoan. *d. pag. 440. num. 10. & ſeq.*

5 Emphyteota non ſoluens penſionem minimam, an cadat à iure ſuo, vide Clarum *in dicto §. Emphyteoſis d. quæſt.* 8. dic quòd ſic, vt per Redoanum *de rebus Eccleſ. rubr. 1. §. ſimiliter dare num. 16. in fine,* vbi teſtatur ita ſeruari de conſuetudine, *& pag. 495. n.* 6. Tiraquel. *in tract. de iud. in reb. exig pag. 55. à tergo, verſ.* 51.

Emphyteota non ſoluens partem penſionis, an cadat in totum. *Deciſ. Bonon.* 6. Clarus §. *Emphyteoſis dicta quæſt.* 8. Diaz *reg.* 232. Cephal. *conſil. 139. num. 18. volum. 1.* faciunt ſuprà tradita *quæſt. 31. num.* 16. vide *in num. ſeq.* & Redoan. *de reb. Eccleſ. pag. 436. & ſeq. num.* 1. 2. 3. 4. 7. 11. *&* 12. vbi etiam, quid ſi per errorem & ignorans quantitatem canonis illud non integrum ſoluerit, & dicit quòd non excuſatur niſi ignorantia ſit iuſta, vt in hærede, de quo infrà *num.* 12. Ad materiam hanc vide etiam eumdem Redoanum *de rebus Eccleſ. pag. 495. num.* 7. 6

Et quid ſi emphyteota non ſoluat partem minimam, vide *deciſ. Bononienſ.* 6. Clar. *dicta quæſt* 8. Viui. *in communib. opinion. pag. mihi* 56. Dic quòd cadit, ex Redoano *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced.* §. 1. *num. 10. & pag. 436. num. 1. & pag. 495. num. 7. 8. &* 9. vbi declarat Tiraquell. *de ind. in reb. exig. pag. 55. à tergo, verſ.* 51. &c. 7

Et an emphyteota teneatur ſoluere canonem, ſi non poſſedit. Clar. *in §. Emphyteoſis, dicta quæſt.* 8. Redoanus *pag. 498. num.* 10. 8

Et quid ſi emphyteota non potuit percipere fructus propter bellum, & ſimilia impedimenta. Clarus *dicta quæſt.* 8. faciunt ſuprà tradita de remiſſione mercedis, *quæſt. 4. num.* 43. Si propter bellum emphyteota nullos percepit fructus, non tenetur ſoluere penſionem, ſecùs ſi aliquos percepit, licèt paucos: ita reprobatis contrariis dicit communem Redoanus *rubr. de remiſſ. merced. §. dicta verò, num.* 5. 9

Et an emphyteota teneatur ſoluere canonem de fundo ſterili. Clar. *in dicto §. Emphyteoſis, dicta quæſt.* 8. Villalob. *litera E. num.* 79. Cephal. *conſil. 14. num. 15. vol.* 1. & faciunt tradita de remiſſione mercedis *dicta quæſt. 4. num.* 43. 10

Et an emphyteota teneatur ſoluere canonem, ſi res eſt perempta & diruta, vide Clarum *dicta quæſt.* 8. & ſupra *eadem quæſt. 4. num.* 45. Si res eſt perempta in totum, emphyteota non tenetur ſoluere, ſecùs ſi in parte. Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr. de remiſſ. merced. §. dicta verò, num. 3. & 4. & in §. ſimiliter dare in emphyteoſim,* &c. *num.* 9. vbi & quòd domus combuſta non dicitur in totum perempta, ideò ex ea canon ſolui debet, ſed de domo combuſta, vel deſtructa, vide eumdem Redoanum *d. rubr. 1. §. Nomine etiam,* &c. *num. 30. & ſeqq. pag* 30. videas ad materiam Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 20. 11

Et quid de hærede emphyteotæ, an excuſetur non ſoluendo canonem dicens ſe ignoraſſe rem eſſe emphyteoticam. Villalobos *lit. E. num.* 76. Ceph. *conſ. 24. num. 18. volum.* 1. Clarus *in §. Emphyteoſis dicta quæſt.* 8. & faciunt in ſimili ſuprà tradita, *quæſt 31. num.* 22. Redoan. *pag. 438. num. 10. & 12. in fin. & pag.* 501. *num. 33. &* 36. 12

Et an emphyteota offerens ſoluere canonem excuſetur, & ſufficiat, vt non cadat à iure ſuo. Clarus *in dicto §. Emphyteoſis, dicta quæſt.* 8. Natta *conſil. 3. num. 4. vol.* 1. Socin. iun. *conſ. 63 num. 19. vol.* 2. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag. 501. num. 34. & ſeq.* 13

Emphyteota an poſſit ſoluere canonem per procuratorem. Clar. *in §. Emphyteoſis d. q.* 8. Si quis tanquam procurator, ſeu negotiorũ geſtor emphyteotæ, etiam quòd non ſit talis, ſoluat canonem pro eo, iuuat hæc ſolutio emphyteotæ, ſicut etiã iuuat ſolutio ſacta per quemlibet alium extraneum. Quod intellige, domino acceptante ſolutionem, aliàs ſecus: non enim poteſt 14

dominus

dominus cogi recipere ſolutionem canonis ab alio,
quàm vel ab emphyteota, vel ab ipſo legitimum
mandatum habente. Redoanus *de reb. Eccleſ. pag.*
439. *num.* 3. *& ſequentib. vſque ad num.* 8. *& pag.* 500.
num. 25. &c.

15 Emphyteotæ hæredes ſi ſint plures, & vnus tan-
tùm ſoluat, an cadat in totum. Clar. *in dicta quæſt.* 8.
Villalobos *lit. E. num.* 77. Grat. *reſp.* 67. *num.* 23. *vol.* 1.
Afflict. *deciſ.* 153. Roland. *conſil.* 17. *num.* 16. *volum.* 2.
quibus in locis generaliter etiam habetur, ſi ſint plu-
res emphyteotæ, an res incidat in totum in commiſ-
ſum, ſi vnus tantùm, vel non omnes ſoluant. Redoa-
nus *de reb. Eccleſ. pag.* 437. *num.* 6. 7. 8. 9. *& pag.* 495.
num. 10. 11. 12. *& num.* 13.

16 Emphyteota, qui canonem non ſoluit, an &
quando poſſit moram purgare. Clar. *in dicto §. Em-
phyteoſis, quæſt.* 8. Dicas quòd emphyteota Eccleſiæ
poteſt moram purgare, ſed non emphyteota priuati,
ſecundùm communem, de qua teſtatur Sarmient.
ſelect. interpret. lib. 3. *cap.* 5. vbi tamen ipſe contra
communem defendit, quòd emphyteota priuati poſ-
ſit moram purgare. Vide in materia Cæpoll. *caut.*
155. Guidopap. *quæſt.* 123. Gozad. *conſil.* 67. *num.* 18.
& ſeqq. Cott. *in memorab. pag. mihi* 273. Roland. *con-
ſil.* 87. *num.* 4. *& ſeqq. volum.* 1. Cephal. *conſil.* 25. *vol.* 1.
Redoan. *de rebus Eccleſ. rubric.* 1. *§. ſimiliter dare,
num.* 16. *pag.* 25. & latiùs *in pag.* 442. *& ſequen. num.* 1.
& ſequentib. vſque ad num. 11. *& pag.* 499. *num.* 15.
& ſeqq.

17 Emphyteota non ſoluens canonem, an priuetur
ipſo iure. Clarus *§. Emphyteoſis, quæſt.* 9. Mynſinger.
obſeruat. 65. *centur.* 3. *deciſ. Bononienſ.* 37. Sarmient.
ſelect. interpretat. lib. 3. *cap.* 5. *in fin.* vbi quòd non
cadit ipſo iure, ſed poſtquam dominus caducitatem
declarauit. Faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt.* 31.
num. 13. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.* 436. vbi pro & con-
tra; ſed communis eſt opinio, vt cadat ipſo iure, do-
mino tamen ita volente, & declarante, vt ibi per
eum, & dixi infrà *num.* 26.

18 Emphyteota pauper non ſoluendo canonem, an
excuſetur ob paupertatem. Arnon. *ſingul.* 62. Benincа-
ſa *de paupert. pag. mihi* 155. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi etiam, an
excuſetur ob aliud impedimentum. Ad quod faciunt
generaliter tradita in materia difficultatis, ſeu impe-
dimenti, an & quando excuſet, &c. vbi etiam ha-
betur de paupertate? dic quòd excuſantur ſecun-
dùm Sebaſt. Med. *de caſ. fortuit. part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 19.
& idem tradunt Arno. & Benincaſa *vbi ſuprà.* Re-
doan. *de reb. Eccleſ. vbi ſuprà pag.* 436. *num.* 14. vbi
quòd excuſatur, ſi fuit carceratus. Et idem tradit *in
pag.* 499. *num.* 24. vel etiam ſi fuit aliter impeditus, *&
pag.* 437. *num.* 5. vbi quòd paupertas excuſat emphy-
teotam non ſoluentem integram penſionem. Et
idem *in pag* 495. *num.* 9. *in fin. & pag.* 496. *num.* 12. *&
pag.* 498. *num.* 9.

19 Emphyteota non ſoluens canonem, an poſſit op-
ponere compenſationem. Socin. *reg.* 104. 114. Roland.
conſ. 87. *num.* 26. *vol.* 1. Guidopap. *deciſ.* 171. *num.* 4. Re-
doanus *de reb. Eccleſ. pag.* 439. *num.* 1. *&* 2. *& pag.* 499.
num. 21. *& ſeq.*

20 Emphyteota non ſoluens per biennium diſcon-
tinuum, an cadat à iure ſuo. Villalob. *lit. E. num.* 80.
Benincaſa *de paupert. pag.* 154. *num.* 7. Redoan. *pag.* 497.
num. 3. *&* 4.

21 Emphyteota non ſoluente canonem, an & quan-
do detur reſtitutio in integrum hæredi. Villalobos
lit. D. num. 45. & faciunt infrà dicenda *in ſeq. num.* &
quando detur reſtitutio ipſimet emphyteotæ non
ſoluenti, traditur per Rolandum *conſil.* 10. *num.* 7.
vol. 2. & an minori, ſeu Eccleſiæ non ſoluenti detur

Farinacij Repert. de Contractib.

reſtitutio, & de materia. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.*
494. *num.* 3. *& ſeqq.*

Emphyteoticæ rei caducitas per non ſolutionem 22
canonis commiſſa, an noceat filiis in inueſtitura
comprehenſis. Imol. *in ſuis concluſionib. pag. mihi* 781.
verſ. qui omnes, & pag. 788. *verſ. limita ſi filij.* Cephal.
conſil. 133. *num.* 48. 57. *& ſeqq.* 66. *& ſeqq. volum.* 1.
faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt.* 31. *num.* 26. & ali-
quid dixi *in antecedenti num.* vide Mynſinger. *obſer-
uatione* 66. *centur.* 3. Redoanum *de reb. Eccleſ. pag.* 496.
num. 11.

Emphyteota aliquando non cadit niſi per non ſo- 23
lutionem ſex annorum. Cotta *in memorab. pag. mihi*
266. Roland. *conſil.* 87. *num.* 39. *& ſeqq. vol.* 1. Benincaſa
de paupert. pag. mihi 155. *num.* 8. ad materiam Redoan.
de reb. Eccleſ. pag. 497. *num.* 1. *& ſeq.*

Emphyteota non ſoluens canonem, an perdat 24
fructus, & à quanto tempore. *Deciſ. Bononienſ.* 37. Ti-
raquell. *de reuocan. donat. pag. mihi* 710. *in paruis, n.* 221.
vide Placa *in Epitom. delict. cap.* 11. *num.* 5. *pag. mihi* 172.
vbi quòd à die reſolutæ emphyteoſis fructus rei em-
phyteoticæ domino ſunt reſtituendi. Redoan. *de reb.
Eccleſ. pag.* 441. *num.* 12. vbi, an teneatur ſoluere ca-
nonem temporis præteriti. Vide in ſimili ſuprà tradi-
ta *quæſt.* 31. *n.* 29. & infrà *verſic. Fructus num.* 13.

Emphyteota non debet probare ſe ſoluiſſe, vide 25
infrà *in fragmentis verſ. Solutio,* &c.

Emphyteotica res non cadit in commiſſum ob 26
non ſolutionem canonis, niſi dominus caducitatem
declarauerit & acceptauerit, ſed de hac materia dixi
infrà *in fragment. verſ. Emphyteota,* &c. *num.* 18. 19. 20.
vbi tradita ponas hîc. Adde Redoan. *de reb. Eccleſ.
rubr.* 1. *§. ſimiliter dare,* &c. *num.* 13. *& ſeq.* vbi quòd em-
phyteota ob non ſolutionem non cadit à iure ſuo,
niſi quatenus dominus voluerit, plures adducit con-
cordantes, Tiraquell. *de reuocan. donat. verſ. Reuerta-
tur, num.* 10. Ideò talis exceptio caducitatis ob non
ſolutum canonem non poteſt per tertium opponi.
Ad idem quòd requiratur voluntas & declaratio do-
mini, ponit idem Redoanus *pag.* 436. *num.* 15. *& ſeq.*
& quòd declaratio facti ſit fortior in propoſito,
quàm ea, quæ fit verbis, ponit & exemplificat idem
Redoan. *pag.* 444. *num.* 9. Ad materiam vide in ſimili
ſuprà tradita *quæſt.* 32. *num.* 19. & ſuprà etiam *quæſt.* 31.
num. 36.

Emphyteota non ſoluens canonem, an excuſetur 27
ob ruſticitatem. Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. caſ.*
194. *num.* 21. faciunt in ſimili ſuprà tradita *quæſt.* 31.
num. 25.

Emphyteoticæ rei caducitas cenſetur remiſſa per 28
receptionem canonis, ſed de hoc vide infrà *in fra-
gmentis verſ. Emphyteota,* &c. *num.* 31. quæ ponas hîc.

Et an cenſuarius cadat à re cenſuata per non ſo- 29
lutionem cenſus, ſicut emphyteota, vide Imol. *con-
cluſ.* 10. *lib.* 2. *pag.* 410. Caſſad. *tit. de iureiuran. deciſ.* 2.
Dec. *conſ.* 164. Villalob. *litera C. num.* 35. Couarru.
variar. reſolut. pag. mihi 806. Roland. *conſil.* 6. *num.* 41.
volum. 1. vbi quòd priuatur, ſi iurauit, aliàs ſecùs, al-
legat Caſſadorum *vbi ſuprà,* aliquid in materia per
Clarum *de iur. emphyt. quæſt.* 1. Faciunt in ſimili ſu-
prà tradita *quæſt.* 31. *num.* 28. & quæ generaliter di-
cuntur infrà *in fragmentis, verſic. cenſualis contra-
ctus, in quo differat ab emphyteotico,* &c. Regulariter
cenſuarius ob non ſolutionem non cadit. Redoan.
de reb. Eccleſ. rubr. 1. *§. Contractus etiam cenſualis, n.* 3.
4. 8. 9. *& rubr.* 16. *num.* 4. *pag.* 101. Fallit, ſi cenſua-
rius ſoluit cenſum in recognitionem dominij exi-
ſtentis penes eum cui ſoluit, *ibidem num.* 6. Ratio fal-
lentiæ eſt, quia iſto caſu dicitur emphyteota, & non
cenſuarius, vt dixi ſuprà *quæſt.* 11. *num.* 9. Item fallit,

quando adeſt pactum, quòd ob non ſolutionem cenſuarius cadat: tale enim pactum valere dixit *ibidem* Redoan.*rubr*.16.*num*.5.*pag*.101. Sed quòd huiuſmodi pactum non valeat, ſtatutum eſt per Bullam Nicolai V. teſte Redoano *dicta rubr*.16. *num*. 71. *pag*.106. vbi tamen loquitur in contractu cenſus, qui hodie eſt in vſu: non in contractu cenſuali, vt diſtinxi infrà *in fragmentis, verſ. Cenſus*, *num*.3. & idem etiam ſtatutum per Bullam Pij V. de quo per eumdem Redoanum *ibidem pag*.108.*col*.2.*verſic. pacta continentia*; vbi etiam quòd ob moram in ſoluendo non valet pactum, quòd cenſuarius teneatur ad intereſſe creditoris iuramento liquidandum, & ſimilia. Ad materiam vide eumdem Redoanum *pag*.501.*num*.1. *& ſeqq*.

30 Emphyteota fiſci, vel Reipublicæ non ſoluens canonem etiam per triennium, non cadit à iure ſuo. Tiraquell.*de Nobilit.cap*.37.*num*.60. quem videas.

31 Conductor ad longum tempus non ſoluendo penſionem non cadit à iure locationis, ſicut emphyteota ab emphyteoſi. Redoanus *de reb. Eccleſ.rubr*.1. §.*ſimiliter dare in emphyteoſim*, *num*.10. *&* 11. faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt*.31.*num*.27. de conductore alienante ſine domini conſenſu. Item faciunt infrà tradita *in verſ.Conductor, ſub num*.4. vbi an conductor durante locatione ob penſionem non ſolutam poſſit expelli à domino: ſed ibi loquimur de conductore & colono ad modicum tempus, hîc verò ad longum tempus, de quo etiam vide eumdem Redoanum *pag. ſeq.num*.16.

32 Emphyteota non ſoluens canonem an poſſit per dominum propria auctoritate expelli, vide infrà *verſic.Emphyteota num*.7.& ponas hîc.

33 Emphyteota non ſoluens canonem, non cadit à iure, quando ita pactum eſt inter partes, ne cadat ob non ſolutionem. Redoanus *de reb.Eccleſ.rubr*.1.§.*ſimiliter dare rem in emphyteoſim num*.18.*& num*.31.*in fine*, *& num*.22. *verſic. etſi Canonibus*, vbi quòd valet conſuetudo, quòd emphyteota non ſoluens non cadat. Sed ad id quod dixi de pacto, contrarium aſſerit idem Redoanus *dicta rubr*.1 §.*dicitur etiam alienatio*, *n*.40. *pag*.37. De materia vide eumdem Redoanum *pag*. 408. *num*.11. *& ſeqq. & pag*. 529. *num*. 1. *& ſequen. in diſcurſu*. Faciunt ſuprà in ſimili *dicta quæſt*.31.*num*.15. *&* 351.& generaliter *in quæſt*.11.*num*.12.

34 Feudatarius non ſoluens penſionem, regulariter non priuatur feudo, ſicut priuatur emphyteota. Dixi infrà *in fragmentis verſ.Feudatarius*, *num*.30. vbi tradita ponas hîc in extenſione huius quæſtionis pro limitatione.

QVÆSTIO XXXIV.

Dotis non ſolutæ, ſeu non reſtitutæ fructus & vſuræ, quando viro, ſeu vxori reſpectiuè debeantur. Et an, & quando vxor ſoluto matrimonio debeat ali infra annum luctus, & de materia.

SVMMARIVM.

Marito an debeantur vſuræ dotis non ſolutæ, ſeu debitæ.

1. *Vſura dotis non ſoluta, quando marito debeantur generaliter.*
2. *Dic quòd debentur, quia ſuccedunt loco alimentorum, & ſunt fauorabiles.*
3. *Petunturque non iure actionis, ſed iudicis officio.*
4. *Sed à quo tempore debeantur.*
5. *Quid ſi non alimentauit vxorem.*
6. *An valeat pactum ſuper dictis vſuris.*
7. *Quanto tempore præſcribatur ius petendi per maritum vſuras dotis.*
An iſta vſura debeant viro de iure Canonico n.2.
An per taciturnitatem cenſeantur remiſſa, d.n.7.
An iſta vſura debeantur in foro conſcientiæ, d. n.2.
27. *Quid ſi dos ſit collata in arbitrium tertij.*
28. *Quid ſi maritus non ſit ſolitus negotiari.*
29. *Quid ſi ſint facta dilatio ad ſoluendum dotem.*
Quid vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, num.26.
An ſit neceſſaria interpellatio, d.num.4.
30. *Fructus pignoris dotalis an ſpectent ad maritum.*

Vxori an debeantur vſuræ dotis non reſtitutæ.

8. *Vſura dotis non reſtituta an & quando vxori debeantur.*
9. *Regulariter non debentur.*
10. *Nec etiam ex pacto percipi poſſunt.*
11. *Præſertim ſi dos fuit æſtimata.*
12. *Nec etiam debentur ſub nomine alimentorum.*
13. *Nec in teſtamento per maritum relinqui poſſunt.*
14. *Benè tamen debetur intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis.*
Etiam abſque alia interpretatione, ibid.
Quid vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, num.26.
20. *Fructus pignoris dotalis an ſint vidua donec ſoluatur dos.*
26. *& an debeantur vſura augmenti dotalis.*

Dos quando ſit reſtituenda vxori, & quando vxor infra annum luctus ali debeat, &c.

15. *Dos an ſtatim ſoluto matrimonio ſit vxori reſtituenda.*
16. *Dic quòd ſtatim, ſi vir eam in teſtamento reliquerit.*
17. *Item ſtatim ſi dos conſiſtat in immobilibus.*
18. *Si verò in mobilibus, datur annus.*
19. *& in iſto anno fructus dotis ſunt hæredum mariti.*
20. *Sed infra hunc annum luctus vxor eſt alenda, &c.*
21. *Finito anno ampliùs vxor non eſt alenda.*
22. *& an debeat vxor operari hæredibus mariti.*
23. *& an iſta alimenta debeantur extra domum hæredum.*
24. *& quid ſi hæredes mariti ſint filij ipſius vxoris.*
Quid ſi ſint extranei, ibid.
25. *Quid ſi vxor habeat aliunde, vnde ſe alat.*
26. *Quid vigore ſtatuti Vrbis.*
31. *Pactum, quod dos vxori non reſtituatur poſt annum luctus an valeat.*
32. *Alimenta infra annum luctus non poſſunt peti ab hæredibus vxoris.*
33. *Annus ad ſoluendum dotem datur etiam hæredibus viri diuitibus.*
34. *Conſuetudo, quòd talis annus non detur valet, & ſeruanda eſt.*
35. *& an poſſint alimenta peti poſt annum ab hæredibus viri non interpellatis.*

VSVRÆ dotis non ſolutæ, & dilatæ, an & quando marito debeantur? generaliter de hac materia præter infraſcripta vide Ant.Theſaur.*deciſ.Pedemont*.43.& Bettaz. *conſ*.262.*& ibi in additionib.lib*.2.vbi latè.Grat.*reſp*.57. *lib*.1. 1

lib.1.Corn.conſil.150. & conſ. 145. num.8. lib.2. Conſtan. Roger. in tract. de dote quaſt.16. Crem.ſingul. 5. Cott.in memorab.pag.243. Grammat. deciſ.70. Alciat. regul.1 præſumpt.32. Aret.& Iaſ.in §.fuerat num.20. Inſtitut.de actionib. Couatru.variar. reſolut pag. mihi 687. num.3.vbi dote non ſoluta an fructus rei hypothecatæ pro dote ſint ipſius mariti, videlicet in lib.3.cap.1. & alia ad materiam infraſcriptam ibi videas omninò Lup.de vſur.comment.1 §.3 per totum.

2 Vſuræ dotis non ſolutæ viro debentur, quia ſuccedunt loco alimentorum, & dicuntur fauorabiles, & à iure Canonico permiſſæ. Roland.conſ.65. num.4. & ſeq.vol.4.vbi concordantes allegat, & eſt communis, vt per Oſaſcum deciſ.Pedemont.132.num.1. vbi ſimiliter, quòd debentur etiam de iure Canonico, & de magis communi opinione tam legiſtarum, quàm Canoniſtarum, teſtatur Ioſeph.Ludou.in deciſion.Lucen.21 num.17.& 26. vbi etiam quòd debentur in foro conſcientiæ.

3 Vſuræ dotis non ſolutæ petuntur per maritum, non iure actionis, ſed officio iudicis. Roland. dicto conſ.65 num.16.vol.1.

4 Vſuræ dotis non ſolutæ non debentur viro, niſi poſt biennium à tempore quo vxorem ad domum tranſduxit. Roland.conſ.65.num.1.vol.4. Niſi dos fuiſſet promiſſa certa die: quia tunc etiam non expectato biennio ab illa conuenta die debentur, vt ibidem per Rolandum num.2. vel niſi maritus promittentem dotem interpellauerit: quia tunc à die interpellationis dictæ vſuræ debentur non aliter expectato biennio, vt ibidem per Rolandum num.3. Sed quòd imò tales vſuræ debeantur à die conſummati matrimonij, videtur tradi in deciſ.Lucen.21. num.48.part.1. vbi loquitur in caſu, in quo fuit promiſſa dos ad omne libitum mariti.

5 Vſuræ dotis non ſolutæ non debentur marito, ſi vxorem non alimentauit. Cephal.conſ.85.n.2.

6 Vſuræ dotis non ſolutæ an poſſint per maritum in pactum deduci, vide Maſcard.con.luſ 933.num.33. vbi quòd ſic, dummodò dicatur, ratione alimentorum: ſecùs ſi dicatur, pro vſuris, vel intereſſe. Et quid ſi nihil dicatur, ſed ſimpliciter promittatur certum quid ſingulis annis? dic quòd valet promiſſio, quia in dubio intelligetur pro alimentis, & non pro vſuris, vt ibi per eum, & vide omninò Bartaz. conſil. 262.& ibi in additionibus lib.2.vbi latiſſimè. Et an huiuſmodi vſuræ poſſint ex pacto licitè percipi, vide Alexandrum conſ. 108. per totum, & conſ. 55. num 3. & 4. Roland.conſ.55. vol.2. Plot. in l. ſi quando n.452. & ſeqq C.vnde vi Cagnol. in l curabit num.15. & ſeqq. C de actionib empt. Dec. conſ.116. num.2. vbi quòd ſi maritus, cui ſub certa die fuit promiſſa dos, conuenit de percipiendo tantum pro centenario, talis conuentio dicitur illicita, vt ibi per eum, qui allegant concordantes. Faciunt ad propoſitum in ſimili tradita de vſuris debitis vxori ſoluto matrimonio in hac eadem quæſtione num.10. & quæ generaliter tradentur in alia quæſtione, vbi agetur, an intereſſe in principio poſſit per partes taxari, &c. Vide in materia Bald. Nouell. de dote part.7.priuileg.3.num.4 Couarru. var. reſolut.pag.690 & ſeqq & pag. 759. verſ.7. eadem, &c. & faciunt generaliter infrà tradita quaſt.35 cap.3. vide in deciſ.Lucen.21. num.52. & ſeq. vbi quòd tale intereſſe poteſt in pactum deduci, dummodò non ſit exceſſiuum, & relatis contrariis, qui eorum opinionem dixerunt communem, idem tradidit Couarru. variar.reſolut.lib.3.cap.1.num.3.verſ.4 hinc, &c. quòd videlicet iſto caſu intereſſe veriſimile poteſt in pactum deduci, & teſtatur de communi opinione.

7 Vſuras non ſolutæ dotis ius petendi per maritum, quanto tempore præſcribatur, vide Cottam in ſuis memorab.pag.mihi 245. Cephalum conſil.85.num.13.& ſeqq. vol.1. vbi quòd tales vſuræ cenſentur præſcriptæ, ſi vir vel per decennium, vel durante toto tempore matrimonij in eius vita illas non petierit: quia iſtis caſibus non petendo cenſetur remiſiſſe. Sed vide in hoc deciſ. Pedemont. 132. per totam, in diſcurſu, vbi quòd per taciturnitatem mariti per longum tempus eius morte ſubſequuta, cenſentur tales vſuræ remiſſæ, ita quòd ampliùs ab eius hæredibus peti non poſſunt. Vnde ſecùs, ſi mors non ſit ſubſequuta, quia tunc non ſufficit taciturnitas per longum tempus, videlicet decem annorum, vt ibi, vbi multa in materia. Et quòd per decennium præſcribantur fructus dotis non ſolutæ, tradit Boſſ.de præſcript.ſtatut.pag.19. num.46. Vide etiam Roland. conſil. 65. volum.4. vbi quòd per taciturnitatem viri non petentis dotem, ſeu vſuras dotis, non inducitur præſcriptio minori ſpatio, quàm triginta annorum. Et iſta eſt communis opinio, vt ibi per eum in fine conſilij, licèt aliqui ibi per eum relati (quorum rationibus ipſe reſpondet) non tantum tempus requiri dixerint.

Vſuræ autem non reſtitutæ dotis, an & quando ſoluto matrimonio vxori per hæredes mariti debeantur, generaliter de hac materia præter infraſcripta videas Couarruuiam variar.reſolut. pag. mihi 692. verſ.6.hinc &c. Roland. conſil.55. in diſcurſu, volum.2. Viui.in commun. opinion. pag. mihi 99.verb hæres, &c. Plotus in l.ſi quando num.450. & pluribus ſeqq. C. vnde vi. omninò Lup.de vſur. comment.1. §.3. per totum, in diſcurſu, præſertim num.84.& ſeqq. 8

Vſuræ dotis non ſolutæ regulariter vxori ſoluto matrimonio non debentur, nec licitè per vxorem percipi poſſunt. Cephal. conſil.131. num.130. & ſeqq. vbi ex hoc infert, quòd perceptæ vſuræ, ſeu fructus dotis per vxorem in dotem computantur, & hanc dicit eſſe crebriorem & veriorem opinionem: licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Et de crebriori etiam teſtatur Craſſ. in communib. opinion. lib.1.cap.6. quaſ.24.tom.2. relati per Couarru. variar. reſolut.lib.3.cap.9.num.3.verſ.6.hinc, &c. vbi de magis communi. 9

Vſuræ dotis non ſolutæ an licitè ex pacto per vxorem ſoluto matrimonio percipi poſſint. Faciunt in ſimili ſuprà tradita de vſuris marito ſoluendis, num.6. in qua materia vide Cagnolum in l. cambium num 15.& ſequentib.C.de actionib. empt. Cephal. conſil. 153.num.130.& ſeqq. vbi quòd nec etiam ex pacto tales vſuræ licitè per vxorem percipiuntur, quod limita non procedere in vſuris per pactum taxatis, non ratione fructuum, ſed ratione damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis: ſuper quo licitum eſt paciſci, vt ibi per eum. Sed contra hanc limitationem videtur facere alia concluſio, quæ habet, quòd intereſſe non poteſt à principio per partes taxari, de qua ſuo loco dicemus, videlicet in quaſt.35.cap.1. vbi videas. Ideò conſidera & vide infrà num.14. Couarru. vbi ſuprà verſ.6.hinc, &c. vbi relatis contrariis videtur concludere poſſe hoc intereſſe damni emergentis in pactum deduci, quando ſumus in loco, vbi commodè poſſunt emi annui reditus. Et iſtud eſt intereſſe damni emergentis, quia ſi vxor habuiſſet pecuniam, annuum reditum emiſſet, ex quo abſque diminutione ſortis principalis ſe alimentaſſet, vt ibi per eum in fin. dicti verſic. 10

Vſuræ dotis non debentur vxori ſoluto matrimonio, ſi dos fuit data æſtimata. Cephal.conſil.78.num.4. volum.1. 11

Vſuræ dotis non reſtitutæ non debentur vxori ſoluto matrimonio, nec etiam ſub nomine alimentorum. 12

totum. Cephal. dicto conſil. 133. num. 131. lib. 1. Craſſus in communib. opinionib. lib. 1. cap. 6. quaſ. 24. tom. 2. Contrarium tenent relati per Couarru. qui de recepta opinione teſtatur variar. reſolut. cap. 1. lib. 3. n. 3. verſ. 7. hinc, &c. vbi quòd ſi vidua, &c.

13 Vſuræ dotis non ſolutæ, nec etiam per maritum in teſtamento vxori relinqui poſſunt. Cephal. dicto conſ. 133. num. 132. vol. 1. Faciunt in ſimili infrà tradita quaſt. 35. cap. 3. num. 8.

14 Vſuræ non reſtitutæ dotis, licèt vxori non debeantur tanquam vſuræ, ſeu fructus, benè tamen debentur ratione damni emergentis, quod paſſa eſt vxor ob non reſtitutionem dotis, vel ratione lucri ceſſantis, puta ſi vxor eſſet ſolita negotiari, & certitudinaliter tantùm fuiſſet lucrata, ſi ſua dos eidem reſtituta fuiſſet. Cephal. dicto conſ. 133. num. 134. & ſequen. Craſſus in communib. opinionib. lib. 1. dicto cap. 6. quaſt. 24. tom. 2. vbi ampliùs, quòd hæredes mariti ratione iſtius intereſſe conſtituuntur in mora abſque alia interpellatione. In hoc eſt in contrarium communis opinio, vt per Ioſeph. Ludouic. concluſ. 36. verſ. iſta tamen limitatio, & ſeqq. & in principio concluſionis, vbi de communi. Et in hac materia, an & quale debeatur vxori intereſſe ob non ſolutam dotem, vide Roland. dicto conſil. 55. in diſcurſu, volum. 2. Plot. in l. ſi quando num. 450. & pluribus ſeqq. C. vnde vi. vide ſuprà num. 10. & pro hac eadem Cephali opinione adde Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſ. 6. hinc, vbi latè, Ioſeph. Ludouic. concluſ. 36. verſ. 2. limitatur, vbi de magis communi.

15 Sed hîc commodè quæri poteſt, an ſoluto matrimonio per mortem viri, ſit ſtatim vxori reſtituenda dos, an verò aliquod tempus expectandum. Vide in hac materia præter infraſcripta Roman. ſingul. 228. Socin. regul. 382. Cotta in memorab. pag. mihi 242. vbi pulchrè, & Doctores omnes infrà allegatos n. 20.

16 Quando dos vxori per maritum in teſtamento legatur, tunc ſtatim eo mortuo ſolui debet. Roland. conſil. 10. num. 19. volum. 1. Ioſeph. Ludouic. in commun. opinion. concluſ. 56. verſ. Fallit ſecundò, vbi quòd donec dos legata ſoluta fuerit, debentur alimenta.

17 Si dos conſiſtat in immobilibus, tunc ſimiliter dos ſtatim vxori mortuo viro reſtituenda eſt. l. vnica §. exactio. C. de rei vxor. act. Ioſeph. Ludouic. dicta concluſ. 56. verſ. quando verò dos, vbi etiamſi dos non reſtituitur ſtatim, an debeantur alimenta & vſuræ.

18 Si verò dos conſiſtat in mobilibus, tunc datur annus hæredibus ad ſoluendum iſtam dotem. Gloſſ. in l. diuortio, verb. facto ff. ſolut. matrim. quam communiter dicit teneri per Doctores. Iaſon ibi num. 18. Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 36. in fin. princip.

19 Et infra iſtum annum, qui à Doctoribus vocatur annus luctus, fructus dotis non vxoris, ſed ipſius defuncti mariti hæredum ſunt, vt per Craſſum in communib. opinion. lib. 1. cap. 6. quaſ. 49. tom. 2. Ad quod vide Viuium in communib. opinion. pag. 99. in paruis, verb. hæres, &c. & Doctores infrà allegatos in num. 22. & ſequentib.

20 Benè verum eſt, quòd infra iſtum annum luctus, licèt vxori nec dos reſtituenda ſit, nec fructus debeantur, debet tamen alimentari ab hæredibus mariti, vt dicit gloſſ. in dicta l. diuortio, in verb. facto ff. ſolut. matrimon. quam ibi communiter per Doctores approbari dicit Iaſon num. 18. & de magis communi teſtatur Ioſeph. Ludouic. dicta concluſ. 36. verſ. ſi autem ſit inops, licèt contrariam in puncto iuris ipſe Iaſon veriorem credat, & communem, etiam cum gloſſ. dixerunt Albet. & Caſtren. ibi, & Capic. ibi deciſ. 24. per totam. Aymon conſil. 189. num. 7. verſ. ſextus caſus. Cotta in memorab. pag. 242. Viui. cart. 99. verſ. hæres in paruis. Roland. conſil. 55. in diſcurſu, lib. 2. Diaz reg. 481. Villalob. in communib. opinion. litera H. num. 19. Iaſon in §. fuerat, Inſtitut. de action. vbi facit regulam cum duabus limitationibus.

Finito autem anno hæredes non ampliùs tenentur aliqua præſtare alimenta vxori, vt per Craſſum in communib. opinionib. dicto lib. 1. cap. 6. quaſ. 47. tom. 2. & quid ſi fuerint interpellari, & non præſtiterunt, vide infrà num. 35. 21

Et an vxor in iſto anno, in quo alimentatur ab hæredibus mariti, debeat illis operari? dic quòd ſic, vt per Tiriæ. de teſtament. coniug. pag. 181. num. 5. ad quam materiam vide Capic. dicta deciſ. 14. vbi quid ſi mulier ſit magna domina, & non ſolita operari. Vide etiam in ſimili tradita de vxore relicta vſufructuaria, &c. in Repertorio quaſt. vltimar. volunt. quaſt. 7. num. 63. Pro primo dicto adde Ioſeph. Ludouic. dicta concluſ. 36. verſ. ſi autem ſit inops, in fin. 22

Et an talia alimenta debeant vxori præſtari extra domum ipſorum hæredum, præter generaliter tradita in Repertor. vltim. volunt. quaſt. 47. vide de hoc particulariter Capic. dicta deciſ. 24. Craſſum dicto lib. 1. commun. opin. cap. 6. quaſ. 48. tom. 2. vbi quòd ſecundùm communem ſunt præſtanda extra domum ipſorum hæredum. 23

Et quid ſi hæredes mariti ſint filij ipſiuſmet vxoris. Et quid ſi extranei, vide Capic. d. deciſ. 24. 24

Et an talia alimenta, ſint vxori præſtanda, ſi habeat aliunde, vnde viuat, puta ſi habeat patrem. Vide Cephal. dicta deciſ. 24. & Diaz dicta reg. 481. Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 36. verſ. Doctores communiter, & verſ. ſequenti, vbi quòd non. 25

In qua materia ſcias quòd habemus ſtatutum vrbis lib. 4. cap. 20. vbi videas, & dicit quòd tam viro poſt retardatam ſolutionem dotis, quàm viduæ ob retardatam reſtitutionem fructus debentur ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario. Quòd autem intereſſe taxatum à ſtatuto, ſeu conſuetudine poſſit per maritum, cui non fuit dos ſoluta, peti, traditur in deciſ. Lucen. 21. num. 34. & ſeqq. 1. part. & pro validitate huius ſtatuti tam reſpectu mariti, quàm vxoris, vide Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſ. 7. &c. & ſeq. vbi & contrarium tenentes refert. 26

Adde quòd marito ob retardatam ſolutionem dotis vſuræ debentur, & quòd dos ſit collata in arbitrium tertij. Si enim donec dicta dos arbitretur, maritus ſuſtinuerit onera matrimonij, debentur ipſi vſuræ etiam ante dotem arbitratam, vt per Cagnol. poſt Hercul. in l. curabit num. 42. C. de actionib. empt. quos refert & ſequitur Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucen. 21. num. 27. & 49. 1. part. 27

Adde etiam in materia, quòd in omni caſu, in quo intereſſe non ſolutæ dotis viro debetur. Illud debetur etiam, quòd ille vir non ſit ſolitus negotiari, vt in deciſ. Lucen. 21. num. 38. & 44. vbi de magis communi, licèt Bald. Nouell. ibi per eum allegatus contrarium dixerit. 28

Adde etiam prædictis, quòd ſi maritus fecit dilationem ad ſoluendum dotem, tunc quia nulla eſt commiſſa mora, ideò nullum debetur intereſſe, vt in dicta deciſ. Lucen. 21. num. 41. & ſeqq. Sed in hoc vide Couarruuiam variar. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſic. quintò eodem iure, &c. vbi refert contrarias opiniones, & Bald. Nouell. de dote part. 7. priuileg. 3. num. 2. & ſeq. 29

Quæro. Promiſſa eſt dos marito, dataque ſunt pignora, fructus iſtorum pignorum erantne mariti? Dic quòd ſic, etiam abſque alio pacto, text. expreſſus in cap. ſalubriter, de vſur. vbi reddit rationem ad hoc, ſcilicet, vt vir poſſit onera matrimonij ſuſtinere, ad 30

quæ

quæ dotis fructus regulariter non ſufficiunt : latè comprobat Couarru. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. *Deciſ. Lucen.* 21. *num.* 31. *& ſeqq.* 1. *part.* faciunt infrà tradita *verſ. pignoris fructus, num.* 7. Ideò ſi fructus pignoris dotalis excedant onera matrimonij, & alimenta, illud plus, quod excedit, in ſortem imputatur, vt *ibidem dicte num.* 3. *verſ. tertiò probatur*, vbi & hoc declarat, prout etiam & hoc idem declaratur *in verſ. hec verò interpretatio, in fine.* Et ad hoc vide omninò Baldum Nouellum *de dote part.* 7. *priuileg.* 3. *in diſcurſ.* Quid ſi vir fecerit ſoccro dilationem ad ſoluendum dotem, an fructus pignoris computentur in ſortem, vide in num. antecedenti. Et an ſoluto matrimonio vidua poſſit percipere fructus rei hypothecatæ pro dote, donec ſibi ſoluatur dos? dic quòd ſic, ratione damni emergentis: ita videtur poſt multa concludere vbi ſuprà Couarruuias *in verſ. ſextè hinc*, &c. *& verſ. cæterùm*, &c. vbi quòd diſpoſitio dicti *cap. ſalubriter*, non habet locum in extraneo, cui vir iura ſua ceſſerit.

31 Adde in materia, quòd poſt annum hæredes viri debent ſoluere vxori dotem, &c. vt dixi ſuprà. Et hoc in tantum eſt verum, vt pactum in contrarium, quòd ſcilicet vxori in caſu reſtitutionis dos reſtituatur in pluribus ſolutionibus etiam poſt annum, non valet & reiicitur. Quod quando verum ſit, vide Ioſeph. Ludouic. *in commun. opinion. lib.* 1. *verſ. ad fauorem tamen mulieris, & ſeq.*

32 Adde etiam quòd ſi vxor moriatur infra annum luctus, eius hæredes non poſſunt petere dicta alimenta, ſecundùm Ioſephum Ludouicum *dicta concluſ.* 36. *verſic. Illud autem priuilegium*, &c.

33 Adde etiam quòd annus ad reſtituendum dotem datur hæredibus mariti, etiam quòd ſint diuites, & quòd habeant pecuniam in contanti. Ioſeph. Ludou. *d. concluſ.* 36. *verſ. & ad vnum eſt aduertendum*, &c.

34 Adde etiam quòd dictus annus non datur hæredibus mariti, quando ita ſeruaſſet conſuetudo. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 36. *verſic. fiat.*

35 Et an alimenta præterita poſſint ab vxore peti ab hæredibus viri infra annum non interpellatis, vide Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 44.

36 Dotis vſuræ quando debentur, ita etiam debentur vſuræ augmenti dotalis, vt per Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 45. *per totam*, vbi examinatur materia.

Qvæstio XXXV.

Intereſſe an & quando & quale creditori debeatur ob moram debitoris. & de materia.

Svmmarivm.

1. *Intereſſe an & quando & quale creditori debeatur propter moram debitoris, generaliter.*
2. *Debitore moroſo exiſtente quando poſſit creditor pecuniam debitam ad intereſſe & cambium accipere.*
3. *Damnum non dicitur ſentire, qui ſpem lucri perdit.*
4. *Damnum eſt non adimplere voluntatem ſuam.*
5. *Intereſſe quanti plurimi quando debeatur.*
6. *Intereſſe extra rem, quando debeatur.*
7. *Intereſſe lucri ceſſantis quando debeatur.*
8. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur ex mora debitoris in nummis.*
9. *Intereſſe lucri ceſſantis de quo tempore conſideretur, & ſeqq.*

   Intereſſe lucri ceſſantis quando debetur, non conſideratur niſi à die litis conteſtata, ibid.
10. *Intereſſe lucri ceſſantis aliquando ex ſtipulatione debetur à die mora.*
11. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur ex eo, quod quis emiſſet fundum, ſi pecuniam habuiſſet.*
12. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur niſi in ſolito mercari.*
13. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi probetur mercimonium fuiſſe pra manibus, & lucrum quaſi certum.*
14. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur nec de iure ciuili, nec de iure Canonico.*
15. *Intereſſe lucri ceſſantis quomodò probetur.*
16. *Intereſſe an poſſit per partes taxari, & in pactum deduci.*
17. *Emptor moroſus in ſolutione pretij ad quod intereſſe ſit obligatus.*

   Intereſſe an poſſit officio iudicis taxari, d. n. 15.
18. *Intereſſe lucri ceſſantis æquiparatur intereſſe damni emergentis, quando lucrum eſt radicatum.*
19. *Intereſſe lucri ceſſantis non producitur in infinitum, ſed primum tantùm lucrum debetur. Exemplifica, vt ibid.*
20. *Intereſſe non debetur ab eo, qui propter paupertatem non ſoluit.*
21. *Intereſſe rei, qua non eſt in commercio, non debetur.*
22. *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur in actione bona fidei, ſed tantùm in actione stricti iuris.*
23. *Intereſſe triplex eſt, commune, ſingulare, & conuentum.*
24. *Intereſſe lucri ceſſantis ad hoc vt debeatur, eſt probanda conſuetudo negotiandi, & potentia proxima lucrandi.*
25. *Regulariter intereſſe debetur ob moram debitoris.*

INTERESSE an & quando, & quomodo, & quale creditori debeatur propter moram debitoris, vide omninò omnes Doctores infrà allegatos *num.* 7. præſertim Decium & alios *in l.* 1. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Nattam *conſil.* 370. *lib.* 2. omninò etiam Rolandum *conſil.* 35. *per totum lib.* 1. vbi pulchrè quando ob retardatam ſolutionem debeatur intereſſe. Plot. *in l. ſi quando num.* 456. 610. *& ſeq. C. unde vi.* 1

Debitore moroſo, & in die conuenta non ſoluente poteſt creditor pecunias accipere ad vſuras, & ad cambium pro quantitate debita, & tale intereſſe à moroſo debitore recipere, Romanus *conſ.* 517. *num.* 13. *& conſ.* 101. *num.* 1. Ad quam materiam vide Abbat. *in cap.* 1. *ad finem, de vſur.* vbi loquitur in fideiuſſore ſoluente pro principali debitore, de quo etiam vide textum, & *ibi* gloſſ. & Doct. *in cap. peruenit, de fideiuſſor.* Plot. *in l. ſi quando, dicte num.* 480. *C. vnde vi.* vbi quòd requiritur intimatio, ſeu notificatio. Rolandus *conſil.* 35. *num.* 2. *vol.* 1. 2

Damnum non ſentit ille, qui perdit lucrum, ſeu ſpem lucri futuri. Tiraq. *de legib. connub. pag. mihi* 406. *num.* 35. 3

Damnum eſt non adimplere voluntatem ſuam. Tiraquell. *de retract. pag. mihi* 12. *num.* 25. 4

Intereſſe, ſeu æſtimatio quanti plurimi, an & quando debeatur. Pariſ. *conſil.* 87. *num.* 19. *& ſequentib. volum.* 4. vbi multa in materia. Plot. *in l. ſi quando num.* 181. *C. vnde vi*, vbi facit regulam cum tredecim limitationibus. Natta *conſil.* 399. *volum.* 3. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 120. *num.* 3. Firma. *in Repert. verb. Venditor tenetur num.* 9. 5

Intereſſe extra rem, quale dicatur, & an & quando debeatur. 6

debeatur. Vide Socinum *conſ.*174.*colum.*3. Decius *in l.*1.*C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt.* Natta *conſ.*450.*vol.*2. vbi etiam quòd intereſſe lucri ceſſantis dicitur intereſſe extra rem. Ideò in hac materia vide omnes Doctores infrà allegatos *in ſeq. num.* quia etiam loquuntur de intereſſe extra rem.

7 Intereſſe lucri ceſſantis an & quando debeatur propter moram debitoris, & de materia, vide Iaſon. *in l.*3.*§.finali ff. de eo quod certo loco.* Socin. *conſil.*156.*col.*2.*lib.*2.Felin. *in cap.cùm venerabilis,colum.*2.*extrà de except.* vbi ponit regulam cum limitationibus. Dec. *conſ.*3.*col.*1.*&* *conſil.*116.*col.final.* Socin. *conſ.*174. *col.*3. Dec.& alij *in l.*1.*C.de eo quod intereſt.* Couarru. *variar. reſolut.cap.*4.*lib.*3.*pag.*753. *verſ.primò deducitur.* Dec.*in l.diem functo,num.*8.*ff.de offic. Aſſeſſor.* Aym. *conſil.*320.*num.*6.Roman.*ſingul.*637.Diaz *reg.*350.omninò Plot. *in l.ſi quando,num.*468.*& ſeq.C.vnde vi.*Natt.*conſ.*450.*vol.*2.*&* 380.*eodem volum.* 2. Syluanus *conſ.*10. *num.*8. 18.19.*&* 47. Chriſtophor. de Caſtil. *conſ.*35. *num.*14. omninò Rolandus *conſil.* 35. *volum.* 1. vide infrà *num.*15.

8 Intereſſe lucri ceſſantis regulariter non debetur poſt moram debitoris in nummis. Natta *in conſ.*450.*num.*2.*lib.*2.vide infrà *num.*11. Sed quòd etiam in debitore in nummis debeatur intereſſe lucri ceſſantis, videtur præſupponi per Straccam *de mercatura tit.de contract.lib.mercat.num.*3.*&* 4.

9 Intereſſe lucri ceſſantis in caſu, in quo debetur, non conſideratur, niſi à die litis conteſtatæ. Natta *d.conſ.*450.*num.*5.*lib.*2.limita vt *in num.ſeq.*

10 Intereſſe lucri ceſſantis quando debetur ex ſtipulatione, tunc conſideratur à die moræ ipſius debitoris. Natt.*d.conſil.*450.*num.*5.*lib.*2.

11 Intereſſe lucri ceſſantis non debetur ex eo, quòd quis ex debita pecunia fundum emiſſet. Natta *dicto conſil.*450 *num.*4.*lib.*2. vide ſuprà *num.* 8. Sed contrarium Roland. *conſil.*35.*num.* 5. 6. *& num.*15. *& ſeqq. vol.*1. vbi quòd hoc procedit, dummodò verè,& non præſumptiuè probetur, quòd emiſſet fundum. Dic etiam quòd iſto caſu debetur intereſſe lucri ceſſantis, dummodò per creditorem probetur, quòd præ manibus habebat venditores fundorum, vel annuorum redditaum, vt per Maſcardum *concluſion.* 933. *num.*24.

12 Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi probetur conſuetudo mercandi, & ſic quòd creditor ſit ſolitus negotiari.Maſcard.*concluſ.*933. *num.*1.*&* 2.Amplia,quia debet probari, quòd eſſet ſolitus negotiari tempore quo debitor fuit in mora: nec ſufficit ſi probetur antè,vel pòſt,*num.*4. Item amplia, quòd ex vnica, vel bina negotiatione non cenſetur probata conſuetudo negotiandi, *num.*6. vide Rolandum *conſil.*55.*num.*9.*lib.*2.*&* *conſil.*35.*num.*11. *&* 12.*lib.*1. Menoch. *de arbitr.quæſt. caſu* 519. *lib.*2. vbi videas. Vide aliquid in materia infrà *num.* 5. Qui enim merces comparare ſolet, etiam lucri ceſſantis intereſſe petere poteſt l.3.§.*final.ff.de eo,quod certo loco.* Stracca *tit.de contract.lib. mercator. num.*3. *& ſeq.* & nota, quòd iſtud etiam procedit, prout loquitur Maſcardus in intereſſe lucri ceſſantis,ſecùs in intereſſe damni emergentis, quod debetur etiam non ſolito negotiari, vt per eumdem Maſcardum *concluſ.*933.*num.*16.

13 Immò non ſufficit probare conſuetudinem mercandi, niſi etiam probetur lucrum fuiſſe quaſi certum, & quòd creditor habebat merces præ manibus. Natta *dicto conſil.*450. *num.*6. *lib.*2. vide de hoc particulariter infrà *num.*24. vide etiam generaliter infrà *num.*15.Adde pro hoc eodem dicto Straccam *de mercatura tit.de contract.lib.mercator.num.*3.*&* 5. vbi ex hoc infert, quòd in piſcatore,& venatore, non habetur ratio lucri ceſſantis, quia in eis nunquam poteſt dici, quòd lucrum ſit certum. Pro primo dicto huius verſiculi adde Puteum *deciſ.*237.*num.*1.*lib.*1.Maſcard. *concluſ.*933.*num.*3.10.*&* 18.

Intereſſe lucri ceſſantis non debetur de iure ciuili, multò minùs de iure Canonico.Natta *d.conſil.*450. 14
*num.*6.

Intereſſe lucri ceſſantis quomodo probetur, maximè per teſtes, præter ſuperiùs tradita *num.* 12.*&* 13. 15
vide Roland.*dicto conſil.* 35. *lib.*1. Menoch. *caſu* 119. *lib.*2. omnes Doctores ſuprà allegatos *num.*7. & faciunt generaliter infrà tradita *in fragmentis in Repertorio iudic.verſic.Intereſſe quomodo probetur*,& an intereſſe lucri ceſſantis poſſit ex officio taxari per iudicem, vide *in Repertor.iudic.quæſt.*76.*num.*6.

Intereſſe an poſſit à principio per partes taxari, 16
& in pactum deduci, vide infrà in hac eadem *quæſtione* §.2.

Intereſſe an & quale debeatur per emptorem ven- 17
ditori ob moram in ſoluendo pretium, de hoc particulariter dixi infrà in hac eadem quæſtione §.2.*n.*12. *& ſeqq.*

Intereſſe lucri ceſſantis æquiparatur intereſſe dam- 18
ni emergentis,quando lucrum erat radicatum.Deciſ. Lucen.52.*num.*40.1.*part.* allegat Alexandr. *in l.*3. *ff.de damn.infect.*Dec.*in l.*1.*num.*4.*C.de inſtitut. & ſubſtitut.* Cephal.*conſ.*320.*num.*30.*lib.*3.

Intereſſe lucri ceſſantis non producitur in infini- 19
tum, ſed primum lucrum tantùm peti poteſt. exemplifica, vt per Straccam *de mercatur.tit.de contract.mercat.num.*4.

Intereſſe non debetur ab illo debitore, qui pro- 20
pter impotentiam debito tempore non ſoluit, paupertas enim excuſat à ſolutione intereſſe. Rolandus *conſil.*35.*num.*21.*vol.*1.

Intereſſe non debetur rei, quæ non eſt in com- 21
mercio acquirentis. Villalob.*in communib.opinion.lit.I. num.*88.

Intereſſe lucri ceſſantis debetur in actionibus ſtri- 22
cti iuris: ſecùs in actionibus bonæ fidei. Puteus *deciſ.* 237.*num.*1.*lib.*1.

Intereſſe triplex eſt, ſcilicet commune, ſingulare, 23
& conuentum. Deſcriptionem diuerſarum ſpecierum videas per Maſcardum *concluſ.*930.*num.*1.*& ſeqq.*

Intereſſe lucri ceſſantis ad hoc vt debeatur, non 24
ſolùm eſt probanda conſuetudo negotiandi, vt ſuprà dixi *num.*12.Sed etiam quòd ex illo negotio creditor tantùm lucratus eſſet, ſi debitam pecuniam habuiſſet, vt ſuprà *num.*13. Hinc eſt, quòd per creditorem probanda eſt potentia lucrandi propinqua, quòd videlicet habebat merces præ manibus, quas ſi mercatus fuiſſet, tantum lucri feciſſet, vt pariter dixi ſuprà *num.*13. & in ſpecie probat Maſcardus *in concluſ.*933. *num.* 17.*&* 18. Contrarium tenuerunt plures relati *ibidem num.*19. 20. *&* 21. qui dixerunt ſufficere hoc lucrum probari à communiter accidentibus, etiam quòd non probetur merces venales haberi præ manibus: putà ſi probetur quòd mercatores, & ſoliti negotiari illius qualitatis, & conditionis, cuius eſt creditor, communiter ſolent lucrari ad rationem, puta ſeptem pro centenario. Et quòd propterea ſi creditor pecunias habuiſſet, tantum negotiando lucratus fuiſſet. In hac opinionum contrarietate dic id totum relinqui iudicis arbitrio *num.* 21. *&* 23. vbi etiam quomodo iudex iſto caſu arbitrium ſuum regulabit.

Regula poteſt in hac materia formari, quòd pro- 25
pter moram debitoris debetur intereſſe creditori. Maſcardus *concluſ.*933.*num.*34. vbi ſecùs ſi mora non interceſſit.

§.1.

§. I.

Damna, & intereſſe an & quando probentur iuramento creditoris damnum paſſi.

SVMMARIVM.

1. *Damna & intereſſe an probentur iuramento damnum paſſi.*
2. *Statutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi quando procedat.*
   Pactum, quòd credatur iuramento damnum paſſi, quando valeat, atque procedat, n. 4.
3. *Iuramento damnum paſſi non creditur ſuper illatione damnorum, ſed tantùm ſuper quantitate.*
5. *Iudex debet taxare quantitatem iuratam, & ſeq. & num. 11.*
6. *Quando ſcilicet quantitas iurata non eſt veriſimilis.*
   Vel multùm ſit exceſſiua, ibid.
   Vel debitor ſit enormiſſimè læſus, ibid.
7. *Statutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi non habet locum in furto.*
8. *An in materia admittatur probatio in contrarium.*
9. *An iuramentum poſſit præſtari debitore non citato.*
10. *An deferatur creditori infami, & qui deteriorauit de conditione.*
   & an huiuſmodi pactum poſſit reuocari à debitore, antequam creditor iuret, ibid.
11. *& an tali iuramento detur reductio ad arbitrium boni viri.*
   Expenſa facta in lite an probentur iuramento vincentis, ſub num. 4.
12. *Iuramentum hoc non defertur alsàs periuro.*

1 INTERESSE quando contra moroſum debitorem probetur iuramento damnum paſſi, vide Plot. *in l. ſi quando, num. 456. 610. & ſequen. C. vnde vi.* & faciunt generaliter tradita in materia iuramenti in litem. Omninò in materia vide eumdem Plotum *in dicta l. ſi quando, in eius Repertorio verb. Damnum paſſi*, &c. per plures verſiculos. Ancharan. *quæſt. 33. num. 16. 2. part.* vbi quòd per iuramentum damnum paſſi probantur damna & intereſſe, cuius contrarium dixit Cagnolus *in l. curabit, num. 56. C. de action. empt.* vide *in Repertor. iudic. verſic. intereſſe, ſub num. 28.*

2 Et particulariter, an valeat ſtatutum, quod iuramento paſſi damnum credatur ſuper damnis & intereſſe. Quandóve huiuſmodi ſtatutum habeat locum, vide Marſilium *ſingul. 338. & 957.* Cæpoll. *cautel. 219.* Roman. *ſingul. 259.* Arnon. *ſingul. 45.* Marſil. *ſingul. 74. & 357.* omninò Cottam *in memorab. pag. mihi 824. & ſeqq. in verb. Statute ciuitatis Mediolani.* Viui. *in communib. opinionib. verb. ſtatutum diſponens pag. 211.* omninò Plotum *in l. ſi quando in eius Repertorio verb. Damnum paſſi*, &c. per plures verſiculos, omninò etiam Marſilium *in tract. de bannit. in verb. villa num. 39. & ſeqq.* Maſcard. *concluſ. 471. & concl. 934.*

3 Iuramento alicuius, quando ſuper damnis & intereſſe, ſtandum eſt: putà vigore ſtatuti ita mandantis, intelligitur quoad quantitatem, non quoad illationem ipſius damni. Quod enim damnum ſit illatum, hoc eſt plenè probandum aliter, quàm per iuramentum damnum paſſi. Firman. *in Repertorio verb. Damni illatio num. 43.* Plot. *in l. ſi quando §. 48. al. 45. num. 4. & 5. C. vnde vi.* Maſcard. *concluſ. 471. num. 24.* Vide in impreſſis *quæſt. 24. num. 217.*

Similiter valet pactum, quòd in damnis & intereſſe credatur iuramento damnum paſſi, ſecundùm veram & communem opinionem, de qua per Iaſon poſt Albert. *in l. iuſiurandum quod ex conuentione col. 1. verſic. conclude veram, ff. de iureiur.* Ad quam materiam vide N. *in tract. de euict. pag. 139. num. 156. & ſeqq.* Zarzan. *opinione 101. num. 4. in fine, in 1. tom. commun. opinion. pag. mihi 24. & opin. 156.* Adde Straccam *de mercatur. tit. de contract. mercat. num. 6.* vbi quòd tale pactum valet, & ibi teſtatur de communi, & concordantes allegat, & remiſſiuè limitat. Et particulariter, an valeat huiuſmodi pactum ſuper expenſis in lite factis, vide *in Repertorio iudic. verſ. expenſa num. 15.* pro primo dicto. Adde Maſcardum *concluſione 934. num. 35.* 4

Poterit tamen iudex, ſi ſibi videtur, non obſtante tali ſtatuto recuperare iuratam ſummam & quantitatem eius arbitrio reducere, & taxare, vt per Auguſt. de Arimin. ad Aretin. *in tract. de maleficijs, verb. necnon diminui num. 18. pag. mihi 45.* vbi loquitur in terminis ſtatuti, & per Phan. *in tractat. de iureiuran. part. 2. in princip. ſub num. 21. verſic. non obſtat*, vbi loquitur in terminis pacti. Sed an iſta iudicis taxatio debeat præcedere iuramentum, vide infrà *num. 11.* 5

Reducit autem & taxat prædictum iuramentum iudex, quando quantitas iurata non eſt veriſimilis: quia tunc tali iuramento ſtandum non eſt, vt per Tiraquellum *de reuocan. donat. pag. 49. num. 50.* & tradit Phanucius *vbi ſupra*, vbi ſimiliter quòd iuramentum debet reduci, quando quantitas iurata eſſet multùm exceſſiua, & afferret enormiſſimam læſionem. Enormiſſima autem læſio tali caſu dicitur adeſſe, quando quis læditur in totum, vel quaſi, vt per Cæpoll. *conſ. ciuili 29. col. 4 verſ. ſexto dicitur*, &c. Alexand. *conſil. 47. num. 7. lib. 1.* Ad idem Maſcard. *concluſ. 394. num. 16.* vbi quòd non ſtatur iſto caſu tali iuramento, quando eſſet iniquum. 6

Hoc ſtatutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi, non habet locum in furto, ſecundùm Gratum *reſponſ. 154. part. 2.* Viui. *in communib. opinionib. dicto verb. ſtatutum diſponens.* Vide Marſilium *in tractat. de Bannitis, in verb. villa num. 49. & ſeqq.* Boſſ. *in tit. de cupiura num. 43.* 7

Iuramento alicuius licèt vigore ſtatuti ſtandum ſit ſuper damnis & intereſſe, tamen admittitur iſto caſu probatio in contrarium ſecundùm communem, de qua per Clarum *in practica quæſt. 82. verſ. quæro nunquid ſtante*, Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remedio 15. pag. mihi 273. num. 357.* vbi generaliter dicit quòd quando creditur iuramento damnum paſſi, admittitur nihilominus probatio in contrarium. Vide in materia Socin. *reg. 380.* Cotta *in ſuis memorab. pag. mihi 189.* Pro primo dicto, quòd videlicet admittatur probatio in contrarium, adde Aſyn. *in practic. §. 32. cap. 30. pag. 470.* & late Roland. *conſil. 87. per totum*, præſertim *num. 11. & ſeq. volum. 4.* faciunt generaliter tradita *in Repertorio iudic. verſ. Iuramentum num. 6. inter diuerſa iuramenti*, & ibi tradita poteris hîc apponere. 8

Iuramento alicuius quando vigore pacti ſuper damnis & intereſſe ſtandum eſt, tunc creditor poterit iurare debitore abſente, & non citato, vt per Tiraquell. *Res inter alios acta pag. mihi 12. à tergo verſic. à quo non longè abeſt.* Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont. 68.* vbi reſpondet contrariis. Si verò deferatur iuramentum vigore alicuius legis, vel ſtatuti, tunc requiritur citatio ſecundùm communem, de qua teſtatur Plotus *in l. ſi quando num. 830. C. vnde vi.* licèt Alexand. *in conſil. 130. incip. Difficultas, vol. 1. contrarium dixerit.* 9

Stante huiuſmodi pacto, quòd de damnis, &c. ſtetur 10

ſtetur iuramento creditoris damnum paſſi, poteſt debitor hoc pactum reuocare, antequam creditor iuret, ſecundùm Bart. *in l. final. de prator. ſtipulat.* cuius tamen opinio communiter reprobatur ſecundùm Straccam *de mercatura tit. de contractib. mercat. num. 6.* qui illius doctrinam tunc demum habere locum dicit, quando ſcilicet creditor deteriorem ſuam conditionem feciſſet, efficereturque culpatæ, & infamatæ vitæ: tunc enim ex iuſta cauſa poteſt debitor talem conuentionem reuocare, vt ibi per eum. Sed pro Bartoli opinione vide Aſin. *in pract. §. 32. in 9. ampliatione num. 1.*

11 Iuramentum hoc quod defertur creditori ex prædicta conuentione ſuper damnis, &c. non eſt neceſſe quòd illud præcedat iudicis taxatio: ſed cautius eſt vt præcedat; quia ſi iuratur non præcedente iudicis taxatione, poteſt à dicto iuramento per debitorem peti reductio illius ad arbitrium boni viri. Hæc tradit Stracca vbi ſuprà *dicto num. 6. verſ. huic rei eſt*, &c. ex cuius dictis non inferas non dari huiuſmodi reductionem, quando iudex ante iuramentum taxauit, quia credo ſemper dari hanc reductionem: ſed iudice taxante, periurium non detegitur creditoris per reductionem ſummæ iuratæ & taxatæ, ſecùs ſi iudex non taxauit, vide ſuprà *num. 5. & 6.* Adde ad ſupradicta Aſin. *in pract. §. 32. in 9. ampliatione, in fine.*

12 Iuramentum iſto caſu non defertur aliàs periuro, vt per Maſcardum *concluſ. 1039. num. 8. & concl. 1003. num. 48. lib. 2. & concluſ. 934. num 37. eodem lib.*

Poſui in fragmentis criminalibus verb. *Iuramentum.*

§. II.

Intereſſe an poſſit à principio per partes taxari. Et an venditor habens fidem de pretio, poſſit licitè paciſci de aliquo intereſſe ob dilationem ſolutionis pretij.

SVMMARIVM.

1. *Intereſſe an poſſit per partes taxari, vbi generaliter.*
2. *Intereſſe ſoluendum ob non ſolutam dotem an poſſit taxari.*
   Intereſſe ob non ſolutionem legati an poſſit taxari.
3. *Venditor faciens dilationem ad ſoluendum, an poſſit de aliquo intereſſe paciſci, generaliter, & ſeqq. omnib.*
   Dic quòd venditor non poteſt paciſci de hoc intereſſe, num. 9.
   Sed debet illud aliunde, quàm per pactum probare, ibid.
   & quomodo iſto caſu venditor probabit intereſſe, ibid. & n. 20.
4. *Quid ſi intereſſe taxatum per venditorem non excedit fructuum æſtimationem, & n. 9.*
5. *Quid ſi excedit fructuum æſtimationem, & dicto num. 4.*
6. *Quid ſi fiat ſub titulo annui reditus, d. n. 5.*
   Vel ſub titulo locationis, ibid. & 24.
7. *In mercatore ſemper iſtud pactum eſt reprobatum.*
   An valeat conſuetudo, ſeu ſtatutum in contrarium, num. 10.
   Quid in emptore, qui iurauit ſoluere taxatum intereſſe, num. 11. & 28.
9. *Emptor an lucretur fructus rei empta, ſi non ſoluit pretium, & n. 12.*
   Emptor etiam ſine pacto an teneatur ad aliquod intereſſe venditori, ob non ſolutum pretium, ſub n. 3. & num. 9. 12. & ſequentib.
18. *Illicita taxatio intereſſe non reddit nullum totum contractum.*
19. *In dubio intereſſe taxatum non præſumitur exceſſiuum.*
   & qui vult dicere taxationem exceſſiuam, auditur, ibid.
20. *Intereſſe non exceſſiuum, & fructibus correſpondens qualis ſit.*
21. *In foro poli conuentum intereſſe poteſt capi.*
22. *Conuentum intereſſe non poteſt capi, etiam quòd debitor illud tempore promiſſionis fateatur.*
25. *Pactum ſumendi pecunias ad cambium, & recambium an valeat.*

INTERESSE an poſſit à principio in contractu per partes taxari, vide Aymon. *conſil. 183. num. 8. & conſil. 189. num. 5. & ſeqq.* Ambroſius de Vignate *in cap. ſalubriter num. 19. circa med. de regul. iur. pag. 35.* & faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt. 34. num. 6. & 10.* & videtur quòd ſic, ſi intereſſe ſit veriſimile, per ea, quæ tradit Couarruuias *variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſic. 4. hinc poterit*, &c. & hæc opinio eſt magis communis, & in practica tenenda, ſecundùm Ioſeph. Ludouic. qui plures adducit concordantes *in commun. opinion. lib. 1. concluſ. 56. verſic. contrarium voluit, & ſeq.* licèt aliqui ibi relati *in principio concluſionis, & verſic. & dicta vſura*, contrarium dixerint, prout contrarium tenuit Rota, de qua *in libr. Inform. crim. fol. 526.* Contrarium etiam docet Maſcardus, qui plures alios allegat *in concluſ. 933. num. 1. & ſequen.* vide *in libr. Information. criminal. fol. 542. num. 44. & ſeqq.* vbi reſpondetur ad contraria, & declaratur materia. Sed pro prima opinione, vide *in prædicto libr. Informat. crimin. fol. 547. num. 66.* Maſcard. *in concluſ. 930. num. 4. & 5.* 1

Et particulariter an valeat pactum de ſoluendo tantum, puta decem pro centenario, propter dotem non ſolutam, de hoc particulariter dixi ſuprà *q. 34. num. 6. & num. 10.* 2

Et an venditor faciens dilationem emptori ad ſoluendum pretium, ſeu partem pretij rei venditæ, poſſit licitè paciſci cum ipſo emptore de aliquo iuſto intereſſe ſibi ſoluendo pro rata dicti pretij non ſoluti, vide generaliter in materia omninò Cagnolum *in l. curabit num. 52. & ſeqq. C. de action. empt.* Gozad. *conſil. 55. num. 11.* Grat. *reſponſ. 18. num. 11. verſ. præterea part. 2. & conſil. 11. num. 30. eadem 2. part.* Socin. iun. *conſil. 66. vol. 2.* Bald. Nouell. *in tract. de dot. part. 7. priuileg. 3. num. 3.* Aymon. *conſil. 179. num. 7. & conſil. 105. num. 11.* Zarzan. *opin. 155.* Couarru. *variar. reſolut. pag. mihi 690. & ſeqq. & pag. 759. verſ. 7. eadem*, &c. latè Plotus *in l. ſi quando num. 452. & ſeqq. C. vnde vi.* Cephal. *conſ. 290. per tot. vol. 2.* Anchar. Regien. *quæſt. 35. 2. part.* Siluan. *conſ. 10. per totum*, præſertim *in fine*, & faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt. 34. num. 6. & num. 10.* Alexandrinus *conſ. 88.* & an emptor circunſcripto iſto pacto teneatur venditori ſoluere aliquod intereſſe propter pretium non ſolutum, poſui in hac eadem quæſtione infrà *num. 12. & ſeqq.* 3

Dicas, quòd regulariter iſto caſu poteſt venditor ſuper dicto intereſſe licitè paciſci, dummodò non excedat fructus, qui proportionabiliter ex re vendita percipiuntur, ſecundùm Cagnolum *in dicta l. curabit, dicto num. 52. & ſeqq. C. de actionib. empt.* vbi videas. Vide infrà *num. 9. & n. 14.* Bertaz *conſ. 540. num. 9.* 4

Quod limita non procedere, quando iſtud intereſſe ita per venditorem & emptorem taxatum in 5

pactum

pactum deduceretur ſub titulo annui redditus. nam tunc peti poteſt, & licitè percipitur, etiam quòd excedat fructuum æſtimationem, vt per Couarruuiam *variarum reſolutionum pag. mihi* 760. *num.* 6.

6 Datur etiam & alia cautela ad hoc, vt ſcilicet venditor poſſit hoc intereſſe licitè ex pacto taxato percipere, vt fiat iſta taxatio titulo locationis, ſecundùm Couarru. *variar. reſolut. pag.* 760. *num.* 6. Sed quòd iſta cautela non valeat, tradit Cephalus *conſil.* 290. *num.* 5. *& ſeqq.* 16. *& ſeqq. volum.* 2. Pro cautela adde Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 56. *verſic. Cautela tamen eſt.* Maſcard. *concluſ.* 953. *num.* 31. vide infrà *num.* 24.

7 Adde in materia, quòd iſtud pactum ſemper in mercatore reprobatum eſt, de quo videas per Zarzan. *opin.* 155. Aym. *conſil.* 73. *num.* 7. *& conſ.* 87. *num.* 1. Alexand. *conſil.* 20. *num.* 4. & quòd nec per mercatores poſſit intereſſe à principio taxari, tradit Stracca *de mercatura, tit. de contractib. mercat. num.* 2. *&* 3. vbi reſpondet ad contraria.

8 Et an ex legato poſſit aliquod ſolui intereſſe inter legatarium & hæredem taxatum etiam de voluntate teſtatoris, donec dictum legatum ſoluatur, ponit Couarru. *variar. reſolut. pag.* 706. *num.* 9. & faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt.* 34. *num.* 13. vide *in deciſionib. Rotæ impreſſis poſt mea conſilia.*

9 Facias regulam in materia, quòd venditor ratione retardatæ ſolutionis non poteſt paciſci ſibi aliquid deberi pro intereſſe iſtius temporis, puta quinque, vel ſex pro centenario. Cephal. *conſil.* 290. *num.* 7. *& ſeqq. volum.* 2. vbi de communi. Sed debet creditor aliter probare ſuum intereſſe, quàm per dictum pactum: puta habita ratione ipſorum fructuum, quos emptor percepit illo medio tempore, vt *ibidem* per Cephalum *num.* 10. *& ſeqq.* Ad quod faciunt ſuprà tradita *num.* 4. emptor enim non lucratur fructus rei venditæ, niſi pro rata pretij ſoluti, quia non videtur honeſtum, vt ipſe habeat rem & pretium, de quo dixi infrà *num.* 12. in hac eadem quæſtione, *& num. ſeqq.* Cum Cephalo tenuerunt plures relati per Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 56. *in princip. & verſic. & dicta vſura.* Sed in contrarium eſt magis communis opinio, & in praxi tenenda, teſte eodem Ioſepho *ibid. verſic. contrarium voluit, & ſeq.* & faciunt ſuprà generaliter tradita *num.* 1.

10 Amplia, vt nec ſtatutum, nec conſuetudo valeat in contrarium. Cephal. *dicto conſil.* 290. *num.* 8. *& ſeqq.* & cum Cephalo tenent alij, de quibus per Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 56. *in princip.* vbi tamen *in verſ. contrarium voluit*, &c. *& ſeq.* dicit, quòd contra Cephalum eſt magis communis opinio, à quo non recedendum in practica, & concordantes allegat in hac materia.

11 Amplia etiam quòd emptor iuraſſet dictum intereſſe ſoluere, quia petita abſolutione poterit tali iuramento contrauenire. Cephal. *d. conſ.* 290. *num.* 15. vide infrà *num.* 23.

12 Quarto in materia, an circumſcripto pacto emptor teneatur ad aliquod intereſſe venditori propter moram in ſoluendo pretium, & an faciat iſto caſu fructus ſuos, vide generaliter Viuium *in communib. opinionib. pag. mihi* 304. *à tergo*, *in paruis*, *verb. venditor.* Mynſing. *obſeruat.* 13. *centur.* 1. *&* 56. *centur.* 4. Duen. *regul.* 244. omninò Couarru. *variar. reſolut. pag. mihi* 751. *num.* 1. *& omnib. ſeqq.* vbi explicat omnes quæſtiones contingibiles in materia. Plot. *in l. ſi quando, num.* 189. *C. vnde vi.*

13 Dicas, quòd emptor poſt rem ſibi traditam tenetur ad vſuras pretij loco intereſſe ob retardatam ſolutionem. Boër *conſ.* 23. *num.* 9.

14 Iſtud autem intereſſe taxatur per iudicem habita ratione fructuum perceptorum illo medio tempore per emptorem, vt per Cephalum *conſil.* 190. *num.* 10. *& ſeqq.* ad quod faciunt ſuprà tradita *num.* 4. *&* 9. emptor enim lucratur fructus pro rata pretij ſoluti duntaxat, non autem pro rata pretij non ſoluti. Afflict. *deciſ.* 87. *num.* 7.

15 Et an teneatur venditori emptor ob retardatam ſolutionem ad intereſſe lucri ceſſantis, tradit Afflict. *deciſ.* 10. *per tot.* & faciunt generaliter ſuprà tradita in hac eadem quæſt. *in princip.*

16 Et an emptor teneatur iſto caſu ad aliquod intereſſe, ſi nullos fructus ex re ſibi vendita perceperit: puta, quia eſſet ſterilis, vel ex alia cauſa, vide generaliter Roland. *conſil.* 14. *per tot.* *Credo ſit*, *volum.* 2. & Socin. *conſil.* 133. *num.* 12. *lib.* 1. vbi particulariter, quid ſi emptor non habitauit domum, vel nec eam locauit. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 56. *verſ. ampliatur hoc procedere.*

17 An autem fructus rei venditæ ſint emptoris, vel venditoris tempore venditionis, vel retrouenditionis vigore pacti de retrouendendo, vel quando reſcinditur contractus ex remedio *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Vide de hoc *in Repertorio iudic. quæſt.* 67. *n.* 40. *& ſeqq.*

18 Adde iam ſuprà traditis, quòd in caſu, in quo non valet conuentio, ſeu pactum ſuper taxatione certi intereſſe, iſta conuentio ſuper contractu appoſita non reddit totum contractum illicitum, ſed illa tantùm reiicitur, & habetur pro non facta. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 56. *verſ. ob id tamen contractus non erit illicitus.*

19 Adde etiam, quòd admiſſa pro vera illa opinione, quòd ſcilicet poſſit intereſſe non exceſſiuum, veriſimile & fructibus correſpondens per pactum, ſeu ſtatutum taxari, non per hoc erit præcluſa via contrahenti probandi, quòd ſcilicet illud intereſſe ſit exceſſiuum, licèt in dubio pro taxatione præſumatur. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 56. *verſic. Opinio tenentium contrarium*, &c. vbi quòd dicta probatio in contrarium eſt admittenda, etiam quòd pactum ſit iuratum, ac etiam quòd ſtatutum tali taxationi executionem daret.

20 Et ad hoc vt intereſſe dicatur fructibus correſpondens, & non exceſſiuum, non eſt inſpiciendus futurus euentus, quanti res fructuauerit. Et conſequenter intereſſe non eſt liquidandum ſecundùm fructus perceptos; ſed probandum, quòd à communiter accidentibus fructus fundi aſcendunt ad intereſſe taxatum. Ioſeph. Ludouicus *dicto verſic. Opinio tenentium contrarium*, &c. vide ſuprà *ſub num.* 20. *&* 14.

21 Admiſſa autem opinione Cephali, de qua ſuprà *num.* 9. quòd ſcilicet intereſſe non poſſit per partes taxari, eam intelligas procedere in foro fori, ſecus in foro poli; in quo quis licitè poteſt capere conuentum intereſſe, ſi in veritate tale intereſſe ſubſit. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſione* 56. *verſiculo limita primam opinionem.* Maſcard. *concluſ.* 933. *num.* 29.

22 Et admiſſa eadem opinione, quòd intereſſe non poſſit à principio per partes taxari, illam amplia, vt procedat, etiam quòd debitor tempore promiſſionis fateatur ſe ſcire, quòd intereſſe aſcendat ad ſummam taxatam, vt per præfatum Maſcardum *concluſ.* 933. *num.* 27.

23 Item amplia eandem concluſionem, etiam quòd adſit iuramentum. Maſcardus *dicta concluſ.* 933. *n.* 28. vide ſuprà *num.* 11.

24 Adde in materia, quòd quando venditor reſeruat

ſibi dominium vſque ad ſolutionem pretij, poteſt interim, donec pretium ſoluatur, certum quid ſingulis annis ſtipulari, (dummodò non dicatur *pro intereſſe*) quia intelligetur pro ficta tacitæ locationis, quæ iſto caſu valida eſt, vt dixi ſuprà *num.*6. Maſcard. *concluſ.*933.*num.*32. *& ſeq.* & hæc poterit eſſe ampliatio ad concluſionem ſuperiùs poſitam, *num.*6.

25 Pactum, quòd ob moram debitoris poſſit creditor ſumere pecunias debitas ad cambium & recambium, & ſic ad intereſſe, an valeat, & de materia, Ludouic. Peguer. *deciſ. criminal.* 33.*num.*2.*& ſeqq.*

Qvæstio XXXVI.

Dote certa non conſtituta, quænam dos per mulierem data cenſeatur primo, vel ſecundo viro.

Svmmarivm.

1. *Dos ſecundo viro cenſetur conſtituta eadem, quæ fuit data primo viro.*
2. *& quid ſi extent filij primi matrimonij.*
3. *Tertio autem viro quæ dos conſtituta cenſeatur.*
4. *& quid ſi dos data primo viro nondum erat exacta.*
5. *& quid ſi dos data primo viro fuerit tantùm confeſſata.*
6. *& an augmentum dotis etiam cenſeatur factum ſecundo viro.*
7. *& an donatio propter nuptias ex primo matrimonio lucrata, cenſeatur data in dotem ſecundo viro.*
8. *Dote conſtituta in matrimonio inualido, eadem cenſetur conſtituta, ſi poſteà conualidetur per diſpenſationem Principis.*
9. *Dote certa non conſtituta, an cenſeatur datum totum patrimonium.*
   & quid ſi maritus ſit dignus tanta dote, ibid.
   & quid ſi mulier dixit: Do tibi omnia bona mea, ibid.
   Vel trado me, & mea tibi, ibid.
10. *Statutum volens, quòd mulier cenſeatur dediſſe omnia bona ſua in dotem, quomodo intelligendum.*
11. *Dotis titulus an præſumatur.*
    & quid ſi maritus per decennium bona vxoris poſſederit, ibid.
    & quid ſi in contrarium adſint coniecturæ, ibid.
    & quid ſi vxor faſſa eſt dotem datam, ibid.
    & quid ſi maritus vxore non contradicente ſæpiùs dixerit ſe ea bona tenere, ac poſſidere tanquam dotalia, ibid.

1 Dos in dubio cenſetur data ſecundo viro eadem quæ fuit data primo. Roland. *de lucr. dotal. quæſt.*75. *n.*1. *& ſeqq.* vbi concordantes allegat. Natt. *conſil.* 571.*num.*1.*volum.*3.*l. dotem, quæ in prius. l. quòd ſi non diuortium. l. Diuus Seuerus. ff. de iur. dot.* Tiraquell. *de legib. connubial. gloſſ.*5.*num.*223. *& ſequentib.* Vide ad materiam Andr. Gayl. *obſeruat.*82.*lib.*2.

2 Et quid ſi extarent filij primi matrimonij? Dic vt per Roland. *de lucr. dotal. quæſt.*32. *num.*4. *& quæſt.*77. *num.*4. Natta *conſil.*571. *n.*1. *vol.*3. *deciſ. Pedemont.*21. *num.*22.

3 Et quid ſi mulier dederit magnam dotem primo viro, ſecundo autem minorem, & tertio nullam dotem dederit, an tertio viro cenſeatur dos data quæ primo, vel ſecundo viro priùs data fuit. Roland. *de lucr. dotal. quæſt.*78.

Et an mulier ſecundo viro cenſeatur dediſſe in dotem nomen debitoris primi viri, & ſic dotem nondum exactam. Roland. *de lucro dotali quæſt.*81. *per totam.* 4

Et quid ſi dos primo viro conſtituta fuit tantummodo confeſſata, an eadem dos cenſeatur ſecundo viro conſtituta. Dic quòd non, ſecundùm Cephalum *conſil.*101.*num.*16.*vol.*1. Roland. *de lucr. dotal. quæſt.*80. *per tot.* 5

Et an augmentum dotis factum ab vxore primo viro cenſeatur etiam datum ſecundo viro. Dic quòd ſic, vt per Nattam *conſil.* 571. *num.* 2. *& num.* 9. *volum.*3. 6

Et an donatio propter nuptias, quam vxor ex primo matrimonio lucrata eſt, cenſeatur per mulierem in dotem data ſecundo viro? Dic quòd non. Natta *dicto conſil.* 571. *num.* 1. *& ſequentib. dicto volum.*3. 7

Dote conſtituta in matrimonio inualido, puta inter affines, eadem cenſetur conſtituta, ſi poſtea dictum matrimonium reconualidetur per Principis diſpenſationem. Roland. *de lucr. dotal. quæſt.* 77. *per totam.* 8

Dote certa non conſtituta, an cenſeatur datum totum patrimonium vxoris. Villalobos *in communib. opinionib. litera M. num.* 134. Aymon *de antiquit. temp. pag.*219. *num.*109. Viui. *in communib. opin. pag. mihi* 158. *in paruis.* Zarzan. *opinion.* 119. Curt. iun. *conſil.*68.*num.*4. Socin. *conſil.*80. *volum.*4. Socin. iun. *conſil.* 8. *num* 18. 2. *parte.* Latè diſputat Rolandus *de lucro dotal. quæſt.* 71 *per tot.* vbi *num.*7. dicit communem opinionem eſſe negatiuam, quòd videlicet non cenſentur omnia bona data in dotem, de communi etiam Couarruo. *ſuper* 4. *Decretal. part.* 1. *cap.* 5. *num.*5. etiam quòd vir eſſet dignus tanta dote, ſed erit iſto caſu matrimonium ſine dote, vt ibi per eum. Quod limitatur, niſi in contrarium adeſſet conſuetudo, vt *ibidem* per Rolandum *num.* 11. Item limitatur, niſi mulier dixiſſet, Do tibi bona mea; quia tunc dotis titulus præſumitur, vt per Roland. *de lucr. dotal. quæſt.*72. Idem ſi dixiſſet, Trado & committo me & mea tibi; quia tunc ſi maritus eſt dignus tanta dote, omnia bona ipſius mulieris cenſentur data in dotem, vt per Roland. *de lucr. dotal. quæſt.* 73. de hac materia vide Andream Gayl. *obſeruatione* 82. *lib.*2. 9

Si ſtatutum dictat, quod mulier cenſeatur omnia bona ſua dediſſe in dotem, non habet locum in ea, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, nulla facta mentione dotis. Roland. *de lucr. dotal. quæſt.*76.*num.*4. 10

Dotis titulus non præſumitur, etiamſi decennio maritus bona vxoris tenuerit, & fructus perceperit, ſecundùm communem, de qua per Cephalum *conſil.*122. *num.*16. *vol.*1. & per Rolandum *de lucr. dotal. quæſt.*74. *per totam.* Quod limitatur per Rolandum *ibidem num.*12. *& num.*13. tribus modis. Primò, niſi in contrarium adſint coniecturæ. Secundò, niſi vxor confiteatur dotem datam. Tertiò, niſi maritus, vxore non contradicente, ſæpiùs dixerit ſe ea bona tenere, ac poſſidere tanquam dotalia. Vide in propoſito omnino infrà tradita *quæſt.*52.*num.*10.*& ſeqq.* Vbi quòd iſto caſu bona præſumuntur potius paraphernalia, quàm dotalia, niſi id expreſsè dicatur. Et ibi hoc ampliatur nonnullis modis; ideo ibi videas. 11

Qvæstio

Qvæstio XXXVII.

Statuta extra territorium ſtatuentium quando ſeruanda ſint; quandóve ad bona ſita extra territorium trahantur. Et an potiùs ſeruanda ſint ſtatuta loci originis, quàm domicilij? & quando. Et quot modis domicilium contrahatur, & alia ad materiam.

Svmmarivm.

1. *Statutum quando extendat ſuas vires extra territorium, generaliter.*
   Statuta quando extendantur ad bona ſita extra territorium, num. 16.
   Statuta an & quando ligent non ſubditos, generaliter, d. num. 1. & 27.
2. *Statuta an & quando ligent forenſes, generaliter, & num. 3. & 27.*
4. *Statutum habilitans, ſeu inhabilitans ad diſponendum, an extendatur extra territorium, & an liget forenſes ratione bonorum ſitorum, & 21.*
   & quid de ſtatuto volente mulierem, ſeu minorem non poſſe contrahere ſine conſenſu proximorum, &c. d. n. 4.
5. *Subditus an quis dicatur potius ratione domicilij, quàm originis, & n. 6.*
   & an dicatur Parmenſis, qui alibi ſortitur domicilium, d. num. 5.
   Statuta domicilij an ſint attendenda potius quàm originis, ibid. & num 6.
7. *Mulier nupta extra locum ſuæ originis, quibus ſtatutis ſubijciatur, & ſeq.*
8. *Contractus ſecundùm quæ ſtatuta celebrari & regulari debeant, & ſeqq.*
14. *Teſtamentum ſecundùm quæ ſtatuta condi & regulari debeant, vbi de materia.*
15. *& an ſtatuta de ſucceſſionibus ab inteſtato extendantur extra territorium, & de materia.*
16. *Si in ſtatuto adeſt clauſula*, Vbique locorum, *an tunc extendatur extra territorium, & liget forenſes.*
17. *Subditus an quis dicatur ratione bonorum ſuorum in aliquo territorio, & ſeqq.*
    Statuta an ligent forenſes, & extendantur extra territorium ratione bonorum ſuorum in territorio ſtatuentium, ibid.
19. *Quid ſi ſtatutum loquatur in perſonam, ſub num. 11. & 27.*
    Vel in rem, n. 18. & ſub num. 11. & 27.
23. *Statuta punientia delicta an ligent forenſes & non ſubditos, & an extendantur extra territorium.*
    & in puniendis delictis quæ ſtatuta attendantur, ibid.
24. *Domicilium quando & quomodo contrahatur, & de materia.*
25. *Statuta ligant non ſubditos in ordinatorijs, ſecùs in deciſorijs.*
    Statutum aliquid vetans cum modificatione ligat forenſes, ſub num. 4.
26. *Non attenduntur ſtatuta loci contractus, ſed originis, quando quis fraude, vt non ſeruet ſolemnitates ſtatuti loci originis, contrahit in alio loco,*
    Farinacij Repert. de Contractib.
27. *Statuta in rem ligant forenſes, ſecùs in perſonam.*
    Statuta odioſa non ligant forenſes, etiam quòd in rem loquantur, ibid.

Statutum an & quando vires ſuas extendat extra territorium ſtatuentium, vide ad hanc materiam Aldetan. Maſcard. *in tractatu de generali ſtatutorum interpretatione concluſ. 6. in diſcurſu.* Et an & quando liget non ſubditos, vide generaliter de hac materia Doct. *in l. final.* vbi Cagnol. *num. 21. ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Canoniſtæ *in cap. vt animarum, de conſtitut. in 6.* Grat. *reſponſ. 21. num. 29. lib. 1.* Bellonus *conſil. 13. num. 1.* Gozad. *conſil. 49. colum. 2. verſ. quibus non obſtantibus, & colum. 4. num. 12.* Socinus *conſil. 49. per totum, volum. 1.* Bart. *in l. 1. col. 12. verſ. circa primum. C. de ſumm. Trinit. & fid. Catholic.* Pariſ. *conſ. 68. num. 8. cart. 126.* Brun. *in tract. ſtatutorum, artic. 8. num. 119. & 122.* Socin. *conſil. 36. num. 1. volum. 1.* Iaſon *in l. ſi arrogatur, num. 43. & ſeqq. ff. de adopt.* Tirizæ. *de teſtament. coniug. pag. mihi 123. num. 1. & ſequentib.* Quibus in locis magis communiter concludunt Doctores, quòd regulariter ſtatutum non comprehendit non ſubditos loco ſtatuentium, & non extenditur extra eorum territorium, infra *num. 27.* 1

Et an ſtatutum liget forenſes, & quando, vide generaliter in materia Doctores ſupra allegatos in antecedente num. Tirizæ. *de teſtament. coniug. pag. 146. vſque ad pag. 51. in diſcurſu.* Clar. *quæſt. 85. verſ. ſecundus eſt caſus.* Iaſon *in rubr. C. de ſumm. Trinitat. & fid. Cathol. num. 55.* Vide etiam quæ infrà dicuntur per totam hanc quæſtionem in diſcurſu. Et quid in ſtatutis criminalibus punientibus delicta, vide *num. 23.* & poſui *in fragmentis verſic. Bannimenta.* Et an & quando forenſes poſſint allegare ignorantiam ſtatuti, vide *in Repertor. iudic. quæſt. 3. cap. 3. num. 13. & ſeqq.* Cephal. *conſil. 241. num. 67. & ſeqq.* vbi quòd ſtatuta regulariter non ligant forenſes, & ita in dubio interpretandum eſt, & idem tradit Anchar. *quæſt. 3. num. 1. part. 2.* vbi de communi, *& quæſt. 63. ead. part. 2.* vbi etiam aliquid peculiariter agitur de materia. 2

Et an ſtatutum prohibens extractionem frumenti liget forenſes, dixi in ſua materia particulari huius ſtatuti, videlicet *in Repert. crimin. quæſt. 113.* 3

Statutum inhabilitans perſonam habilem ad diſponendum, an & quando extendatur extra territorium ſtatuentium, ponit Imol. *concluſ. 25. lib. 5.* & faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt. 20. num. 37.* vbi poſui, an ſtatutum mandans mulierem, ſeu minorem non poſſe contrahere ſine conſenſu, &c. habeat locum extra territorium, &c. & faciunt infrà tradita *num. 21.* Ad hæc nota, quòd forenſis non tenetur ſeruare ſtatutum loci contractus, quando ſtatutum non reſpicit ſolemnitates contractus, ſed tantummodo habilitat, vel inhabilitat perſonam ad contrahendum. Lamberteogus *de contractibus gloſſ. 2. num. 28.* iſto enim caſu tenetur ſeruare ſtatutum loci originis, *num. 45.* Sed quid ſi ſtatutum ſit mixtum, partim reſpiciens ſolemnitates contractus, partim verò habilitans, ſiue inhabilitans perſonas, vide *ſub dicto num. 28. & ſub num. 46.* vbi pro & contrà, & Roland. *conſil 91. num. 24. & ſequentib. volum. 3.* vbi ſi ſtatutum aliquid vetat; ſed etiam modificatione comprehendit forenſem. Vide in materia Put. *deciſ. 29. num. 1. lib. 2.* vbi quòd ſtatutum habilitans, ſeu inhabilitans perſonam contra iuris diſpoſitionem comprehendit etiam forenſes. Sed

vide ibidem num. 6. verſ. Et primò occurrebat. Sed quid ſi iſto caſu bona ſint ſita in territorio, vbi contractus celebratur, vide infrà num. 21.

5 Sed an quis dicatur ſubditus potius ratione domicilij, quam originis, vel è contra, & ſic an ſeruanda ſint ſtatuta potiùs domicilij, quàm originis, vel è diuerſo, vide generaliter de materia Roland. de lucro dotali quæſt. 22. pag. mihi 66. & ſequentib. vbi infert ad plures quæſtiones. Alexandrinus conſil. 71. num. 10. Curt. iun. conſil. 9. Roman. ſingul. 39. Pariſ. conſil. 68. num. 8. cart. 126. Cott. in memorab. pag. mihi 800. & ſequentib. Tirizæ. de teſtament. coniug. dicta pag. 146. & ſequentib. in diſcurſu. Vide Socin. iun. conſil. 37. lib. 1. vbi an quis dicatur Parmenſis, ſi alibi ſortitur forum. Vide Rolandum conſil. 79. num. 20. & ſequentib. vſque ad num. 54. volum. 3. vbi latè, quando ciuium appellatione veniant ciues origine, quæ tamen alibi ſortiuntur domicilium. Cephal. conſil. 246. vbi præſertim num. 1. 17. & ſeqq. 19. & ſeqq. 27. & ſequentib. ponit an ille dicatur ciuis, cuius maiores verè fuerunt ciues: ſed ille poſtea iuit ad aliam ciuitatem ad habitandum. Vide Lamberten. de contractib. gloſſ. 2. quæſt. 8. num. 22. vbi quòd in materia ſtricta & odioſa appellatione ciuis non venit domicilium habens, ſecùs in fauorabilibus. Vide Andr. Gayl. obſeruat. 36. lib. 2. vbi an mutatio domicilij eximat ciuem à iuriſdictione ciuitatis originariæ.

6 Dicas quòd regulariter quis dicitur ſubditus ratione domicilij, & non originis, & ſic attenduntur ſtatuta loci domicilij, & non originis. Cephalus conſil. 13. num. 15. volum. 1. & conſil. 161. num. 9. cap. ſtatutum. §. nullus, de reſcript. in 6. Socin. dicto conſ. 79. num. 13. volum. 4. Decius conſil. 661. num. 6. Afflict. deciſ. 384. num. 3. & ſeqq. Diaz reg. 172. Quòd attendantur ſtatuta loci domicilij, ſi ibi contrahitur, & non originis, ponit Lambertengus de contract. gloſſ. 2. quæſt. 8. & quæſt. 13. & quæſt. 9. vbi ampliat, etiam quòd contrahens non ſubeat onera, & munera dicti loci, vbi domicilium habet.

7 Et quid de muliere nupta extra territorium ſuæ originis, an ligetur ſtatutis illius loci, vbi nupta eſt, an verò loci originis. Dic quòd licèt mulier nupta extra territorium ſuæ originis non eximatur à foro & ciuilitate ſuæ originis, adhuc tamen ſortitur forum domicilij, & ciuilitatem loci, vbi nubit: ideò in contractu per eam celebrando debet ſeruare ſtatuta non ſuæ originis, ſed loci, vbi nupta eſt, ſi ibi contrahat, vt per Lambertengum de contractib gloſſ. 2. quæſt. 7. & quæſt. 12. vbi de communi. Vide deciſion. Rotæ in vna Ceſenaten. fructuum dotis coram Litta. De hac materia cum ſuis quæſtionibus, & illationibus, vide Rolandum de lucro dotali dicta quæſt. 22. Tiraquellum de legib. connubialib. pag. 8. num. 29. 30. 31. & 37. Ancharan. quæſt. 9. part. 1. Cephal. conſil. 13. num. 45. & ſequentib. volum. 1. Decius conſil. 661. num. 6. Diaz regul. 172. & faciunt infrà tradita quæſt. 62. num. 9. & ſuprà quæſt. 20. num. 37. 86. & ſequentib. vbi particulariter poſui de ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum: quæ materia, credo, ſit eadem cum iſta, & pleniùs tractatur in dicta quæſtione 20.

8 Et in contractibus celebrandis quæ ſtatuta ſeruanda ſint circa eorum ſolemnitates, & de materia, vide Doctores ſuprà allegatos num. 5. Tiraquell. de legib. connubial. pag. 554. num. 127. & ſeq. Aymon. conſil. 271. num. 4. Gozad. conſil. 49 num. 15. Bouius de ſtatut. præſcript. pag. 65. num. 44. Capra conſil. 144. num. 9. & ſequentib. Siluan. conſil. 46. num. 31. & 36. Imol. concluſ. 31. lib. 5. vbi ampliat, & limitat, & infert. Cott. in memor. pag. 428. Tirizæ. de teſtament. coniug. pag. 123. num. 1. & ſeqq. Arnald. Maſcard. de general. ſtatut. interpret. concluſ. 7.

9 Dicas regulariter, quòd contractus celebrari debet ſecundùm ſtatuta loci, vbi fit contractus, & non alia. Ideò forenſis in loco, vbi contrahit, dicti loci ſtatutum tenetur ſeruare, prout etiam dixi infrà num. 11. Limita vt infrà num. 26. Ita quoque præter Doctores ſuprà allegatos in antecedenti num. tradit Pariſ. conſil. 64. num. 71. volum. 1. & conſil. 99. num. 54. eod. volum. deciſ. Pedemont. 114. in fine, vbi quòd contractus in iis, quæ reſpiciunt ſolemnitatem actus, & litis deciſionem, regulatur ſecundùm ſtatuta loci, vbi fit contractus; omninò Plot. in l. ſi quando, n. 264. C. vnde vi, vbi de communi. Roland. conſ. 91. num. 17. volum. 3. vbi de communi, adde pro hac regula latè Lambertengum de contractib. gloſſ. 2. quæſt. 10. & quæſt. 14. & quæſt. 15. vbi ampliat.

10 Amplia I. vt attendantur in celebratione contractus ſtatuta loci, vbi celebratur contractus, etiam quoad bona ſita extra territorium illius loci, vt per Plotum in dicta l. ſi quando, eodem num. 264. C. vnde vi. Non autem attenduntur ſtatuta loci, vbi bona ſunt ſita: ideò Mediolanenſis extra ſtatum Mediolani contrahens tenetur ſeruare ſtatuta loci contractus, etiam quòd diſponat de bonis ſitis in territorio Mediolanenſi. Lambertengus de contractib. gloſſ. 2. quæſt. 16. & Mediolanenſis contrahens Mediolani tenetur ſeruare ſtatuta Mediolani, etiam quoad bona ſita extra territorium Mediolani. Et ſic quando quis contrahit in loco ſtatuti, ſtatutum porrigitur etiam ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, vt ibidem per Lamberteng. quæſt. 11. vbi hoc videtur declarare, ſi ſtatutum ſit fauorabile, ſecùs ſi odioſum. Ad quam ampliationem faciunt generaliter infrà tradita n. 17. & ſeqq. vbi declaratur hæc ampliatio, & lariùs ponitur materia.

11 Amplia II. etiam quòd contrahentes ſint penitus forenſes, & non ſubditi illi loco, vbi celebratur contractus, quia adhuc ſeruari debent ſtatuta illius loci, & non originis. Roland. conſil. 33. num. 6. volum. 3. & conſil. 91. num. 17. & num. 28. volum. 3. Quod intellige, ſi ſtatutum loquatur in rem, ſecùs ſi in perſonam. Ibidem per Roland. num. 7. 24. & ſequentib. vbi declarat hanc limitationem; ſed de hoc vide infrà num. 18. & ſequen. & dic, quòd etiam quòd ſtatutum loquatur in perſonam adhuc forenſis, ligatur ſtatuto loci, in quo contrahit, ſecundùm communem, de qua per Lamberteng. de contractib. gloſſ. 2. quæſt. 10. ſub num. 19. & per totam quæſt. 10. vbi hanc ſecundam ampliationem latè comprobat, & quæſt. 14. vide infrà num. 27. Fallit tamen hæc ſecunda ampliatio, quando ſtatutum originis eſſet fauorabile, quia tunc eſt ſeruandum per originarium etiam contrahentem extra territorium ſtatuentium, ſi credimus Virgilio Boccacio in conſtitutionibus Marchia gloſſ. 4. num. 90.

12 Sed quid ſi contractus celebretur in aliquo loco exiſtente ſub illo territorio, ſed exempto à ſtatuentium dominio, puta in Eccleſia, an debeant ſeruari ſolemnitates illius loci, in cuius territorio celebratur contractus, vide Rolandum dicto conſil. 33. vol. 3. per tot.

13 An autem contractus reguletur ſecundùm conſuetudinem loci, vbi celebratur, dixi infrà in fragmentis, verſic. contractus, &c. num. 3.

14 In teſtamentis autem ordinandis, cuius loci ſtatuta attendenda ſint, vide Villalob. in communib. opin. verb. ſtatutum, num. 105. Tirizæ. de teſtament. coniug.

pag.

pag.mihi 123.num.1.& ſeqq. Imol. *concluſ.26. lib.5.* vbi quòd ſtatuta circa ſolemnitates teſtamentarias operantur etiam extra territorium ſtatuentium. Quod ampliа etiam quoad bona ibi ſita, vt *ibid.* per Imol. *concluſ.* 29. *lib.5.* & idem traditur per Villalobos *in communib.opinionib.lit.T. num.57.* vbi quòd teſtamentum debet condi ſecundùm ſtatuta loci domicilij, & non rei. Ad materiam omninò Ioſeph. Ludouic. *in communib.opinionib.concluſ.62. per totam.* Et quòd debeat teſtamentum celebrari ſecundùm ſtatuta loci domicilij, & non originis, vide *in 1.Informat. lib. fol. 89.num.3.& ſeqq.part.1.*

15 Et an ſtatuta extendantur ad bona ſita extra territorium, & ad loca etiam extra territorium ipſorum ſtatuentium, quæ fiunt ſuper ſucceſſionibus ab inteſtato, vide Imolam *concluſ.27.lib.5.* & faciunt tradita *in Repertor.vltimar. volunt. quæſt.8. num.11.* vbi poſui, an ſtatutum excludens fœminas propter maſculos habeat locum ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.

16 Et an ſtatuta trahantur, & extendantur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, vide generaliter omnes Doctores ſuprà allegatos *num.1.* Tiriżæ. *de teſtament.coniug.pag.146.& ſeqq. in diſcurſu*, vbi præſertim loquitur, quando in ſtatuto adeſt clauſula *vbique locorum.* Et an in teſtamentaria materia ſtatuta extendant vires ſuas ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, dixi ſuprà *num.14.*

17 Sed an quis dicatur ſubditus ratione rei ſitæ in territorio ſtatuentium, & ſic an ſtatuta vnius loci extendant ſuas vires extra territorium ſtatuentium, & ligent forenſes ratione bonorum ſitorum in territorio ipſorum ſtatuentium, vide generaliter in hac materia Tiraquell. *de retract.pag.mihi 35.num.1.* Aymon *conſil.201.volum.2. in diſcurſu.* Vide etiam in materia Doctores ſuprà allegatos, *num.1.* ac etiam quæ dicta ſunt ſuprà *num.* 10. vbi ponitur eadem materia cum iſta, vnde facias infraſcriptas concluſiones.

18 Prima ſit concluſio, quòd ſi ſtatutum loquitur in rem, & reſpectu rei, tunc ſeruandum eſt in omni loco, vbi fit diſpoſitio illius rei, etiam extra territorium ſtatuentium. Capta *conſil.144. num.12. & 15.* Roland. *conſil.24.num.14.& omnibus ſequentib. volum.3.* vbi reſpondet ad contraria. Vide infrà *num.27.* Sed contra etiam quòd ſtatutum loquatur in rem, quòd non trahatur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, dicit communem Puteus *deciſ. 251. num.2. lib.1.*

19 Secunda ſit concluſio, quòd ſi ſtatutum loquatur in perſonam, tunc non comprehendit non ſubditum, etiam quòd illius bona ſita ſint extra territorium ſtatuentium. Imol. *concluſ.28.lib.5.* Roland. *dicto conſil. 24. num. 14. & ſeqq. omnib. volum. 3.* vbi reſpondet ad contraria. Vide eundem Roland. *conſil. 91. num.7.24.& ſeqq.volum.3.* Declara, vt per Lambertengum *de contractib.gloſſ.2.quæſt.17. num.55.* vide infra *num.17.*

20 Tertia ſit concluſio, quòd in contractibus celebrandis non attenditur ſtatutum loci, vbi res ſita eſt, ſed loci vbi celebratur contractus, de quo dixi ſuprà *num.10.& ſequen.*

21 Quarta ſit concluſio, quòd ſtatutum habilitans, ſeu inhabilitans perſonam aliquam ad diſponendum, non trahitur ad forenſes alibi contrahentes, etiam quoad bona ſita in territorio ſtatuentium. Rolandus *dicto conſil. 24. num.22. & 29. volum.3.* vbi infert. Vide ſuprà *num. 4.* vbi generaliter de ſtatuto habilitante, ſeu inhabilitante perſonam. Vide quoque eundem Rolandum *conſil.91.num.5. & ſeqq. num.21.& ſequentib.num.24. & ſequentib. volum.3.* Dic

quòd ſiue ſtatutum habilitet, ſiue inhabilitet perſonam ad contrahendum, ſiue etiam reſpiciat ſolemnitates contractus, ſemper attenditur ſtatutum loci contractus, & non ſtatutum loci, vbi ſunt bona, de quibus contrahitur, vt per Lambertengum *de contractib. gloſſ. 2. quæſt. 11.* vbi hoc limitare videtur, quando ſtatutum eſt fauorabile, ſecùs ſi odioſum.

An autem in teſtamentis ordinandis ſeruandæ ſint ſolemnitates ſtatutariæ illius loci, vbi res teſtatoris poſitæ ſunt, an verò domicilij, originis, vel loci vbi fit teſtamentum, dixi ſuprà *num.14.* 22

An autem ſtatuta criminalia punientia delicta comprehendant ſibi ſubditos delinquentes extra territorium, vide Clarum *in practic. quæſt.85. verſic. tertius eſt caſus*, & *ibidem verſic. ſecundus eſt caſus*, vbi an ſtatuta punientia delicta comprehendant forenſes. Ad quod faciunt dicta *in Repertorio iudicial. quæſt. 3. cap. 3. num. 9. & ſequen.* Poſui *in fragmentis, verſic. Bannimenta.* Et an in puniendis delictis attendi debeant ſtatuta loci, vel delicti, vide Villalobos *in communib. opinionib. litera I. num. 52.* & Pariſ. *conſil. 159. volum. 4.* Faciunt ad hæc generaliter tradita *in Repertorio criminal. quæſt.56. num.1. & ſeqq.* vbi poſuimus, in quo loco delinquens puniendus ſit. *Deciſ. Lucen.16 num. 17. part.1.* vbi quòd delinquens punitur ſecundùm ſtatuta loci delicti, & ibi teſtatur de communi, poſui *in fragmentis in verb. Delictum.* 23

Quæro in materia, quomodo, quando, & quibus modis contrahatur domicilium. De hac materia vide Cephalum *conſil. 246. num. 26.* omninò latè per Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. caſu 86. per totum.* Vide Doctores *in l. 2. C. de incol. lib. 10.* Item gloſſ. & Doctores *in l. lex Cornelia § ſi tamen. ff. de iniur.* Firman. *in Repertorio verb. Domicilium, num.26.* Decius *conſil. 283. num. 11.* Boſſ. *de for. competent. num. 26.* & Afflict. *deciſ. 384.* Socin. iun. *conſil. 7. num. 4. 5. 8. & 9. lib. 2.* vbi de incolatu, quomodo contrahatur, & *conſil. 38 num. 46. & conſil. 49. num.8. lib. 1. volum. 2.* Boër. *quæſtione 13. num. 1. & ſequen. & quæſt. 11. num. 3. part. 1.* Iaſon poſt alios *in l. cunctos populos C. de ſumm. Trinitat. & fid. Cathol.* Gozad. *conſil. 35. num. 1. & ſequen.* Balb. *de præſcript. in 1. part. quarta partis principalis, in ſecunda quæſtione num. 4.* Socin. iun. *conſil. 37. lib.1.* vbi, an oriundus ex Parma dicatur Parmenſis, ſi alibi ſortitur forum. Sed ad hoc particulare faciunt ſuprà tradita *num. 5. & ſequen.* Pariſ. *conſil 12. num. 19. & 23. volum. 3.* vbi quomodo probetur animus contrahendi domicilium. Cephal. *conſil. 83. num. 3. & ſequen. volum. 1.* vbi quòd domicilium contrahitur per decem annos. Ad idem Virgilius Boccacius *in conſtitutionib. Marchia gloſſ. 6. num. 64.* Roland. *conſil. 79. num.51. lib.3.* vbi quæ requirantur ad hoc, vt quis dicatur contraxiſſe domicilium, de quo etiam per Cyrillum *in ſumma crimin. tit. vbi de crim. ag. oport. num. 12.* Adde in materia Cephal. *conſil. 80. volum 2.* vbi quòd habitare quis dicitur, qui pro maiori parte anni habitat in aliquo loco, vel vbi quis habet maiora & plura bona. Et quid de eo, qui in die habitat in vna domo, & de nocte in alia. Ibi poſui *in fragmentis.* Videas ad materiam Rolandum *conſil. 79. num. 51. & ſequentib. volum.3.* 24

Statuta non ligant non ſubditum in deciſoriis iudiciis, ſecùs in iis, quæ reſpiciunt ordinem procedendi. Rolandus *conſ. 48. num. 19. & ſeqq volum. 1.* Anchar. *quæſt.3 num.3.* vbi quòd in iis, quæ reſpiciunt ordinem iudicij, ſtatuta comprehendunt forenſes, & 25

Digitized by Google

*num.*4. ampliat non ſolùm in iis, quæ reſpiciunt ordinem proceſſus, ſed etiam in iis, quæ reſpiciunt ordinem executionis. Ad idem Lambertengus *de contractib. gloſſ.*2. *quæſt.*21. *num.*79. vbi ampliùs, quòd ſtatuta reſpicientia ordinem iudicij, & ſolemnitates contractus inter ſe æquiparantur.

26 Licèt, vt ſuprà dixi *num.* 9. in celebrandis contractibus attendenda ſint ſtatuta loci contractus, & non originis: hoc tamen non procedit in eo, qui dedita operâ ad hoc ne teneatur ſeruare ſtatutum ſuæ originis, exit illius territorium; & alibi contrahit, vt per Lambertengum *de contractibus gloſſ.*2. *quæſt.*17. & *quæſt.*53. vbi etiam, quando dicatur exiuiſſe territorium dedita operâ.

27 Sæpiſſime Doctores in materia loquentes diſtinguunt de ſtatuto, an ſit conceptum in perſonam, an verò in rem. Quæ quidem diſtinctio poteſt ad plures concluſiones applicari, vt patet ex ſuprà traditis *num.* 11. 18. & 19. quibus adde generaliter Virgilium Boccacium *in conſtitutionib. March. gloſſ.*6. *num.*50. & 51. vbi quòd ſi ſtatutum loquatur in rem, & de rebus ſitis in eius territorio, tunc ratione illarum rerum & forenſes ligantur: ſecùs ſi in perſonam, quia forenſes non ligantur ſtatutis in perſonam loquentibus. Fallit primum membrum huius diſtinctionis in ſtatutis odioſis, quæ etiam quòd loquantur in rem, non tamen forenſes comprehendunt, vt *in d. n.*51. *in fine.*

Qvæstio XXXVIII.

De donatione ob cauſam remuneratoria.

Svmmarivm.

1. *Generalis materia.*
   Donatio remuneratoria habet multa ſpecialia, ibid.
2. *Donatio quando dicatur remuneratoria, & ob merita.*
   Quando dicatur propriè donatio ob cauſam, ibid.
   & quid ſi in principio donationis fiat mentio de meritis. & poſtea dicatur, quòd donat purè, merè, liberè, &c. ibid.
   *Donatio remuneratoria inter coniuges quando valeat, num.*12.
3. *Merita an ſint probanda, & ſeqq.*
   An verò credatur aſſertioni donantis ſuper meritis, ibid.
5. *Quid ſi aſſertio donantis ſuper meritis eſt iurata.*
6. *Quid ſi merita ſunt ſpecificata, & num.*8. *vbi an ſpecificatio ſit neceſſaria.*
7. *Quid ſi pro meritis adſunt coniecturæ.*
8. *Quid in perſona prohibita, vel non prohibita donare.*
9. *& quomodo merita probentur.*
   *& quomodo merita præſumantur, d. num.*7.
10. *& quid de donatione communitatis ob merita.*
11. *& quid ſi merita non ſunt æquiualentia rei donatæ.*
13. *Donatio remuneratoria, & ob cauſam an ſit propriè donatio.*
14. *Donatio remuneratoria inter patrem & filium an valeat.*
15. *Statutum de donatione non comprehendit remuneratoriam.*

1 Generaliter de materia præter infraſcripta vide Bellon. *conſil.* 74. *per totum.* Mynſing. *obſeruat.* 75. *centur* 4. omninò Clar. *in* §. *Donatio quæſt.* 3. *per totam*: Ioſeph. Ludouic. *concluſ.*16. *illatione* 122. vbi quòd habet hæc donatio multa ſpecialia, *verſ. & dicit ibi Decianus*, &c.

Donatio quando dicatur remuneratoria, & facta 2
reſpectu meritorum, vide Roman. *ſingul.*652. Aymon. *conſil.*302. *num.*1. vbi quando propriè dicatur donatio ob cauſam. Cephal. *conſ.*94. *num.* 19. *volum.*1. vbi quòd ſi in principio donationis fiat mentio de meritis, & poſtea dicatur, quòd donat purè, merè, liberè, &c. Dic quòd iſto caſu non dicitur donatio remuneratoria. Menoch. *conſil.*112. *num.*41. & 42. *lib.*2. vbi idem ſi in donatione facta mentione meritorum donans dixerit redonare propter beneuolentiam, & reſpondet contrariis: idem in iis duobus caſibus conſuluit Decian. *reſponſo* 32. *num.*59. & *ſeqq. vol.*3. Omninò ſuper hac materia recurre ad Menoch. *conſ.* 112. *num.*1. & *ſequentib. vſque ad* 44. *volum.* 2. vbi plures caſus diſtinguit.

Donatio remuneratoria an ſemper requirat ex- 3
preſſionem, & probationem meritorum. An verò aſſertioni donantis ſuper meritis credendum ſit abſque alia probatione: vide Crem. *ſingul.* 138. Diaz *regul.*533. Villalub. *in communib. opinionib. litera D. num.*134. & *litera M. num.*35. Pariſ. *conſil.*11. *cart.*121. *volum.*1. & *conſil.*112. *num.*21. *vol.*4. Alexandrin. *conſil.* 95. *num.*14. & *conſil.*145. *num.*11. Roland. *conſ.*5. *num.*6. 7. 25. *volum.*1. vbi diſtinguit. Hercul. *de negatiua, n.*56. Roland. *conſil.*98. *num.*49. & *ſeqq omnib. volum* 1. vbi ſubtiliter Cephal. *conſil.*94. *num.*18. *volum.*1. Menoch. *de arbitr. quæſt. pag. mihi* 59. *in magnis, num.*5. Clar. *in* §. *Donatio, dicta quæſt.*3. omninò Menoch. *d. conſ.*112. Tiraquell. *de reuocan. donat. verſ. Donatione largitus num.*87. & *ſeqq.* Decian. *reſponſ.*32. *num.*57. & *ſequen. volum.*3.

Regula ſit, quòd aſſertioni donantis ſuper meritis 4
non eſt credendum: quia aliunde meritorum probatio ſumenda eſt. Neuiz. *conſil.*8. *num.*15. & *ſeqq.* Sed in contrarium, quòd imò ſit credendum dicit communem Clarus *in* §. *Donatio dicta quæſt.*3. *verſ. Sed occurrit.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.*16. *illatione* 122. vbi ampliat etiam inter perſonas prohibitas *verſic. & quando non ſumus*, &c. licèt aliqui ibi contrarium dixerint. Sed de hoc vide infrà *num.*5. & 8.

Limita I. niſi aſſertio donatoris eſſet iurata, quia 5
tunc ei ſtandum eſt, etiam quòd donans ſit perſona prohibita donare. Idem Neuiz. *dicto conſil.*8. *num.*15. & *ſequen.* Contrarium quòd nec etiam iuratæ aſſertioni iſto caſu credatur, tradit Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. caſu* 134 *num.*1.

Limita II. quando merita in donatione ſunt ſpe- 6
cificata, quia tunc aſſertioni donantis iuratæ credendum eſt. Cephalus *conſil.* 61. *num.*14. *vol.*1. vide infrà *ſub num.*8.

Limita III. quando cum aſſertione donantis con- 7
currerent aliquæ coniecturæ: quia tunc eius aſſertioni coadiuuatæ aliis præſumptionibus ſtandum eſſe dicit idem Menochius *dicto caſu* 134 *num.* 2. & *ſequentib.* vbi *num.* 6. quòd tales coniecturæ relinquuntur arbitrio iudicis. Ad quod vide Cottam *in ſuis memorab. pag. mihi* 446. vbi ponit quando merita præſumuntur.

Limita IV. quia aſſertioni iuratæ donantis ſuper 8
bene meritis non creditur, quando ſcilicet donans eſt perſona ſuſpecta, & à iure prohibita donare, prout etiam in ſimili traditur *in Repertor. quæſtion. iudicial. quæſt.*10. *num.*24. Si verò donans eſt perſona non prohibita donare, tunc eius aſſertioni ſuper bene meritis ſtandum eſſe tradit idem Neuiz. *dicto conſil.*8. *num.*15. & *ſeqq.* & Clarus *in dicto* §. *Donatio, verſ. Sed hîc occurrit*, vbi de communi. Craſſus *in communib. opinionib. lib.*1. *cap.*8. *quæſ.*7. *tom.*2. faciunt infrà tradita *in ſequen. quæſt. num.* 4. Sed aduerte quòd etiam iſto vltimo caſu merita in donatione ſunt ſpecificanda,

nec

nec ſufficit generalis aſſertio meritorum facta per donantem, etiam quòd ſimus inter perſonas non prohibitas, vt per Ancharanum, qui reſpondet ad contraria *quæſt.* 12. *num.* 15. *& omnibus ſequentib. part.* 2. vide aliquid paulò ſuperiùs *num.* 6. & quoad primum huius quartæ limitationis caſum, nempe quòd aſſertioni iuratæ donantis non creditur ſuper bene meritis, quando donans eſt perſona ſuſpecta, & à iure prohibita donare, tradit idem qui ſupra Clarus *in dicto* §. *Donatio, dicto verſic. Sed hic occurrit*, vbi etiam de communi. Et faciunt infrà tradita *quæſt.* 39. *n.* 4. & probant relati per Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.* 16. *illatione* 122. *verſic. & quando non ſumus.* Sed contrarium, quòd etiam in perſona prohibita ſtetur tali aſſertioni quoad donantem, & eius hæredes, tradit Decianus *conſil.* 191. *n.* 40. quem ibi refert Ioſeph *vbi ſupra.* Et vide pro hac eadem opinione ſuprà *num.* 4. *&* 5. in hac eadem quæſtione. Sed pro præcedenti prima opinione adde Lambert. *de contractib. gloſſ.* 15. *num.* 9. *propè finem*, vbi de magis communi.

9 Quomodo autem merita probentur, tradit Villalobos *in communib. opinionib. litera M. num.* 35. Cotta *in ſuis memorab. pag. mihi* 230.

10 Et quid de communitate ob bene merita, an eius aſſertioni ſuper meritis ſtandum ſit, vide Roland. *d. conſil.* 5. *num.* 22. *& ſeqq. volum.* 1.

11 Donatio remuneratoria propter merita, an debeat æquiualere ipſis bene meritis, & quid ſi eſt maioris vtilitatis, an dicatur nulla in totum, vel pro parte, & de materia vide Clar. *in dicto* §. *Donatio, eadem quæſt.* 3. Cephal. *conſil.* 94. *num.* 16. *& ſeqq. & num.* 19. Menoch. *de arbitr. quæſt. pag. mihi* 170. *à tergo, in magnis, num* 5. *& ſeqq.* vbi pulchrè quando benemerita dicantur æquiualere rei donatæ. Dic quòd an merita æquiualeant, necne, non poteſt dari certa regula, ſed remittitur iudicis arbitrio, vt per Clarum *in* §. *Donatio dicta quæſt.* 3. *verſic. Sed quæro, & verſic. ſed nunquid*, vbi quòd in donatione remuneratoria facta à perſona non prohibita donare, etiam quòd merita non æquiualeant, ſuſtinetur donatio, & de hoc nemo dubitat, vt ibi per eum. Donatio verò remuneratoria facta à perſona prohibita in eo, quòd res donata excedit benemerita, habetur pro pura & ſimplici donatione, ſecundùm communem, de qua ibi. Faciunt in hac materia, quæ dixi ſuprà *quæſt.* 30. *num.* 13. & infrà *quæſt.* 39. *num.* 4. & vide Ioſephum Ludouicum *concluſ.* 17. *in verſ. & donatio ob merita*, &c. vbi quòd ad hoc vt donatio valeat, & merita dicantur æquiualentia rei donatæ, ſufficit quòd non ſint infra dimidium, & idem tradit Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.* 16. *illatione* 122. *in verſic. Declara ſecundò*, &c.

12 De donatione autem remuneratoria inter coniuges, quando valeat, poſui ſuprà *quæſt.* 30. *num.* 13.

13 Donatio remuneratoria ob benemerita non eſt propriè donatio ſecundùm Clarum *in* §. *Donatio, in princip.* Ad quod vide Roland. *conſil.* 98. *num.* 48. *vol.* 1. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. mihi* 333. *in paruis, num.* 123. *&* 126. *ſeu* 1-6. vbi de donatione ob cauſam, de qua etiam per Aymon. *conſil.* 301. *num.* 1. relati per Simoncellum *de decreto lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 18. vbi quòd appellatur contractus oneroſus. Sed contrà per relatos *ibidem num.* 30. *& lib.* 1. *tit.* 2. *inſpect.* 4. *num.* 29. & per Rolandum *conſil.* 13. *num.* 9. *& ſequentib. num.* 27. *& ſeqq. num.* 30. *& ſequen. num.* 59. *& ſeqq. volum.* 3. vbi pro & contrà.

14 Donatio autem remuneratoria inter patrem & filium, an & quando valeat, dixi *in ſeq. quæſtione num.* 4.

Donatio remuneratoria non comprehenditur ſub ſtatuto prohibente donationem. Put. *deciſ.* 426. *lib.* 1. faciunt ſuperiùs dicta, *num.* 13. 15

QVÆSTIO XXXIX.

Donatio inter patrem, & filium, an, & quando valeat, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Donatio inter patrem & filium, an & quando valeat, generaliter.*
2. *Quid de donatione facta filia in domo mariti.*
3. *Quid de donatione facta filia ex cauſa dotis.*
4. *Quid de donatione remuneratoria.*
5. *Donatio facta filio an cenſeatur compenſata in legitimam.*
6. *Donatio cauſa mortis facta filio an valeat.*
   & an morte confirmetur, num 8.
7. *Donatio facta filio ex cauſa ſtudij an valeat.*
9. *Donatio inter patrem & filium iurata an valeat.*
10. *Quid de donatione facta filio ſpurio.*
    Quid de donatione facta nepoti ex filio, n. 12.
11. *Donatio facta filio quando reuocetur per ſuſceptionem filiorum.*
13. *Donatio facta filio de vſufructu in bonis aduentitijs valet.*
14. *Quid de donatione facta filio emancipato.*
15. *Quid de donatione facta à matre filio.*
16. *Quid de donatione facta per filium parentibus.*
17. *Quid ſi non eſt inſinuata.*
    Quid ſi filius moriatur ante patrem donantem, dicto num. 9.

VIne in materia præter infraſcripta Andream Gail. *obſeruat.* 38. *part.* 2. Socin. *reg.* 103. Duen. *reg.* 221. *& ſeq. &* 219. Diaz *regul.* 214. Nouell. *reg.* 132. Clarus *in* §. *Donatio quæſt.* 8. Villalob. *in communib. opinionib. lit. I. num.* 84. Viui. *in communib. opin. pag. mihi* 40. *in paruis, verſ. Donatio.* Imol. *concluſ.* 1. *lib.* 2. *pag.* 364. *& ſeqq.* Regulariter talis donatio facta per patrem filio non valet. *l.* 1. *C. de inoffic. donat.* vbi gloſſ. & communiter Doctores *l. cùm de bonis, C. de donat. l. cùm res. C. eod. l. donationes quas parentes, C. de donat. int. vir. & vxor.* Anton. Gomez *tit. de donat. num.* 25. vbi reddit rationem. 1

Donatio facta per patrem filiæ in domo mariti valet, Corſet. *ſingul. pag. mihi* 152. *in paruis.* 2

Item valet donatio facta filiæ ex cauſa dotis, etiam matrimonio non ſequuto, vt per Cottam *in ſuis memorab. pag. mihi* 228. 3

Donatio remuneratoria facta inter patrem & filium valet. Corſet. *ſingul. pag. mihi* 152. Roland. *conſil.* 98. *num.* 44. *&* 45. *volum.* 1. Cott. *in memorab. pag. mihi* 229. Cephalus *conſil.* 61. *num.* 13. *volum.* 1. Neuiz. *conſil.* 8. *num.* 5. Craſſ. *in communib. opinionib. lib.* 1. *cap.* 8. *quæſt.* 7. *tom.* 2. vbi tamen quòd hoc caſu non ſtatur aſſertioni donantis ſuper bene meritis: de quo tamen particulariter dixi ſuprà *quæſt.* 38. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi videas Menoch. *de arbitrar. quæſt. pag. mihi* 170. *à terga num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd donatio facta à patre filio valet ob bene merita, quando res donata non excedit benemerita: in eo enim, quod excedit, non valet. Ioſeph Ludouicus *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.* 14. *verſic. infertur* 11. Sed quando dicatur donatio excedere benemerita, vide *ibi* per 4

 eum,

eum, & nos ſuprà generaliter diximus, *quæſtione* 38. *num.*11.

5 Donatio facta filio an compenſetur in legitimam. Socin.*reg.*287.Diaz *regul.*212. Roland. *conſil.*11.*n.*29. *& ſeqq. volum.* 2. faciunt tradita infrà *in fragmentis, verſic. Donatio quando cenſeatur facta animo compenſandi*, &c.

6 Donatio cauſa mortis facta per filium patri, & è contra, an valeat, vide *in Repertor. vltimar. voluntat. quæſt.*51.*num.*34.*&* 35.ponas hîc.

7 Donatio facta filio cauſa ſtudij,an valeat,Villalobos *litera D. ſeu litera P. num.* 121. Sed de hoc latiùs dixi *in Repertor.vltimar.volunt. verſ. conſeque num.*6. *in fragmentis inter diuerſa,n.*5.& ponas hîc.

8 Donatio facta inter patrem & filium, an confirmetur morte. Villalobos *in commun. opinion. litera D. num.*126. *& ſequen.* Cephal. *conſil.* 61. *num.*4. *volum.*1. Dic quòd ſic. Antonius Gomez *tit. de donat. num.*25. *in fine.* & quid ſi non eſt inſinuata. Vide infrà *n.*17.

9 Donatio inter patrem & filium iuramento vallata valet, & tenet ſecundùm communem, de qua per Craſſum *in communib. opinionib. lib.* 1. *cap.* 8. *quæſ.* 7. *tom.*2.*commun.opin.*& magis communem dicit Neuiz. *conſil.* 8. *num.* 3. *&* 4. de qua etiam teſtatur Cephal. *conſ.*194.*num.*2.*& ſeqq. volum.*2. vbi *num.*5.*&* 6. ampliat hoc procedere, quòd nec poteſt à tali iuramento abſolutio peti. Item quòd nec filio in iſto caſu datur reſtitutio in integrum ratione minoris ætatis. Ad quam materiam vide Caſtrum *conſil.*345. *num.*3. Cotta *in memorab.pag.mihi* 227. Roland.*conſil.*77.*n.*1. *&* 2.*volum.*1. omninò Imol. *concluſ.* 2. *lib.*2. *pag. mihi* 364 *& ſeqq.* Cephal.*conſ.*61. *in diſcurſu volum.* 1. Sed quid ſi filius moriatur ante patrem donantem,an iuramentum validet donationem? Dic quòd ſic:ſed petita abſolutione ab iuramento pater poteſt contrauenire,vt per Virgilium Boccacium *in conſtit. March. gloſſ.*2 *num.*93.

10 Donatio facta per patrem filio ſpurio, an valeat. Vide Imolam *concluſ.*2.*lib.*2.*in diſcurſu.*Placba *in Epitom.delict.cap.*41.*pag.mihi* 707.vbi quòd nec ſtatutum poteſt validare talem donationem, *& pag.* 703. vbi quòd nec valet donatio ſibi facta ab extraneo, cui per prius pater ſpurij donauerat,quia fraus præſumitur. Vide *in Repertor.quæſt.vltim.volunt.quæſt.*5.*num.*6. vide Rolandum *conſil.*67.*num.*75.*vol.*3. vbi quòd donatio facta filio ſpurio etiam iuramento firmata non valet: quod intellige de vero ſpurio,hoc eſt, nato ex coitu damnato,& illicito,ſecus de naturali,nato ſcilicet ex concubina domi retenta maritali affectione, vt ibi per eum. Naturali enim filio valet donatio facta per patrem,vt per Antonium Gomez *tit.de donat. num.*25.*in* 3.*illatione.*

11 Donatio facta per patrem filio quando reuocetur per ſuſceptionem aliorum filiorum, vide infrà *in fragmentis,verſ.Donatio quando reuocetur.*

12 Donatio facta nepoti ex filio etiam cum iuramento non valet,vt per Neuiz. *conſ.*8. *num.*2. Sed contrà *ibidem num.* 3.

13 Donatio vſusfructus, quem pater habet in bonis aduentitiis filij valet,etiam non expectata morte parentis. Craſſus *in commun.opinionib.lib.*1. *cap.*8. *quæſ.*9. *tom.*2. *commun. opinion.* Antonius Gomez *tit. de donationib. num.*24.*ſub verſic. Ex qua ſententia, ibi quartò infert*, &c.

14 Donatio facta per patrem filio emancipato valet. Antonius Gomez *tit. de donationib. num.* 25. ibi,*primò infert*, &c.

15 Donatio facta à matre filio, vel filiæ valet, quia eos non habet in poteſtate. Anton.Gomez *tit. de donationib.num.*25.ibi,*ſecundò infert*,&c.

Donatio licèt non valeat facta per patrem filio, 16
valet tamen facta per filium patri,vel matri. Anton. Gomez *tit.de donat.num.*25.*verſ.quintò infero.*

Donatio inter patrem & filium excedens ſum- 17
mam quingentorum, & non inſinuata, non confirmatur morte in eo quod excedit: ſecùs in non exceſſu. Ita relatis contrariis tenet Lambertengos *de contractib gloſſ.*5.*num.*1.*& num.*5.*&* 6.faciunt in ſimili ſuprà tradita *quæſt.*30.*num.*11.*& quæſt.*23. *num.*13. vbi generaliter.

Qvæstio XL.

Donatio omnium bonorum an, & quando valeat, & quid comprehendat, & de materia.

Svmmarivm.

1. *Donatio omnium bonorum quid comprehendat, generaliter.*
2. *An comprehendat nomina debitorum, iura & actiones.*
3. *An bona feudalia.*
4. *An bona futura.*
   Donatio omnium bonorum ſi non valet reſpectu futurorum, an ſaltem valeat reſpectu præſentium, ibid.
5. *Donatio omnium bonorum an & quando valeat, vbi generaliter.*
6. *Regulariter non valet.*
7. *Etiam quòd ſit iurata.*
8. *Quid ſi donans ſibi reſeruauit vſumfructum.*
9. *Quid in donatione facta Eccleſiæ, vel pio loco.*
   Vel ex cauſa dotis, ibid.
11. *Quid ſi donans reſeruet certum quid ad effectum teſtandi.*

Donatio omnium bonorum quid 1
comprehendat, vide Imol. *concluſ.*45. *lib.*2. *pag.*512. faciunt generaliter ſuprà tradita *quæſt.* 18. vbi poſui de obligatione generali, quid comprehendat, &c.Matheſ.*ſingul.*136.*in addit.*Villalob.*in communib. opinionib.litera D.num.*141. Clarus *in* §. *Donatio quæſt.* 19.*&* 20.

Donatio omnium bonorum, an comprehendat 2
nomina debitorum. Rolandus *conſ.*65.*num.*7.*& ſeqq. volum.*1.Tiraquell.*de reuocan.donat. pag.mihi* 230. *n.*9. & faciunt ſuprà tradita *quæſt.* 28. *num.* 2. *& ſeqq. & num.*17. *&* 18. & an comprehendat iura & actiones, vide Neuiz. *conſil.* 25. *num.* 23. Cott. *in memorabil. pag.*484.

Donatio generalis omnium bonorum non com- 3
prehendit bona feudalia.Tiraquell.*de retract.pag.*58. *num.*3.& faciunt ſuprà tradita *quæſt.*28. *num.*8.*&* 22. Roland.*conſ.*19. *num.*9. *& num.*17.*volum.*3. vbi id limitat in feudis tranſitoriis ad hæredes extraneos.

Donatio omnium bonorum an trahatur ad bona 4
futura,& ſic an valeat,necne, vide Cephal. *conſil.*44. *num.*5.*& ſeq.num* 13. *& ſeqq. & num.*25. *volum.* 1. vbi præſertim *num.*11.*&* 23. ponit, quòd ſi donatio omnium bonorum non valet reſpectu futurorum; an valeat ſaltem reſpectu præteritorum, de quo vide Cephal.*in communib.opinionib.lib.*1.*cap.*8. *quæſ.*3.*tom.*2. *commun.opin.* vbi quòd ſecundùm communem in totum vitiatur. Et idem *in deciſ. Pedemont.*100.*num.*41. vbi ampliat,etiam quòd ſit iurata.

Donatio

5 Donatio omnium bonorum an & quando valeat. Socin.*regul* 108. Duenna *reg.* 219. Villalobos *in communib. opinionib. litera D. num.* 136. *& ſeqq.* Viui. *in commun.opin.pag.mihi* 39.*in paruis*. Couarru.*de teſtam. pag.mihi* 210.*num.*4.*& ſeqq. & variar.reſolut. pag. mihi* 877.*num.*1.*& ſeqq.*omninò Clar. *in* §.*Donatio,quæſt.*19. *&* 20. ad quem ſemper in occurrenti-quæſtiooe in materia recurras. Roland. *conſil.* 39. *num.* 1.*& ſeqq. vol.*1.Cephal. *dicto conſil.*44.*in diſcurſu,vol.*1.

6 Regula ſit, quòd donatio omnium booorum non valet ſecundùm communem opinionem, de qua per Craſſum *in communib. opinionib. lib.*1. *cap.* 8. *quæſ.* 1. *tom.*2.

7 Amplia etiam quòd ſit iurata. Roland. *conſil.*65. *num.*1.*& ſeqq.volum.*1.Craſſus *in commun opinion.dicto cap.* 8. *quæſ.* 2. vbi de communi, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Ad quam materiam vide Couarruuiam *de teſtament.pag.*210.*num.*4.*& ſeqq.* & quæ ſuprà generaliter traduntur *quæſt.*19.vbi poſui quos contractus, & quando iuramentum firmetur. Pro ampliatione adde deciſionem Pedemontanam 100.*num.*41.

8 Limita I. quando donans omnia bona ſua ſibi vſumfructum eius vita durante reſeruaſſet, quia tunc an talis donatio valeat, necne, tradit Couarruuias *variar. reſolut. pag. mihi* 877. *num.*1. *& ſeqq.* Roland. *conſil.*65.*num.*1.*& ſeqq.vol.*1.

9 Limita II. in donatione facta Eccleſiæ, pio loco, vel cauſa dotis, quia etiam quòd ſit generalis omnium bonorum, tamen valet. Craſſus *in commun.opin. lib.*1.*cap.*8.*quæſ.*4. *tom.*2.*commun.opin.*

10 Limita III. quando donans certam quantitatem ſibi reſeruaſſet ad effectum teſtandi. Et ſi de ea donans non teſtetur, cuinam talis quantitas acquiratur. Vide Anton.Theſaur.*deciſ.Pedemont.*97.

Qvæstio XLI.

Filiusfamilias, ſeu minor, quando ex contractu, præſertim ex mutuo, obligentur. Quando mutuum cenſeatur verſum in vtilitatem recipientis. Quomodò minor ætas probetur, quandóve pater teneatur ad debita per filium contracta, & de materia.

Svmmarivm.

1. *Mutuum factum filiofamilias quando valeat generaliter,& ſeqq. & num.*41.*&* 43.*& ſeqq.vbi de materia præter infraſcripta.*
2. *Regulariter mutuum factum filiofamilias non valet.*
3. *Quid ſi mutuum eſt iuratum.*
4. *Quid ſi filius fatetur ſe debitorem ex cauſa mutui, ſed reuera eſt debitor ex alia cauſa.*
5. *Quid de mutuo facto filiofamilias ſcholari.*
*Quid ſi mutuum ſit verſum in vtilitatem filijfamilias,num.*24.*& ſeqq.*
*& quando mutuum, ſeu pecunia dicatur verſa in recipientis vtilitatem,num.*15.*& ſeq.*
*& an valeat fideiuſſio facta pro mutuo facta filiofamilias,num.*7.
& an fideiuſſor pro filiofamilias, ſi ſoluat pro eo, poſſit repetere ab eo,num. 8.
6. *Pater quando teneatur pro debitis filij.*
9. *Filiusfamilias quando & ex quo contractu obligetur.*
10. *Filiusfamilias obligatur ex omni contractu præterquam ex mutuo,& ex voto.*
11. *Quid de contrahente cum filiofamilias ſtatim conſumpturo,& n.*18.
12. *Donatio facta à filiofamilias, ſeu à minore an valeat,& ſeqq.*
15. *Minor quando ex contractu obligetur,& ſeqq.*
16. *Quid de minore vendente res ſuas.*
17. *Quid de contractu minoris iurato.*
Extorſiones minoribus factas boni Præſides faciunt ceſſare,etiam per capturam perſonæ, num. 19. *vbi de materia.*
18. *Quid de contrahente cum minore ſtatim conſumpturo,&* 65.
20. *Quid de minore,qui iurauit ſe maiorem.*
22. *Quid de minore fideiubente.*
23. *Quid in contractu vtili ipſi minori.*
24. *Quid ſi minor factus eſt locupletior, & ſequentib.& num.*60.
*Minor ex contractu nullo an teneatur reſtituere, quod recepit ex eo,d.n.*24.
27. *Quid de edicto,ſeu banno, quòd nemo contrahat cum minore.*
37. *Quid de ſtatuto, quòd filiusfamilias non poſſit contrahere ſine patris conſenſu, & ſeqq. vbi an ſit fauorabile, an extendatur ad contractum iuratum, an ad Clericum alienantem, & alia ad materiam.*
40. *Minor poteſt conueniri, vt approbet, vel improbet contractum.*
41. *Quid de mutuo facto minori, ſeu filiofamilias coacto aliqua neceſſitate.*
42. *Quid de depoſito.*
55. *Filiusfamilias ſi emancipetur, excarceratur pro debitis contractis.*
56. *Quid de mutuo facto minori, ſeu filiofamilias induſtrioſo mercatori.*
Quid de mutuo facto minori Doctori, ſeu Notario, ibid.
57. *Quid ſi mutuans dicat ſe ignoraſſe illum fuiſſe minorem,num.*46.
58. *Solutio quomodo minori tutò fiat.*
60. *Minor an ſaltem naturaliter obligetur.*
63. *An indebitè ſolutum repetat.*
28. *Ætas per quem & quomodo probanda.*
29. *Minor ætas per quem & quomodo probanda,& ſeqq.*
31. *Inſtrumentum curæ an probet minorem ætatem.*
32. *Parentum teſtimonio an probetur ætas filiorum.*
33. *Liber patris an probet ætatem filiorum.*
34. *Ætas an probetur per coniunctos,ſeu vicinos.*
35. *An ex aſpectu.*
36. *Ætas eſt difficilis probationis.*
*Minor quando ex mutuo obligetur, num.*15.*&* 56.
43. *Filiusfamilias poteſt opponere exceptionem Maced. cum bona conſcientia.*
44. *Quid ſi dictæ exceptioni fuerit renunciatum.*
45. *Filiusfamilias an teneatur ad mutuum poſt mortem patris.*
46. *An teneantur heredes filijfamilias.*
47. *Exceptio Macedoniana poteſt opponi poſt ſententiam.*
48. *Quid in filiofamilias, qui habet bona caſtrenſia.*
49. *Quid in mutuo facto in alijs rebus, quàm in pecunia.*
50. *Quid in eo, qui reputabatur paterfamilias.*
51. *Quid ſi dixit, vel iurauit ſe patremfamilias.*
52. *Quid ſi fideiuſſerit in contractu mutui.*
53. *Quid ſi incœpit ſoluere partem mutui.*
54. *Exceptio Macedoniani nunquam cenſetur excluſa.*
62. *Quid ſi mulier, vel minor mutuent filiofamilias.*
64. *Quid ſi filiusfamilias obligauerit ſe iuſſu patris.*

Mvtvvm

1 MVTVVM factum filiòfamilias an & quando valeat, & exigi poſſit, vide Duen. *regul.* 369. Neuiz. *conſil.* 22. *n.* 38. Duen. *reg.* 370. Socin. *reg.* 137. Mattheſ. *ſingul.* 58. *in addit.* Aretin. *in* §. *item ſi num.* 12. *& ſeqq. vſque ad num.* 19. *Inſtitut. de except.* vbi ponuntur duodecim caſus, in quibus filiusfamilias obligatur ex mutuo. Vide gloſſ. *in* §. *illud propriè, in verb. Senatus. Inſtitut. quod cum eo.* Firman. *in Repertor. verb. filius obligatur, num.* 3. 11. *&* 20. *& in verb. Exceptio Macedoniani, & verb. Macedonianum,* Angel. Caſtr. & alij *in l. ſi filius. C. ad Macedon.* vide infrà *num.* 41. 43. *& ſeqq.* & faciunt infrà tradita *n.* 6.

2 Regula ſit, quòd filiusfamilias non obligatur ex mutuo: iuuatur enim exceptione Senatuſconſulti Macedoniani. Ita tradunt omnes Doctores ſuprà allegati *in antecedenti num.* Neuiz. *conſil.* 21. *num.* 38. Firman. *in Repertor. dicto verb. filius obligatur num.* 3. & hortatur *in dicta l. ſi filius C. ad Macedon.* licèt enim filiusfamilias ex mutuo obligetur tam ciuiliter, quàm naturaliter, poteſt tamen exceptionem Macedoniani opponere, per quam non tenetur ſoluere. *l.* 1. *& per tot. ff. ad Macedonian. l.* 1. *& per tot. C. eodem* §. *illud, Inſtitut. quod cum eo* &c. & eſt communis, vt per Gomez, qui concordantes allegat, *tit. de contract. mutui cap.* 6. *num.* 2.

3 Limita I. hanc regulam non procedere in obligatione mutui iurata: quia iuramentum validat mutuum factum filiofamilias, ſecundùm Firman. *in Repertor. dicto verb. filius obligatur, num.* 11. *&* 20. *& verb. exceptio Macedoniani, & verb. Macedonianum, in diſcurſu.* Sed contrarium videtur tradere Neuiz. *dicto conſil.* 28. *&* 22. *num.* 38. vbi vide. Concorda vt per Anton. Gomez *tit. de contractib. mutui, ſub num.* 2. *verſ.* 2. *not. extende,* &c. vbi quòd iuramentum non obligat in vita patris, poſtea verò ſic, & pro hac diſtinctione faciunt infrà tradita *num.* 45. Vide etiam generaliter tradita in alia quæſtione ſuprà *quæſt.* 19. *n.* 19. *& ſeqq.* vbi generaliter poſui, quando iuramentum firmet contractus minoris inualidos, & vide infrà *num.* 11. 13. 17. *&* 18.

4 Limita II. non procedere, quando cauſa originalis contractus non fuit mutui, ſed alia, putà, quia filiusfamilias erat debitor in centum pro reſiduo pretij rei emptæ, quæ centum confeſſus eſt ſe mutuò accepiſſe, &c. tunc enim ex ſola confeſſione obligatur, quia non attenditur cauſa in confeſſione expreſſa, ſed cauſa vera & originalis ipſius contractus, ſecundùm Caſtrenſ. *in dicta l. ſi filium C. ad Macedon.* faciunt generaliter infrà tradita *in fragmentis verſic. Debitor ſi vocat,* &c. *num.* 14. & pro hac ſecunda limitatione eſt textus *in l.* 3. §. 1. *ff. ad Macedon.* Anton. Gomez *tit. de contract. mutui cap.* 6. *ſub num.* 2. *verſic. quintò limita,* &c.

5 Sed an mutuum factum filiofamilias ſcholari valeat, & an poſſit repeti ab eius patre? Dic quòd ſic, vt per Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 22.

Limita dummodò mutuum ſit vſque ad probabilem quantitatem, aliàs ſecùs, vt per Simoncell. *lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 53. vide gloſſ. *in* §. *illud, in verb. Senatus. Inſtitut. quod cum eo.* Socin. *reg.* 137. Duen. *reg.* 370. Dic quòd pater tenetur, ſi filius cauſa ſtudiorum pecuniam recepit. Anton. Gomez *tit. de contract. mut. cap.* 6. *num.* 2. *in verſ. primò limita,* &c.

6 Et generaliter, quando pater teneatur pro filio, & ad debita per eum contracta, & de materia, vide Duen. *regul.* 356. Afflict. *deciſ.* 307. Zarzan. *opin.* 89. Cæpoll. *cautel.* 9. *num.* 1. Anton. Gomez *tit. de contract. mutui cap.* 6. *ſub num.* 2. *verſ. ſeptimò limita,* &c. vbi quòd pater tenetur pro mutuo facto filio, ſi illud iuſſu, vel conſenſu patris accepit ab alio. Item tenetur pater, ſi filij contractum tacitè, vel expreſsè approbauit, vt *ibidem, & in verſ. decimò limita,* &c. vbi ponit aliud exemplum huius tacitæ approbationis. Item ſi pecunia per filium recepta ſit verſa in vtilitatem patris, vt *ibidem verſ. Octauò limita, & ſub verſic. nono limita,* vbi etiam idem ſi pater filium præpoſuit alicui negotiationi, & illius cauſa filius contraxit debita, dummodò probabilem modum non exceſſerit, *& in verſ.* 11. *limita,* &c. vbi idem ſi pater ſit ſolitus ſoluere debita & pecunias per filium receptas.

Et an fideiuſſor pro mutuo facto filiofamilias poſſit adſtringi ad ſoluendum, cùm contractus & obligatio principalis ſit nullus, & inualidus, vide de hoc infrà *in fragmentis verſic. Fideiuſſio an valeat, ſi principalis,* &c. 7

Et an fideiuſſor illo caſu ſi ſoluat creditori poſſit repetere à filiofamilias, vide in alia materia, videlicet fideiuſſoris, quando poſſit à debitore repetere debitum pro eo ſolutum, &c. 8

Et generaliter quando & ex quo contractu filiusfamilias obligetur, vide Firman. *in Repertor. verb. filius obligatur, in diſcurſu.* Placa *in Epitom. delict. cap.* 32. *pag. mihi* 554. Cæpoll. *caut.* 14. Roman. *ſingul.* 630. vide infrà *num.* 15. 9

Regulariter filiusfamilias (excepto mutuo, de quo ſuprà dixi, & voto) obligatur ex omni alio contractu, vt per Firman. *in Repertor. dicto verb. filius obligatur, num.* 3. 10

Limita, hanc regulam non procedere in contrahente cum filiofamilias ſtatim conſumpturo id quod ſibi datur, quia tali caſu contrahens dicitur eſſe in mala fide, & talis contractus non valet. Neuiz. *dicto conſil.* 22. *num.* 38. & faciunt generaliter tradita ſuprà *quæſt.* 19. *num.* 28. & infrà *in hac eadem quæſt. num.* 18. Imò ſecundùm Neuiz. *dicto num.* 38. iſto caſu talis contractus, nec etiam firmatur iuramento: ad quod ſimiliter faciunt tradita ſuprà *dicta quæſt.* 19. *num.* 19. *& ſeqq.* & præſertim *dicto num.* 28. & ſuprà *num.* 3. & infrà *num.* 18. 13. *&* 17. 11

An autem & quando filiusfamilias poſſit donare, vide Duen, *reg.* 353. Clarum *de donat. quæſt.* 6. & ſuprà *quæſt.* 14. *num.* 24. 12

Et an valeat donatio facta à minore, vide Cephal. *conſ.* 34. *num.* 11. *& ſeqq. & conſil.* 142. ſimiliter *num.* 11. *& ſeqq. volum.* 1. quibus in locis habetur etiam, an talis donatio firmetur iuramento, de quo particulariter dixi ſuprà *quæſt.* 19. *num.* 25. & ibi ponas hoc particulare de iuramento. Et faciunt quoque ſuprà tradita *num.* 3. *&* 11. & infrà *num.* 17. Dic quòd iuramento firmatur. Simoncellus *de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 14. vbi de communi, & plures adducit concordantes ad materiam. Vide infrà *num.* 59. & quòd firmetur iuramento, tradit etiam Virgil. Boccac. *gloſſ.* 8. *num.* 148. *in conſtit. March.* declara vt per Odd. *de reſtitut. in integrum, quæſt.* 58. *num.* 18 *& ſeqq.* 13

Et quid de donatione facta cauſa mortis, facta à minore adulto, poſui *in Repertorio vltimar. voluntat. in fragmentis verſic. Adultus num.* 2. *inter diuerſa.* 14

Et generaliter quando minor ex contractu obligetur, quandóve pro ære alieno per ipſum contracto carcerari poſſit, vide Mattheſ. *ſingul.* 155. *in additionib.* Placa *in Epitom. delict. cap.* 32. *pag. mihi* 554. Duen. *reg.* 259. Viui. *in commun. opin. pag. mihi* 152. *in paruis.* & quòd minor non teneatur reſtituere pecuniam ſibi mutuatam, ſi illam conſumpſit & diſſipauit, eſt textus *in l. patri* §. *ſi pecuniam,* vbi Bart. Bald. & Doctor. *ff. de minor.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 137. & faciunt infrà tradita de contrahente cum minore ſtatim conſumpturo *num.* 18. & quid de 15

mutuo

mutuo facto minori induſtrioſo, puta Doctori, Notario, & ſimili, vide infrà *num.* 56.

16 Et particulariter quando valeat alienatio bonorum ſuorum facta per minorem, poſui ſuprà *quæſtione* 14.

17 Et quid de contractu minoris iurato, poſui ſimiliter ſuprà *quæſt.* 19. *num.* 19. *& ſeqq.* & aliquid ſuprà dixi *num.* 3. 11. *&* 13.

18 Et quid de eo, qui contrahit cum minore ſtatim conſumpturo? Dic quòd dicitur eſſe in mala fide, vide infrà *num.* 65. & talis contractus non valet, & non firmatur iuramento, vt per Neuiz. *dicto conſil.* 22. *n.* 38. & faciunt in ſimili ſuprà tradita de contrahente cum filiofamilias *num.* 11. Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 8. *ſub num.* 283. vbi generaliter dicit, quòd contrahens cum luſore & diſſipatore præſumitur dolo contrahere, ex Natta *conſil.* 142. *num.* 6. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 531. *num.* 109. vbi allegat Nattam *conſil.* 341. *In præſenti caſu, n.* 6. *& l. ſi quis cùm ſciret, ff. pro emptore, & l. ſi verò non remunerandi §. ſi quis adoleſcens. ff. mandati, & l.* 2. *§.* 1. *ff. quarum rerum actio non detur.*

Limita quando minor eſſet magnæ ſtaturæ, ita quòd veriſimiliter contrahens potuit credere eum maiorem, quia tunc non dicitur in mala fide. Maſcardus *concluſ.* 1004. *num.* 38. *&* 39. vbi declarat hanc limitationem, niſi in contrarium vrgeat præſumptio aliqua ſcientiæ, quòd is eſſet minor, & alia ibi ad materiam, ad quam faciunt ſuprà tradita *quæſt.* 14. *num.* 40. cum ibi allegatis infrà *num.* 65.

19 Imò extorſiones minoribus factas boni præſides faciunt ceſſare etiam per capturam perſonæ: de quo ſimiliter dixi ſuprà *dicta quæſt.* 19. *num.* 28. vide Maſcardum *de probationib. lib.* 1. *concluſ.* 531. *num.* 39. *&* 40. vbi quòd perſuadens minori ad ſui commodum dicitur eſſe in dolo, *& concluſ.* 530. *num.* 7. vbi quid de inuitante ad prandium, & inebriante aliquem, vt fideiubeat, dicitur eſſe pariter in dolo, vt ibi per eum.

20 Et quid de minore, qui iurauit ſe maiorem, dixi ſimiliter ſuprà *dicta quæſt.* 19. *num.* 37. *& ſeqq.*

21 Et an fideiuſſio facta per minorem valeat, necne, vide Roman. *ſingul.* 122. vide *in ſeq. num.* 22.

22 Pupillus, ſeu minor regulariter ſe obligare non poſſunt ſine tutoris, aut curatoris authoritate. Bald. & Corn. *in l. pactum curatoris, C. de pact.* Iacob. de Arena, & Bald. *in l.* 1. *C. de in integr. reſtit. minor.* Alber. *in l. clarum C. de authorit. præſtan.* Ad quam materiam vide Corſett. *In ſingul. pag. mihi* 186. Quid de filiofamilias fideiubente in contractu mutui, vide infrà *num.* 52. Minor fideiubere non poteſt, & fideiubendo reſtituitur tanquam læſus, niſi fideiubeat pro patre carcerato, quo caſu valet fideiuſſio ſi excedat octodecim annos, & ſit maſculus, hæc tradit Anton. Gomez *tit. de fideiuſſorib. num.* 19. vide *in antecedente n.* 21. & ſuprà *quæſt.* 19. *n.* 41. Ad hanc regulam vide etiam Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 30. & quid ſi minoris fideiuſſio ſit iurata, vide ſuprà *quæſt.* 19. *num.* 41. adde pro eadem regula textum *in l. ait prætor. §. non ſolùm ff. de minorib. l.* 2. *C. de filiofam. minore.* Virgil. Boccac. *dicta gloſſ.* 8. *num.* 145.

23 Minoris contractus ſi eſt ipſi pupillo vtilis, valet, ac tenet, vt per Tiraquellum *de legib. connub. pag. mihi* 515. *num.* 66. vide *in num. ſeq.*

24 Item minor obligatur ex contractu nullo, ſi ex eo factus eſt locupletior, vt per eundem Tiraquell. *pag.* 451. *num.* 132. *de legib. connub. l.* 1. *§.* 1. *in fin. ff. de author. tutor. & in §. ſin autem. Inſtit. quib. alienat. lic.* Anchar. *quæſt.* 38. *num.* 3. *lib.* 2. Lamberteng. *de contractib. gloſſ.* 24. *num.* 1. *&* 2. vbi exornat, & ampliat generaliter in omni perſona prohibita contrahere. Et generaliter vbi minor, ſeu filiusfamilias ex mutuo, vel ex aliquo alio contractu aliquid receperit, etiam quòd contractus ſit nullus, id totum reſtituere tenetur, ſi in eius vtilitatem verſum ſit, aliàs ſecùs. Roland. *conſil.* 7. *num.* 28. *volum.* 3. *& conſil.* 60. *num.* 32. *& ſeqq. volum.* 4. & ita etiam diſtinguit Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 200. *in fine*, 208. *&* 209. & faciunt ſuprà tradita *quæſt.* 14. *num.* 36. & infrà *in fragmentis, verſic. Contractum reſcindere volens*, & infrà *num.* 41. vbi de mutuo facto filiofamilias, qui erat aliqua neceſſitate coactus, & in ſimili ſuprà *quæſt.* 20. *num.* 25.

Sed an & quando contrahens, puta minor cen- 25
ſeatur factus locupletior, & ſic quando pecunia mutuata, ſeu aliàs in alio contractu data dicatur verſa in vtilitatem recipientis, puta minoris, Eccleſiæ, ſeu alterius, vide Roland. proximè allegatum in antecedente num. vbi quòd in dubio pecunia non præſumitur verſa in vtilitatem recipientis, & quòd in dubio, qui dicit verſum in vtilitatem minoris, debet probare. Ioſeph. Ludouic. *in commun. opin. lib.* 1. *concluſ.* 14. *verſic. infertur primò*, de materia vide omninò Simoncellum *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inſpect.* 1. *num.* 20. *& ſeq.* vide infrà *num.* 60. Vel dicas, quòd ille, qui dicit quemdam factum, vel non factum locupletiorem, ſiue reus, ſiue actor ſit, debet intentionem ſuam probare, vt per Lambertengum *de contractib. gloſſ.* 1. *num.* 241. vbi ita diſtinguendo concordat contrarias opiniones, licèt loquatur in materia de contractib. vide infrà *num.* 60. Ad quam materiam vide Couarruuiam *variar. reſolut. pag. mihi* 622. *num.* 3. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. mihi* 299. *num.* 586. Imol. *concluſ.* 12. *lib.* 5. *pag.* 562. *& pag.* 1030. Aymon *de antiquit. temp. pag. mihi* 125. *num.* 26. Cyn. & Doct. *in Authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Adde Lambertengum *de contractib. eorum, &c. gloſſ.* 1. *num.* 65. vbi quòd locupletior dicitur effici ille, qui retentionis nullam cauſam habet, & reſtituendo non efficitur pauperior, *& num.* 245. vbi quòd ad hoc, vt quis dicatur locupletior factus, non ſufficit, quòd rem in vſum proprium conuerterit, quia potuit ſplendidiùs vixiſſe, *& num.* 247. *& ſeq.* vbi an quis dicatur locupletior factus, ſi res aliqua ad ipſum peruenerit, quam mutuauerit in aliam, quæ poſtea perierit. Si minor ex re ad ipſum peruenta pecuniam retrahat, vel ſi ex eadem re aliam rem emptam habeat; vel ſi emat rem, quam neceſſariò emere debebat, etiam quòd empta res perierit, dicitur in iis tribus caſibus locupletior factus. Lambertengus *gloſſ.* 24. *num.* 5. Ad hæc vide Anchar. *quæſt.* 35. *lib.* 2. *n.* 12. *& ſeqq.* vbi quòd etiam quòd res mutuata fuerit furto ſubtracta minori, non tamen per hoc dicitur non factus locupletior; quia læſio ſuperueniens ex caſu fortuito, non excuſat minorem. *& num.* 11. *& ſeq.* vbi quòd quis dicitur factus locupletior, ad quem res & pecunia peruenit, niſi eam in malam partem conſumat, *& num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd minor in omni contractu, præterquam in mutuo debet probare ſe non factum locupletiorem. In mutuo autem ſpeciale eſt, vt qui dicit minorem factum locupletiorem, probare teneatur. Quod tamen fallit in minore ſagaci & induſtrioſo. Ex induſtria enim præſumitur, quòd ſit factus locupletior, vt *ibidem* per Ancharranum *num.* 5. *& ſeqq.* & præſertim *num.* 7. vbi exemplificat in minore, Doctore, Notario, ſeu mercatore, qui etiam in mutuo præſumuntur facti locupletiores, vt *ibi* per eum. Vide inferiùs *in num.* 60.

Et an confeſſioni Prælati, quòd mutuum ſit ver- 26
ſum in vtilitatem Eccleſiæ, ſit ſtandum? dic quòd non, niſi concurrant aliæ coniecturæ, vt per Nattam

conſil.

conſil. 543. *num.* 20. *volum.* 3. & faciunt tradita *in Repertorio quæſtion. iudic. quæſt.* 10. *num.* 24. & generaliter *quæſt.* 26. *num.* 21. *in eodem Repertorio*, vbi poſui, an & quando Prælati confeſſio præiudicet Eccleſiæ. Et quid ſi principalis met, puta minor, ſeu filiusfamilias confiteatur pecuniam ſibi mutuatam, & ab eo receptam in eius vtilitatem verſam, vide in argumentum ſimiliter tradita *in Repertorio quæſt. iudic. dicta quæſt.* 10. *num.* 24. & dic quòd talis confeſſio filijfamilias ſibi non præiudicat, vt per Crotum *conſil.* 135. *num.* 22. *& ſequentib.*

27 Scias in materia, quòd ſi extat edictum aliquod particulare, quòd nullus contrahat cum aliquo minore, emanatum à Principe, vel Gubernatore loci ſub aliqua pœna, & ſub nullitate contractus: adhuc tamen contractus valebit, ſi fiat cum decreto iudicis, authoritate curatoris, & aliis à iure requiſitis ſolemnitatibus, non obſtante tali edicto, vt per Ancharanum *Regien. quæſt.* 6. *part.* 2. vbi ponit nonnulla alia in materia huius edicti.

28 Et quia multa ſuprà diximus de contractu illius, qui eſt conſtitutus in minori ætate, quarto modò in materia, quomodo & per quem probanda ſit ætas, ſiue maior, ſiue minor. Benè hæc omnia explicat Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 50. *&* 51. *per totam*, vbi latè præter infraſcripta Maſcardus *concluſ.* 667. *& ſeqq.* Oddo *de reſtit. in integr. quæſt.* 37. *per totam, part.* 1. Generaliter præter infraſcripta in propoſito videas Alciatum *reg.* 2. *in præſumpt.* 14. *per totam*, *& in addit. finali*, vbi late Grammat. *deciſ.* 48. *num.* 13. *verſ. & licèt*, *& num. ſeqq.* Socin. iun. *conſ.* 3. *num.* 1. *cum multis ſeqq. volum.* 1. Aymon *de antiquit. temp. part.* 1. *ſect. Vidimus & abundè, num.* 34. *&* 36. *fol. mihi* 69. omninò Viuium *in communib. opinionib. pag. mihi* 60. *à tergo*, *in paruis, verb. Ætas*, vbi ponit regulam cum limitatione. Duen. *reg.* 259. *deciſ. Bononienſ.* 47. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 117. Lambertengus *de contractib. gloſſ.* 9. *num.* 4. vbi quòd ætas eſt probanda per allegantem. Maſcard. *de probat.* & Odd. *de reſtitut. in integr. in ſuis locis*, vbi latiſſimè *in fragmentis*. Amplia & limita, vt per eundem Maſcardum *concluſ.* 666. *per totam.* Odd. *de reſtitutione in integr. quæſt.* 37. *artic.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 1.

29 Et particulariter quomodo probetur minor ætas, præter Doctores ſupra allegatos in antecedente num. vide in ſpecie Cott. *in memorab. pag. mihi* 195. *verb. Decretum iudicis*. Capra *conſil.* 118. *num.* 12. Mynſinger. *obſeruat.* 16 *centur.* 4. *in fragmentis*.

30 Et quis debeat probare minorem ætatem præter Doctores ſimiliter ſuprà allegatos *num.* 28. vide Cæpoll. *caut.* 118. *num.* 1. vide *in fragmentis*.

31 Minor ætas probatur, ſi oſtendatur inſtrumentum Curæ cum decreto iudicis, vt *in deciſ. Bononienſ.* 82. Sed de hoc diſtingue vt per Bouium *de ſtatutaria præſcript. pag. mihi* 76. *num.* 39. *& ſeqq.* Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 45. vbi quòd iſto caſu probatur minor ætas ad ſuſtinendam validitatem decreti; ſecùs quoad alium effectum. *In fragmentis.*

32 Et an parentes ſint, idonei teſtes in probando ætatem filiorum, vide Alciatum, & Grammat. Socin. iun. Aymon. & alios ſuprà allegatos, *num.* 28. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 116. *num.* 3. *lib.* 2. vbi quòd ætas probatur matris teſtimonio. Et idem tradit Rolandus *conſ.* 31. *num.* 2. *&* 3. *volum.* 1. Ad quam materiam vide Gabriel. *concluſ.* 13. *lib.* 1. *pag. mihi* 30. Dixi aliquid *in tit. de oppoſit. conteſt. quæſt.* 54. *num.* 177. *& ſeqq.* Maſcardus *concluſ.* 668. *num.* 7. *& ſeqq.* Oddo *de reſtitut. in integr. quæſt.* 37. *art.* 5. *n.* 82. *& ſeqq. In fragmentis.*

33 Et an liber patris, in quo eſt deſcripta natiuitas filiorum, probet ætatem illorum, dic quòd ſic, vt per Roland. *dicto conſil.* 31. *eodem num.* 2. *&* 3. *volum.* 1. Ad quam materiam vide Alciatum, Grammat. Socin. iun. Aym. & alios ſuprà allegatos *num.* 28. Menoch. *dicto caſu* 116. *num.* 4. vbi quòd talis liber viuo patre cum iuramento eius ſemiplenè probat. Et idem eo mortuo, quia mors ſupplet iuramentum. fallit, ſi pater litigat cum filio, quia tunc nihil probat, vt ibi per eum, vide Ioſeph. Ludouic. *in commun. opin. concluſ.* 29. *in* 26. *ampliat.* vbi quòd talis liber plenè probat iudicis arbitrio.

34 Et quomodo probetur ætas per coniunctos, ſeu vicinos, vide Imol. *concluſ.* 31. *lib.* 4. *pag. mihi* 835. vide *in fragmentis verſ. Ætas*.

35 Et an ætas probetur ex aſpectu: Dic quòd ex aſpectu iudicis arbitrio ætas probatur. Grammat. *deciſ.* 48. *num.* 13. *& ſeqq.* & Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 117. *pag. mihi* 165. *in magnis*. Quod tamen iudicis arbitrium admittit probationem in contrarium, vt ibi per eum. Et eſt ratio, quia probatio ex aſpectu eſt præſumptiua, & transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, vt per Alciat. *dicta regul.* 2. *præſumpt.* 14. *num.* 10. & Albert. *in l. minor viginti quinque annis, adito præſide. ff. de minorib.* vbi dicit ita in foro ſeruari. Vide ad hoc Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1220. *num.* 2. *&* 3. vide *in fragmentis*.

36 Ætas eſt difficilis probationis. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.* 116. *num.* 2. *lib.* 2. *in fragmentis*.

37 Adde in materia, quòd ſtatutum mandans filiumfamilias non poſſe contrahere ſine patris conſenſu, non ſolùm valet, ſed etiam dicitur fauorabile: quia per illud coarctantur iuueniles calores, vt per Crott. *conſil.* 135. *num.* 5. 8. *&* 38. Non tamen extenditur ad filiamfamilias fœminam, Lamberteng. *de contractib. gloſſ. finis num.* 104. Sed benè extenditur etiam ad cauſam dotis. Lamberteng. *ibidem gloſſ.* 21. *num.* 6. *&* 10. & ad materiam huius ſtatuti vide in omni occurrenti caſu Tiraquell. *de legib. connubial. gloſſ.* 8. & Lamberteng. *in tractat. de contractib.* qui in qualibet ferè quæſtione, quam examinant, de muliere & minore contrahentibus ſine ſtatutariis ſolemnitatibus, tangunt etiam de filiofamilias prohibito à ſtatuto contrahere ſine patris conſenſu.

38 Ideo hoc ſtatutum extenditur etiam ad contractum minoris iuratum, vt *ibidem* per Crotum, *num.* 6.

39 Item extenditur ad filiumfamilias Clericum contrahentem ſine patris conſenſu, dummodo non contrahat ſuper bonis Eccleſiæ, vt per Crott. *dicto conſil.* 135. *num* 8. *& ſequentib.* vbi reſpondet ad contraria argumenta.

40 Adde etiam in materia, quòd minor poteſt conueniri, vt approbet, vel improbet contractum ab ipſo factum, & ſic vt reſcindatur, vel ei ſtetur, quod declaratur per Bart. & Paulum de Caſtro *in l. Iulianus. §. ſi quis colludente ff. de actionib. empti*. Tiraquell. *de retract. pag. mihi* 1015. *num.* 148. *& ſequent.* Contard. *in l. diffamari pag. mihi* 4. *num.* 18. *C. de ingenu. & manumiſſ.* Pro primo dicto adde Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 17. *num.* 132.

41 An autem mutuum factum filiofamilias, qui erat coactus aliqua neceſſitate, valeat, &c. remiſſiuè videas per Lamberteng. *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *num.* 40. & faciunt ad hæc generaliter ſupra tradita *num.* 24. *& ſeqq.*

42 An minor, ſeu pupillus ex cauſa depoſiti obligetur, illudque reſtituere teneatur? Dic quòd tenetur reſtituere ſi extat, ſecùs ſi illud conſumpſit. Lambert. *vbi ſuprà d. gloſſ.* 1. *num.* 65.

Ad

43 Ad ea, quæ de mutuo facto filiofamilias ſuprà tradita ſunt num.1. & ſeqq. adde Anton. Gomez tit. de contractib. mutui num. 2. verſic. ex quo inferas. vbi quòd filiofamilias, etiam cum bona conſcientia poteſt opponere exceptionem Macedoniani.

44 Item adde, quòd filiusfamilias poteſt opponere dictam exceptionem Macedoniani, etiam quòd illi renunciauerit, talis enim renunciatio non valet, vt per Antonium Gomez dicto tit. de contract. ſub n.2. verſ. Quod primò extende, per textum in l.tamen, vbi gloſſ. & communiter Doct. ff. ad Macedon.

45 Item adde, quòd filiusfamilias non obligatur ex mutuo, ita quòd non teneatur non ſolùm in vita patris, ſed etiam mortuo patre. Gomez ſub d.num.2. verſ.3. extende, vide ſuprà num.3.

46 Item adde, quòd nec hæredes filijfamilias tenentur ex mutuo per ipſum celebrato; vt per Antonium Gomez d.tit. de contract. mutui, ſub num.2. dicto verſic. Tertiò extende, &c.

47 Item adde, quòd exceptio Macedoniani poteſt opponi etiam poſt ſententiam diffinitiuam l.tametſi ff. ad Macedonianum. Anton. Gomez tit. de contract. mutui cap.6. ſub num.1. verſ. quartò extende, &c.

48 Limita modò prædicta, vt non procedant in filio, qui habet bona caſtrenſia, vel quaſi, quia in illis efficaciter obligatur, & tenetur ſoluere mutuum l.1. §.fin. cum l.2. ff. ad Macedon. l.fin. verſ.6. & final. C. eodem. Antonius Gomez ſub dicto num.2. verſ. nunc verò limita, &c.

49 Limita ſecundò, vt dicta exceptio procedat in mutuo facto in pecunia, vnde ſecùs ſi factum eſt in aliis rebus, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt. l.ſed Iulianus. §.mutui donatio. ff. ad Macedon. Gomez vbi ſupra ſub dicto num. 2. verſ. ſecundò limita, &c.

50 Limita tertiò, vt non procedat in eo filiofamilias, qui publicè reputabatur paterfamilias, & ſui iuris. l.3. ff. ad Macedonian. Anton. Gomez ſub dicto num.1. verſ. tertiò limita.

51 Limita quartò, vt non procedat, quando filiusfamilias dixit, & multò magis ſi iurauit ſe filiumfamilias, quia tunc non poteſt opponere exceptionem Macedoniani. Gomez ſub d. num.2. verſ. quartò limita, &c. vbi hoc ſublimitat non procedere in eo, qui cognoſcit & ſcit illum eſſe filiumfamilias, quia tunc non excuſatur eius aſſertione.

52 Limita quintò, ſi ſit fideiuſſor alterius ex cauſa mutui, quia vti fideiuſſor non iuuatur Macedoniano, niſi color ſit quæſitus, purà, quia fortè pecunia peruenit ad ipſum, & alter obligatur tanquam principalis, ipſe verò tanquam fideiuſſor. l. item filiusfamilias ff. ad Macedonian. l.ſed Iulianus, eod. tit. Anton. Gomez dicto tit. de contract. mutui ſub num.1. verſ. ſextò limitatur, &c. De minore fideiubente, vide ſuprà quæſtione 19. num. 41. & ſuprà hac ead. quæſt. num.22.

53 Limita ſextò, vt non procedat, quando filiusfamilias tacitè approbaſſet mutuum factum, puta illius partem ſoluendo poſt mortem patris, quia tunc totum ſoluere tenetur. l.ſed Iulianus. §.1. ff. ad Macedon. Anton. Gomez ſub dicto num.2. ſub verſ. ſeptimò limita: &c. & faciunt in propoſito generaliter tradita infrà in fragmentis, verſ. ſoluere partem ſumma indebita &c. num.1. vide in ſimili infrà de minore ſoluente, num.63.

54 Adde in materia, quòd quacunque exceptione prohibita, non cenſetur prohibita exceptio Macedoniani, vt dixi in Repert. iudic. quæſt.21. num.31. quæ ponas hîc.

Adde pariter in materia, quòd ſi filiusfamilias reperiatur pro debitis carceratus, cautela erit, vt emancipetur per patrem, quia tunc debet per iudicem excarcerari. Straccha de decoctor. part.3. num.12. vbi declarat. 55

Adde in eadem materia, quòd mutuum factum minori, qui ſit ſagax & induſtrioſus, puta facto Doctori, Notario, ſeu mercatori, &c. poteſt repeti, quia iſtis caſibus præſumitur mutuum fuiſſe verſum in vtilitatem illius, vt per Ancharanum quæſtione 38. num. 5. & ſequentib. lib.2. Quo in propoſito aduerte, quòd minor, qui res ſuas bene adminiſtrat, & in actis publicis induſtrioſum ſe oſtendit, in integrum non reſtituitur, vt per Virgilium Boccacium in conſtitutionib. Marchiæ gloſſ. 8. num.176. & de mercatore vide ſuprà, quæſt. 14. num. 72. & de Doctore faciunt tradita ſub quæſtione 14. num.66. & in Repertorio iudic. in fragmentis, verſic. Reſtitutio num.35. de mutuo facto minori regulariter quòd non poſſit repeti, dixi ſuperiùs in num.15. 56

Adde etiam, quòd qui mutuat minori, ſeu filiofamilias, non excuſatur ex eo, quòd dicat ſe ignoraſſe illum minorem, ſeu filiumfamilias. Ancharan. quæſt.38. num. 4. lib.2. ad quod faciunt ſuprà tradita num.50. & 51. & vide infrà in fragmentis verſic. filius num.1. & ibi tradita ponas hîc. 57

Minori ſi per debitorem fiat ſolutio iuſſu iudicis, vel cum eius decreto, vel cum tutoris, aut curatoris auctoritate, debitor eſt liberatus, nec minori ampliùs competit reſtitutio, etiam quòd dictam pecuniam in malos vſus conſumpſerit. Et de materia Virgil. Boccac. in conſtitut. March. gloſſ.8. num.52. 73.93.94. & 95. Redoan. de reb. Eccleſ. rubr.2. §.nec non recipere ſolutionem pag.13. omninò Oddus de reſtitutione in integr. part.1. quæſt.52. art.2. & ſeqq. Anton. Gomez tit. de reſtitut. minor. num.4. & quomodo debitor tutè ſoluat minori creditori, videas per Simoncell. de decret. lib.3. tit.7. inſpect. 1. num.1. & 2. & num.25. Secùs ſi ſimpliciter fiat ſolutio, ibidem per Simoncell. in præfatione num. 97. vbi videtur loqui de ſolutione facta tutori, ſeu tutoris actori, vide Lambertengum de contractib. gloſſ. finis num. 147. & ita etiam tenet & ampliat idem Lambert. de contract. eorum &c. gloſſ.15. num.8. & ſeqq. 58

Ad ea, quæ ſuprà dixi num. 13. adde omninò ad materiam Odd. de reſtitut. in integr. quæſt.58. per totam, & quæſt.59. num.3. & dic quòd regulariter minor non poteſt donare res ſuas, taliſque donatio eſt nulla, etiam quòd iudicis decretum, & tutoris ſeu curatoris interuenerit auctoritas, vt per Simoncell. de decreto lib. 1. tit. 2. inſpect. 1. num. 1. 2. & 3. vbi de communi, & concordantes allegat. Multi tamen relati per eumdem Simoncellum, quos ipſe reprobat in dicto tract. de decreto in præfatione n.115. & ſeq. dixerunt minorem poſſe donare ſine iudicis decreto. Sed 59

Amplia I. vt nec etiam poſſit donare ex cauſa dotis, quia dotare eſt donare, ideò talis dotatio non valet, etiam quòd facta ſit cum iudicis decreto, ibidem num.6. Sed contrarium eſt verius, quia cum iudicis decreto poteſt minor ex cauſa dotis donare & alienare, vt dixi ſuprà quæſt.14. num.77. & idem in donatione propter nuptias, quòd poſſit ex ea cauſa, donare, tradit Simoncellus ibidem num.15. Boccac. in conſtit. March. gloſſ.8. num.278.

Amplia II. vt talis donatio non valeat, etiam quòd ſit facta ei, à quo ipſa res donata prouenerat. Simoncell. ibid. num. 7. vbi reſpondet ad contraria. Ad idem in ſimili vide ſuprà quæſt.20. ſub num.100.

Limita quando minor carens curatore donaret bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſent, quia talis donatio valet, ibidem Simoncell. num. 10.

Limita quando minor eſſet nobilis, quia tunc tam ipſe, quàm eius tutor, ſeu curator poſſunt donare etiam ſine iudicis decreto, ſecundùm communem, de qua ibidem num. 11. 12. & 13. (vbi tamen tenendo contra communem dicit requiri iudicis decretum.) Ad idem deciſ. Peruſ. 67. num. 35. & ſeq. 1. par. dummodò honeſtè donetur, & non in exceſſiua quantitate. Faciunt quæ dixi in Repert. vltim. volunt. verſic. Tutor non poteſt donare bona pupilli, num. 18. vbi tradita ponas hîc in extenſione huius quæſtionis. Sed quid fauore piæ cauſæ, an valeat donatio facta per minorem ſine decreto abſolutum eſt, quòd non valet. Simoncell. dicto lib. 1. tit. 2. inſpect. 2. num. 17. Sed quid cum decreto? ipſe ibi tenet, quòd nec etiam valeat cum decreto, & reſpondet contrarium dicentibus, ſcilicet donationem factam fauore piæ cauſæ valere cum iudicis decreto. Tandem diſtinguendo in num. 19. dicit, quòd ſi donatio facta eſt per minorem Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, intuitu charitatis & religionis valet cum decreto, ſecùs ſi cauſa tantùm exercendæ liberalitatis. Sed hæc diſtinctio non ſatisfacit, quia piæ cauſæ, & Eccleſiæ ſemper quis donat intuitu charitatis & religionis. Ideo ſemper valet donatio cum decreto, & hoc credo verius, nam ſi ex cauſa dotis valet donatio, vt ſuprà dixi, cum decreto. Ergo idem fauore piæ cauſæ, quæ æquiparatur cauſæ dotis. Quid in donatione Eccleſiæ facta per minorem? Dic quòd valet cum decreto, ſecùs ſine decreto. Simoncellus ibidem n. 20. & ſeqq. licèt aliqui ibi relati dixerint valere etiam ſine decreto. Sed quid ſi ſtatutum reputat maiorem eum, qui puta excedit 18. vel 20. annos, an iſte vigore talis ſtatuti poſſit dotare? Dic quòd non, vt dixi ſuprà quæſt. 14. num. 65. Item quid in donatione ob benemerita ſine decreto? dic quòd non poteſt donare nec immobilia, nec mobilia. Simoncell. dicto lib. 1. tit. 2. inſpect. 4. num. 28. in principio, licèt aliqui ibidem relati contrarium dixerint. Cum decreto poteſt donare mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ibidem num. 28. verſic. Primus quando minor, vbi de communi. Immobilia autem donare non poteſt, nec etiam cum decreto. Simoncellus ibidem dicto num. 18. verſ. Secundus principalis eſt caſus, & ſeqq. per totam illam inſpectionem, vbi latè hanc defendit opinionem, licèt aliqui contrariam opinionem tenuerint. Quæ tamen reuera non eſt communis, vt ibi per eum. At quando benemerita ſunt talia, vt ex eis potuiſſet minor cogi & compelli aliqua actione, tunc poteſt minor donare ex cauſa dictorum benemeritorum accedente iudicis decreto, vt ibidem n. 51. An autem donatio minoris valeat, quando debitæ interueniunt ſtatutariæ ſolemnitates, vide ſuprà quæſt. 20. num. 107. & quòd donatio minoris non ſit nulla ipſo iure, ſed veniat reſcindenda ope reſtitutionis, tradit Lambertengus de contractib. eorum, &c. gloſſ. 15. num. 10. vbi etiam quòd talis reſtitutio poteſt peti infra decennium. Et quòd valeat donatio tutoris in parua & honeſta quantitate, ponitur in deciſ. Peruſina 67. in num. 36.

60 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt num. 24. & 25. adde Lambertengum de contractib. gloſſ. 24. num. 3. & 4. vbi quòd eo ipſo, quòd quis non eſt factus pauperior, dicitur factus locupletior, & num. 6. & ſeqq. vſque ad num. 16. vbi quòd ſi quis vno tempore eſt redditus locupletior, alio autem tempore deſiit eſſe. Et ſic quodnam tempus iſto caſu ſpectandum ſit, an litis conteſtatæ, an rei iudicatæ, & an ſententiæ, vel executionis, & de materia, ibi videas per totam quæſtionem tertiam. Sed an in dubio minor præſumatur factus, vel non factus locupletior? Dic in contractu fœneratitio minorem non præſumi factum locupletiorem, Lambertengus ibi num. 17. In contractu verò non fœneratitio, ſed ipſo prohibito, & ſic nullo. Qui excipiendo dicit contractum valere, quia ex eo minor factus eſt locupletior, id, inquam, probare debet, num. 18. vbi de communi. In contractu autem nonnullo, nec à iure prohibito, ſi minor ſub prætextu læſionis prætendat aduersùs illum in integrum reſtitui, tunc quòd ipſe minor debet probare ſe læſum, & ſic non eſſe ex eo factum locupletiorem. Quod tamen declara vt ibidem per Lamberten. num. 19. & 20. Nonnulla exempla, quibus quis dicitur factus, vel non factus locupletior, ponuntur per Virg. Boccac. in conſtit. March. gloſſ. 8. num. 52.

Minor obligatur naturaliter, licèt non ciuiliter. 61

Fallit primò quando contrahit cum tutore.

Fallit ſecundò in minore infante, vel infantiæ proximo, quia iis duobus caſibus non obligatur etiam naturaliter. Lambertengus de contractib. gloſſ. 16. num. 42. Item non obligatur naturaliter, quando contrahit ſine ſtatutariis ſolemnitatibus, vt dixi ſuprà quæſt. 20. num. 15.

Filiusfamilias maior non iuuatur Macedoniano 62 in mutuo ſibi facto à muliere, ſeu minore. l. verum. §. final. verſ. planè ſi minor. ff. de minorib. qui textus loquitur in minore mutuante filiofamilias maiori; ſed idem in muliere mutuante, probat Lambertеng. de contractib. gloſſ. finus, quæſt. 35. num. 123.

Minor ſoluens ſine tutoris authoritate indebi- 63 tum promiſſum, putà in contractu nullo, non dicitur approbaſſe contractum, ſed poteſt illud repetere. Lambert. de contractib. gloſſ. finus num. 151. vbi id etiam ampliat in prodigo, cui bonis eſt interdictum. In materia vide generaliter tradita infrà verſ. Soluens partem ſummæ indebitæ, an cenſeatur approbaſſe contractum, &c. num. 1. & quæ dixi de filiofamilias ſuprà hac eadem quæſtione num. 53. ac etiam generaliter tradita in Repert. indic. verſ. Condictio, inter diuerſa num. 19. & ſeqq. & num. 49. vbi poſui quando ſoluens indebitum illud repetat.

Filiusfamilias non reſtituitur, quando iuſſu pa- 64 tris obligatur. Intellige in iis, quæ patri acquiruntur, ſecus in iis, quæ illi non acquiruntur, vt per Virgilium Boccacium in conſtitution. March. gloſſ. 8. num. 77.

Ad ea, quæ dixi ſuprà num. 18. adde Maſcard. de 65 probat. concluſ. 1004. num. 62. vbi quòd dicitur in mala fide emens à conſumpturo, puta minore prodigo, luxurioſo, & iis ſimilibus. Sed vide ibidem num. 63. vbi facit pulchram diſtinctionem in hoc, videlicet, quòd aut quis emit ab eo ſcienter, cui bonis erat interdictum, & tunc nulli dubium, quod dicitur in mala fide; aut emit ab eo, cui bonis non erat interdictum, & tunc ſi emens ſciebat venditorem conſumpturum eſſe pretium, ſed ignorabat in quem vſum, tunc non in mala fide, ſed in bona fide eſſe dicitur. Quòd ſi ſciebat in quem malum vſum vendens erat conſumpturus pretium, tunc dicitur in mala fide. Et hæc diſtinctio eſt generalis ad minorem, ad prodigum, ac etiam ad luxurioſum, & ſimiles. Faciunt quæ infrà de prodigo & luxurioſo dicuntur, in fragmentis inter diuerſa, verſic. Prodigus, num. 52.

Qvæstio XLII.

De remedio l.2. C. de reſcindenda vendit.

Svmmarivm.

1. *Remedium* l.2. C. de reſcind. vendit. *quando habeat locum.*
2. *Quid in contractu iurato.*
3. *Quid in contractibus alijs bonæ fidei.*
   *Quid in contractibus ſtricti iuris,ibid.& n.*40.
5. *Quid in tranſactione,& num.*46.
6. *& quale dicatur in propoſito iuſtum pretium , & ſeqq.*
   & quomodo valor rei probetur , & de materia, ibid.
12. *& an in hoc remedio ſint fructus reſtituendi.*
13. *& an detur contra tertium poſſeſſorem.*
14. *& an illi poſſit renunciari.*
15. *& quid ſi in contractu adeſt clauſula,etſi,quod plus vales* , &c. *& de materia , & num.* 16. *& ſequentib.*
   Verba iſta plus & minus,*quid ſignificent , d.n.*15. *& ſeqq.*
20. *& an hoc remedium detur re perempta.*
21. *Quid in Laudo.*
22. *Quid in permutatione.*
23. *Quid in diuiſione.*
24. *Quid in venditione facta per Procuratorem.*
25. *Quid in locatione.*
26. *Quid in æſtimatione dotis.*
27. *Quid in datione in ſolutum voluntaria.*
28. *Quid in neceſſaria, pura ſubhaſtatione , & num.* 31.
   Quid in venditione facta iuſſu teſtatoris , num. 29.
   Quid in contractu feudi , vel emphyteoſis , num. 30.
   Quid in venditione pignoris conuentionalis , num. 31.18.
   *Quid in contractu pignoris,num.*32.
   Quid ſi læſio ſit citra dimidiam,num 33.
   Quid ſi vltra dimidiam , ſed in minimo , num. 34.
   Quid ſi in contractu adeſt iudicis decretum , num. 35.
   Quid ſi venditor ſciebat verum rei valorem , num. 36.
   *Quid in contractu geminato,num.*37.
   Secundùm quod tempus læſio conſideranda , num. 38.
   *Quid in minore vendente,num.*39.
   Quid in Eccleſia vendente alteri Eccleſiæ , num. 40.
   *An habeat locum hoc remedium in fauorem emptoris,num.*41.
   Quid ſi adeſt pactum de retrouendendo , num. 42.
   *Quid ſi adeſt aliud pactum,de quo in num.*43.
   *Quomodo præſcribatur hoc remedium.num.*44.
   *Quando adeſt læſio vltra dimidiam, non intentatur remedium reſtitutionis in integrum, ſed huius legis,num.*39.
   *Quid in donatione,ſub num.*15.
   *Forma libelli in hoc remedio,num.*45.

Remedivm *l.2. C. de reſcindend. venditione* , an & quando habeat locum, 1
& generaliter de materia, præter infraſcripta , vide ibi Doctores , & præſertim Cagnol. Cottam *in ſuis memorabil. pag. mihi* 900. *& ſequentib.* Socin. *reg.* 225. *&* 436. latè Imol. *concluſ.* 36. *lib.* 1. Pinell. *in dicta l.*2. Ioſeph. Ludouic. *concluſione* 77. *lib.* 1. Ioannes de Caſtillo *quotidianarum controuerſiarum cap.*8. vbi aliqua in materia.

Et particulariter , an habeat locum in vendi- 2
tione iurata , vide Viuium *in communib. opinionib. pag. mihi* 155. *in paruis , verb. mulier omni iuri* ,&c. *verſicul. quia iuramentum* , &c. *& cart.* 301. *à tergo, verb. venditio iurata.* Rolandus *conſil.* 8. *num.* 39. *volum.*1. *& conſil.* 39. *num.* 18. *& ſequentib.* vbi etiam quid de iuramento minoris , *eodem volum.* Vide de hoc particulariter quæ dixi ſuprà *quæſtione* 19. *num.*26. *& num.* 52. *& ſequentib.* vbi generaliter poſui , an iuramentum minoris vltra defectum ætatis suppleat læſionis , ſeu alium iuris defectum. Simoncell. *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 218. vbi quòd per iuramentum hoc non cenſetur huic legi à minore renunciatum. Vide quoque ad hanc materiam Cephalum *conſil.* 34. *num.*26. *& conſil.* 141. *num.* 32. Neuiz. *conſil.* 22. *num.* 11. Zarzan. *opin.* 159. Imol. *dicta concluſ.*36. *lib.* 1. *pag.* 148. *& ſeq. & concluſ.* 32. *lib.*4. *pag.* 841. *verſic. tamen iſtam.* Quibus in locis ponit etiam de iuramento minoris , mulieris , ruſtici , & valde ſenis , & ſecundùm Cephal. *in dicto conſil.* 142. *num.* 32. hoc remedium habet locum etiam non obſtante iuramento , quando adeſt læſio enormiſſima. Vide Simoncellum *de decreto lib.*3. *tit.*8. *num.* 209. *& ſequentib.* vbi , an per iuramentum de non contraueniendo ratione minoris pretij, cenſeatur renunciatum huic legi , & dicit quòd ſic , in maiore , ſecùs in minore. Adde *in deciſion. Pedemont.* 40. *per totam* , vbi ſecundùm magis communem hoc remedium non datur aduersùs contractum iuratum : ſed ſi talis contractus non poteſt reſcindi ratione iuramenti : an ſaltem poſſit peti ſupplementum iuſti pretij , vide *ibidem num.*7. *& num.* 11. *verſic. non obſtat* , quòd iuramentum in maiore faciat ceſſare hoc remedium , dicit etiam magis communem Lambertengus *de contractib gloſſ. finus* , *n.*88. & vide generaliter tradita infrà *quæſt.*48. *num.*20.*& ſeqq.* vbi videtur eadem materia ,& idem quòd Lambertengus tradit Roland. *conſ.*28.*num.*25. *volum.*4.

Et an tale remedium habeat locum in omnibus 3
contractibus bonæ fidei , præſertim in ſtipulationem deducti , ponit Imol. *dicta concluſ.*36. *lib.*1.*pag. mihi* 136.

Et quid in contractibus ſtricti iuris,vide per Imo- 4
lam *loco ſuprà citato,pag.* 152.

Et particulariter an habeat locum in tranſ- 5
actione , Villalobos *in communib. opinionib. litera L. num.*103. Pariſius *conſil.* 96. *num.* 50. 59. *& ſequentib.* *volum.*1. Socin.*conſ.*87. *num.*3. *&* 6.*volum.*1. Afflict. *deciſione* 220.Cephal. *conſil.* 34. *num.*26. *& conſil.*137. *num.* 46. *& ſeqq. volum.* 1. Imol. *ſub dicta concluſ.*36. *lib.*1.*pag. mihi* 544. *& ſeqq.* Dic , quòd ſi læſio ſit vltra dimidiam , tunc tranſactio reſcinditur , non obſtante iuramento,vt per Pariſium *dicto conſil.*96. Sed de hoc an tranſactio reſcindatur propter enormiſſimam læſionem,vide etiam infrà *quæſt.*48. *num.*9.& illa materia eſt eadem cum iſta , vide etiam infrà *num.*46.

Et quale dicatur iuſtum pretium in tali re- 6

medio, & quomodo illud probetur, vide Cæpoll. de ſimulat. contract. num. 28. & ſeqq. vſque ad n. 32. & particulariter videas per Gouarruuiam variar. reſolut. pag. mihi 397. num. 3. 4. & 8. & vide etiam allegata in ſequentibus numeris, & Doct. in dicta l. 2. C. de reſcindend. vendit. & aliquid ſpeciale infrà hac eadem quaſt. num. 38.

7 Generaliter autem, quomodo valor, ſeu iuſtum pretium rei tam mobilis, quàm immobilis, probetur, latè ponit Franc. Marc. deciſ. 485. Bartol. in l. ſi ſeruum, la ſecunda. ff. de condict. furtina. Socin. reg. 345. Afflict. de iur. protimiſ. gloſſ. vt infra triginta num. 27. pag. mihi 21. Iaſon in §. curare, verſ. plus autem, Inſtitut. de actionib. Nouell. in tract. de iur. protimiſ. in eius Repertorio verb. Pretium iuſtum. Et an iudex ex officio poſſit taxare incertum valorem, & æſtimationem alicuius rei, poſui in Repertorio iudic. quaſt. 76. num. 1. & ſeqq. Bald. in l. 2. col. final. circa finem. C. de reſcind. vendit. vbi quòd iuſtum dicitur pretium ſecundùm communem æſtimationem. Maran. diſput. 8. num. 30. Couarru. variar. reſolut. pag. 395. num. 1. & 4. Item ſecundùm vulgi opinionem, & diſcretarum perſonarum æſtimationem. Redoanus de rebus Eccleſia pag. 483. num. 14. vide etiam de hoc infrà ſub num. 38. vide Roland. conſil. 96. num. 4. & 35. vbi etiam quando dicatur magnum, & quando modicum pretium, & quale dicatur iuſtum pretium in ſubhaſtationibus, vide in Repertorio iudic. verſ. Subhaſtata re ſtabili, &c. Nota quoque ad hanc materiam, quòd pretium rei æſtimatur, & conſideratur ſecundùm redituum, & in vrbe ad rationem quinque pro centenario, vt per Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 19. num 117. pag. 118. & pag. 132. num. 170. & ſequen. vbi quòd pretium iudicatur ſecundùm quantitatem redituum & fructuum. Quòd pretium & valor probetur per æſtimationem diſcretorum æſtimatorum dixi infrà num. 38. & an probetur ex libro æſtimi, dixi in Repertorio iudic. quaſt. 24. num. 58. & ad hanc materiam probationis pretij per plures modos, vide omninò vltra infraſcripta Lup. de vſur. comment. 2. §. ſi per totum, vbi latiſſimè, latet item Cæpoll. de ſimulat. contract. num. 28. & ſequentib. vſque ad num. 32.

8 Et particulariter quomodo debeant deponere teſtes ſuper iuſto pretio & valore alicuius rei, vide Couarru. variar. reſolut. dicta pag. 397. num. 3. 4. & 8. Roland. conſil. 59. num. 37. & ſeqq. volum. 1. Corſett. ſingul. verb. Teſtis 17. pag. mihi 214. in paruis. Aduerte quòd per teſtes probatur valor & pretium rei communis. Maſcardus concluſ. 930. num. 6. vbi de communi. Et quomodo debeant deponere teſtes ſuper æſtimatione alicuius rei, multas ſuper huiuſmodi teſtium depoſitionibus contingibiles quæſtiones ponit Monticellus in eius aſſerto Repertorio teſtium pag. mihi 415. & ſeqq. ad quem ſemper recurras. Redoanus de reb. Eccleſ. rubr. 19. num. 145. pag. 130. in fine. Maſcardus concluſ. 930. num. 9. vbi quòd teſtes debent reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogati, in æſtimatione rei immobilis, ſecùs in æſtimatione rei mobilis, vt ibi num. 10. de quo vide in Repertor. teſtium fol. 288. num. 28.

9 Et an minùs credatur teſtibus deponentibus de valore decem, quàm deponentibus de valore viginti, vide Hercul. de negat. num. 254. Franc. Marc. in deciſ. 485. num. 4. 24. & 24. Imol. concluſ. 33. lib. 2. pag. mihi 456. ſub finem.

10 In quo particulariter ſcias, quòd in dubio pretium rei non præſumitur mutatum, vt per Cephal. in conſil. 77. num. 13. & ſeqq. volum. 1. Ideò iſto caſu valeat argumentum de præſenti in præteritum, & è contrà, vide Redoanum de rebus Eccleſ. rubr. 19. num. 147. vſque ad 151. pag. 131.

11 Item ſcias, quòd valor & pretium rei probatur ex inſtrumento vicinorum locorum iſtius loci, de quo diſputatur, vt per eumdem Cephal. conſil. 261. num. 16. & ſeq. vol. 2. & an probetur per inſtrumenta veterum emptionum, Redoan. de reb. Eccleſ. rubr. 19. num. 152. pag. 131.

12 Et an in reſtitutione rei vigore huius remedij veniant etiam reſtituendi fructus, & à quo tempore, poſui in Repertor. iudic. quaſt. 67. num. 43.

13 Et an hoc remedium detur contra tertium poſſeſſorem. Couarru. variar. reſolut. pag. mihi 397. n. 10. Imol. dicta concluſ. 36. lib. 1. pag. mihi 139. & pag. 154. in 2. limitat. vide aliquid infrà num. 45. deciſ. Pedemont. 61. num. 9. & 13.

14 Et an huic remedio poſſit validè renunciari ponit Couarru. variar. reſolut. pag. 411. num. 1. & ſeqq. Villalob. in communib. opinionib. litera L. num. 505. & ſeqq. Imol. dicta concluſ. 36. lib. 1. pag. 150. & ſeq. Roland. conſ. 28. num. 25. volum. 4. vbi quòd poteſt cum iuramento renunciari. Cephal. conſil. 261. num. 3. volum. 2. vbi quòd ſtante enormiſſima læſione renunciatio non valet. Deciſ. Pedemont. 40. num. 15. vbi quòd renunciatio facta huic remedio expreſsè valet, & ibi teſtatur de communi.

15 Et quid ſi in contractu venditionis adeſt clauſulà, & ſi quod plus valet, &c. damus, &c. an eo non obſtante habeat locum hoc remedium, vide Gouarruuiam variar. reſolut. dicta pag. 411. num. 1. & ſeqq. vbi etiam, an talis donatio requirat inſinuationem, de quo & de materia vide etiam Imolam dicta concluſ. 36. lib. 1. pag. 140. & concluſ. 40. eodem lib. in 7. ampliatione. vbi quòd talis donatio eſt inſinuanda, omninò Menoch. de arbitr. quaſt. caſu 144. vbi ampliat & limitat, & ad eum ſemper recurras. Cæpoll. in l. ſi fugitiuus num. 40. & ſeqq. de ſeruus fugit. Roland. conſ. 59. num. 10. & ſeqq. & num. 15. & 16. volum. 1. vbi quòd illa clauſula, & ſi quod plus valeat, &c. non refertur ad modicum, quando venditor ſciebat verum rei valorem, & quando venditor dicatur ſcire verum valorem rei, vide ibi per eum, & dicetur etiam infra num. 36. & an hoc remedium habeat locum in donatione, & ſic an in donatione conſideretur læſio, videas Simoncellum de decreto lib. 1. tit. 2. inſpect. 3. num. 16. prope finem, & num. 27.

16 Et generaliter iſta dictio plus, ad quæ extendatur, præter Cæpollam in loco ſuprà allegato, vide Menochium de arbitrar. quaſt. quaſt. 95. & caſu 145. vbi diſputat, & infert Diaz reg. 651.

17 Et particulariter, quòd dictio plus nihil operetur in teſte, ponit Hercul. de negatiua num. 253. Ad quod videas Menoch. de arbitr quaſt. caſu 47. lib. 1.

18 Et iſta verba, plus & minus ſimul iuncta quid ſignificent, & ad quæ extendantur, vide Cæpollam vbi ſuprà, Menoch. dicta quaſtione 95. Diaz reg. 651.

19 Et quid de dictione minus, præter Cæpollam & Menochium vbi ſuprà, vide Cottam in ſuis memorab. pag. mihi 582.

20 Et an hoc remedium detur contra venditorem re perempta, vide Couarru. variar. reſolut. pag. mihi 430. num. 13. & 14. Socin. reg. 436. Imol. concluſ. 36. lib. 1. pag. mihi 140.

21 Et an hoc remedium habeat locum in laudo. Imol. d. concluſ. 36 lib. 1. pag. 135.

22 Et quid in permutatione, vide ibidem per Imolam pag. 137.

Et

24 Et quid in diuiſione. Imola *vbi ſuprà pag. eadem* 137.

25 Et qoid in venditione facta per Procuratorem, vide per eumdem Imolam *d.pag.*137.

Et quid in locatione? *ibidem* per Imolam *pag.*138. In locatione quis dicitur læſus quatuor modis, vt per Maſcardum *concluſ.*443.*num.*14.

26 Et quid in æſtimatione dotis. Imola *ibid.pag.*139.

27 Et quid in datione in ſolutum voluntaria? *ibidem* per Imolam *dicta pag.*139. Cephal. *conſil.*261.*n.*1. vbi quòd etiam in datione in ſolutum hoc remedium locum habet.

28 Et quid in datione in ſolutum, neceſſaria puta ſubhaſtatione, *ibidem* per Imolam *pag.* 143. Zarzan. *opin.*152. Duen.*reg.*187.*num.*10. Conrad. *in ſuo Breuiario pag.mihi* 221. Ioſeph. Ludouic. *ſub concluſ.*73.*verſic. Amplia* 9.

29 Et quid in venditione facta iuſſu teſtatoris. Imola *ibidem pag.*144.*& ſeq.*

30 Et quid in contractu feudi, & emphyteoſis. Imola *ibidem, pag.*147.

31 Et quid in venditione pignoris conuentionalis. Imol.*ibidem,pag.*152.*in fine.*

32 Et quid in contractu pignoris. Imola *ibidem pag.* 153.*&* 154.

33 Et an hoc remedium aliquando procedat in deceptione citra dimidiam, dic quòd ſic, vt per Ferrat. *caut.*4.

34 Et quid ſi læſio vltra dimidiam fuerit in minimo. Villalobos *litera L. num.* 104. Imol. *dicta concluſ.*36. *lib.*1.*pag.*135.

35 Et quid ſi in contractu interuenit decretum iudicis. Nouell. *regul.* 225. Imol. *dicta concluſ.* 36.*lib.*1. *pag.*141. Dic quòd adhuc competit hoc remedium. Simoncell.*de decret.lib.*3.*tit.*7. *inſpect.*1. *num.*4. vbi de communi, & concordantes allegat.

Limita, quando decretum interuenit ex internallo, *ibidem in præfat.num.*125.

36 Et quid ſi venditor ſciebat verum rei valorem, & quando iſta ſcientia veri valoris præſumatur, pulchrè de materia per Roland. *conſ.* 59. *num.* 10. *& ſeqq. & num.*17.*volum.* 1. Imol. *dicta concluſ.*36.*pag.*151. vbi an præſumatur ſcientia ex clauſula, *Ex certa ſcientia, & pag.*155. Menoch. *de arbitr. quæſt.caſ.* 194. *num.*45. vbi quid in ruſtico. Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.*11. *num.*6. vbi quòd hoc remedium habet locum etiam quòd venditor ſciret verum rei valorem.

37 Et quid in contractu confirmato, ſeu geminato, an detur hoc remedium? Dic quòd non, vt per Rolandum *conſil.*59.*num.*33.*volum.*1. Sed contrà per Cephal.*conſil.*142.*num.*54.*&* 55. *volum.*1. vide in materia Imol.*concluſ.*36.*lib.*1.*pag. mihi* 139.*in* 15.*&* 19.*ampliat. & pag.*154.*in princip.&* 155. *in* 29.*limitatione.* Cephal. *conſ.*51.*num.*18.*&* 34.*volum.*1. quòd in contractu geminato, ſeu ratificato non detur hoc remedium, tradit Cephal.*conſil.*261.*num.*10.*& ſeq. vol.*2. cuius contrarium dixit *in conſ.*142.*num.*54.*vol.*1.

38 Et ſecundùm quod tempus in hoc remedio debeat conſiderari læſio, an ſecundùm tempus læſionis, vel contractus, vide Roland. *dicto conſ.*59.*num.*35.*& ſeqq. volum.*1. Dic quòd in hoc eſt conſideranda læſio habito reſpectu ad tempus contractus. Imol. *dicta concluſ.*36.*lib.*1.*pag.*134. & in hoc ſunt æſtimatores eligendi, qui non referant tantùm ad illum diem contractus, ſed ad tempus anterius & poſterius, res enim tanti valet, quanti vendi poteſt, non vno die, etiam quòd ſit tempore venditionis, ſed pluribus diebus antè & pòſt, vt per Tiraquell. *de iudic. in reb.exig.pag.* 35.*verſic.*17. *eſt textus.* Et quòd valor rei meliùs per æſtimatores à iudice deputatos, quàm per teſtes probetur, ponit Redoanus *de reb. Eccleſ.rub.*19.*num.*146. *pag.*131. vide generaliter ſuprà tradita *n.*7. Maſcard. *concluſ.*930.*num.*16. vbi quòd communis valor probatur per æſtimatores peritos, *& num.*12. vbi quo modo deponant iſti periti, *& num.*19. vbi quòd debeant eligi duo ſi reperiantur, alioquin ſufficit vnus excellens, *& num.*21. vbi quòd in relatione facienda debet citari pars, ſi ſunt electi à iudice, ſecùs ſi ſint electi à partibus. Debentque deponere huiuſmodi periti, ſeu æſtimatores de pretio communi, & non de particulari, vt per Imolam *vbi ſuprà dicta pag.*134. Teſtes probantes rem tanti valere, debent dicere, quòd tanti communiter venditur, & ſic debent deponere de communi æſtimatione, non autem quòd tanti ipſi emiſſent, quia primo caſu probant, ſecundo autem non. Maſcardus *concluſ.*930.*num.*7.11.13. *& ſeq.* vide etiam de hoc aliquid *ſuprà ſub num.*7. Ad quod faciunt ſuprà generaliter tradita de probatione iuſti pretij *num.* 6. *& ſeqq.* & quòd læſio ſit conſideranda habito reſpectu ad tempus contractus, ponit Lambertengus *de contractib gloſſ.*5.*num.*21. Redoan. *de rebus Eccleſ.rubr.*19.*pag.*130.*num.*137.*vſque ad* 151.*& pag.* 491.*num.*13. vide quoque Maſcardum *de probationib. concluſ.*447.*num.*16.

39 Et an minori læſo vltra dimidiam iuſti pretij competat hoc remedium, an verò reſtitutio in integrum: Dic quòd competit hoc remedium, & non reſtitutio, vt per Imolam *dicta concluſ.*36.*lib.*1. *pag. mihi* 135. vide aliquid ſuprà *num.* 2. Generale enim eſt, quòd vbi adeſt læſio vltra dimidiam, non intentatur remedium reſtitutionis, ſed huius legis, vt per Roland. *conſil.* 59. *num.* 2. *& ſeqq. volum.* 1. & an minor iuramento priuetur hoc remedio, vide ſuprà *quæſt.* 19.*num.*52.*& ſeqq.* Contrarium tamen, quòd videlicet minori læſo vltra dimidiam iuſti pretij competat vtrumque remedium, docet Simoncell. *de decreta lib.*3.*tit.*7.*inſpect.*1.*num.*4. vbi de communi. Sed quòd Eccleſiæ non concedatur reſtitutio, ſed huius legis remedium duntaxat, quando eſt læſa vltra dimidiam, ponit Redoanus *de rebus Eccleſia non alienandis pag.* 476.*num.*1.4.*&* 5.

40 Et an hoc remedium habeat locum in venditione facta ab Eccleſia Eccleſiæ? dic quòd ſic, vt per Imolam *d.concluſ.*36.*lib.*1.*pag.* 136.*in fine.*

41 Et an hoc remedium habeat locum in fauorem emptoris ementis plus iuſto pretio, vide Imolam *d.concluſ.*36.*pag.*138.*lib.*1.

42 Et an hoc remedium habeat locum etiam ſtante pacto de retrouendendo, vide *ibidem* per Imolam *pag.*139. Cephal. *conſil.* 261. *num.* 10. *& ſequentib.* vbi quòd tranſacto tempore dato ad retrouendendum, tacitè videtur contractus ratificatus, ita quòd non datur ampliùs hoc remedium. Et aduerte, quòd pactum de retrouendendo facit rem minùs valere, vt infrà *in verſic. Pactum num.* 19. vbi tradita ponas hîc.

43 Et quid ſi fuerit pactum, quòd niſi infra menſem ſoluatur pars pretij conuenta, tunc integrum debeat ſolui pretium, vide *ibidem* per Imolam *pag.*144.

44 Et an hoc remedium præſcribatur? Dic, quòd ſic, videlicet 30. annis, vt *ibidem* per Imolam *d. concl.*36. *lib.*1.*pag.*153.

45 Forma autem libelli in hoc remedio traditur per Capram *concluſ.*87.*num.*108.*& ſeqq.* & contra quem agatur, ſi res deuenerit ad alias manus. Suàrez *in communib. opinionib. litera L. num.* 7. *& ſequentib. verſic. læſus*, &c. de quo vltimo vide ſuprà *num.*11. Cephal.*conſil.*261.*n.*13. vbi quòd concluſio debet eſſe alternatiua, vel rem reſtitui, vel ſuppleri pretium,

aliàs libellus non ſuſtinetur, vt ibi de magis communi opinione traditur.

46 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.* 5. adde quòd licèt multi dixerint hoc remedium locum etiam habere in tranſactione, & conſequenter tranſactionem reſcindi ex læſione vltra dimidiam, quos refert Roland. *conſil* 28. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 4. quo teſtantur de communi, magis communi, & æqua opinione: tamen contrariam opinionem tanquam veriorem, & dinumeratis Doctoribus receptiorem, ſequitur *ibidem* Roland. *num.* 22. *& ſeqq. & num.* 28. dicens ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum. Hæc autem vltima opinio duobus modis limitanda venit.

Primò niſi læſio ſit enormiſſima, & in magno exceſſu vltra dimidiam. nam tunc illam reſcindi, & in eo locum habere remedium *dicta l. ſecunda*, diſtinguendo tradunt Doctores relati *ibidem* per Roland. *num.* 26.

Secundò videtur limitanda, quando læſio vltra dimidiam fit, non juxta valorem eius quod agitur, & litis ac ſummæ petitæ, ſed reſpectu dubij litis euentus, ſi enim aderit læſio reſpectu dubij euentus litis vltra dimidiam, tunc tranſactionem reſcindi ex hoc remedio colligitur ex traditis per Roland. *ibidem ſub num.* 1. *& ſub num.* 27. & ita iſto caſu læſionem in tranſactione conſiderari dixerunt Doctores *ibi* per eum relati. quorum opinionem ipſe *in num.* 24. *& ſub dicto num.* 17. nunquam ad practicam reduci poſſe tradit, quia dubius litis euentus æſtimari non poteſt, Nec deſuper examinandi teſtes deponerent de eo, quod non ſenſu ſed intellectu perciperent, quo caſu non probant. Et ideò cùm in materia tranſactionis læſio probari non poſſit indiſtinctè illam non reſcindi reſpectu læſionis eſt de mente eiuſdem Roland. *in dicto conſil*, 28. præſertim *num*, 24. 26. *& ſeq.* Tu autem conſidera.

QVÆSTIO XLIII.

Promittens factum ſuum quando præciſè adimplere teneatur? & an promittens factum alienum faciendo ſuum poſſe liberetur, & de materia.

SVMMARIVM.

7. *Promittens factum alienum, quando faciendo ſuum poſſe liberetur, generaliter.*
9. *& quando promiſſio facta alieni valeat.*
   Regulariter faciendo ſuum poſſe liberatur, num. 8.
10. *Quid de promiſſione facti alieni iurata.*
15. *Vel pœnali.*
   Promittens factum alienum conſtituitur in mora ſine interpellatione, num. 11.
   Quid ſi difficultas erat tempore contractus prauiſa, num. 12.
   Quid ſi adeſt clauſula, ita & taliter cum effectu, num. 13.
17. *Quid ſi adeſt clauſula, aliàs de ſuo, &c.*
   Promittens factum alienum non obligat illum pro quo promittit, num. 16.
18. *Quid ſi adeſt clauſula, & cætera.*
   Quid ſi expreſsè eſt promiſſum, quòd faciendo ſuum poſſe non excuſetur, num. ſeq.
19. *Quid ſi tacitè de huiuſmodi mente contrahentium appareat.*
20. *Quid de promittente, quod putà minor alienationem rerum habuerit, nec illi contraueniet.*
1. *Promittens factum ſuum quando præciſè adimplere teneatur, vide generaliter.*
   & de modo agendi contra illum, qui promiſit factum, ibid.
2. *Regulariter promittens factum non tenetur præciſè adimplere.*
3. *Quid ſi promittat factum, quod momento & facilè expediri poteſt.*
4. *Quid de promiſſione facti iurata.*
5. *Quid de promiſſione facti pœnali.*
6. *Quid de iure Canonico, vel ciuili.*
14. *Quid ſi adeſt clauſula, cum effectu, &c.*

PROMITTENS factum ſuum, an & quando cogi poſſit ad præciſè adim- 1
plendum, an verò ſoluendo ſolùm intereſſe liberetur. Generaliter in hac materia, vide Doctores, præcipuè Iaſonem *in l. ſtipulationes non diuidantur. ff. de verb. oblig.* Afflict. *deciſ.* 295. Marant. *diſput.* 7. Decius *in l. impoſſibilium. ff. de regul. iur.* Pariſ. *conſil.* 110. *lib.* 3. Diaz *reg.* 502. 505. *&* 506 Boër. *conſil.* 14. Petr. Gernod. *ſing.* 98. *num.* 4. Mattheſ. *ſingul.* 54. *& in additionib.* Roman. *ſingul.* 635. Villalob. *in communib. opinionib. pag. mihi* 13. *in princip.* Cotta *in memorab. pag. mihi* 437. *&* 451. Duen. *reg.* 135. Villalob. *lit. O. num.* 14. *& ſeqq.* Zarzan. *opin.* 39. vbi & de modo agendi contra talem obligatum ad factum. Nouell. *reg.* 122.

Promittens factum regulariter non tenetur præ- 2
ciſè adimplere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur ſecundùm communem, de qua per Suarez *in communib. opinionib. lit. I. num.* 3. & tradunt Doctores ſuprà allegati in antecedente *num.* 1.

Promittens factum, quod momento & faciliter 3
expediri poteſt, an teneatur præciſè adimplere. Socinus *conſil.* 253. *num.* 8. *verſic. vltimò etiam probatur, volum.* 2.

Promittens factum cum iuramento, an teneatur 4
præciſè adimplere, vide omninò omnes Doctores ſuprà allegatos *n.* 1. Roland. *conſ.* 6. *num.* 32. *& ſeqq. vol.* 1. vbi quòd iſto caſu non ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſed tenetur præciſè adimplere, & ibi teſtatur de magis communi, & de communi etiam Suarez *litera F. num.* 5. & idem tradit Cephal. *conſil.* 118. *num.* 23. *volum.* 1. vbi quòd iuramentum obligat præciſè, in quo vide eundem Cephalum *conſ.* 41. *num.* 10. *& ſeqq. vol.* 1. & faciunt in ſimili ſuprà tradita de promittente factum alienum, *num.* 10. & generaliter *in fragmentis verſic. Iuramentum, num.* 13, vbi poſui quando iuramentum præciſè obliget. adde deciſionem Pedemontanam 92. *num.* 19. vbi quòd iuramentum obligat præciſè ad factum etiam quòd contineat turpitudinem ex parte eius cui promittitur.

Promittens factum ſuum cum pœna, an teneatur 5
præciſè adimplere, & non adimplendo an teneatur ad pœnam, an verò ſolum ad intereſſe, vide omninò Doctores ſuprà allegatos *num.* 1. & quæ in ſimili infrà tradentur de promiſſione facti alieni pœnali *num.* 15. & generaliter tradita in materia pœnæ conuentionalis, an & quando exigi poſſit, videlicet *in ind. quæſt.* 99. *num.* 4.

Promittens factum tenetur præciſè adimplere de 6
iure Canonico, licèt ſecus de iure ciuili, vt per Suarem *in communib. opinionib. lit. F. num* 4.

Promittens autem factum alienum, an teneatur 7
ad intereſſe, ſi non adimpleat promiſſa, an verò faciendo ſuum poſſe ſit liberatus, vide Aymon. *conſil.*

ſil.171. num.11. & 12. verſic. Non obſtat quòd iſte, Pariſ. conſil.109. ferè per totum, volum.1. vbi latiſſimè, & tenet contrarium eius, quod tenet Aymon. Marant. diſput. 7. Cotta in ſuis memorab. pag. mihi 713. verſic. Promiſſio de faciendo. Corſett. ſingular. verſic. Promiſſio facti, pag. mihi 187. Socin. regul.326. Diaz regul. 539. Villalob. in communib. opinionib. litera F. num. 1. Viui. in commun. opinion. pag. mihi 181. in paruis, omninò Roland. conſil. 53. num. 11. & ſeqq. vol.1. Herculan. de cautel. pag.113. num.21. vbi remiſſiuè declarat regulam variis atque pluribus modis.

8 Promittens factum alienum, regulariter faciendo ſuum poſſe liberatur. Grammat. deciſ.102. num.3. vbi inter alios allegat Capic. deciſ.93. verſ. ſecundò fuit dubitatum, & faciunt infrà tradita num.10.

9 Promiſſio facta alieni quando valeat, Rolandus conſil. 53. num.11. & ſeqq. vol.1. & Doctores omnes ſuperiùs allegati num.7.

10 Promittens factum alienum cum iuramento, non excuſatur faciendo ſuum poſſe, vt in conſil. crimin. diuerſ.145. num.10. Sed contrà num.21. volum.1. in magnis. Ad quam materiam faciunt in ſimili ſuprà tradita num.4. Roland. conſil.6. num.33. volum.1. Doctores in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verbor. obligat. Iaſon in l. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſ. Cephal. conſil.164. num.26. vol.2.

11 Promittens factum alienum, puta ſe facturum & curaturum, conſtituitur in mora abſque alia interpellatione. Ancharan. Regien. quæſt.54. num.15. & ſeqq. part.1. Menochius de arbitr. quæſt. caſu 220. num.20. Villalob. in commun. opinion litera P. num.347. Cotta in memorab. verſ. Promiſſio de faciendo, pag. mihi 713. al.568. Viui. in communib. opinionib. pag. mihi 181. al.670. in paruis. Suarez in commun. opin. litera F. num.11. Rolandus conſil.57. num.41. & ſeqq. vol.1. vbi pulchrè, quando promittens aliquem ratificare facere, &c: conſtituatur in mora abſque interpellatione, de quo etiam vide Bouium de ſtatut. vrb. præſcript. pag mihi 11. num.12. & faciunt generaliter tradita in materia interpellationis. Vide in conſil. criminal. diuerſ. tom.2. conſil.94. num.25. 95. num.7. 96. num.1. & ſeqq. 97. num. 14.

12 Promittens factum alienum non excuſatur faciendo ſuum poſſe, quando difficultas erat à principio contractus, & eius tempore præuiſa. Dec. conſ.215. part.2. & tenent relati in d. conſil. crimin.145. num.5. volum. 1. in magnis. Sed contrarium traditur ibidem num. 17. & per Pariſium conſil.110. num. 28. volum.1. vide in alio conſil. crimin. diuerſ.148. num. 8. eodem volum.

13 Promittens factum alienum cum illa clauſula, Ita & taliter cum effectu, &c. an faciendo ſuum poſſe excuſetur. Vide Ancharan. Regien. quæſt.54. num.17. p.1. & conſil. crimin. diuerſ.145. num.4. vol.1. in magnis. vbi quòd iſto caſu quis videtur promittere non factum alienum, ſed proprium, ideò faciendo ſuum poſſe non liberatur. Sed contrà ibidem num.16. vide in ſeq. num.

14 Et an promittens factum non alienum, ſed ſuum, cum effectu, &c. teneatur præciſè adimplere? dic quòd ſic, vt in eodem conſil. crimin. 145. num. 6. & num. 9. Sed contrà ibidem num. 18. in eodem conſil. & conſil.149. num. 10. eodem vol. vide in antecedente num.

15 Promittens ſe facturum & curaturum cum pœna, incidit in pœnam; ſi eſt in mora curandi, & faciendi, vt in conſil. crimin. diuerſ.145. n.13. volum.1. in magnis. Sed an iſto caſu faciendo ſuum poſſe liberetur, præter ſuperiùs in ſimili tradita ſuprà num.5. & generaliter in materia pœnæ conuentionalis, vide in eodem conſ. crim.145. num.9. vbi quòd non excuſatur. Contrarium quòd imò excuſetur, traditur ibidem num. 12. & 20. & conſil.146. per totum, & conſil.148. eodem volum. pag. mihi 183. & Natta conſil.451. num.42. volum.2. Dicas, quòd promittens factum alienum non excuſatur, faciendo ſuum poſſe, ſed tenetur ad pœnam conuentam ſecundùm receptiorem opinionem, de qua per Suarez in communib. opinionib. litera F. n.7. vbi reſpondet ad contraria. Quod limita procedere, quando quis promiſiſſet ſimpliciter cum pœna factum alienum, vnde ſecùs ſi promiſiſſet cum pœna ſe facturum & curaturum, quia tunc per diligentiam excuſatur, vt ibidem per Suarez num.8. vbi ſimiliter de magis communi.

Promittens factum alienum non obligat illum, pro quo promittitur. d. conſil. criminal.145. num.1. & 2. vol.1. in magnis, & conſil.148. num.1. & conſil.149. num.4. & 5. eodem volum.1. 16

Promittens factum alienum cum clauſula, aliàs de ſuo, &c. non excuſatur faciendo ſuum poſſe. d. conſil. crimin.145. num.7. & conſil.149 num.11. & ſeqq. Et an iſta clauſula, aliàs de ſuo, &c. contineatur ſub clauſula, & cætera, vide in conſil. criminal. 149. num.11. & ſeqq. eodem volum.1. 17

Promittens factum alienum cum clauſula, & cætera, videtur promittere, quòd faciendo poſſibilia non excuſetur, quia ita videtur extendi iſta clauſula, & cætera. vt in conſil. criminal. diuerſ.145. num.11. Sed contrà num.23. volum.1. in magnis. 18

Promittens factum alienum non excuſatur faciendo ſuum poſſe, quando ita expreſsè promiſit, quòd faciendo poſſibilia non excuſetur, vt per Suarez in commun. opin. litera I. num.9. vbi de communi, & traditur in d. conſil. criminal.145. num.11. & 23. vbi tamen videas. Imò ſufficit hoc tacitè ex contrahentium mente colligi, vt ibidem per Suarez num. 10. litera F. 19

Promittens quòd puta minor alienationem ratum habuerit, ſi minor alienationem illam nolit ratificare, promittens tamen, non tenebitur, vt per Cephalum conſil.115. num.3. volum. 1. vbi idem ſi promittat, quòd quis non contraueniet, non obſtante enim contrauentione, adhuc non tenebitur promittens, & ibi per eum, faciunt ſuprà tradita num.8. 20

QVÆSTIO XLIV.

Solutio in qua moneta ſit facienda.

SVMMARIVM.

1. *De materia generaliter.*
2. *Quòd monetæ valor, ſeu bonitas, ſi ſit mutata, debet articulari, & probari; & quomodo teſtes deponere debeant.*
   In qua moneta ſit facienda ſolutio, ſi in contractu nihil dictum ſit, in qua moneta ſolui debeat, ſub d. num.1.
4. *Regulariter ſolutio facienda eſt in moneta currenti tempore promiſſionis.*
   Quòd ſi moneta non ſit deteriorata, ſed meliorata. num 3.
5. *Soluens per triginta annos in vna moneta, non poteſt poſtea cogi ad ſoluendum in alia moneta.*
6. *In cenſibus, penſionibus, & alijs annuis præſtationibus ſolutio de qua moneta facienda ſit.*

7. *Vna ſpecies moneta an poſſit ſolui pro alia.*
Vel moneta minuta pro groſſiori. ibid.
& an obligatus ſoluere aurum poſſit ſoluere aliam monetam.ibid.
An poſſit ſolui argentum pro auro, &c. contrà. ibid.
8. *Moneta ſi altera in materia, aut forma, in qua moneta ſit facienda ſolutio, an in moneta antiqua, vel noua.*
& quid ſit moneta antiqua non reperiatur. ibid.
9. *Moneta ſi in totum ſit reprobata, quomodo facienda ſolutio.*
10. *Quid in contractu lucratiuo.*
Quid in mutuo, num.19.
Quid in emenda, ſeu ſalario, num.10.
Quid in reſtitutione dotis, num.17.
Quid in retrouenditione conuentionali, num.18.
Quid ſi debitor ſit in mora, num.21.
14. *Quid in ſtatutis.*
15. *Quid in ſententijs.*
16. *Quid in gratijs Principum.*
Moneta ſi non mutatur in materia & forma, ſed tantùm eius valor alteratur, quomodo ſit facienda ſolutio, num.11.
Moneta valor ſi alteretur ob Principis voluntatem, quomodo facienda ſolutio, num.12.
Quid in vltimis voluntatibus, num.13.

1 MONETÆ valor ſi mutatur, in qua moneta ſit facienda ſolutio, & de materia. Hæc quæſtio habet multa capita, & eſt admodum intricata, vt colligi poteſt ex traditis per Gabrielem, ad quem ſemper recurras in materia, *in pag. mihi 311. & ſequentib. concluſ.1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.* vbi in vnoquoque capite ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus. Roman. *ſingul.519.* Marſil. *in l. qui falſam. num.127. ad leg. Cornel. de falſ. pag. mihi 91.* Boſſ. *in titul. de moneta, pag. mihi 393.* Couarruuias *lib.1. pract. quaſt. pag mihi 336. num.4. & cart.325. num 5.* Plot. *in l. ſi quando, num.417. & ſeqq. C. vnde vi.* Alexandrin. *conſil.17. & 75.* Socin. iun. *conſil.145. num.94. & ſeq. fol. mihi 264. part.1.* Villalob. *in communib. opinion. litera S. num.74. & ſeqq.* vbi ponit regulam cum limitationibus. Mynſing. *obſeruat.1. cent.4. & obſeruat.15. eadem centuria.* vbi ſi in contractu non eſt facta mentio monetæ, in qua moneta ſit facienda ſolutio. Cephal. *conſil.31. volum.1. per totum*, ad quem ſemper recurras. In materia Papien. *in form. libell. in action. hypothecar. gloſſ. relaxandum num.2. & ſeq.* Specul. *in tit. de obligat. & ſolut. §.1. in fine*, text. & *ibi* Doctores, *in l. inuitus, la prima. ff de ſolut.* Guidopap. *deciſ.493.* Aretin. *conſil.11.* Alexandrin. *conſil.148.* Afflict. *deciſ.90. & 194.* Socin. *conſil.6. num.9. lib.1.* Socin. iun. *conſil.142. num.2. & 6. lib.1.* Boët. *deciſ.327. num 3.4.8.9.10.12. & 13. part.1.* Corn. *in Repert. Conſiliorum, verſ. moneta*, vbi deciduntur multæ quæſtiones in materia. Roman. *conſil.123. deciſ. Bonon.39.* Chriſtoph. de Caſtellione *conſil.35. per tot.* Aymon. *conſil.47. per totum*, omninò Fabianus de Monte *de empt. & vendit. in 5. quaſt princ. num.5. & pluribus ſeqq.* omninò Couarruuias *practic. quaſt. cap.7. & ſeq.* Doct. *in cap. quanto, de iureiur.* Viui. *opin.512. & pluribus ſeqq.*

2 Moneta ſi ſit facta deterior in pondere, qualitas iſta debet articulari, & probari per teſtes rationem reddentes ſui dicti, etiam non interrogatos, vt per Gabrielem *in ſuis concluſionibus pag. mihi 314. num.36.*

3 Moneta ſi non ſit deteriorata, ſed meliorata, ſolutio facienda eſt de moneta currenti, ſed iuxta valorem antiquæ monetæ, vt *ibidem* per Gabrielem *pag.313. num.18.*

Regulariter ſolutio eſt facienda in moneta, quæ currebat tempore promiſſionis, vt per Nouell. *de iur. protimiſ. pag. mihi 159. num.83.* 4

Soluens de moneta currenti per triginta annos, tempore ſolutionis non poteſt ampliùs cogi ad ſoluendum de moneta currenti tempore contractus, vt per Alexandrinum *conſil.75.* Ad quod vide Curtium iuniorem *conſil.24. ſub num.7.* & omninò declarantem Gabriel. *vbi ſuprà pag.315. num.25. vſque ad n.33.* 5

In ſolutione penſionum, & cenſuum generalis, & notoria conſuetudo eſt, tam in Italia, quàm extrà, quòd ſolutio poſſit fieri in pecunia tempore ſolutionis, & non tempore contractus, ſecundùm Curt. iun. *conſil.24. num.1. & num.6. verſ. accedit etiam, in fine.* Sed in hoc, quomodo ſcilicet ſit facienda ſolutio, in qua moneta, & ad quam rationem in iſtis annuis obligationibus, vide Gabrielem *vbi ſuprà pag. mihi 313. num.20.* 6

Aduerte etiam, quòd de eadem generali conſuetudine vna pecunia poteſt ſolui pro alia, argentum pro auro, & è contra, moneta minuta pro groſſiori, & è contrà, ſecundùm Bald. *in l. libera num.6. verſ. item quia. C. de ſentent.* Curt. iun. *d. conſil.24. num.1.* Ioan. de Plat. *in l.1. C. de argent. pret. lib.10.* refert Bald. *conſil.148. col.1. verſ.2. facit*, ſequitur Ceph. *conſil.31. num.1. deciſ. Bononien.39. num.1.* Aretin. *conſil.51. num.3.* Et particulariter, an creditor obligatus ad monetam auream, poſſit dare aliam monetam groſſiorem, vide Curt. iun. *d. conſil.24. num.6. & conſil.28. num.12. & 13.* 7

Monetæ valor ſi decreſcit propter deteriorationem materiæ, vel formæ, tunc attenditur valor tempore promiſſionis, non autem ſolutionis. Ideò ſi reperiatur moneta antiqua, ea ſolui & præſtari debet, ſi verò non reperiatur, ſolutio fieri debet in pecunia currenti tempore ſolutionis, ſed habito reſpectu, & ſecundùm æſtimationem illius temporis, quo facta eſt promiſſio, ſecundùm Gabrielem *dicta pag.311. concluſ.1. per totam*, vbi prædicta pluribus modis ampliat, atque limitat, 8

Moneta antiqua ſi in totum ſit reprobata, an tunc debitor poſſit cogi ad ſoluendum in moneta currenti tempore ſolutionis ad rationem antiquæ, an verò ſufficiat offerre antiquam monetam reprobatam, vide per Gabrielem *vbi ſuprà d.pag.311. concluſ.1. num.4.* & aliis ſequentibus vſque ad *num.15.* 9

Quando ſumus in contractu lucratiuo, tunc ſatis eſt ſoluere de moneta currente tempore ſolutionis. Gabriel. *vbi ſuprà pag.314. num.34.* de quo vide *ibid. pag.316. num.27.* 10

Moneta ſi non mutatur nec in materia, nec in forma, ſed tantùm valor ipſius monetæ mutetur, & tunc quomodo iſto caſu ſit facienda ſolutio, & an iſta monetæ mutatio cedat lucro & damno debitoris, an verò creditoris, vide Gabriel. *pag. mihi 314. concluſ.2. per totam*, vbi ampliat & limitat pluribus modis. 11

Monetæ valor ſi decreſcit ob Principis voluntatem, quomodo tunc ſolutio fieri debeat, vide *ibidem* per Gabriel. *d.pag.314. concluſ.1. per totam*, vbi ampliat, & limitat multipliciter. 12

Monetæ valor quomodo conſideretur in vltima voluntate, vide *ibi* per Gabriel. *vbi ſuprà, pag.317. concluſ.4. per totam.* 13

Monetæ valor in ſtatutis an attendatur tempore ſolutionis, & quomodo, vide *ibid.* per Gabriel. *pag. mihi 318. concluſ.5. per totam.* 14

Monetæ

15 Monetæ valot in ſententia an conſideretur tempore ſententiæ; an verò tempore exequutionis, vide *ibidem* per Gabriel. *pag.*318. *concluſ.*6. *per totam.*

16 Monetæ valor quomodo conſideretur in gratia Principis, vide *ibidem* per Gabriel. *pag. mihi* 319. *concluſ.*7.

17 Quomodo autem in reſtitutione dotis, & in qua moneta ſit facienda ſolutio, ſi illius valor, ſeu bonitas eſt mutata, vide Firm. *in eius Repert. verb. dos reſtituta. num.*15. *&* 16. Campeg. *in tract. de dote part.*2. *quæſt.*88. *pag. mihi* 95. Maſuet. *in practica in tit. de ſolut. num.*3. *pag. mihi* 272. vbi quòd debet ſolui dos de moneta currente tempore ſolutionis, ſed habito reſpectu ad valorem monetæ tempore contractus.

18 In retrouenditione autem conuentionali, quomodo ſit facienda ſolutio, & in qua moneta, ſi præſertim illius valor, ſeu bonitas eſt mutata, vide Cagnolum *in l.*1. *num.* 210. *C. de pact. int. empt. & vendit.* Alexandrin. *conſil.*148. Aymon. *conſil.*47.

19 In mutuo regulariter ſolutio eſt facienda de pecunia currente tempore ſolutionis, ſed habito reſpectu ad valotem monetæ antiquæ tempore contractus, vt per Maſuer. *dict. tit. de ſolut. eod. num.*3.

20 Et quid ſi agatur de emenda, vel ſalario, in qua moneta ſolutio facienda ſit, vide *ibid.* per Maſuerium *d. tit. de ſolutionib. eod. num.*3.

21 Et quid ſi debitor fuerit in mora ſoluendi, in qua moneta ſit facienda ſolutio, vide *ibidem* per Maſuerium *d. tit. de ſolution. d. num.*3. Gabriel. *vbi ſuprà pag. mihi* 312. *num.*5. *& ſequentibus & pag. mihi* 316. *num.*21. *& omninò pag.*317. *concluſ.*3. *per totam.*

QVÆSTIO XLV.

De pluribus ſtatutis diuerſis, ſeu contrarijs.

SVMMARIVM.

Generalis materia ſtatutorum contrariorum & diuerſorum.

1. *Statuta ſi plura ſint inter ſe diuerſa, ſeu contraria, quod ſeruandum erit generaliter.*
   Statutum ſecundum quando deroget priori generaliter, ibid.
2. *Statutum ſecundum regulariter non tollit primum ſtatutum, niſi id expreſſè dicatur.*
   Quid ſi ſecundum ſtatutum loquatur per dictionem taxatiuam, ibid.
3. *Quid ſi primum ſtatutum ſit generale, & ſecundum ſpeciale, vel è contra.*
4. *Statuta ſemper interpretantur, vt non ſint contraria.*
5. *Ex pluribus ſtatutis attenditur ſemper illud quod plenius diſponit.*
6. *Item illud, quod minùs corrigit ius commune.*
7. *Statutum ſecundum quando declaretur per primum, & è contrà.*
8. *Statutum correctorium alterius ſtatuti eſt ſtrictè interpretandum.*

Statutum ſecundum pœnale quando deroget primo. Et ex pluribus pœnis quænam imponenda ſit.

9. *Statutum pœnale tollit pœnam iuris communis.*
10. *Statutum ſecundum pœnale quando cenſeatur derogare priori ſtatuto pœnali, vbi generaliter.*
    Pœna ſi plures imponantur à diuerſis ſtatutis, aut legibus, an omnes, vel vna tantùm, pœna imponenda ſit, & quæ, & de materia generaliter, ibid.
11. *Quid ſi plures pœnæ cumulatiuè, & copulatiuè imponantur in vnica lege, ſeu ſtatuto.*
12. *Quid in pluribus pœnis alternatiuis impoſitis ab eadem lege, ſeu ſtatuto.*
13. *Quid ſi vna & eadem pœna imponatur à pluribus legibus, vel ſtatutis.*
14. *Quid ſi diuerſæ imponantur pœnæ à pluribus ſtatutis, vel legibus; ſed expreſsè apparet, quod ſtatuentes voluerunt omnes pœnas imponi, & non derogare priori ſtatuto.*
15. *Puta ſi pœna impoſita in ſecundo ſtatuto non ſit condigna delicto, ſed parua.*
16. *Quid è conuerſo ſi expreſsè apparet de mente ſtatuentium, quòd voluerint derogare priori ſtatuto pœnali, & conſequenter non imponi niſi vnicam pœnam.*
17. *Quid in dubio, an ſecunda conſtitutio pœnalis cenſeatur derogare primæ; & per conſequens an omnes pœnæ, vel vnica tantùm imponi poteſt pœna, & quæ.*
    Quid ſi prima conſtitutio ſit generalis, ſecunda autem ſpecialis, ibid.
18. *Quid ſi ſecunda pœna eſt penitus diuerſa à prima.*
    Puta, ſi prima ſit capitalis, ſecunda verò pecuniaria, ibid.
    *Quid ſi ſecundum ſtatutum habeat dictionem taxatiuam tantùm, num.*1. *in fine.*

1 STATVTA ſi duo, vel plura reperiantur ad inuicem repugnantia, contraria, ſeu diuerſa, quod eorum ſeruandum ſit, & an, & quando ſecundum ſtatutum deroget priori, & generaliter de materia præter infra ſcripta, videas Bald. *in pract. in tit. de ſtatutis quæſt.*2. *pag. mihi* 68. & Petrum de Bellapertica *quæſt.*497. Coriet. *ſingul.* incip. *Quotiens, pag. mihi* 154. Corn. *conſil.*141. *n.*10. *volum.*3. Foller. *in pract. crimin. pag. mihi* 87. *n.*89. *col.*1. *circa finem.* Socin. iun. *conſil.*40. *num.*3. *&* 4. Firman. *in Repert. verb. ſtatutum extenditur num.*140. Grat. *reſponſ.*16. *num.*41. *volum.*1. Aymon. *conſil.*70. *num.*15. *& ſeqq.* Marſil. *ſingul.*13. Bart. & Alex. *in l.*1. *§. hoc autem. ff. de nou. oper. nunciat.* Angel. & Salyc. *in l. qui ſepulchra. C. de ſepulchr. viol.* Dec. *in l. ſi Ruffinus num.*12. *C. de teſtament. milit.* Euerard. *de mod. argument. pag. mihi* 368. Alexand. *conſil.*58. *num.* 4. *volum* 4. *&* 141. *num.*7. *lib.*2. *& conſil.*98. *num.*5. *volum.* 4. *& conſil.*122. *num.* 3. *eod. vol. & conſil.*68. *num.*5. *& conſil.*80. *num.*9. Cott. *in ſuis memor. pag. mihi.*790. Corſett. *ſingul. pag. mihi* 203. *verb. ſtatutum.* Marſil. *ſingul* 231. Viui. *in communib. opinion. pag. mihi* 197. *verb. ſtatutum*, pulchrè an & quando ſecunda ſtatuti diſpoſitio tollat primam abſque alia expreſſione, & an & quando cenſeatur, ſeu

ſeu præſumatur facta correctio, ad partes diſputat, & in materia ſemper ad eum recurras, videlicet Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. mihi* 156. *in magnis num.* 318. *& omnibus ſequentib.* per totam illam quæſtionem, *& pag.* 104. *num.* 11. vbi optimè exemplificat. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 35. *& ſeqq.* vbi quid ſi primum ſtatutum imponit pœnam mille librarum, & ſecundum quinquaginta librarum tantùm, Alderanus Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretat. concluſ.* 8. vbi latè.

2 Statutum ſecundum regulariter non tollit primum, niſi expreſsè appareat, quòd ſtatuentes voluerint tollere primum ſtatutum. Cephal. *conſil.* 55. *num.* 18. *vol.* 1. Aymon. *de antiq. temp. pag. mihi* 184. *num.* 42. *& ſeqq.* vbi quòd correctio non cenſetur facta, niſi de ea expreſsè appareat, & quòd ſtatutum ſecundum non inducat correctionem præcedentis ſtatuti, etiam quòd loquatur per dictionem taxatiuam, eſt communis, vt *in deciſ. Pedemont.* 68. *ſub num.* 14. vbi tamen diſputatur de veritate huius concluſionis.

3 Statutum primum generale limitatur, & reſtringitur per ſecundum ſpeciale, vt *d. deciſ. Pedemont.* 68. *num.* 15. *& ſeq.* Cephal. *conſil* 35. *num.* 19. *volum.* 1. vbi quòd ex duobus ſtatutis contrariis attenditur magis ſpeciale. Ad quam materiam vide Angel. *conſil.* 355. Corſet. *ſingul. pag.* 108. *in paruis, verb. ſtatutum* 19. Menoch. *de arbitr. quæſt. quæſt.* 97. vbi pulchrè, & faciunt generaliter infrà tradita *in fragmentis verſ. Generi per ſpeciem*, &c. Et quid è contra. An ſecunda lex, ſeu ſtatutum generale cenſeatur corrigere primum ſpeciale, dic quòd non, vt per Aymon. *de antiquit. tempor. pag. mihi* 184. *num.* 82. *& ſeqq.*

4 Statutum ſemper interpretari debet, vt concordet cum alio ſtatuto, ne inter ea ſequatur contrarietas. Grat. *reſponſ.* 26. *num* 69. *volum.* 1.

5 Statuta ſi ſint duo diuerſimodè loquentia, attenditur illod, quod pleniùs diſponit. *deciſ. Pedemont.* 68. *num.* 16. per doctrinam Bald. *in l. ſi ita ſcriptum ff. de hæredib. inſtituen.* Quod limita duobus modis, primò, vt non procedat, quando ſtatutum, quod non pleniùs diſponit, eſſet ſpecialius, & poſterius. Secundò niſi nimis derogaret iuri communi, quia iſtis duobus caſibus non attenditur ſtatutum quod pleniùs diſponit, vt *in d. deciſ. Pedemont.* 68. *d. n* 16. de quibus duabus limitationibus dixi ſuprà *num.* 3. & dicetur infrà *num.* 6.

6 Statuta ſi ſunt duo diuerſimodè loquentia attenditur illud, quod minùs corrigit ius commune, vt *in d. deciſ. Pedemont.* 68. *num.* 16.

7 Statutum ſecundum quando declaratur per primum, vide Viuium *in communib. opinion. cart.* 197. *in paruis, verb. ſtatutum.* Crot. *conſil.* 30. *num.* 20. *fol.* 61. vbi quòd ſtatutum ſecundum declaratur, limitatur, & reſtringitur iuxta terminos prioris ſtatuti.

8 Statutum correctorium alterius ſtatuti eſt ſtrictè interpretandum. Cephal. *conſil.* 55. *num.* 4. *vol.* 1.

9 Statutum imponens nouam & diuerſam pœnam à iure communi, nulli dubium, quòd videtur ſuſtuliſſe pœnam ipſius iuris communis, ſecundùm magis communem, de qua per Clarum *in pract. quæſt.* 85. *verſ debet etiam iudex.* Et ita obſeruat totus mundus, teſte Grammat. *conſil.* 35. *num.* 16. *& ſeq.* quem & alios refert & ſequitur Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen. num.* 16. *& ſeqq.* 1. *part.* vbi de veriori, & communiori & ſeruata opinione, ſed quòd per pœnam nouam à ſtatuto impoſitam non cenſeatur derogatum pœnæ iuris communis, dicit communem Capra *concluſ.* 68. *num.* 3. vbi tamen dicit, quòd vnica tantùm pœna imponi poteſt ad iudicis electionem, de quo tamen dixi infrà *num.* 12. *&* 17. vide Marian. *in cap. veniens num.* 69. *& ſeqq. vſque ad* 73. *& de accuſat.* Caroc. *fol.* 198. *num.* 36. *& ſeqq.* vide *in titul. de homicid. quæſt.* 1. *ſect.* 2. *in* 2. *ampliatione* 2. *limitationis.*

Sed difficultas eſt, quid ſi plures pœnæ imponantur ab vno ſtatuto, vel à pluribus ſtatutis, an tunc omnes iſtæ pœnæ imponi debeant, an verò vnica tantùm, & quæ, & ſic an & quando ſecunda pœnalis diſpoſitio cenſeatur tollere primam. Ad hanc materiam præter infraſcripta videas Afflict. *in conſtitut. Putarenorum num.* 16. *& pluribus ſequentibus*, vbi facit *regulam cum decem limitationibus.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ pag. mihi* 336. *in magnis, num.* 338. *& omnibus ſequentib. per totam illam quæſtionem, & pag.* 204. *num.* 11. vbi exemplificat. Cotta *in memor. pag. mihi* 840. & omnes Doctores ſuprà generaliter allegati *num.* 1. vide etiam eumdem Menochium *de recuper. poſſeſſ. pag. mihi* 163. *num.* 368. *& ſeqq.* vbi an & quando per impoſitionem vnius pœnæ à ſtatuto impoſitæ, cenſeatur receſſum ab alia, omninò etiam vide Capram *concluſ.* 68. *&* 69. Andr. Ioachim *controuerſ. iuris lib.* 9. *cap.* 1. 10

Diſtinguas tu in hunc modum.

Aut plures pœnæ imponuntur ab vno, aut à pluribus ſtatutis: ſi imponantur plures pœnæ ab vno & eodem ſtatuto, tunc aut imponunt cumulatiuè, & copulatiuè, aut alternatiuè. Si imponuntur ab vno ſtatuto plures pœnæ cumulatiuè, tunc quòd omnes iſtæ pœnæ reo delinquenti imponi debeant, & quòd vna impoſita, non cenſeatur prohibitum imponere aliam, nemo dubitat, & hic caſus nullam habet difficultatem. Capra *concluſ.* 68. *num.* 1. *&* 7. 11

Si verò ab vno & eodem ſtatuto, ſeu lege imponantur plures diuerſæ pœnæ non cumulatiuè, ſed alternatiuè, tunc non niſi vnica imponitur pœna. Capra *concluſ* 68. *num.* 2. Sed an ad electionem delinquentis, an verò iudicis, & de materia, traditur per Cæpollam *in l. ſi fugitiuus num.* 22. *& ſeqq. num.* 17. *& ſeqq. de ſeruis fugitiuis*, vbi optimè declaratur materia. Corſet. *ſingul. verb. cautio in fine, pag. mihi* 143. *& verb. conditio pag.* 147. Diaz *reg.* 547. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. mihi* 163. *num.* 398. *& ſeqq.* & meliùs *de arbitr. quæſtionib. q.* 94. Clarus *in pract. quæſt.* 85. *verſ. ſolet etiam plerumque*, & regulariter dicas quòd in alternatiuis electio eſt iudicis, vt per Antonium Gomez *de delict. cap.* 1. *num.* 39. per text. *in l.* 1. *§. ſpecu. ff. de effractor. & in l.* 1. *in fin. C. de his qui latron.* Vide etiam aliquid infrà *ſub num.* 17. 12

Si verò plures pœnæ imponantur à diuerſis ſtatutis, vel legibus, tunc iterum diſtinguas, quòd ſi pœna impoſita in diuerſis legibus, ſeu ſtatutis, eſt vnica & eadem, tunc per impoſitionem vnius pœnæ, eſt impoſitum perpetuum ſilentium, & non poteſt ampliùs condemnatus alia pœna condemnari, & hic caſus ſimiliter nullam habet difficultatem, vt de ſe patet, & colligitur ex traditis per Antonium Gomez *titul. de delict. cap.* 5. *n.* 38. *&* 39. *propè finem.* Arnald. Albert. *de agnoſcend. aſſert. Cathol. & hæret. quæſt.* 29. *ſub num.* 58. 13

Quid ſi non vnica & eadem, ſed diuerſæ ſint pœnæ impoſitæ à pluribus legibus, ſeu ſtatutis, tunc ſi expreſsè appareat, & conſtat, quòd ſtatuentes cumulatiuè voluerint omnes pœnas imponi, 14

tunc

tunc vtraque pœna imponitur, & tunc vna conſtitutio, ſeu ſtatutum non derogat alteri, quia ſeruanda eſt mens ipſorum ſtatuentium, & diſponentium. Et hic caſus ſimiliter nullam videtur habere difficultatem, vt per Antonium Gomez *d. tit. de delict. eodem num.* 38. *& ſeq.* Andreas Fachin. *controuerſ. iuris lib.* 9. *cap.* 1. *verſic. Prima concluſio.*

15 De mente autem ſtatuentium tunc dicetur conſtare, quòd voluerint omnes pœnas cumulatiuè imponi, quando ſecunda pœna eſt parua, & non condigna delicto, de quo agitur, quia tunc per ſecundum ſtatunm pœnale non cenſetur derogatum primo, & omnes pœnæ veniunt cumulatiuè imponendæ, vt per Anton. Gomez *vbi ſuprà dicto n.* 39. *prope finem.*

16 Si verò è conuerſo expreſsè conſtat, quòd ſtatuentes per impoſitionem vnius pœnæ in ſecundo ſtatuto voluerunt tollere aliam, tunc ſimiliter dubium non eſt, quòd per ſecundam diſpoſitionem pœnalem cenſetur primæ derogatum, & conſequenter quòd non niſi ſecunda pœna imponi poteſt; quia in claris non eſt opus coniecturis, vt per Antonium Gomez *vbi ſuprà.* Capra *concluſ.* 68. *n.* 8. vbi idem ſi per coniecturas appareret, quòd noui conſtituentes voluerint derogare antiquæ conſtitutioni. Fachin. *d. cap.* 1. *verſ.* 2. *concluſio.*

17 Quòd ſi ſimus in dubio, & ſic non appareat, quòd diſponentes & ſtatuentes voluerint derogare, vel non derogare veteri ſtatuto, & diſpoſitioni pœnali, imponendo nouam pœnam in alio ſtatuto, ſeu diſpoſitione. Et hic caſus controuertitur à Doctoribus, & habet difficultatem, an ſcilicet omnes pœnæ imponi poſſint, vel vnica, & quæ, & an per ſecundam diſpoſitionem pœnalem cenſeatur primæ derogatum. Ad quod vide Menochium, & alios ſuprà allegatos, *num.* 10. Cotta *d. pag.* 840. vbi ponit exemplum in primo ſtatuto imponente pœnam centum ſcutorum, an cenſeatur derogatum per ſecundum, quo imponitur tantùm pœna quinquagintà ſcutorum. Si vna lex imponit pœnam centum florenorum, alia verò mille, vna poteſt imponi pœna; ſed iudex poteſt, ſi vult, eligere maiorem. Arnald. *d. quæſt.* 25. *ſub eodem num.* 58. Sed in hac materia dicas, quòd iſto caſu, quando ſcilicet ſumus in dubio, & agitur de diuerſis pœnis à diuerſis ſtatutis impoſitis, vna pœna, ſeu conſtitutio non derogat alteri, ſed vtraque earum imponi poteſt, videlicet vna ſolùm ad electionem iudicis, & per impoſitionem vnius pœnæ cenſetur ab altera receſſum ſecundùm magis communem, de qua per Antonium Gomez *d. tit. de delict. num.* 38. *& ſeq.* vbi tamen dicit, quòd licèt hæc concluſio ſit magis communis, tamen in practica ſeruatur contraria, quòd videlicet in dubio per ſecundam pœnalem diſpoſitionem cenſetur abſque alio derogatum primæ. Et conſequenter non poſſe imponi niſi pœnam de qua in ſecunda conſtitutione. Sed pro d. opinione magis communi adde Capram *concluſ.* 68. *num.* 3. *& ſeq.* vbi quòd in dubio, licèt ſecunda prouiſio pœnalis non tollat primam, ſecundùm communem; tamen non niſi vnica poterit imponi pœna ad electionem ſcilicet iudicis, niſi forſan ſecunda pœnalis diſpoſitio eſſet ſpecialis, & prima generalis, quia tunc eueniente delicto, cui ſpecialiter de pœna eſt prouiſum, non poteſt iudex niſi illam ſpecialem pœnam imponere, vt ibi per eum. Boſſ. *de offic. corrupt. num...* *& ſeq.* vbi quòd quando plures leges imponunt plures pœnas pro eodem delicto, tunc omnes pœnæ poſſunt imponi, & habent locum origine, ſed non exequutione, quia vna electa per iudicem, alia imponi minimè poteſt, vt *ibi* per eum. Ad hæc vide Fachin. *controuerſ. iur. lib.* 9. *cap.* 1. *verſ. tertia concluſio, & ſeqq.* vbi ponit diuerſas & multiplices Doctorum ſententias.

18 Præmiſſis adde, quòd quando per nouam conſtitutionem imponitur pœna penitus diuerſa à prima, & ſic diuerſi generis, ita quòd non poſſit vna euelli de corpore alterius, puta ſi vna ſit capitalis, & altera pecuniaria, tunc vtramque exigi, ſeu imponi poſſe, tradit Capra *d. concluſ.* 69. *num.* 4. & Arnald. *d. quæſt.* 25. *ſub num.* 58.

QVÆSTIO XLVI.

Dotandi onus ad quos pertineat.

SVMMARIVM.

1. *Dotandi onus ad quos ſpectet generaliter.*
2. *Auus paternus quando teneatur dotare neptem, & ſeqq.*
3. *& quid ſi filius ſit diues, & non pauper.*
4. *& an dos per auum data nepti, computetur in legitimam filij.*
5. *& an dos talis data nepti cenſeatur profectitia.*
6. *& an cenſeatur data contemplatione filij, vel neptis.*
7. *Filius, vel filia an teneatur dotare matrem.*
8. *Frater an teneatur dotare ſororem.*
9. *Mater an teneatur dotare filiam.*
10. *Pater quando teneatur dotare filiam.*
11. *& quando filiam ſpuriam, & de materia, & ſeqq.*
17. *Pater an teneatur iterum dotare filiam, ſi dos per virum fuerit conſumpta, & deperdita, & ſeqq.*

1 VIDE in hac materia præter infrà ſcripta Campeg. *in tract. de dote part.* 1. *quæſt.* 13. *& ſeqq.*

2 Auus paternus tenetur dotare neptem, Vilalobos *in communib. opinionib. littera D. num.* 186. Cotta *in ſuis memoral. pag. mihi* 63.

3 Limita hoc procedere, quando filius eſt pauper, aliàs ſecus; vt per Cephal. *conſil.* 105. *num.* 9. *volum* 1. Concordantes allegat Sebaſt. Medic. *de compenſat. part.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 10.

4 Et hinc eſt, quòd ſi auus dotat neptem, talis dos computatur in legitimam filij, vt *ibidem* per Cephal. *num.* 22. 29. *& ſeqq. pluribus*, vbi diſputat de veritate huius illationis.

5 Et an dos data ab auo nepti cenſeatur profectitia, vide *ibid.* per Cephal. *d. num.* 29. *& ſeqq.* Dic quòd dicitur profectitia patris. iura adducit Sebaſt. Medic. *de compenſat. part.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 6.

6 Et an præſumatur data contemplatione filij, vel ipſiuſmet neptis, vide *ibidem* per Cephalum *d. n.* 29. *& ſeqq.* dic quòd regulariter auus præſumitur in dubio neptem dotare contemplatione filij, & non ipſius neptis, *l. filia C. de legat. l. huiuſmodi §. cùm frater. ff. de legat.* 1. & eſt communis, vt per Sebaſt. Medic. *de compenſat. part.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 6. vbi concordantes allegat.

Fallit primò quando auus haberet particularem affectionem ad neptem.

Fallit ſecundò, ſi filius eſſet mortuus.

Fallit tertiò, ſi dotaret in caſu, in quo dotare non tenetur, puta quando filius eſt diues.

Fellit quartò, quando qualitas & amplitudo ipſius aui contrarium ſuadet. Hæc tradit Medices *vbi ſuprà num.7. & ſeqq.*

7 Filius, vel filia, an teneatur dotare matrem, Villalob. *in commun. opin. litera F. num.*68. Tiraquell. *de legib. connubial. pag. mihi* 36.*num.*9.Dic quòd non, vt *in deciſione Pedemont.* 124. *num.*4.

8 Frater tenetur dotare ſororem pauperem, vt *in conſil. vltim. volunt. diuerſ.*95. *num.*16. *& ſeq. vol.*1. vide in materia Villalob. *in commun. opinion. lit. F. n.*162.Et pro primo dicto vide Rolandum *conſil.*85. *num.*4. *volum.*3.

9 Mater quando teneatur dotare filiam, vide Viuium *in communib. opinionib. pag. mihi* 150.

10 Pater quando teneatur dotare filiam, & quando non, vide Couarruuiam *de matrim. pag. mihi* 177. *num.*11. *&* 12. Ferret.*caut.*9. *num.*8. *& in additionib.* Mattheſ.*ſingul.*105. *in addit.* Socin. *regul.*281. Villalobos *in commun. opin. lit. P. num.*182.

11 Et an pater teneatur dotare filiam ſpuriam, vide Mattherium *ſingul.*146. *in additionib.* Couarr. *de matrimon. pag.*177. *num.*11.*&* 12. Viui.*in communib. opinion. pag. mihi* 170. *deciſ. Bononien.*22. Roland. *conſil.*54. *num.*52.*& ſeqq. Credo ſit, in* 2. *volum.* faciunt tradita *in Repert. vltim.volunt.quaſt.*15.*num.*32. *& ſeqq. & num.*47.

12 Regulariter pater tenetur dotare filiam ſpuriam, vt *in conſil. vltim. volunt. diuerſ.*94. *num.*1. *lib.*1. Gabriel. *pag. mihi* 720. *num.*13. contra Cephalum *conſil.*145. *num.*21.

13 Limita I. procedere, quando filia ſpuria eſt adeò inops, vt non habeat aliunde vnde ſe dotet, aliàs ſecus, vt per Tiraquellum *de reuocan. donat.pag. mihi* 479.*num.*30.*in paruis.* Gabriel.*vbi ſuprà num.*15. faciunt tradita *in Repert. vltim. volunt. quaſt.*15. *num.*47.

14 Limita II. vt talis dos non debeat excedere quantitatem alimentorum, vt *ibidem* per Gabriel. *num.*14. & faciunt tradita *in Repert. vltim. volunt. quaſt.*15. *num.*33.

15 Et an iſta dos per patrem filiæ ſpuriæ data transſeat ad hæredes ipſius ſpuriæ filiæ, an verò reuertatur ad hæredes dotantis, vide *in d. Repert. vltim. volunt. quaſt.*15. *num.*35.

16 Et generaliter an valeat legatum dotis factum per patrem filiæ ſpuriæ: dixi *in d. Repert. vltim. volunt. d. quaſt.*15. *num.*32. *& ſeqq.*

17 Pater an teneatur iterum dotare filiam ſuam, ſi dos eidem ſemel data fuerit per eius maritum conſumpta & deperdita. Facias regulam negatiuam, vt *in conſil.vltim. volunt.*94. *num.*2. *& ſeqq. volum.*1. ad quam materiam vide Cephal. *conſil.*160. *volum.*2.

18 Limita I. vt hæc concluſio procedat, quando dos fuiſſet amiſſa abſque caſu fortuito, ſecus ſi culpa patris, puta, quia dotem tradiderit marito, qui non erat non ſoluendo, nec eam fecit aſſecurare, quia tunc ſi talis dos eſt conſumpta à marito, tenetur pater iterum dotare, vt *in d. conſil. vltim. volunt.*94. *&* 93. *per totum, volum.*1.

19 Limita II. vt non procedat, quando dos fuit amiſſa ſine aliqua culpa lata, ſeu leui ipſius filiæ, nam tunc tenetur pater iterum dotare, vt *in d.conſil. vltim. volunt.*94. *num.*30. *& ſeq. & num.* 36. *& conſil.*95. *num.*11. *&* 13. & ita etiam tradit Cephal. *conſil.*160. *vol.*2. vbi multa alia in materia *deciſ. Pedemont.*124.*num.*5. Et an iſto caſu debeat eadem dos dari ſecundò nubenti, quæ fuit data primo, infrà *verſ.Dos,num.*4.& pœnas hîc.

20 Et in materia ſcias, quòd in omnibus caſibus, in quibus pater tenetur filiam dotare, ſi moriatur pater, tenentur eius hæredes, vt *in d. conſil. vltim. volunt.*94. *&* 95. *in diſcurſu.*

QVÆSTIO XLVII.

De alimentis filio præſtandis.

SVMMARIVM.

1. *Filius regulariter alendus à patre.*
2. *Quid ſi filio fuit aſſignata legitima in vita.*
   Vel quid aliud loco alimentorum, & fuerit conſumptum, ibid.
3. *Quid ſi fuerit illis per filium renunciatum.*
   & an ſtatuta poſſint ſibi derogare.
   *& an debeant etiam ali vxor, & liberi ipſius filij, num.*19.
   *& an veſtiri, num.*20.
   *Qualia ſint præſtanda alimenta, num.*21.
   *Mater quanto tempore debeat alere filium, num.*22.
   *Quid in filio bannito, & heretico, num.*23.
   *Quid in filio ſpirituali, num.*24.
   *Quid in filio, qui commiſit cauſam ingratitudinis, num.*25.
   *Quid ſi filius habeat aliunde, vnde ſe alat, n.*26.
   Puta ex aliquo exercitio, ibid.
   *Quid ſi pater poſuit filium in aliqua domo pauperum, puta in aliquo Collegio, num.*27.
   *Quid ſi pater ſit pauper, num.*28.
4. *Spurio an debeantur à patre alimenta generaliter.*
5. *& qualia debeant eſſe ſpurij alimenta.*
   & quid de legato alimentorum facto filio ſpurio, ibid.
6. *Quid de iure ciuili, vel canonico.*
7. *Quid in terris Imperij.*
8. *An debeat ali poſt mortem patris ab eius hæredibus.*
9. *Quid in inceſtuoſis & nefarijs.*
   *Quid ſi ſpurius ſit diues, & habeat aliunde vnde ſe alat, num.*14.
   *Puta ex alio exercitio, num.*16.
10. *& quid ſi tempore mortis patris erat pauper & poſtea eſt effectus diues, vel è contra, num.*15.
11. *An mater teneatur alere filium ſpurium.*
12. *Quid in nepote, ſeu pronepote ſpurio.*
13. *Pater an debeat ali à filijs ſpurijs.*
17. *Quid ſi pater ſit pauper.*
18. *Quid ſi filius ſpurius commiſerit cauſam aliquam ingratitudinis.*

ALIMENTA de iure naturæ filiis deberi dicit textus, & ibi notant omnes *in* §. 1. *Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* Viui. *in communib. opinion. pag. mihi* 11. *verb. alimenta, in princip.* Cagnol. *in l. iura ſanguinis, num.*3 *ff. de regul.iur.* Nouell. *regul.*139. *in princip.* 1

Amplia hanc regulam I. vt procedat etiam quòd pater in vita filio aſſignauerit legitimam, vel quid aliud loco alimentorum, & illud conſumpſerit. Aldobrand. *in d.* §. 1. *num.*21. *Inſtit. de iur.natur.gent. & ciuil.* Zarzan. *quaſt.*16. Viui. *d. pag.*11. *à tergo,* quod declara vt *ibi* per eos, & in propoſito, vide *deciſ. Pedemont.* 124. *num.*6.9. *&* 10. vbi an pater teneatur alere filiam, quæ ſui culpa dotem amiſit. 2

Et

Et ibi etiam ponit, quòd pater tenetur alere filium, & quòd partem ſuam ludendo conſumpſerit, & ibi teſtatur claré de communi opinione.

3 Amplia II. quòd huiuſmodi alimentis non poteſt nec per filios renunciari, nec à ſtatutis derogari, vt per Cagnolum *in d. l. iura ſanguinis num.* 3. *& 4. ff. de regul. iur.* Zatzan. *d. quaſt.* 16. Viui. *dicta pag.* 11. *à tergo.* Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 175. *num.* 3. *&* 4. De tranſactione autem, ſeu renunciatione facta ſuper alimentis iurata, vide Tirizæ. *de teſtament. coniugum. pagina mihi* 177. *num.* 3.

4 Amplia III. vt etiam filio ſpurio ſint præſtanda alimenta. Ad cuius ampliationis materiam præter infrà ſcripta vide Nicolaum de Vbald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. pagin. mihi* 176. *num.* 43. *& ſequenti.* Duen. *reg.* 367. *per totum*, & an valeat legatum alimentorum factum filio ſpurio, dixi *in Repertor. vltim. volunt. quaſt.* 15. *num.* 25. *& ſeqq.* vbi tradita conferunt etiam ad hanc materiam, ad quam vide etiam Viui. *in commun. opinion. pagina mihi* 170. *Deciſ. Bonon.* 22. Duen. *regul.* 366. *in* 4. *limitatione.*

5 Et qualia debeant eſſe alimenta præſtanda filio ſpurio, Couarr. *de matrimon. pag. mihi* 176. *num.* 7. Gabriel. *pagina mihi* 721. *numer.* 25. Vide infrà *num.* 21.

6 Regula ſit in hac ampliatione, quòd licèt de iure ciuili filius ſpurius non ſit alendus à patre, tamen de æquitate Canonica alendus eſt. Gabrielius *titul. de alimentis concluſ.* 1. *pag. mihi* 719. *in princip.*

7 Amplia I. quòd talis æquitas canonica eſt etiam ſeruanda in terris Imperij, ſecundùm magis communem, de qua *ibidem* per Gabriel. *num.* 2. licèt aliqui ibi per eum relati contrarium omninò dixerint.

8 Amplia II. vt etiam poſt mortem patris filius ſpurius debeat ali ab hæredibus & ſucceſſoribus patris. Gabrielius *dicta concluſ.* 1. *titul. de aliment. numer.* 10. Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 178. *num.* 14.

9 Amplia III. etiam in filiis ſpuriis, inceſtuoſis, ac nefariis. Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 175. *num.* 1. *&* 2. *& pag.* 176. *num.* 6. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *num.* 5. licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

10 Amplia IV. etiam quòd filius ſpurius tempore mortis patris non indigeret, ſed poſtea ſuperuenerit ipſi neceſſitas. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *n.* 3.

11 Amplia V. vt etiam mater teneatur alere filium ſpurium. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *tit. de aliment. num.* 4. quod intelligas infra triennium, & non vltrà, vt *ibidem* per Gabriel. *num.* 27. ad quod faciunt infrà generaliter tradita *num.* 22.

12 Amplia VI. etiam in nepote, ſeu pronepote ſpurio ex meo filio, ſeu nepote legitimo, & naturali. Gabriel. *ibid. num.* 6. *&* 19. vbi idem in nepote, ſeu pronepote nato ex meo filio, ſeu nepote ſpurio.

13 Amplia VII. & è contra, quòd etiam filij ſpurij debeant alere eorum patrem. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *titul. de aliment. num.* 20. *pag. mihi* 722.

14 Limita modò I. ſupradictam regulam non procedere in filio ſpurio, qui habet aliunde, vnde ſe alat; qui propterea non eſt alendus à patre, vt per Gabriel. *d. concluſ.* 1. *titul. de alimentis, num.* 21. vbi de communi, vide infrà *num.* 16.

15 Et hinc eſt, quòd ſi filius ſpurius tempore mortis patris indigebat; ſi poſtea ſit effectus diues, poſt eius mortem, non debentur ampliùs alimenta, vt *ibidem* per Gabriel. *num.* 23.

16 Hinc etiam eſt, quòd filio ſpurio non debentur alimenta, quando ex ſuo aliquo exercitio, ſeu induſtria poteſt ſibi talia alimenta lucrari, vt per Gabriel. *ibidem num.* 17. cuius tamen contrarium tenuit Aym. *in conſil.* 199. Verum eſt quòd ſpurius non tenetur ſibi lucrari alimenta ex aliqua induſtria, ſeu exercitio, niſi & illud ſit condecens eius qualitati, vt *ibidem* per Gabriel. *num.* 24. *pag. mihi* 721. Vide infrà *num.* 16. & Roland. *conſil.* 54. *num.* 48. *& ſeqq. volum.* 2.

17 Limita II. eamdem regulam non procedere in patre egeno & paupere, qui non tenetur filio ſpurio præſtare alimenta, vt *ibidem* per Gabrielium *numer.* 32. & faciunt etiam infrà tradita *num.* 28.

18 Limita III. in ſpurio, qui commiſit cauſam ingratitudinis, vt *ibidem* per Gabrielium *num.* 34. & faciunt infrà tradita *num.* 25.

19 Amplia I. ſupradictam principalem regulam, vt non ſolùm ipſe filius, ſed etiam & eius vxor & liberi debeant ali à patre & auo reſpectiuè. Viuius *in communibus opinion. pag. mihi* 12. *in paruis.* Couarr. *de matrimon. pag. mihi* 175. *verſ.* 3. *infertur, & pag.* 179. *num.* 16. Roland. *conſil.* 14. *num.* 58. *&* 68. *volum.* 2.

20 Amplia II. vt filius etiam debeat veſtiri. Nouell. *reg.* 139. *in* 1. *ampliatione.*

21 Amplia III. vt filiis ſint præſtanda alimenta, non ſolùm prout neceſſitas expoſtulabit; ſed etiam pro eorum dignitate, & eorum qualitati condecentia, quod declara, vt per Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 176. *à tergo, num.* 7. *&* 8. Faciunt etiam ad hoc ſuprà tradita *num.* 5.

22 Amplia IV. vt etiam mater debeat alere filium ſuum, ſed an vltra triennium, vide Couarru. *de matrim. pag.* 178. *num.* 3. vbi declarat quatuor modis. Diaz *reg.* 292. Roland. *conſil.* 54. *in fine volum.* 2. Capra *conſil.* 17. *num.* 6. *pag. mihi* 25. *&* 26. Faciunt ſuprà tradita *num.* 11.

23 Amplia V. vt etiam filio bannito & hæretico non poſſint denegari alimenta. Menoch. *de arbitr. quaſt. pag. mihi* 78. *ſub num.* 45. Plaça *in Epitom. delict. cap.* 36. *pag. mihi* 621. Duen. *regul.* 68. *in* 10. *limitatione.* Aliqua dixi *in Repertor. criminal. quaſt.* 8. *num.* 64. Gig. *de crimin. laeſ. maieſtat. lib.* 3. *rubr. final. quaſt.* 5. vbi idem de filio, qui tenetur alere patrem bannitum etiam pro crimine læſæ maieſtatis, & hæc eadem poſui *in tit. de crimin. laeſ. maieſt.*

24 Limita I. ſupradictam principalem regulam, vt non procedat in filio ſpirituali, quod an & quando ſit verum, traditur per Cottam *in memoral. pag. mihi* 325. *in fin.* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. mihi* 465. *num.* 26. *& pag.* 468. *num.* 34. *in paru.* Plaça *in Epitom. delict. cap.* 40. *pag.* 686.

25 Limita II. in filio, qui commiſit cauſam ingratitudinis, quia propter omnes cauſas, propter quas filius poteſt exhæredari, propter illas poſſunt ſibi à patre alimenta denegari. Aldobrand. *in* §. 1. *num.* 6. *Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil. pag. mihi* 10. *à tergo.* Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 179. *numer.* 117. Crem. *ſingul.* 20. Petraſ. *ſingul.* 1. *num.* 1. *&* 2. & faciunt ſuprà tradita *num.* 18. *Deciſ. Pedemont.* 124. *num.* 1.

26 Limita III. vt alimenta non ſint præſtanda filio, qui habet aliunde, vnde ſe alat, puta vel ex aliis bonis, vel ex aliquo exercitio. Ad cuius limitationis

materiam præter ſuprà allegatos *num.* 14. *&* 16. vide Aldobrand. *vbi ſuprà num.* 20. *pag.* 21. Nouell. *dicta regul.* 139. *in* 2. *limit.* Couarru. *de matrimon. pag.* 177. *num.* 9. Meliùs Rolandus *conſil.* 54. *num.* 48. *& ſeqq. volum.* 2. Aymon. *conſil.* 199. vbi quomodo probetur, quòd quis habeat aliunde, vnde ſe alere poſſit. Gabriel. *concluſ.* 1. *titul. de aliment. n.* 24 *pag. mihi* 721. vbi quòd filius tenetur lucrari ſibi alimenta cum exercitio condecenti eius qualitati, aliàs ſecus, & ita etiam declarat Rolandus *conſil.* 14. *numer.* 50. *volum.* 4.

27 Limita IV. quando pater filium poſuiſſet in aliqua domo paoperum, vt alimentaretur, quia tunc non tenetur præſtare alia alimenta, de cuius limitationis veritate, vide Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 177. *num.* 9.

28 Limita V. quando pater eſſet pauper, & non haberet tot introitus, quibus poſſet ſeipſum alere, quia tunc nec etiam tenetur alere filium ſuum. Nouell. *reg.* 139. *in* 1. *fallentia.* vide ſuprà *num.* 17.

QVÆSTIO XLVIII.

Læſio quando dicatur enormis, & quando enormiſſima. Quos contractus reſcindat, & generaliter de materia læſionis.

SVMMARIVM.

1. *Læſio quando dicatur enormis, & enormiſſima, & ſeqq.*
2. *Dic quòd remittitur iudicis arbitrio.*
3. *Quid de læſione in ſexta parte.*
4. *Quid de læſione in tertia parte.*
   Læſio quando dicatur enormis in renunciatione facta per filiam de hæreditate paterna, ibid. & 8.
5. *Læſio vltra dimidiam an dicatur enormis.*
6. *Læſus dicitur, qui approbat, quod approbare non tenetur.*
7. *Læſio reſcindit contractus & actus multos, de quibus, & ſeqq.*
8. *Læſio reſcindit renunciationem filiæ de hæreditate paterna, ibid. & num 4. vbi generaliter agitur de renunciatione.*
9. *Læſio reſcindit tranſactionem.*
10. *Læſio non reſcindit donationem.*
    Nec alium contractum factum ſub nomine donationis, ibid.
11. *Læſio ſi eſt vltra dimidiam non datur reſtitutio; ſed remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit.
12. *Læſio quomodo probetur, & de materia.*
13. *Ius impugnandi contractum propter læſionem tranſit ad heredes.*
14. *Dolus præſumitur ex læſione enormiſſima, & de materia.*
15. *Renunciatio læſionis, quando valeat, & de materia, & ſeqq.*
16. *Quando renunciatur enormi læſioni, non dicitur renunciatum enormiſſimæ.*
    & quando renunciatur enormiſſimæ, non dicitur renunciatum totali & integro, ibid.
19. *Clauſulæ omnes nihil operantur ſtante enormiſſima læſione.*
    Cautela reperiri non poteſt ad tollendam læſionem enormiſſimam, ibid.
20. *Iuramentum an operetur ſtante læſione enormiſſima, & ſeq.*
21. *Item nec operantur ſtatutaria ſolemnitates.*
23. *Læſio ſecundùm quod tempus conſideretur.*

LÆSIO quando dicatur enormis, vel enormiſſima, præter infrà ſcripta vide generaliter in materia Socinum iun. *conſil.* 67. *num.* 6. 46. *&* 47. *& conſil.* 84. *num.* 43. *& conſil.* 98. *num.* 20. *& conſil.* 147. *num.* 45. *volum.* 2. *& conſil.* 48. *num.* 22. *volum.* 1. Grammat. *in addit. ad Veſtrium in pract. pag. mihi* 135. Bart. & Alexandrin. *in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.* Iaſon *in Authent. Sacramenta puberum num.* 43. *C ſi aduerſ. vendit. & ibi in addit. ſub litera A.* Decius *conſil.* 39. *incip. Iuriditam, col. final. propè finem.* Caſſad. *deciſ.* 1. *ſub titul. de empt. & vendit.* Firman. *in Repertorio verſ. Enormis læſio.* Zarzan. *opinion.* 109. *ſiue* 119. Alexandrin. *conſil.* 47. *num.* 7. *volum.* 1. Pariſ. *conſil.* 55. *num.* 49. *lib.* 1. vide *in ſequentibus numeris.* 1

Læſio enormis, ſeu enormiſſima quæ ſit, remittitur iudicis arbitrio ſecundùm ſubiectam materiam, ita præter Doctores allegatos in antecedente num. tradit Bart. *in d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, num.* 25. *ff. pro ſocio*, & Felin. *in cap. vt illorum num.* 13. *de ſentent. excommunicat.* & de magis recepta opinione teſtatur Rolandus *conſil.* 7. *n.* 55. *volum.* 3. Redoanus *de reb. Eccleſ. pag.* 483. *num.* 9. *& ſeqq. vſque ad num.* 19. 2

Læſio dicitur enormis, quando quis læditur in ſexta parte eius, quod ſibi debetur. Roland. *dicto conſil.* 7. *num.* 54. *volum* 3. vbi de recepta, & magis recepta opinione, de quo vide tamen *ibidem num.* 55. vbi quòd hoc tamen remittitur iudicis arbitrio, vt proximè dixi in antecedenti num. Vide in propoſito tradita *in Repert. iudic. quæſt.* 44. *cap.* 1 *num.* 8. vbi quòd arbiter cum ampliſſimis clauſulis non poteſt præiudicare vltra ſextam partem, *& quæſt.* 17. *num.* 38. vbi an in laudo læſio in ſexta parte dicatur enormiſſima. Redoan. *dicta pagina* 483. *num.* 7. 3

Læſio ſi eſt vltra tres partes eius, quod ſibi debetur, dicitur enormiſſima, ſecundùm Dec. *conſ.* 180. *num.* 19 vbi loquitur in renunciatione filiæ, quæ defraudatur vltra tres partes ſuæ legitimæ. Corn. *conſil.* 214. *num.* 4. *volum.* 3. vbi quòd quando læſio eſt in triplo, dicitur enormiſſima. 4

Læſio etiam dicitur enormiſſima, ſi eſt vltra dimidiam iuſti pretij, &c. Cephal. *in conſil.* 208. *n.* 1. *volum.* 2. Redoanus *d. pag.* 483. *num.* 7. *&* 13. vide infrà *num.* 11. 5

Læſus quis dicitur, quando approbat, quod approbare non debebat. Pariſ. *conſil.* 89. *num.* 30. *lib.* 1. 6

Læſio enormiſſima inualidat multos actus & contractus, de quibus vide pulchrè inferentem Cephalum *conſil.* 208. *in diſcurſu lib.* 2. 7

Læſio reſcindit renunciationem, quam facit filia paternæ hæreditati, de quo particulariter dixi ſoprà, *quæſt.* 14. & generaliter quòd læſio enormiſſima non obliget renunciantem. *Deciſ. Pedemont.* 40. *num.* 1. *& ſeqq.* 8

Læſio enormiſſima reſcindit tranſactionem etiam iuratam, latè defendit & contrariis reſpondet Cephal. *conſil.* 137. *num.* 56. *& omnibus ſeqq. volum.* 1. Idem Cephal. *conſil.* 108. *n.* 1, vide omnino Bero. *conſil.* 176. *lib.* 1. vbi latè in caſu ſuo defendit contrarium. 9

contrarium. Vide etiam omninò ſuprà tradita *quæſt.*42 *num* 5. vbi poſui, an ſtante hac læſione in transactione detur remedium *l.*2.*C. de reſcind. vendit.* quia illa materia eſt eadem in ſubſtantia cum iſta *d. quæſt.*42. *num.*46. vbi quomodo conſideretur læſio in tranſactione.

10 Læſio non reſcindit ceſſionem, ſeu renunciationem factam per modum donationis, quia etiam non reſcindit donationem. Pariſ. *conſil.*5. *num.*191. *volum.* 4. faciunt ſuprà tradita de renunciatione filiæ facta per modum donationis *quæſt.*24. *num.*5. Et ad hæc vide idem tenentem Ancharanum *quæſt.*4. *num.*6. *&* 10. *part.*2. vbi quòd læſioni enormiſſimæ renunciari poteſt, quando fit animo donandi. Sed aduerte, quòd quando renuncians eſt minor, tunc multò minus videtur valere renunciationem factam ex cauſa donationis, per ſuprà tradita, *quæſt.*41. *n.*59. & vide Odd. *de reſtit. quæſt.*58. *num.*17. *& num.*21. *& ſeqq.*

11 Læſio ſi eſt vltra dimidiam, tunc non datur reſtitutio in integrum, ſed remedium *l.*1.*C. de reſcind. vendit.* Sed de hac dixi ſuprà *quæſt.*42. *num.*39.

12 Læſio quomodo probetur, & an ſufficiat plena, vel ſemiplena probatio; dixi in propoſito multa *in Repertor. quæſt. iudic. quæſt.* 49. *num.*4. *& ſequenti*, vbi agitur, quomodo in reſtitutione ad integrum ſit læſio probanda. Imol. *concluſ.*5. *pag. mihi* 23. vbi quòd læſio minoris probatur per vnum teſtem.

13 Læſio vbi reſcindit contractum, tunc tale ius impugnandi contractum ex capite læſionis, tranſit etiam ad hæredes, de quo dixi *in Repertorio vltim. volunt. quæſt.*3. *num.*10.

14 Læſio enormiſſima vbi adeſt, ibi dicitur adeſſe dolus re ipſa, ſecundùm communem, de qua per Rolandum *conſil.*7. *num.*44. *volum.*3. & ex ea præſumitur dolus ex propoſito ſecundùm Cephalum *conſil.*34. *num.*27. *& num.*30. *& conſil.*142. *num.*29. 31. *&* 37. Menoch. *de arbitr. quæſt. quæſt.*71. *n.*18. In materia vide Imol. *concluſ.* 8. *lib.* 4. *pag. mihi* 728. Neuiz. *conſil.* 22. *num.* 28. *& ſeqq. vſque ad num.*37. *deciſ. Pedemont. num.*3. vbi ſecundùm magis communem, quòd dolus reipſa reſultans ex enormiſſima læſione æquiparatur dolo ex propoſito, quoad reſciſſionem contractus Anchar. *quæſt.*35. *num.* 5. *&* 9. *part.* 2. Lamberteng. *de contract. gloſſ. finis*, *num.* 89. Vide *in Repert. crimin. quæſt.* 64. *num.* 13. vbi poſui generaliter quando dolus præſumptus vero æquiparetur.

Pro primo dicto huius verſiculi adde Rolandum *conſil.*59. *num.*25. *volum.* 1. & Maſcardum *de probat. concluſ.*531. *num.*25. 26. *&* 27. vbi loquitur, quando læſio eſt vltra dimidiam, *& num.*28. *&* 29. vbi declarat dummodo læſio ſit enormiſſima in toto, vel quaſi, ſecus ſi in modico. Decian. *part.*2. *lib.*1. *cap.*4. *num.*11. *verſ. quæ tamen omnia*, vbi declarat, an & quando dolus reipſa verè dolus dicatur, & doli nomine contineatur. Dixi aliquid in impreſſis *quæſt.*88. *num.*34. & quando dolus præſumatur ex enorm̃i læſione, dixi *in quæſt.*89. *num.*140.

15 Læſioni enormiſſimæ an renunciari poſſit, præter infrà ſcripta vide generaliter per Imol. *concluſ.*8. *lib* 4. *pag. mihi* 728. *& ſeq.* Cephal. *conſil.*121. *num.*8. 9. *&* 10. vbi diſtinguit & declarat. Vide ſuprà *quæſt.*24. *num.*1. vbi de renunciatione læſionis facta per filiam renunciantem hæreditati paternæ, *& in Repertor. iud. quæſt.*17. *num.*11. *&* 23. vbi an in compromiſſo poſſit renunciari enormiſſimæ læſioni per laudum inferendæ. Lambertengus *de contract. gloſſ. finis num.*91. vbi plures ad hæc allegat.

Dicas, quòd ſi eſt renunciatum enormi læſioni, 16
non cenſetur renunciatum enormiſſimæ, & quando eſt renunciatum enormiſſimæ, non cenſetur renunciatum totali & integro. Pariſius *conſil.*20. *num.*92. *&* 93. *lib.* 1. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.*482. *num.*6. *&* 8.

Si verò ſpecialiter eſt renunciatum enormiſſimæ 17
læſioni, tunc an valeat talis renunciatio, reperio inter Doctores contrarietatem, nam quòd non valeat, tradit Cephal. *conſil.* 142. *num.* 30. *& conſil.*208. *num.*3. *&* 4. vbi de communi. Couarruuias *variarum reſolutionum pag. mihi* 417. *num.* 5. vbi videas Anchar. *quæſt.* 4. *num.* 6. *&* 7. *part.* 2. vbi quòd non ſolùm non valet, ſed quòd etiam non præſumitur appoſita de conſenſu partium, & idem *in quæſt.*11. *num.*13. *&* 14. *dicta part.* 2. Simoncellus *de decreto lib.*3. *titul.*8. vbi de communi obſeruantia, & practica ſecundùm Cagnol. & alios ibi allegatos, *num.*232. *& ſeq.* Maſcard. *de probat. lib.*1. *concluſ.*531. *num.*31. vbi quòd iſto caſu poteſt peti abſolotio à iuramento.

Contrarium, quòd renunciare quis poſſet enor- 18
miſſimæ læſioni, & quòd ſpecialis renunciatio facta enormiſſimæ læſioni valeat, tradit idem Cephal. *conſil.*121. *n.*8. *& ſeqq. volum.* 1. vbi ſimiliter de communi. Facit Pariſ. *d. conſil.* 20. *n.*36. *lib.* 1. vbi quòd renunciatio exceptionis, deceptionis, & damni enormiſſimi multum operatur. Quod procedet, quando expreſsè apparet, quòd talis renunciatio ſit facta animo donandi, vt per Ancharan. *d. q.*4. *n.*6. *&* 16. & faciunt etiam ad hæc ſuprà tradita *n.*10.

Læſio enormiſſima operatur, vt omnes clauſulæ 19
in contractu appoſitæ nihil operentur. Cephalus *conſil.*208. *num.*13. Nulla enim reperitur cautela ad tollendum remedium reſultans ex enormiſſima læſione, ſecundùm Moronum *de fid. treg. & pac. pag. mihi* 30. *num.*23. faciunt in ſimili tradita *in Repertor. iudic. quæſt.*17. *num.*4. Simoncel. *de decret. lib.*3. *titul.*8. *num.*233. vbi quòd læſio enormiſſima non poteſt quacunque verborum generalitate remitti. Moron. *de fid.* &c. *pag.*30. *num.*32. vbi quòd nullum inuenitur remedium ad tollendum remedium proueniens ex enormiſſima, læſione.

Læſio vbi adeſt enormiſſima, an iuramentum 20
ſit ſeruandum, & aliquid operetur. Generaliter de materia præter infrà ſcripta, vide ſuprà *quæſt.*24. *n.*2. vbi poſui, an ſtante enormiſſima læſione iuramentum aliquid operetur in renunciatione facta per filiam hæreditati paternæ. Villalobos *litera I. n.*137. *& ſequentibus.* Neuix. *conſil.* 22. vbi arguit pro & contra. In quo vide etiam Doctores allegatos *in Repertor. indic. quæſt.*40. *num.*7. vbi poſui an ſtante enormiſſima læſione ſit neceſſaria abſolutio à iuramento. Dic quòd iuramentum nihil operatur iſto caſu. Roland. *conſil.*96. *num.*58. *vol.*3. vbi de magis communi. *Deciſ. Pedemont.*40. *num.*1. *& ſeqq.* plenè Cephal. *in conſil.*137. *num.*56. *& omnibus ſequentib. volum.* 1. Hæc materia videtur eadem cum ſuprà traditis, *quæſt.*42. *num.*2. *in fragmentis verſ. Iuramentum.*

Quòd iuramentum nihil operetur ſtante enor- 21
miſſima læſione, & quòd non ſit ſeruandum, tradit Villalobos *d. litera I. num.*137. *& ſeqq.* Couarr. *variar. reſolut. pag. mihi* 417. *num.*5. Pariſ. *conſil.*75. *in diſcurſu*, *vol.*3. Imol. *concluſ.*32. *lib.*4. *pag. mihi* 810. *verſ. & propterea.* Cephal. *conſil.*62. *num.*19. *& ſeq.* Roland. *conſil.*7. *n.*43. *& ſeqq. volum.*3. Cephal. *conſ.*208. *num.*8. vbi etiam loquitur in iuramento minoris, & quòd ſtante enormiſſima læſione non habeat

locum Authent. *Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.* de magis communi teſtatur Lambertengus *de contractib. gloſſ. finis num.*88. & vide ſuprà *quaſt.*19. *num.*16.52. *&* 55. Et quæ hîc de minore loquitur, ſunt ponenda in titul. *de contract. minor. in quaſt. de iurament. minoris*, quando firmat eius contractum: hîc ſolum ponas de iuramento maioris. Ad ſuprà poſitam materiam, vide eumdem Lambertengum *vbi ſuprà*, & quæ ſuperiùs tradita ſunt à nobis *quaſt.*42. *num.*2. quia videtur eadem materia. latè Roland. *conſil.*60. *num.*65. *& pluribus ſeqq. volum.*4. Simoncellus *de decreto lib.*3. *tit.*8. *num.*231. *& ſeqq.* vbi de veriori, æquiori, magis communi & obſeruata opinione. Vide *in fragment. verſ. Iuramentum.*

22 Læſio reſcindit contractus mulieris & minoris, etiam quòd in eo interuenerint debitæ ſtatutariæ ſolemnitates; dixi ſuprà *quaſt.*10. *num* 107.

23 Læſio conſideranda eſt ſecundùm tempus contractus, & non iudicij, & dixi ſuprà *quaſt.*42.*n.*38.

QVÆSTIO XLIX.

De legitimatione ſpuriorum.

§. I.

De requiſitis ad validitatem ipſius legitimationis.

SVMMARIVM.

1. *Legitimatio ad hoc, vt valeat, quæ requirantur generaliter.*
2. *Citatio agnatorum, & eorum, quorum intereſt, quando in legitimatione fieri debeat, & de materia, & alijs ſequentibus vſque ad n.*10.
4. *Subſtitutus eſt citandus in legitimatione.*
   *& de ſubſtituto in legitimatione eſt facienda mentio, aliàs non valet, num.*20.
10. *Cauſa an ſit neceſſaria in legitimatione, an in ea ſit exprimenda, vel præſumatur, & an Comiti cauſam aſſerenti credendum ſit.*
11. *Surreptitia legitimatio regulariter non valet.*
12. *Sed quæ qualitates ſint in legitimatione exprimendæ, & ſeqq.*
13. *Qualitas ſpurietatis in legitimatione exprimi debet.*
14. *Item ſi mater erat meretrix, vilis, & ſimilia.*
15. *Item ſi ſpurius erat natus ex duobus vxoratis.*
16. *Et iſtæ qualitates non in genere, ſed in ſpecie exprimendæ ſunt.*
    *Item debent qualitates exprimi; nec ſufficit eas venire in conſequentiam, & num.*18.
17. *Sed quid ſi in legitimatione adeſt clauſula, Motu proprio.*
19. *In legitimatione debet fieri mentio agnatorum.*
21. *Item debet fieri mentio filiorum legitimorum, & naturalium.*
22. *Quid operetur legitimatio facta ſine præiudicio venientium ab inteſtato.*
23. *In legitimatione exprimi debet, ſi pater poterat generare liberos.*
    Puta ſi habebat vxorem iuuenem, ibid.
    Vel ſi eius vxor eſſet pregnans, ibid.
24. *Item debet fieri mentio ſtatuti excludentis fœminas, &c.*
25. *Papa an poſſit legitimare in terris Imperij, & ſic in alieno territorio, & quid è contra de Imperatore, & de materia.*
    *Legitimatio facta de filio talis an valeat, niſi probetur illum eſſe filium talis, num.*27.
26. *Legitimatio an fieri poſſit per procuratorem.*
    Legitimatio non valet ſine conſenſu ſpurij, qui legitimatur.
28. *Notario aſſerenti Comitem habuiſſe facultatem legitimandi an credatur.*
    Legitimatio infantis quando valeat.
    *Legitimatio facta poſt mortem patris quando valeat, ſub num.*2.
    Legitimatio facta ſpurio abſente non valet.
    Sed quando reconualeſcat per ratificationem, ibid.
31. *Vulgo quæſiti an poſſint legitimari.*
    Legitimatio valet etiam quòd filius certam matrem non habeat, ibid.

LEGITIMATIO ad hoc vt valida ſit, quæ requirantur, & generaliter de materia, vide Socinum iun. *conſil.*100. *part.*2. Pariſ. *conſil.*12. *num.*162. *& ſeqq. volum.*2. *& in eius Repertorio conſiliorum verb. Comes Palatinus, in diſcurſu, & in Repert. conſiliorum Decij verb. Legitimus.* Marſil. *ſing.*492. Multa per Syluanum *conſil.*45. vide etiam omnino tradita infrà in hac eadem quæſtione §.3. *in diſcurſu,* vbi plura de validitate, & inualiditate legitimationis præter infra ſcripta. 1

Legitimatio an & quando fieri poſſit ſine citatione agnatorum, & eorum, de quorum intereſſe agitur, generaliter de materia præter infrà ſcripta, vide Pariſ. *conſil.* 1. *numer.* 24. *cart.* 3. *in magnis, conſil.* 10. *num.* 130. *cart.* 22. *& conſil.* 8. *num.* 16. *cart.*15. *volum.*2. Couarru. *in comment. de matrimon. pag. mihi* 590. *num.*7. *& ſequentibus*, omnino Roland. *conſil.* 61. *num.*15. *& ſeq.* 21. *& ſeq.* 30. 53. *& ſeqq. volum.*1. *& conſil.*89. *num.*13. *&* 14. *eod. vol.* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. mihi* 481. *num.*58. *in paruis.* Cephal. *conſil.*23. *num.*7.13.58. *& ſeqq.*67. *& ſeqq. volum.*1. Cotta *in memoral. pag. mihi* 529. omnino Imol. *concluſ.*43. *lib.* 1. *pag. mihi* 286. *& ſequentibus in* 3. *ampliatione. & ibidem pag.* 289. qui etiam loquitur & declarat, an citatio ſit neceſſaria in legitimatione facta viuente patre, vel poſt eius mortem de eius mandato. De legitimatione facta poſt mortem patris quando valeat, vide infrà *in* 3. §. *in hac ead. quæſt. num.* 17. Vide Tiraquellum *in tract. Res inter alios acta pag.* 11. *verſ. hinc quoque, & pag.* 23. *à tergo. verſ. limita* 36. vbi quòd in legitimatione facta viuente patre agnati non ſunt citandi, qui citati non poſſent contradicere. Et quid in legitimatione poſt mortem patris, vide *in d. verſ. Hinc quoque.* Idem Imol. *loco ſuprà proximè citato*, diſtinguit in propoſito inter legitimationem factam à Principe, vel Comite. Vide etiam in materia omnino tradita *in Repertorio vltim. volunt. quæſt.*10. *cap.*4. *num.*2. *&* 12. Lambertengus *de contract. gloſſ.*19. *num.* 14. *&* 15. vbi pluribus relatis concludit communiter receptum eſſe non eſſe agnatorum citationem neceſſariam quoad legitimantis præiudicium, & quoad bona, de quibus legitimans pater in præiudicium agnatorum diſponere poteſt, ſecus in præiudicium agnatorum, & quoad bona in quibus agnati ius prætendunt, prout ſunt fideicommiſſaria, feudalia, emphyteotica, & ſimilia. 2

3 Regulariter in legitimatione citandi ſunt ij, de quorum intereſſe, & præiudicio agitur. Rolandus *conſil.67.num.49. volum.3.*

4 Hinc eſt, quòd particulariter citandus eſt ſubſtitutus, ſi ſine liberis, &c. de qua materia vide Couarru. *de matrimon. pag.mihi* 190. *num.*8. Imol. *concluſ.*43. *lib.*1. *in* 32. *ampliat.* de qua re latiùs dixi *in Repertor. vltimar. volunt. quæſt.* 10. §.4. *num.* 2. *& 12.*

5 Fallit primò ſupradicta regula in Romana Curia, in qua in legitimatione non citantur illi, quorum intereſt, ſed ſolùm attenditur, an narrata in legitimationis reſcripto vera ſint, necne, ita Sarmiento *ſelectarum interpret. cap.8.num.3. lib.*1.

6 Fallit ſecundò quando Comes Palatinus habet expreſſam facultatem, vel tacitam legitimandi, etiam non citatis iis, de quorum præiudicio agitur, vt per Rolandum *d. conſil.67. num.* 50. *& pluribus ſeqq. volum.*3.

7 Quando autem etiam, & per quæ verba ceoſeatur data facultas iſta Comiti, videlicet legitimandi, etiam non citatis iis, &c. pooit idem Roland. *dict. conſil.67. num.56. & ſeqq.* vbi intet alia dicit, quòd talis facultas cenſeatur per Principem conceſſa per clauſulam *Ex certa ſcientia*, per clauſulam *Non obſtante*, & per clauſulam, *De plenitudine poteſtatis.* Idem traditur *in conſil. vltim. volunt. diuerſ.* 3. *ſiue* 30. *num.*70. *& ſequentibus volum.*1. & faciunt in ſimili tradita *in Repertor. vltimar. volunt. quæſt.* 10. §.4. *num.*2. *&* 12.

8 Aduerte tamen in materia ſecundùm Cephal. *in conſil.* 117. *num.*39. *volum.*1. quòd iſta clauſula, *Non citatis*, &c. intelligitur non de magno, ſed ſe modico præiudicio.

9 Item aduerte, quòd quando agitur de præiudicio piæ cauſæ, tunc in ligitimatione requiritur citatio eorum, quorum intereſt, etiam quòd Comes habeat facultatem legitimandi, noo citatis, &c. vt per Cardinalem Albanum *conſil.29. num.5.* qui loquitur in facoltate legitimandi conceſſa ab Imperatore, & ſic à Principe ſeculari, qui non habet authoritatem aliquid diſponendi ſuper pia cauſa, & ibi per eum. Faciunt in propoſito in ſimili tradita *in Repert. vltim. volunt. quæſt.*10.*cap.*4. *num* 2. ac etiam *num.*12.

10 Legitimatio facta ſine cauſa, an valeat. Villalob. *in communib. opinionib. litera L. num.* 89. Roland. *conſil.* 61. *num.*25. *& num.*59. *volum.*1. *& conſil.*89. *num.*15. *& ſequentibus, & num.*51. *& ſeqq. eod. volum.* vbi & quòd non creditur Comiti aſſerenti cauſam. Cephal. *conſil.*117. *num.*42. *vol.* 1. vbi in quo conſiſtat iſta cauſæ cognitio. Vide eumdem Cephalum *conſil.* 23. *num.* 67. *& ſequentibus, num.*89. *& ſequentibus, volum.* 1. vbi quando cauſa ſit exprimenda in legitimatione & reſcripto legitimationis, & quando cauſa præſumatur.

11 Legitimatio ſubreptitia, & in qua non ſunt expreſſæ qualitates neceſſariæ, nulli dubium, quòd non valet, vt per Cephal. *conſil.*111. *num.*26. *& ſeqq. volum.*1.

12 Sed quænam ſint qualitates neceſſariæ exprimendæ in reſcripto legitimationis, præter infrà ſcripta, vide omninò Menochium *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſu* 105.

13 In primo debet exprimi in legitimatione qualitas ſpurietatis, aliàs inualida iudicatur. Cotta *in memoral. pag. mihi* 526. *& ſeq.* Cagnol. *in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſician. num.*25. *& ſequentibus, pag.*94. *à tergo.* Rolandus *conſil* 89. *num.*42. *& ſequentibus,* *Farinacij Repert. de Contractib.* *volum.*1. Couarruuias *de matrimonio, pag. mihi* 189. *numer.*1. *& ſequentibus, vſque ad num* 6. vbi pulchrè quando & quomodo in reſcripto ſit exprimenda qualitas ſpurietatis, de quo etiam per Menochiom *de arbitr. quæſt. caſ.*203. *lib.*2. *num.*3. *& ſeqq.* Rolan. *conſil.*12. *num.*11. *vol.*3.

Hinc eſt, quòd in legitimationis reſcripto ex- 14
primi debet, ſi mater erat meretrix, aut vilis, & ſimilia. Cephalus *conſil. num.* 26. *& ſequentibus.*

Hinc etiam eſt, quòd in legitimatione exprimi 15
debet, ſi ſpurius natus eſt ex duabus vxoratis. Roland. *conſil.*89. *num.*42. *& ſequentibus. volum.* 1. vbi enim filius eſt oatus ex illis, cum quibus oon poterat eſſe matrimonium, non poteſt legitimari, ſed tantùm cum eo diſpenſatur, vt dixi infrà *in hac eadem quæſt. cap.*3. *num.*2.

Et iſtæ qualitates ſpurietatis non in genere, 16
ſed in ſpecie exptimendæ ſont, vt per Menochium *de arbitr. quæſt. caſ.*203. *num.*3. *& ſeqq.*

Et quid ſi adeſt in legitimatione clauſula, *Motu* 17
proprio, &c. an omiſſio qualitatum vitiet legitimationem, vide *ibid.* per Menochium.

Et an qualitates iſtæ debeant in legitimatione 18
ſpecificè, & expreſſè apponi, an verò ſufficiat in conſequentiam. Tiraquell. *de legib. connub. pag. mihi* 497. *num.*116.

Legitimatio ad hoc vt valeat, debet in ea fieri 19
mentio agnatorum, de quorum præiudicio agitur. Imol. *concluſ.*3. *lib.*3. *pag. mihi* 544.

Ideò facienda eſt in legitimatione mentio de 20
ſubſtituto, aliàs ſibi non præiodicat, ſed de hoc particulariter videas *in Repertor. vltim. volunt. q.*10. *cap.*4. *num.*7.

Multò magis facienda eſt mentio de filiis legi- 21
timis & oaturalibus, ſi extent. Roland. *conſil.*89. *num.*32. *& ſeqq. volum.*1. Menoch. *d. caſu* 103. *n.*5. Couart. *variar. reſolut. de matrimon. pag. mihi* 190. *num.*7. Roland. *conſil.*22. *num.*41. *volum.*3. vbi declarat. An autem valeat legitimatio ſtantibus filiis naturalibus, poſui infrà quæſtione eadem §.3. *n.*14. Pro primo dicto, vide eumdem Roland. *conſil.*96. *num.*13. *volum.*3.

Et quid operetur legitimatio facta cum clau- 22
ſola, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, vide infrà in hac eadem *quæſtione* §. 3. inter diuerſa *num.*9.

Legitimatio non valet, ſi in ea non eſt expreſ- 23
ſum, an pater poterat concipere liberos, necne, putà ſi habebat vxorem iuuenem, & multò magis debet exprimi, ſi eius vxor erat prægnans. Rolandus *conſil.*89. *num.*32. *& ſeqq. volum.*1. ad materiam vide eumdem Rolandum *conſil.*96. *num.* 13. *&* 33. *& ſeqq. num.*41. *& ſeqq. volum.*3.

Item in legitimatione facienda eſt mentio ſta- 24
tuti excludentis fœminas propter maſculos. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 203. *num.*8.

Legitimatio facta per Papam in terris Imperij, 25
an valeat. Ferret. *cautel.*1. *in princip.* Cardin. Alban. *conſil.*29. *num.*6. vbi è contra dicit ſecundùm communem, quòd Imperator non poteſt dare facultatem legitimandi in alieno territotio, & ſibi non ſubiecto. Ad quam materiam, quando ſcilicet quis poſſit legitimare, vel dare facultatem legitimandi ſibi non ſubiectos, & in alieno territotio, vide Ferret. *dicta caut.* 1. Villalobum *litera L. num.*75. *& ſequentibus.* Couarr. *de matrim. pag. mihi* 183. *num.*3. *& omnib. ſequentib. per diſcurſum.* Roland. *conſil.* 88. *per totum volum.* 1.

Lambert, *de contract. gloſſ.* 14. *quaeſt*, 10. *n.* 31. *& ſeqq.* vbi quòd Comes poteſt etiam extra territorium legitimare. Inter ſubditos tamen concedenti, ſecus inter alios, & alia de materia, vide *ibidem num.* 34.

26 Legitimatio an fieri poſſit per Procuratorem. Roman. *ſingul.* 277. Villalubos *in communib. opinionibus litera L. num.* 82.

27 Legitimatio facta de filio talis, non valet, niſi probetur eum eſſe filium illius talis. Roland. *conſil.* 89. *num.* 39. *& ſeqq. volum.* 1. faciunt tradita *in Repert. vltimar. volunt. inter fragmenta in diuerſis, verſ. error num.* 5. *deciſ. Pedemont.* 121. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. vbi amplius, quòd Principi hoc aſſerenti non creditur. Roland, *conſil.* 96. *num.* 15. declara, vt *in num.* 47. *& ſequentibus volum.* 4. vide infrà *num.* 31.

28 An autem credatur Notario aſſerenti in instrumento legitimationis Comitem habuiſſe facultatem legitimandi, vide ſuprà *quaeſt.* 17. & infrà *cap.* 3. *num.* 7. in hac eadem quaeſtione.

29 Legitimatio non valet ſi eſt facta ſine conſenſu filiorum, qui legitimantur. Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. interpret. cap* 8. *num.* 2. *in fine*. Sed quid in legitimatione facta per ſubſequens matrimonium, vide in hac eadem quaeſtione *cap.* 2. *num.* 4. Et quid ſi ſpurius ſit infans, qui nequeat conſentire, vide infrà *in c.* 3. *num.* 5. in hac eadem quaeſtione.

30 Legitimatio ſi eſt facta abſentibus ſpuriis, non valet, ſed quomodo & quando conualidetur per ratificationem ſubſequutam, pulchrè ponitur materia *in deciſ. Pedemont.* 119. *num.* 22. *& omnibus ſequentib.*

31 Legitimatio non valet, etiam quòd non probetur certa mater legitimati, dummodò pater legitimatum cognouiſſet in filium, ſufficit enim, quòd pater eum cognoſcat vt talem, poſtquam de eius ſolo praeiudicio agitur. Immò licet regulariter vulgò quaeſiti legitimari non poſſint, hoc tamen fallit, quando ſunt à ſuo patre cogniti, & pro filiis reputati. Haec Puteus *deciſ.* 435. *libro* 1. vide ſuprà, *num* 27.

---

§. II.

Quomodo, & quando filij ſpurij legitimentur per ſubſequens matrimonium.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
2. *Regulariter ex ſubſequenti matrimonio filij legitimantur.*
3. *Amplia etiam patre nolente, & proteſtante.*
4. *Amplia etiam inuitis ipſis filijs ſpurijs.*
5. *Quid in adulterinis.*
   Vel natis ab illis, inter quos non poterat eſſe matrimonium, ibid.
6. *Quid in filijs furioſi.*
7. *Quid in matrimonio clandeſtino.*
8. *Quid in matrimonio putatiuo.*
9. *Quid in contracto in articulo mortis.*
10. *Quid ſi non eſt celebratum inſtrumentum.*
11. *Quid in matrimonio contracto cum vili, aut meretrice.*
12. *Quid cum illa, quae non erat domi retenta in figura concubinatus.*
13. *Quid in nepote ex filio ſpurio.*
14. *Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt alijs legitimationibus fortior & validior.*
14. *Legitimatus per ſubſequens matrimonium an dicatur legitimus, an excludat ſubſtitutum, & de materia.*

LEGITIMARI quando & quomodo poſſit filius ſpurius ex ſubſequenti matrimonio praeter infra ſcripta, & generaliter de materia, vide Cepollam *cautel.* 250. *& ſeq.* Couarru. *de matrim. pag. mihi* 152. *num.* 1. *& omnibus ſequentibus, & pag.* 159. *num.* 10. Caepoll. *caut.* 114. *&* 225. Ferrat. *cautel.* 14. Crema. *ſingul.* 33. Cotta *in memoral. pag. mihi* 525. Marſil. *ſing.* 122. Cephal. *conſil.* 82. *num.* 11. 24. *&* 37. *volum.* 1. Imol. *concluſ.* 35. *lib.* 4. ſeu potiùs Gabriel. *pag. mihi* 707. *concluſ.* 1. *per totam*. Ad quem ſemper recurras in materia, & multa de materia dictae legitimationis remiſſinè per Doctores allegatos per Ioſeph. Ludouicum *in communib. opinion. lib.* 1. *concluſ.* 26. *in princip.* vide etiam *in Repert. vlt. volunt. quaeſt.* 10. *cap.* 2. *&* 5. vbi tradita multùm conferunt, & appoſitè ad hanc quaeſtionem. 1

Regula ſit, quòd filij ſpurij legitimantur per ſubſequens matrimonium. Gabriel. *pag. mihi* 707. *praedicta concluſ.* 1. *num.* 3. 2

Amplia I. etiam quòd pater proteſtetur, quòd per ſubſequens contractum matrimonium non intendit legitimare filios. Gabriel. *ibid. pag.* 707. *num.* 15. 3

Amplia II. vt per ſubſequens matrimooium filij ſpurij legitimantur etiam inuiti, & ſine eorum conſenſu. Sarmient. *ſelect. interpretat. lib.* 1. *cap.* 8 *num.* 1. *& ſeqq.* licèt ſecus ſit in legitimatione ex reſcripto Principis, vt dixi ſuprà in antecedenti §. *num.* 29. vide in materia Gabriel. *d. pag.* 707. *num.* 16. 4

Limita I. in filiis adulterinis, qui non cenſentur legitimari per ſubſequens matrimonium, vt *ibidem* per Gabriel. *pag.* 711. *num.* 57. Generale enim eſt, quòd quando tempore conceptionis non poterat eſſe matrimonium, tunc filij inde nati non legitimantur per ſubſequeos matrimonium. Cephal. *conſil.* 276. *num.* 18. Imol. *concluſ.* 35. *lib.* 4. Gabriel. *concluſ.* 2. *per totam, pag. mihi* 711. Et ſic impotentia, vel potentia contrahendi matrimonium ad effectum legitimandi filios, conſideratur non tempore natiuitatis, ſed conceptionis, de quo etiam per Sarmient. *ſelect. interpret. d. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. ſed vide Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 26. *in* 3. *ampliatione*, vbi quòd etiam ſpurij poſſunt per ſubſequens matrimonium legitimari de iure Canonico, licèt ſecus ſit de iure ciuili. Sed quid de filiis ſuſceptis à Clerico beneficiato, an poſſint per ſubſequens matrimonium legitimari, vide *in deciſ. Pedemont.* 154. *num.* 1. *& in fine illius deciſionis.* 5

Limita II. in filiis furioſi, qui non legitimantur per ſubſequens matrimonium. Gabriel. *vbi ſuprà pag.* 711. *num.* 58. 6

Limita III. in matrimonio clandeſtino. Gabriel. *d. pag.* 711. *num.* 61. *& pag.* 713. *num.* 13. Cephal. *conſil.* 82. *num.* 24. *& ſequentibus & conſil.* 276. *num.* 15. *& ſeqq.* 7

Limita IV. in matrimonio putatiuo, ex quo filij ſpurij non legitimantur. Ad quam materiam vide Viuium *in communib. opinionib. pag mihi* 151. *in paruus, verb. Matrimonium*, &c. latè Gabriel. *pag.* 707. *num.* 4. *& ſeqq. & pag.* 712. *concluſ.* 4. *per totam*; vbi praeſertim, quid ſi contrahentes erant in bona fide, omninò in materia vide etiam Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 6. *per totam.* 8

Limita V. in matrimonio contracto in articulo 9

culo mortis, ex quo filij ſpurij non legitimantur. Ad quam materiam præter tradita *in Repert. Contractuum verſ. Matrimonium etiam in articulo*, &c. *in fragment. infrà num.* 23. vbi tradita ponas hîc, *& in Repertor. vltimar. volunt. quæſt.* 10. *cap.* 5. *num.* 5. Imol. *dicta concluſ.* 35. *lib.* 4. *in diſcurſu*, ſeu potiùs Gabriel. *pag. mihi* 708. *num.* 17. *& pag.* 710. *num.* 53. & omninò Cephal. *conſil.* 276. *num.* 29. *& ſequen. pluribus*, *& conſil.* 239. *per totum*, *volum.* 2. Satmient. *ſelect. interpret. cap.* 6. *num.* 5. *lib.* 1. vbi quòd imò etiam ex matrimonio contracto in articulo mortis filij ſpurij legitimantur. Et idem per Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 26. *in* 4. *ampliatione*, vbi de communi, *deciſ. Pedemont.* 154. *num.* 2. *& omnibus ſequentib.* vbi de veriori, & à conſuetudine recepta opinione.

10 Limita VI. quando matrimonij non ſunt celebrata inſtrumenta dotalia, ad cuius limitationis veritatem vide Imol. *dicta concluſ.* 35. *lib.* 4. *in diſcurſu*, ſeu potiùs Gabriel *pag. mihi* 707. *num.* 9. *& ſeqq.* Sarmient. *ſelect. interpret. cap.* 8. *num* 2. *lib.* 1. vbi quòd de iure Canonico talia inſtrumenta non requiruntur, licèt ſecùs ſit de iure ciuili, vt ibi per eum, & cum hac diſtinctione pertranſit Antonius Theſaurarius *deciſ. Pedemont.* 83. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 26. *in* 1. *ampliatione*, vbi quòd non requiruntur inſtrumenta dotalia, etiam quòd ſimus in terris Imperij, niſi extarent filij legitimè nati, quia tunc in terris Imperij requiruntur inſtrumenta dotalia, vt ibi per eum, qui teſtatur de magis communi.

11 Limita VII. in ſubſequenti matrimonio contracto cum vili, aut meretrice. Ad quam materiam vide Imolam *ſub dicta concluſ.* 35. *lib.* 4. Gabriel. *pag.* 709. *num.* 46. *& ſeqq.* Cephal. *conſil.* 82. *num.* 11. vide *in Repertor. vltim. volunt. quæſt.* 10. *cap.* 5. *num.* 7. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 26. *in* 5. *&* 6. *ampliatione*, vbi quòd iſto caſu valet legitimatio ſecundùm veriorem & magis communem opinionem, licèt alij ibi per eum relati dixerint contrariam magis communem, & de veriori, & à conſuetudine recepta opinione teſtatur Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 154. *num.* 2. *& omnibus ſequentib.*

12 Limita VIII. quando mulier non eſt retenta domi in figura concubinatus, ſuper cuius limitationis veritate vide Imolam *ſub dicta concluſ.* 35. *lib.* 4. Gabriel. *pag.* 710. *num.* 48. *& ſeqq.*

13 Limita IX. in nepote ex filio ſpurio, qui non cenſetur legitimatus ex ſubſequenti matrimonio, ſuper cuius limitationis veritate vide Imolam *vbi ſupra*, & Gabrielium *pag.* 707. *concluſ.* 1. *in diſcurſu.*

14 Adde in hac materia, quòd legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt cæteris aliis fortior ac validior, per Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 26. *in princ.* Sed an ita legitimatus dicatur propriè legitimus, & an excludat ſubſtitutum, dixi *in Repert. vltim. volunt. quæſt.* 10. *cap.* 2. *&* 5.

§. III.

Diuerſa in materia legitimationis ſpuriorum.

SVMMARIVM.

1. *Legitimationis materia an ſit odioſa, vel fauorabilis.*
Legitimandi facultas generaliter, num. 3.
Legitimandi facultas eſt strictè interpretãda, d. n. 1.
2. *Legitimatio quid ſit.*
Legitimatio in quo differat à diſpenſatione, ibid.
4. *Legitimari à Comite an poſſit filius Comitis.*
5. *Legitimari infans an poſſit.*
Legitimatio an requirat conſenſum ſpurij legitimandi, ibid.
6. *Legitimari an poſſit inceſtuoſus, & de materia.*
7. *Legitimandi facultas eſt probanda aliter, quàm per aſſertionem Comitis.*
8. *Legitimatio an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum.*
9. *Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, &c.*
Legitimatio in præiudicium venientium ab inteſtato quando valeat, ibid.
Legitimatio in præiudicium ſubſtituti quando valeat, ibid.
10. *& quid in legitimato cum clauſula, quòd ſit contentus de eo, quòd pater ſibi reliquerit.*
11. *Legitimandi facultas an trahatur ad feuda.*
12. *Legitimatus à Comite dicitur legitimatus ab Imperatore.*
13. *Legitimatus propter ingratitudinem an poſſit illegitimari.*
14. *Legitimatio an valeat ſtantibus filijs naturalibus.*
15. *Legitimatio an inducatur per filialem nominationem.*
16. *Legitimari qui poteſt per ſubſequens matrimonium, poteſt etiam legitimari per Principis reſcriptum.*
17. *Legitimari quando quis poſſit poſt mortem patris.*
18. *Legitimatio quando per ſpurium probanda.*
19. *Legitimandi facultas dicitur de reſeruatis Principi, diciturque poteſtas inſignis, & ſimilia, &c.*
Natus ex vxorato, & ſic ex eis, cum quibus non poterat eſſe matrimonium, non legitimatur, ſed diſpenſatur, d. num. 2.
Qui habet facultatem legitimandi, non habere dicitur facultatem diſpenſandi, ibid.
20. *Forma facultatis legitimandi ampliſſima.*

LEGITIMATIO, vel legitimandi facultas, an ſit odioſa, an verò fauorabilis. Villalob. *in communib. opinionib. lit. L. num.* 84. *& ſeqq.* Couarruoias *de matrimon. pag. mihi* 184. *num.* 6. Cephal. *conſil.* 117. *num.* 37. *volum* 1. vbi quòd legitimationis materia, quando agitur de præiudicio tertij, dicitur odioſa. Et propterea in facultate legitimandi tantum videtur conceſſum, quantum expreſſum, & non vltrà. Vide in materia diſputantem Oſaſcum *deciſ. Pedemont.* 119. *num.* 1. *& ſeqq. vſque ad num* 22. Cephal. *conſil.* 176. *num.* 38. vbi quòd eſt odioſa, quando agitur de præiudicio tertij. 1

Legitimatio quid ſit, & in quo differat à diſpenſatione. Couartu. *de matrimon. pag. mihi* 182. *num.* 1. *& ſeqq.* Roland. *conſil.* 61. *num.* 52. *volum.* 1. & ex quibus cognoſcatur diſpenſatio, vide Cephalum *dicto conſil.* 117. *num.* 16. *& ſeq. volum.* 1. vide Rolandum *conſil.* 96. *num.* 6. *volum.* 3. vbi quòd natus ex coniugato, & ſoluta, & ſic ex ea, cum qua non poterat eſſe matrimonium, non poteſt legitimari, ſed tantùm diſpenſari, quod declara, vt *ibi, num.* 26. *& ſeqq. vſque ad num.* 33. & *ibidem num.* 9. vbi quòd qui habet facultatem legitimandi, non dicitur habere facultatem diſpenſandi. Vide eumdem Rolandum *conſ.* 96. *num.* 23. *& ſeqq. volum.* 3. vbi quòd quis dicitur legitimatus, & non diſpenſatus, quando quis ad natalium iura reducitur, & omnis macula aboletur. Iſta materia, an ſit legitimatio, vel diſpenſatio, ſi ex 2

Principis reſcripto legitimantur filij ſpurij nati ex coniugato & ſoluta, optimè diſputatur *in deciſione Pedemontana* 119.*num.*1.*vſque ad* 22. quem omninò accuratè leges in diſcurſu.

3 Legitimandi facultatis materia præter infraſcripta traditur per Couarruuiam *de matrimon. pag.mihi* 193.*num.*3.*& omnib.ſeqq.in diſcurſu.*

4 Legitimari à Comite an poſſit filius ipſius Comitis. Cotta *in memorab.pag.*136.*in fine.* Couarru. *de matrimon.pag.mihi* 188.*num.*20. Dic, quòd non, ſecundùm communem, de qua per Lamberteng. *de contract.gloſſ.*14.*num.*40. licèt aliqui ibi relati *n.*38. contrarium dixerint.

5 Legitimandi facultas an comprehendat infantes, vel alios, qui nequeunt conſentire. Rolandus *conſil.* 61. *num.* 3. *& ſeqq. num.*34. *& ſeqq. & num.*47. *volum.*1. Vide ſuprà *cap.* 1. in hac eadem quæſtione, *num.* 29. vbi poſui, an legitimatio poſſit fieri ſine conſenſu eorum, qui legitimantur. De legitimatione infantis vide Imolam *concluſ.* 25. *lib.*1. *pag. mihi* 77.*& ſeqq.* Cephal.*conſil.*66.*num.*1.*& ſeqq.vol.*1.

6 Legitimandi facultas an trahatur ad inceſtuoſos. Roland.*conſil.*61.*num.*13.*& ſeqq.num.*3.48.*& ſeq. volum.*1. *& ibidem num.* 19.20.50.*&* 51. vbi etiam quòd inceſtuoſus legitimari non poteſt. Nouella *regul.*22. Roland. *conſil.*96. *num.*22.*& ſeqq. volum.*3. vbi etiam quòd inceſtuoſi nati, puta, ex Moniali, vel ex Sacerdote, poſſunt à Principe, vel ab eo, cui Princeps dedit poteſtatem, validè legitimari.

7 Legitimandi facultas non præſumitur, niſi probetur. Herculanus *de negatiua num.*55.*&* 56. & Comiti aſſerenti ſe habuiſſe facultatem, non creditur, ideò debet oſtendere originale, vt per Rolandum *conſil.*89 *num.*24. *& ſeqq. volum.*1. faciunt in propoſito ſuprà generaliter tradita *quæſt.* 17. præſertim *num.*13.

8 Legitimatio an reuocetur per ſuperuenientiam filiorum. Roland.*conſil.*89.*num.*9. *& ſeqq. & num.*34. *& ſeqq.volum.*1.*& conſ.*96. *num.*14.43.*& ſeqq. vol.*3. vbi quòd non reuocatur, & teſtatur de communi.

9 Legitimatio facta in præiudicium venientium ab inteſtato, an, & quando valeat, vide Cephal. diſtinguentem *in conſil.*111.*num.*40.*& ſeqq.& conſ.*117. *num.*25,*& omnib. ſeqq. volum.*1. & quid de legitimatione facta in præiudicium ſubſtituti, an & quando valeat. Vide *ibidem* per Cephalum, & dixi *in Repert. vltimar. volunt. quæſt.*10. *cap.*4.*num.*4. & quid è conuerſo de legitimatione facta cum clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, quid operetur iſta clauſula, & de materia, vide Couarruuiam *de matrimon.pag.mihi* 191.*num.*1. Cagnol.*in l.ſi qua illuſtris. C.ad Orficianum, pag.*94. *num.*28. Roland. *conſil.*3. *num.*133.*&* 140.*volum.*1. An autem in legitimatione debeant citari, vel fieri mentio de agnatis, qui ſucceſſuri erant ab inteſtato, poſui ſuprà *in hac eadem quæſt.cap.*1.*num.*2.*& ſeqq.& num.*19.*& ſeqq.* & in materia ſcias, quòd legitimatio facta cum clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, &c. intelligitur ſolùm de deſcendentibus venientibus ab inteſtato, ſecùs de tranſuerſalibus, aut remotioribus, vt per Sarmient.*ſelect. interpretat.lib.*1. *cap.*8. *num.*7. *& ſeq.* licet Doctores contrarium dixerint magis commune, vt *ibi* per eum, quòd videlicet talis clauſula trahatur ad omnes venientes ab inteſtato.

10 Legitimatus cum clauſula, *quòd ſit contentus de eo, quod pater ſibi reliquerit*, an poſſit nihilominus petere ſupplementum legitimæ. Cephal. *conſ.*117. *n.*1. *& ſeqq.vſque ad num.*19.*vol.*1.

11 Legitimandi facultas non trahitur quoad feuda, & de materia, Tiraquell. *de retract.pag.mihi* 39. *num.*6. Sed de hac re latiùs *in Repertor. quæſt.vltimar. volunt.quæſt.*9.*cap.*6.*num.*2.

Legitimatus à Comite habente facultatem ab Imperatore, dicitur legitimatus ab ipſo Imperatore. Rolandus *conſil.*22.*num.*14.*volum.*3. 12

Legitimatus ſpurius, an poſſit propter ingratitudinem illegitimari. Roman.*ſingul.*225. Crem. *ſingul.* 20. Petraſ. *ſingul.* 1.*num.*3. Couarruu. *de matrimonio pag.*154.*num.*14. Cotta *in ſuis memorab.pag.*408. 13

Legitimari non poteſt filius ſpurius ſtantibus legitimis, & naturalibus filiis. Ferret. *caut.*1.*num.*1. An autem in legitimatione fieri debeat mentio de filiis legitimis, & naturalibus, & quid ſi vxor erat ſolum prægnans, poſui ſuprà in hac eadem quæſtione *cap.*1.*num.*21.*&* 23. 14

Legitimatio quando inducatur per filialem nominationem, poſui *in Repertorio iudic. quæſt.* 43. *num.*25. 15

Legitimari qui poteſt per ſubſequens matrimonium, legitimari etiam poteſt per reſcriptum Principis. Marſil. *ſingul.*130. 16

Legitimari, quando poſſit ſpurius poſt mortem patris. Cotta *in memorab.pag.mihi* 528. vide ſuprà in hac eadem quæſtione *cap.*1 *num.*2. vbi an citatio requiratur in legitimatione facta viuente patre, vel poſt eius mortem de eius mandato. 17

Legitimatio quando per filium probanda. Rolandus *conſil.vltim.num.*23.*& ſeqq. in* 2.*vol. & conſ.*3. *num.*46.*vol.*1. 18

Legitimandi facultas eſt de reſeruatis Principis. Item dicitur quædam poteſtas in ſignis, & ſimilibus. Roland.*conſil.*96.*num.*2.*& ſeqq vol.*2. 19

Forma facultatis legitimandi ampliſſima ponitur per Rolandum *conſil.* 96. *ſub num.*21.*vol.*5. 20

QVÆSTIO LX.

Verba, ipſo iure, & ipſo facto, *quid importent. Quando quid dicatur committi ipſo iure. Et quando lex reſiſtendo actui illum dicatur annullare ipſo iure, & de materia.*

SVMMARIVM.

1. *Verba*, ipſo iure, *quid importent generaliter.*
Verba, ipſo facto, *quid importent generaliter, ibid.*
2. *Pœna quando incurratur ipſo iure, ſi lex id non exprimat, & num.ſeqq & num.*43.
*Per quæ verba & quando lex cenſeatur velle aliquid committi ipſo iure, ſi id non exprimat, d. num.*20.*& ſeqq.*
3. *Quid ſi lex, ſeu ſtatutum loquatur per verba præteriti temporis, & num.*21.
4. *In dubio, an pœna, ſeu quid aliud committatur ipſo iure.*
5. *Diſpoſitio generalis non comprehendit caſum, in quo aliquid committitur ipſo iure.*
6. *Sententia, ſeu declaratoria an ſit neceſſaria, vbi quid ipſo iure committitur, & num.ſeqq.*
9. *& an ſit neceſſaria citatio.*
10. *& an factum hominis requiratur.*
Puta oppoſitio partis, ibid.
*Quid ſi lex loquatur per verba geminata, num.*8.

11. *Lex*

11. *Lex quando dicatur actui reſiſtere, ſeu nón aſſiſtere, & num 17.*
12. *Quando lex reſiſtit actui, tunc nulla oritur obligatio.*
14. *Actus factus contra legis prohibitionem, quando ſit nullus, & n.15. & ſeqq in diſcurſu.*
Quid ſi lex vlterius annullando actum non procedat, d. n.14.
Actus an dicatur nullus per dictionem, penè, *d. num.15.*
16. *Si lex annullat actum, an cenſeatur annullare ipſo iure.*
Quid ſi ſtatutum loquatur per verba futuri temporis, d.num.3.
Quid ſi dicat, & aliter actus non valeat, d.n.16.
Quid ſi dicat, Non ſortiatur effectum, ibid.
Quid ſi dicat, Nullius ſit efficacia & valoris, ibid.
Quid ſi dicat, Et non aliter, nec alio modo, ibid.
18. *Quid de dictione*, Penitus.
19. *Quid de dictione* fruſtrà.
Quid ſi lex requirat ſolemnitatem in actu, n.21.
20. *Qua ſit differentia inter nullitatem ipſo iure, & ope exceptionis.*
Quid ſi ſtatutum dicat, Nullam obtineat firmitatem, *d.num.16.*
Quid ſi adeſt decretum irritans, num.22.
22. *Quid de dictione*, Nullatenus, *vel* nullo modo.

1 VERBA *ipſo iure*, & *ipſo facto*, quid importent, & generaliter de vi, ac poteſtate legis, ſeu ſtatuti mandantis aliquid, purà, pœnam incurri, ſeu committi ipſo iure, præter Doctores infra allegatos in ſequenti num. vide Papien. *in form. libell. cap. ſpoliat. poſſeſſ. gloſſ. ipſo facto, & ipſo iure, num.1. fol. mihi* 192. Bart. *in l.1. num.3. & 4.* & *ibi* Alexand. *in addit. ff. de infam.* Alber. *in ſuo Dictionario, verb. ipſo iure, & ipſo facto. Deciſ. Bonon. 37. num.3. & ſeqq. & num. 10 cum ſeqq.* Rebuff. *in practica Benefic. part.3. de mod. amitt. benef. num.3.* vbi quòd verba, ipſo iure, & ipſo facto ſunt ſynonyma, & idem tradit Rolandus *conſ.90. num.11. & ſeqq. vol.3.*

2 Et quando, & per quæ verba lex, ſeu ſtatutum cenſeatur aliquid velle committi, annullari, ac incurri, purà pœnam, ſeu aliquid aliud ipſo iure, etiam quòd id expreſsè non dixerit, præter Doctores in proximè antecedente verſic. allegatos, vide infrà *num.23. & in 2 informationum libro, in Repertor. verſic. pœna*, & omninò Cardinal. Tuſc. *lit. P. concluſ.*719. vbi de tota infraſcripta materia. Roman. *ſingul.1.* Cott. *in memorab. pag. mihi* 359. *&* 592. Mattheſ. *ſingul.14. & 111. in addit.* Crema *ſingul.7.* Socin. *reg.*160. Roland. *conſil.62. num.20. & ſeqq. volum.2.* Canoniſtæ *in cap.1. de homicid. in 6.* Tiraquell. *de reuocan donat. verb. reuertatur, num.20. & omnibus ſeqq.* & *ibi* latiſſimè Menochius *de recuperan poſſeſſ. pag.*87. *num.66. & ſeqq. Deciſ. Bonon. 37. num.7.* Diaz *regul.*542. Iaſon *in Authent. hoc ampliùs num. 7. & in addit. ſub litera A. C. de fideicommiſſ.* vide infrà *num.16.* vbi quòd lex dicatur annullare actum ipſo iure, ſi id expreſsè non dicat. Alexand. de Neuo *conſil. 60. num.7. & ſequen. & conſil.61. ſub num.1.*

3 Quando lex, ſeu ſtatutum loquitur per verba præteriti temporis, purà ſi dicat, ſit bannitus, ſit priuatus, ſit mulctatus, & ſimilia, tunc pœna dicitur incurri & committi ipſo iure, etiam quòd expreſsè non dicatur. Alber. *in ſuo Dictionario, verb. ipſo iure, & ipſo facto.* Aymon *conſil.212. num.2.* Si autem loquitur per verba futuri temporis, quæ exequutionem actus denotent, tunc pariter intelligitur ipſo iure, aliàs requiritur iudicis miniſterium, vt *in deciſ. Pedemont. 3. num.6.* vide infrà *num.21. & ſub n.8.*

In dubio præſumitur potiùs, quòd lex, ſeu ſtatutum, faciat committi pœnam, non ipſo iure, ſed per ſententiam, vt per Plaçam *in Epitom. delictor. cap.11. pag. mihi* 171. vbi videas. Tiraquell. *de reuocan. donat. verb. reuertatur num.246. 247. & ſeq.* vbi etiam quòd pœna ipſo iure nunquam cenſetur impoſita, niſi expreſsè dicatur. 4

Statutum generale, purà, remittens partem pœnæ, non comprehendit caſum, in quo pœna committitur ipſo iure. Marſil. *in l.1. num. 66. C. de rapt. virg.* 5

Quando pœna, ſeu quid aliud committitur ipſo iure, an tunc ſit neceſſaria ſententia, ſeu declaratoria, & de materia præter Doctor. ſuprà allegatos *num.1. & 2.* quod vide, ſed particulariter vide Gabriel *lib.7. concluſ.12.* & Alexandr. *in additionib. ad Bart. in dicta l.1. num.3. & 4. ff de infam.* Canoniſt. *in d. cap.1. de homicid. in 6.* Tiraquel. *de reuocan. donat. dicto verb. reuertatur, eod. num.236. & omnibus ſequentibus, in diſcurſu*, Alberic. *in ſuo Dictionario dicto verb. ipſo iure, & ipſo facto.* Aymon. *conſil.212. num 2.* Roland. *conſil.90. num.22. & ſeqq. vol.3.* vbi quòd quando quid incurritur ipſo iure, vel facto, nulla requiritur ſententia. Ad materiam infraſcriptam omninò Tiraquell. *de reuocan. donat. verb. reuertatur, num.398. vſque ad 405.* 6

Dicaſque quòd licèt ſententia non ſit neceſſaria, eſt tamen neceſſaria iudicis declaratoria, ſecundùm magis communem, de qua per Oſaſcum *conſil.64. num.11.* vbi etiam de communi, & per Menochium *de arbitr quæſt. caſ.210. num.6. & ſeqq.* vbi etiam loquitur in mora quæ committitur ipſo iure, & tamen requiritur dicta iudicis declaratoria, vt *ibi* per com, *& de recuper. poſſeſſ. pag* 87. *num.66. & ſeqq.* vbi quòd in caſu, in quo pœna incurritur ipſo iure, eſt tamen neceſſaria declaratoria delictum fuiſſe commiſſum. Imol. *concluſ. 43. lib.1. pag.*293. exornat Moron. *de fide, &c. pag.44. quæſt.22. & ſeqq.* vbi infert ad plura. Carrar. *de exeq. ſentent. cap.1. num.*83. *& ſeqq.* vbi de magis communi, licèt alij contrarium dixerint, vt *ibi.* 7

Quando lex, quæ mandat aliquid committi ipſo iure, loquitur per verba geminata, tunc non videtur vllo pacto requiri iudicis ſententia. Neoiz. *conſil.6. num.34.* & quando vritur lex verbis geminatis, tunc actus cenſetur annullatus ipſo iure, etiam quòd verba ſint futuri temporis, vt per Lambertengum *de contractib. gloſſ.16. ſub num.1. in fin.* 8

Et quando pœna, ſeu quid aliud incurritur ipſo iure, an tunc in declaratoria ſit citatio neceſſaria, vide Marſil. *in dicta l.1. num.66. & ſeqq. C. de rapt. virg.* vbi quòd non requiritur citatio. Sed quòd imò requiratur, tradit Imol. *concluſ.43. lib.1. pag. mihi* 293. Sed *in pag.*331. videtur ſibi contradicere, videas Clarum *in pract. quæſt.31. verſ. item adde.* Diaz *reg.*675. *deciſ. Pedemontan. 3. num.3. in fin.* vbi quòd in exequutione pœnæ impoſitæ ipſo iure à ſtatuto non requiritur citatio, ſed quòd generaliter in declaratoria iuris requiratur citatio, ponit Tiraquellus *Res inter alios acta, pag.18. & 19. verſic. limita* 24. 9

Etiam quòd quis committatur, ſeu incurratur ipſo iure, eſt tamen neceſſarium, factum hominis, & ſic quòd pars opponat. *l. ſi matre. C. de ſuis & legit. l. ſi conſtat. C de compenſat.* & vtrobique Bartol. qui ponit exemplum in ſucceſſione, & compenſatione, quæ licèt aliquo caſu fiat ipſo iure, intelligitur 10

tamen

Digitized by Google

tamen parte opponente, & non aliàs. Vide tamen Neuix. *dicto conſil. 6. num. 3. & ſeqq.* vbi quòd quando pœna incurritur ipſo iure, tunc non eſt neceſſarium factum hominis. Roland. *conſil. 90. num. 15. volum. 3.* vbi quòd verba *ipſo iure*, &c. intelligi debent parte petente, & non aliàs. Sed contrà *num. 17. & ſeqq.* Sed pro prima opinione eſt *deciſ. Pedemont. 29. num. 12.* Tiraquell. *de reuocan. donat. verb. reuertatur, num. 10. & ſequen.*

11 Quæro in propoſito, an & quando lex, ſeu ſtatutum dicatur reſiſtere, vel non aſſiſtere actui, vide in hac materia Tiraquell. *de retract. pag. mihi 14. num. 31.* omninò declarantem. Plaç. *in l. ſi quando, num. 263. C. vnde vi*, vbi affert plura exempla, quando ſcilicet lex dicatur non aſſiſtere actui. Reſiſtere verò tunc dicitur, quando lex præcipit, ne fiat contractus, dirigendo verba ad perſonas necoortahant; puta ſi dicat, Nullus ciuis vendat forenſi. Vel, nullus contrahat ſine tali ſolemnitate, &c. Item lex dicitur reſiſtere actui, quando aliquid prohibet reſiſtendo potentiæ, puta ſi dicat, Nullus poſſit vendere forenſi, & ſimilia. Idem traditur per Lambertengum *de contractib. &c gloſſ. 1. num. 125.* Super quo particulari præter Plotum *vbi ſuprà*, vide Tiraquell. *de leg. connubial. pag. 415. num. 1. & 8. & 9.* vbi videtur tenere contrarium. Item lex dicitur reſiſtere actui, quando reſiſtit obligationi, idem traditur per Lamberteng. *de contract. eorum, &c. gloſſ. 1. num. 127.* Puta, ſi lex dicat, mulier, vel minor non poteſt ſe obligare ſine tali ſolemnitate. Item lex dicitur reſiſtere actui quando aliquid prohibet propter naturam rei, cuius non eſt commercium, puta ſi ſit res ſacra & religioſa. Hæc omnia & alia ad materiam traduntur per Plotum *vbi ſuprà*, qui poſtea ſe remittit ad Bart. & Caſtr. *in l. cùm lex, & in l. 1. col. fin. ff. de nouat.* Bald. Iaſon. & alios *in l. non dubium. C. de legib.* quibus adde infrà tradita *num 17.*

12 Et in hac materia ſcias, quòd vbi lex reſiſtit actui, tunc ex eo non naſcitur nec ciuilis, nec naturalis obligatio. Cephalus *conſ. 59. num. 13. volum. 1.* cum aliis per Lambertengum *de contractib. eorum, &c. gloſſ. 1. num. 107.* vide infrà *verſ. obligatio naturalis, num. 15.* vbi poſui quando ex contractu nullo oriatur obligatio naturalis.

13 Et quando lex, ſeu ſtatutum aliquid fieri prohibet, & ſic actui reſiſtit, an dicatur inducere formam, dixi ſuprà *quæſt. 7. num. 20. & 21.*

14 Et quando lex prohibet aliquid fieri, & ſic reſiſtit actui, licèt vlteriùs non procedat ad annullationem actus, an talis actus contra legis prohibitionem factus dicatur nullus, vide omninò Alderanum Maſcardum *de generali ſtatutorum interpretatione concluſ. 9.* vide etiam Doctores *in l. non dubium. C. de legib.* Aymon. *conſil. 95. num. 7.* Diaz *reg. 425.* & aliquid dixi ſuprà *quæſt. 7. num. 20.* Tiraquell. *de legib. connubialib. gloſſ. 4. pag. 415. num. 5. & ſeqq.* latiſſimè plures diſtinguit caſus Virgilius Boccacius *in conſtitut. Marcb. gloſſ. 6. num. 107. vſque ad num. 117.* Redoanus *de reb. Eccleſ. pag. 459. num. 14. & 15.* vbi quòd actus iſto caſu eſt nullus ipſo iure.

15 In quo ſcias, quòd quando lex imponit pœnam contrafacienti, tunc cenſetur annullari actum, etiam quòd id expreſsè non dicat. Tiraquell. *de legib. connubial. dicta pag. 415. num. 5. & ſequen.* vbi ampliùs, quòd per appoſitionem pœnæ actus cenſetur annullatus ipſo iure. Vide in propoſito diſtinguentem Cephalum *conſ. 47. num. 14.* Aymon *conſ. 95. num. 7.* Virgil. Boccac. *d. n. 107. & ſeqq. in diſcurſu*, vide infrà *num. 21. & 8.* Redoanus *de reb. Eccleſ. pag. 459. n. 12.*

Et ſi lex, vel ſtatutum annullat aliquem actum, 16
an cenſeatur annullare ipſo iure, an verò ope exceptionis, ſi id expreſsè non dicat, præter Doctores ſuprà generaliter allegatos *num. 2.* vide Zarzan. *quæſt. 184.* aliàs 19. vbi quòd cenſetur annullare ipſo iure, quando lex dicit, & aliter actus non valeat. Ad quam materiam vide Corſett. *ſingul. pag. mihi 218. in parua, verb. non valeat.* Mattheſ. *ſing. 36.* Tiraquell. *de legib. connub. dicta pag. 415. num. 5. & ſeqq.* Vantius *de nullit. pag. mihi 61. num. 48. & ſeqq.* Roland. *conſ. 58. num. 46. & ſeqq. volum. 3.* vbi quòd nullitas actus inducitur ipſo iure, quando lex dicit, *Non ſortiatur effectum.* Idem ſi dicat, *nullius ſit efficacitatis, efficaciæ, aut valoris.* Item ſi dixerit, *& non aliter, nec alio modo.* Ad idem Roland. *conſil. 57. num. 46. & ſeqq. volum. 3.* vbi pariter idem etiam ſi dictum, *nullius momenti.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. Marcb. gloſſ. 6. num. 134.* vbi idem, ſi ſtatutum dicat, *nullam obtineat firmitatem.*

Addendo aliqua ſuprà iam traditis *num. 11.* vide 17
Lambertengum *de contractib. eorum, &c. gloſſ. 1. num. 122.* vbi quòd ſi lex, ſeu ſtatutum non prohibitiuè loquendo mandat ſimpliciter aliquid certo modo fieri, tunc dicitur non aſſiſtere actui, ſed vide *ibidem num. 128.* vbi contrarium videtur tradere, quòd etiam iſto caſu, etiam quòd lex prohibitiuè non loquatur, dicatur tamen actui reſiſtere. Et quid ſi lex, licèt prohibitiuè non loquatur, vlteriùs tamen procedendo actum annullet, an tunc dicatur actui reſiſtere? Dic quòd non, vt *ibidem num. 122.* Sed contrarium, quòd quando lex actum annullat, dicatur illi reſiſtere, etiam quòd non prohibitiuè loquatur, traditur *ibidem num. 126.* ex quibus colligere potes generalem concluſionem, quòd quando lex prohibitiuè loquitur, tunc dicatur actui reſiſtere, vt *ibi* per eum, & dixi aliquid ſuprà *num. 11.* facit Redoanus *de reb. Eccleſ. pag. 419. num. 14.* vbi quòd actus factus contra legis prohibitionem eſt nullus.

Penitus dictio importat actum eſſe nullum ipſo 18
iure. Anton. Rubeus Alexandrin. *in l. penult. §. ad crimen, num. 358. ff. de public. iudic.*

Fruſtra dictio regulariter importat eſſe actum 19
nullum ipſo iure. Rubeus *in dicto §. ad crimen, n. 354. & 359.* vbi de communi. Fallit niſi ſubiecta materia contrarium ſuadeat, *ibi num. 359.*

Quæ ſit differentia inter nullitatem commiſſam 20
ipſo iure, vel ope exceptionis, vide Tiraquell. *de reuocan. donat. in verb. reuertatur, à num. 288. vſque in finem*, vbi centum & quatuor diſcrimina recenſet.

Ad materiam eorum, quæ ſuprà tradita ſunt, 21
num. 3. & 16. adde Lamberteng. *de contractib. gloſ. 16. num. 1.* vbi quòd actus cenſetur annullatus ipſo iure, quando lex vtitur verbis præteriti, vel præſentis temporis, ſecùs ſi futuri. Et hoc vltimum limitat non procedere, quando lex requireret ſolemnitatem in ipſo actu, quia ſine ea actus eſt nullus ipſo iure, etiam quòd vtatur verbis futuri temporis, vt *ibi* per eum. Aduerte quòd ſi ſolemnitas requiratur in actu, ſine ea actus eſt nullus ipſo iure, ſecùs ſi non requiratur in actu, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitut. Marcb. gloſſ. 6. num. 136.*

Decretum irritans inducit nullitatem ipſo iure, 22
vt per Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. Marcb. gloſſ. 6. num. 136. in fine, & ſequen.* vbi quòd dictio *nullatenus*, ſeu *aliquatenus* habet in hoc vim decreti irritantis, & idem de dictione *nullo modo*, quod eſt verbum latæ ſententiæ. Vide *in Repertorio clauſularum in ſuo loco*, & Gabriel. *lib. 6. tit. de clauſul. concluſ. 3. num. 56. & ſeq.*

Pœnæ

23 Pœna quando à lege cenſeatur impoſita ipſo iure, dixi aliquid ſuprà *num.* 2. 3. & 4. Quibus adde quinque caſus, in quibus pœna cenſetur impoſita à lege ipſo iure. Primò quando ſumus in pœna prohibitiua iuriſdictionis. Tiraquell. *de reuocan. donat. verb. reuertatur, num.* 10. Secundò, quando verba ſunt directa in partem, & non in iudicem. Tiraquell. *ibidem, num.* 61. Tertiò quando lex vteretur dictione *vlteriùs*, vel alia ſimili. Tiraquell. *ibidem num.* 129. Quartò, quando verba legis habent de ſui natura annexam priuationem. Tiraquel. *ibidem num.* 179. Quintò per incompatibilitatem ſtatus inducitur priuatio ipſo iure. Tiraquel. *ibidem num.* 65. & ideò, vbi quis per infamiam incurrit aliquam pœnam, vel priuationem, tunc eam incurrit ipſo iure, & ſtatim quòd eſt declaratus infamis, abſque eo quòd expreſsè priuetur. Bald. *in Authent. habita num.* 54. *C. ne filius pro patre*, refert & ſequitur Capyc. *deciſ.* 121. *num.* 23. *in fine*. Franc. Marc. *deciſ.* 668. *num.* 1. & 2. 1. *part.*

Vide poſita *in fragmentis*, verb. *Lex.*

QVÆSTIO LXI.

Mulier ſecundò nubens quas pœnas incurrat, maximè ſi infra annum luctus, & filio impuberi tutorem non petierit, & de adminiſtratis rationem non reddiderit, & de materia matris filio dari tutorem non petentis.

SVMMARIVM.

Mulier ſecundò nubens, & infra annum luctus, quas pœnas incurrat.

1. *Mulier tranſiens ad ſecunda vota quas pœnas, & quando incurrat, generaliter.*
   Maximè ſi nubat infra annum luctus, ibid.
2. *Pœna contra mulierem nubentem infra annum luctus ſunt hodie correcta de iure canonico, illa ſcilicet, qua in odium matrimonij, ſecùs illa, qua ad fauorem filiorum, & de materia.*
3. *Mulier tranſiens ad ſecunda vota, quicquid à Deo accepit perdit.*
4. *Item priuatur hæreditate filij, quoad proprietatem.*
5. *& quid ſi mulier nubat de licentia mariti.*
6. *& quid ſi nubat de voluntate filiorum.*
   & quando filij cenſeantur remiſiſſe has pœnas, ibid.
7. *Pœna iſta non incurruntur niſi filijs declarantibus, & acceptantibus incurſum pœnarum, aliàs ſecùs.*
8. *Quid de marito ſecundò nubente maximè infra annum luctus.*
9. *Quid ſi vir ſeipſum occidat.*
   Per mortem filij, qui viuens tacuit, cenſetur matri remiſſa iniuria facta in nubente ſine eius conſenſu, num. 55.

Mater, ſiue alius proximior, ſi filio impuberi mortuo eius patre tutorem infra annum non petierit, priuatur eius ſucceſſione.

23. *Mater ſi infra annum filio tutorem non petierit, priuatur eius ſucceſſione.*
24. *Amplia etiam in matre naturali.*
25. *Amplia etiam à ſucceſſione per ſubſtitutionem, & num.* 18. *&* 42.
26. *Amplia non ſolùm in matre, ſed in quolibet alio proximiori ſucceſſure, num.* 26.
27. *Amplia, vt lapſo primo anno alter proximior item excludatur, niſi & ipſe tutorem petat in ſecundo anno, & ſic deinceps.*
28. *Amplia etiam in ſenibus.*
29. *Amplia vt excludantur etiam à legitima.*
30. *Amplia etiam in Clerico ſucceſſore.*
31. *Amplia etiamſi tutor petatur, ſed minùs idoneus.*
32. *Amplia vt mora non poſſit purgari.*
33. *Amplia etiam quòd mater benè & fideliter adminiſtraſſet.*
34. *Amplia etiam quòd mater eſſet relicta tutrix in teſtamento.*
35. *Amplia etiam in ruſtica matre.*
36. *Amplia, quia immò tutor debet peti infra quinquaginta dies.*
37. *Amplia vt non ſufficiat petere tutorem perfunctoriè.*
38. *Amplia etiam quòd mater ſit excluſa per ſtatutum, &c.*
39. *Amplia etiam quòd ſucceſſio matri debeatur iure ſtatutario.*
40. *Amplia vt priuetur etiam ab omni commodo.*
41. *Limita, quia non priuatur legatis particularibus.*
43. *Limita, ſi filius decedat poſt pubertatem.*
44. *Limita, ſi filius decedat ante annum.*
45. *Limita in matre filiafamilias.*
46. *Limita in minore.*
47. *Limita, quando tutor non fuit petitus fauore pupilli.*
48. *Limita quando mater fuit impedita.*
49. *Limita, quando ſucceſſurus eſſet ipſe legitimus tutor.*
50. *Limita, quia exceptio non petiti tutoris non tranſit ad hæredes.*
51. *Limita quando filius habet tutorem legitimum.*
52. *Limita in matre prodiga.*
53. *Limita, ſi mater ante annum ingrediatur Monaſterium.*
54. *Limita ſi filius habet tutorem, licèt non legitimè tutelam ſuſceperit.*

Mulier tranſiens ad ſecunda vota non petito tutore filio, & non reddita ratione adminiſtrationis tutelæ, quas pœnas incurrat.

13. *Mater ſecundò nubens non petito tutore filio, & non reddita ratione adminiſtrationis tutelæ, priuatur eius ſucceſſione.*
14. *Nec poteſt ſecundo viro in dotem dare vltra tertiam partem ſuorum bonorum.*
15. *& bona viri ſunt tacitè hypothecata pro dicta redditione rationum.*
16. *Debet etiam curare, vt tutor datus faciat inuentarium.*
17. *& quis debeat probare fuiſſe petitum tutorem.*
18. *& an priuetur à ſucceſſione filij per ſubſtitutionem.*
19. *Quid in ruſtica.*
20. *Quid ſi aderant contutores.*
21. *Quid in minore.*
22. *& an iudex teneatur dare tutorem petitum per matrem.*

Mulier

Mulier tranſiens ad ſecunda vota, quando priuetur tutela ſuorum filiorum.

10\. *Mater tranſiens ad ſecunda vota amittit tutelam filij.*
Sed an illam recuperet mortuo ſecundo viro, ibid.
Quid ſi tantùm contraxit ſponſalia, ibid.
Vel à Principe nubendi obtinuerit reſcriptum, ibid.
11\. *An deſinat eſſe executrix.*
12\. *An mater propter ſtuprum amittat tutelam filij.*

1 MVLIER tranſiens ad ſecunda vota, maximè infra annum luctus, quas pœnas, & quando incurrat, & generaliter de materia præter infraſcripta, & particulariter præter Doctores infrà allegatos in ſequenti num. vide omninò Thomam Sanchez *in tract. de matrimon. lib. 7. diſput. 87. & ſeqq. vſque ad diſput. 92.* vbi latiſſimè ponuntur omnes quæſtiones in materia contingibiles. Peregr. *de iure fiſci lib. 3. tit. 15. per totum.* Signorol. *conſil. 37. num. 5. lib. 2.* Iaſon *in l. filium, num. 12. & ſeq. C. famil. erciſcund.* vide etiam *l. 1. & ſeqq. C. de ſecund. nupt.* Aſten. *in ſilua nupt. §. vidua non eſt nubendum, num. 46. & ſeqq.* vbi habentur nonnullæ declarationes. Felin. *in cap. Eccleſia ſancta Maria num. 57. de conſtitut.* & *ibidem* Abbas *num. 15. verſ. Exemplum ſecundi,* &c. *& in additionib. ſub litera D.* & latiùs per eumdem Abbatem *in cap. finali, de ſecund. nupt.* vbi etiam enumerat omnes pœnas, quæ imponuntur mulieribus nubentibus infra annum luctus, *& in cap. penult. eod. tit.* latè de materia Viui. *in communib. opinionib. pag. mihi 158. in paruis, verb. Mulier ad ſecundas,* &c. Cæpoll. *cautel. 238.* Rom. *ſing. 222. & 251.* Socin. *reg. 272.* Villalob. *in communib. opinionib. litera B. num. 12. & ſeqq.* Roland. *de lucr. dotal. quæſt. 86. per totam,* vbi pulchrè exornat, quid amittat mulier per tranſitum ad ſecunda vota, & particulariter an amittat lucrum dotis, ibi videas.

2 Principaliter ſcias in materia, quòd omnes pœnæ impoſitæ mulieri ſecundò nubenti hodie ſunt correctæ de iure Canonico, illæ videlicet, quæ merè in odium mulierum nubentium infra annum luctus introductæ ſunt, ex quibus nulla filiis poteſt vtilitas reſultare. Illæ verò, quæ ad fauorem filiorum introductæ ſunt, & eorum commodo, & vtilitati cedunt, de iure Canonico non fuerunt correctæ. Cephal. *conſil. 123. num. 6. & ſeqq. volum. 1.* vbi exemplificat, & iſta eſt communis concluſio legiſtarum & Canoniſtarum, teſte Abbate *in dicto cap. Eccleſia S. Maria,* & communem dicit Sarmient. *ſelect. interpret. cap. 4. num. 4. lib. 1.* de communi etiam Aſten. *in ſylua in §. diuiti, ſeu vidua non eſt nubendum num. 78. fol. mihi 74.* Roland. *conſil. 95. num. 6. & 14. volum. 1.* Ad quam materiam præter Doctores ſuprà allegatos *num. 1.* vide Aymon. *conſil. 36. num. 1. & conſil. 142. num. 5. & 8.* Cæpoll. *cautel. 238.* Anchatan. *in cap. finali, extrà de ſecundis nuptijs,* vbi *num. 9.* declarat quales ſint pœnæ inductæ fauore filiorum, & quæ in odium matrimonij. Anan. *conſil. 73.* & *ibi* Bolognin. *in addit.* Anchat. *conſil. 101.* vbi allegat dictum Apoſtoli. Caſtren. *conſil. 154. volum. 2. & 366. eodem volum.* Dec. *in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 8. & in l. 1. eodem tit.* Viui. *vbi ſuprà dicta pag. 158. verb. mulier ad ſecundas,* &c. Cotta *in memorab. pag. mihi 615. & ſeqq.*

3 Mulier tranſiens ad ſecunda vota quicquid à viro accepit, & ex eius teſtamento, ac aliàs, amittit. *l. 2. C. de ſecund. nupt.* Cephal. *dicto conſil. 123. num. 6. volum. 1.* Iaſon *in l. filium num. 12. & ſeqq. C. familiæ erciſcund.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 24. in communib. opinionib. in 12. ampliat. verſ. item dicitur tacitè,* &c. vbi quòd amittit legatum ſibi à viro factum.

Item mulier tranſiens ad ſecunda vota priuatur hæreditate filij, hoc modo, videlicet, quòd in bonis paternis ipſi filio obuentis non ſuccedit, niſi ad vſumfructum. Proprietate autem priuatur propter dictas ſecundas nuptias, totaque hæreditas ad fratrem ſuperſtitem pertinet, cùm aliàs æqualiter cum filiis aliis ſuccederet filio mortuo. Roland. *conſ. 81. num. 2. & ſeqq. volum. 3.* & eſt textus *in l. mater. C. ad Tertullianum,* quod intellige, vt per Corneum *conſil. 198. in fine, lib. 1.* & per alios Doctores ſuprà allegatos *num. 1.* 4

Sed quid ſi mulier ſecundò nubat de licentia mariti, dicas quòd licentia mariti, vt eius vxor poſſit nubere infra annum luctus, minimè valet, nec tollit pœnas, quas ipſa propter tranſitum ad ſecunda vota incurrit. Iaſon *in l. filium num. 22. & ſeqq. C. famil. erciſcund.* Cephal. *conſ. 59. num. 10. volum. 1.* Sarmient. *ſelect. interpretat. cap. 4. lib. 2.* Secùs verò licentia, quòd nubat poſt annum, quia ea valet, & tollit omnes pœnas mulieri ſecundò nubenti impoſitas. Roland. *conſil. 81. num. 12. & ſeqq. volum. 3.* vbi de communi, *& conſil. 62. num. 26. & ſeq. volum. 1.* vbi quòd ſufficit etiam tacita licentia, & idem tradit Cephal. *in dicto conſil. 59. num. 2. & 7. volum. 1.* In hac materia vide Sarmiento *vbi ſuprà,* & Cottam *in memorab. pag. mihi 515. & ſeqq.* 5

Item quòd ſi mulier tranſeat ad ſecunda vota de voluntate filiorum, an cenſeantur ei remiſſæ pœnæ à lege impoſitæ ſecundò nubenti ad fauorem filiorum. Dicas quòd ſic, ſecundùm Roland. *conſil. 81. num. 10. & ſeqq. volum. 3. & ibidem num. 13. & ſeqq.* vbi ampliat etiam in tacito conſenſu filij, & ibi pulchrè ponit, ex quibus tacitus iſte conſenſus colligatur. Sed vide Sarmient. *ſelect. interpret. cap. 4. lib. 1.* vbi quòd nec expreſſus, nec tacitus conſenſus filiorum nuptiis maternis ipſis præiudicat quoad luctum eiſdem proueniens propter ſecundas nuptias, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Vide in hac materia Cottam *in memorab. dicta pag. 615. & ſeqq.* Roland. *conſ. 95. num. 17. & ſeqq. volum. 1.* vbi tam de matre, quàm de patre. Et quando eis per filios cenſeatur remiſſa talis iniuria, & *ibidem num. 45. & ſeqq.* 6

Et in materia ſcias, quòd omnes pœnæ introductæ contra mulierem ſecundò nubentem in fauorem filiorum, tunc demum habent locum, ſi eas ipſi filij acceptauerint, & declarauerint, aliàs ſecùs. Roland. *dicto conſil. 81. num. 5. & ſeqq. vol. 3.* faciunt infrà tradita *num. 55.* 7

Item ſcias quòd omnes pœnæ inductæ à lege contra mulierem ſecundò nubentem, habent etiam locum contra maritum ſecundò nubentem. *l. generaliter. C. de ſecund. nupt.* & eſt communis opinio, vt *ibi* per Bald. & per Socin. *conſil. 65. num. 9. volum. 1.* Ad quam materiam vide Roland. *dicto conſil. 95. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 16. volum. 1.* concordat cum dicta communi Villalob. *in communib. opinionib. litera B. num. 23.* & particulariter propter tranſitum ad ſecunda vota, an maritus amittat lucrum dotis, ponit Viuius *in communib. opinionib. verb. ſtatutum ſimpliciter, in diſcurſu.* 8

Si maritus ſeipſum occidat, poteſt mulier nubere etiam infra annum luctus, & nullas incurrit pœnas, ſecundùm 9

Digitized by Google

ſecundùm Plaçam *in Epitome delictorum, pag. mihi 406.in cap.23.*

10 Er inter alias pœnas, quas incurrit mulier propter tranſitum ad ſecunda vota, ea eſt particularis, quòd amittit tutelam filiorum, ſed an mortuo ſecundo viro eam reaſſumat, vide ſuper hoc Cottam *in memorab.pag.569.* Mynſing. *obſeruat.* 83.*centur.*3. Tiraquell. *in tract.Ceſſan. cauſ. limitat.* 12. *num.*8. *& ſeq.* vbi quòd non, ſed contrarium tenet Aſten. *in ſylua pag. mihi 66.num.*31.Menoch. *de arbitrar.quæſt. caſu* 151. *num.*7. *&* 9. vbi quòd ſi mulier contraxit tantùm ſponſalia, vel deſuper obtinuerit reſcriptum Principis, non per hoc perdit filiorum tutelam.

11 Licèt autem mulier propter tranſitum ad ſecunda vota amittat tutelam, non tamen deſinit eſſe executrix teſtamenti, ſi talis fuit à marito deputata, ſecundùm Tirizæ.*de teſtament. coniug.pag. mihi* 35. *à tergo.ſub num.*3.

12 Sicut autem mulier amittit tutelam filiorum propter tranſitum ad ſecunda vota, multò magis eam amittit propter ſtuprum, vt per Nouel.*reg.*239.

13 In materia ſcias hanc regulam, quòd ſi mater tutrix velit tranſire ad ſecunda vota, debet priùs petere alium tutorem dari filio ſuo, & reddere rationem adminiſtrationis, aliàs priuatur eius ſucceſſione, textus eſt *in l. omnem. C.ad Tertull.* tradit Imol. *concluſ.*5.*lib.*5. Ad quam materiam præter infraſcripta, vide Pariſium *conſil.* 86.*num.* 21.*cart.*138.*vol.*1. Roman. *ſing.* 105. *&* 224. Marſil. *ſingul.* 302. Diaz *regul.*458.

14 Amplia I. hanc regulam, vt non ſolùm priuetur ſucceſſione filij, ſed nec poteſt ſecundo viro vltra tertiam partem bonorum ſuorum in dotem dare, ſi, vt dixi, non petito tutore, & non reddita adminiſtratione nupſerit. Bertrand. *in l.hac edictali num.*18. *C.de ſecund.nupt.*

15 Amplia II. vt iſtu caſu bona noui mariti ſint tacitè hypothecata pro adminiſtratione ipſius tutelæ, ſecundùm Imolam *d.concluſ.*5.*lib.*5.

16 Amplia III. vt mulier non ſolùm debeat petere dari filio tutorem, ſi ad ſecunda vota tranſire voluerit, ſed etiam debet curare, vt tutor datus inuentarium faciat. Menoch. *de arbitr.quæſt. pag.mihi* 217. *in magnis, num.66.caſ.*194.

17 Amplia IV. vt mater ipſa debeat probare fuiſſe ad eius petitionem filio datum tutorem. Imol. *in concluſ.*4.*lib.*5.*in* 12.*ampliat.* Ad quod videas Herculanum *de negat.num.*11.

18 Amplia V. vt iſto caſu mater priuetur ſucceſſione filij, non ſolùm ab inteſtato, ſed etiam per ſubſtitutionem, vt per Imolam *ſub d.concluſ.*5. *lib.*.5. faciunt infrà tradita *num.*25.*conſ.*42.

19 Limita I. hanc concluſiooem, & regulam ſuprà firmatam *num.*13. vt non procedat in muliere ruſtica, quæ excuſatur etiam quòd tranſierit ad ſecunda vota non petito filiis tutore. Ad quod vide etiam infrà *num.* 35. & faciunt generaliter tradita *in Repertorio iudic. quæſt.*64. vbi poſui, an & quando ruſticus excuſetur, & Menoch.*de arbitr.quæſt.caſ.*194. *num.*26.*& ſeq.& n.*66.

20 Limita II. non procedere, quando matri eſſent dati alij contutores, quia tunc poteſt ad ſecunda vota tranſire, abſque eo quòd filio tutorem petat, ad quod vide Decium *conſil.*246.*num.*7.*volum.*2. Socin. iun.*conſ.*16.*num.*2.*vol.*2.

21 Limita III. in matre minore, quæ excuſatur non petendo tutorem filio, ad quod vide Cottam *in ſuis memorab. pag.* 569. ad quod vide etiam infrà *num.*46.

Farinacij Repert. de Contractib.

Et an iudex teneatur dare filio tutorem, quem mater volens ad ſecunda vota tranſire nominauit; an verò poſſit alium deputare, videas per Menoch. *de arbitr.quæſt.caſu* 151.*num.*1.*& ſeqq.* 22

Alia in propoſito firmari poteſt regula, quòd mater etiam quòd nolit tranſire ad ſecunda vota, ſi infra annum filio impuberi tutorem non petierit, cadit ab eius ſucceſſione, quæ ſucceſſio proximioribus in gradu defertur, ſecundùm Imol. *concluſ.* 4. *lib.* 5. vbi præter infraſcripta multa alia ponit in materia. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de tutel. concluſ.*1. & ad hanc quoque materiam videas omninò Pariſium, Romanum, Marſilium, & Diaz ſuprà allegatos *num.*13. Peregrinum *de iure fiſci lib.*3. *tit.*16. *per totum.* 23

Amplia hanc regulam pluribus modis. I. etiam in matre naturali. Imol. *ibidem.* 24

Amplia II. vt etiam priuetur à ſucceſſione per ſubſtitutionem. Imola *ibidem,* vide infrà *num.*42. & ſuprà *num.*18. 25

Amplia III. vt hæc regula non ſolùm procedat in matre, ſed etiam in omnibus aliis ſucceſſuris ab inteſtato, ſiue etiam per ſubſtitutionem, vt videre eſt apud Imol. *ibidem.* 26

Amplia IV. vt lapſo primo anno, etſi primo proximiori excluſo, debet alteri proximior in ſequenti gradu petere tutorem, aliter & ipſe etiam excluditur ab impuberis ſucceſſione, vt *ibidem* per Imolam. 27

Amplia V. etiam in matre ſene, puta 70. annorum. Imola *ibidem.* 28

Amplia VI. vt etiam excludatur à legitima. Imol. *d.concluſ.*4.*lib.*5. 29

Amplia VII. etiam in Clerico ſucceſſuro impuberi. Imola *ibidem.* 30

Amplia VIII. etiam quòd tutor petitus fuerit, ſed omninò idoneus. Imola *ibidem.* 31

Amplia IX. vt non poſſit mora purgari. Imol. *d.concluſ.*4.*lib.*5. 32

Amplia X. etiam quòd mater ipſa benè & legaliter adminiſtraſſet. Imola *ibidem.* 33

Amplia XI. etiam quòd mater ipſa fuerit relicta tutrix in teſtamento. Imola *ibidem.* 34

Amplia XII. etiam in matre ruſtica. Imol. *ibid.* vide ſuprà *num.*19. 35

Amplia XIII. vt mater debeat petere tutorem infra quinquaginta dies, & ſi poſtea fuerit impedita, infra annum. Imol.*ibid.* vide infrà *n.*48. 36

Amplia XIV. etiam quòd petatur tutor, ſed perfunctoriè. Imol. *ibidem.* 37

Amplia XV. etiam quòd mater ſit excluſa per ſtatutum, &c. Imol.*ibid.* 38

Amplia XVI. etiam quòd ſucceſſio matri deferatur iure ſtatutario, vide Imolam *vbi ſuprà.* 39

Amplia XVII. vt nedum priuetur ſucceſſione, verùm etiam & omni commodo. Imola *ibidem.* 40

Limita eamdem regulam I. vt non excludatur à legatis particularibus. Imola *ibid.* 41

Limita II. quia non priuatur ſucceſſione per ſubſtitutionem fideicommiſſaria. Imola *ibidem,* vide ſuprà *num.* 25. *&* 18. & idem ſi filius habeat pupillarem ſubſtitutionem, vt *ibidem* per Imol. *d.concluſ.*4. *lib.*5. 42

Limita III. ſi filius decedat poſt pubertatem. Imola *ibidem.* 43

Limita IV. ſi filius ante matrem decedat. Imola *ibidem.* 44

Limita V. in matre filiafamilias, quæ excuſatur. Imola *ibidem.* 45

P Limita

46 Limita VI.in matre minore.Imola *ibidem*.Plaça *cap.32.pag.561*.vide etiam ſuprà *num.21*.

47 Limita VII. quando fauore pupilli non fuit petitus tutor. Imol. *d.concluſ.4.lib.5*.

48 Limita VIII. ſi mater fuit iuſtè impedita.Imol. *ibid*.vide ſuprà *num.36*.

49 Limita IX. quando ſucceſſurus eſſet ipſe legitimus tutor. Imola *ibidem*.

50 Limita X. quòd iſta exceptio non petiti tutoris non tranſit ad hæredes. Imola *ibidem*.

51 Limita XI. quando filius habet tutorem legitimum. Imola *ibidem*,vide infrà *num.54*.

52 Limita XII. in matre prodiga, quæ excuſatur non petendo tutorem filio. Imol. *ibidem*.

53 Limita XIII. in matre, quæ ante annum ingreditur Monaſterium. Imola *vbi ſuprà*.

54 Limita XIV. in filio, qui habeat tutorem, licèt ille non legitimè ſuſceperit tutelam. Imola *ibidem*, & vide ſupra *num.51*.

55 Ad ea,quæ ſuprà tradita ſunt, *num*. 6. adde Menochium *in 2.remed. adipiſcend. poſſeſſ.num.34.pag.9. à tergo*. vbi quòd mater inconſulto filio ſecundò nubens, ſi omiſſa tali accuſatione mortuus fuerit inteſtatus,non priuatur eius ſucceſſione, quia tacitè videtur remiſſa iniuria ſibi à matre illata. Ad quod faciunt etiam ſuprà tradita *num.7*.

Vide quæ poſui infrà *in fragmentis, verb. Mulier*.

QVÆSTIO LII.

Veſtimenta & iocalia vxori per maritum, ſeu alios conſanguineos donata, cuius ſint. Ad quem ſpectent fructus bonorum paraphernalium, & de materia.

SVMMARIVM.

Veſtimenta,& iocalia vxori donata cuius ſint.

1. *Generalis materia.*
   Veſtimenta & iocalia vxori per maritum, ſeu aliàs donata,cuius ſint generaliter,ibid.
2. *Quid de donatis ſponſa per ſponſum ante contractum matrimonium.*
   Quid ſi ſint pretioſa,& magni valoris,ibid.
   & quæ dicantur pretioſa,ibid.
   & quid de annulo ſubarrhationis, ibid.
3. *Quid ſi non pretioſa, ſed ad vſum quotidianum,* &c.
4. *Maritus ipſo viuente an poſſit hæc veſtimenta & iocalia vxori auferre,& vendere.*
5. *Quid de donatis per conſanguineos viri, ſeu vxoris.*
6. *Quid de veſtibus lugubribus.*
7. *Quid veniat appellatione ornamentorum.*
8. *Maritus an poſſit teſtari de iocalibus,&c.*

Bona paraphernalia quæ ſint,& eorum fructus ad quem ſpectent.

9. *Vxor habet bona triplicis generis, & quænam ſint.*
   Bona paraphernalia quæ ſint, & vnde dicantur, ibid.
   Bona paraphernalia non dicuntur, vbi non eſt dos, ibid.
   Dominium bonorum paraphernalium an transeat in virum,ibid.& 11.
   De bonis paraphernalibus quomodo maritus diſponat,d.num.9.
   Fructus bonorum paraphernalium cuius ſint generaliter,d.num.9.& 11.
10. *Bona in dubio an præſumantur dotalia, vel paraphernalia,& ſequen.*
11. *Quid ſi pactum eſt, vt dominium tranſeat in virum.*
    Item,quid ſi pactum,vt non reſtituantur,niſi in caſu reſtitutionis dotis, ibid.
12. *Hæredes viri an teneantur ad fructus bonorum paraphernalium.*
13. *Bona paraphernalia an habeant tacitam hypothecam cum prælatione, & alia priuilegia dotis.*
14. *Bona paraphernalia an ſint reſtituenda attrita, an verè eorum æſtimatio.*

VESTES per ſocerum, aut maritum vxori factæ, an donatæ videantur. Et quid de ornamentis & aliis iocalibus donatis ab amicis, & conſanguineis viri,ſeu vxoris, an & quando ſoluto matrimonio reſtituenda veniant, cum multis quæſtionibus ad hanc materiam facientibus. Vide Roman. *conſil*. 146. *&* 172. Aretinus *in §. fuerat,Inſtitut.de actionib*. Bartol.*in l.in his rebus §.ſerui, num.2 ff.ſolut.matrimon*. Dynus *in regul. certum eſt, in additionib. pag. mihi* 127. Capell. Tholoſ. *deciſ.366. & ibi in addition*. Caſtrenſ. *conſil*. 428. *part.2*. Alber. *in l.1.num.21.C.de rei vxor.act*. Socin. iun. *conſ.139. num.13.part.2.& conſil.134. num.40. & ſequen. part.1*: Clar. *in §.Donatio, quæſt*. 10. Bald. *in eius practica in tit.de extraordin. quæſtionib. quæſt.7*. Campeg. *de dote part. 2. quæſt. 55.per totam*. Petr. Rauen. *in ſuo Alphabet.iuris, verb.veſtis*. Ioan. Villemat. *in tract. de acquiren. ſucceſſ. colum.5. num.9*. Villaloh. *in communib. opinionib. lit. V. num. 31. & 32*. Alexander omninò *conſil. 42. lib. 5*. ſiue *lib. 1*. Arg. *conſil*. 134. *Quidam nomine Matthæus*. Iaſon *in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos, num.8.ff. de vulgar. & pupill*. Capra *conſil. 74. & conſil. 135. num. 17*. Titizæ. *de teſtament. coniug. pag. 94. à tergo, num. 1. & ſeqq*. omninò Rolandus *conſil.10.num* 8. *& multis ſeqq. vol.1*. Menoch. *de arbitrar. quæſt.caſ*. 118. *lib.2*. Surdus *deciſ.7*. Mantuan. *conſil.166. num.4.8. &* 13. Honded. *conſ.30.lib.2*. 1

Particulariter autem quæro in materia, an veſtimenta & alia donata vxori per maritum, maximè ante contractum matrimonium, & ſic ſponſæ, an, inquam, ſint reſtituenda per ipſam vxorem hæredibus mariti, ſeu potiùs cenſeantur donata. Diſtinguas in hunc modum. Aut iſta veſtimenta, & iocalia ſunt pretioſa, & magni valoris, & tunc dicas; quòd non cenſentur donata, ſed tranſeunt ad hæredes ſponſi, potiùs enim præſumuntur vxori conceſſa,vt ornatior incedat,quàm donata, ſecundùm communem & ſeruatam opinionem, de qua per Tob.Nonium,meum præceptorem,*conſ.91. n.2*. Benincaſ.*de paupert.pag.mihi* 114.*n.6*.vbi quòd quando ſponſus mittit ſponſæ zonas,margaritas, vel veſtes pretioſas, licèt portantes & præſentantes ſponſæ ex parte viri dicant, ex communi vſu loquendi, Sponſus tuus hæc tibi donat,non tamen eſt propria & vera donatio, ſed magis conceſſio ad vſum, vt a

ornatiùs

ornatiùs incedat. Ad quam materiam, videlicet de veſtibus & iocalibus pretioſis vxori per maritum factis, & traditis, an donata cenſeantur, vide omnes Doctores ſuprà allegatos in antecedenti num. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ. 218. lib. 2.* vbi etiam quæ dicantur iocalia pretioſa. Natta *conſ. 147. num. 8. & 9. lib. 1. & conſil. 317. lib. 2.* vbi de iocalibus, & annulis donatis ſponſæ ante contractum matrimonium, & de annulo pretioſi valoris, cum quo vxor ſubarrhatur, quòd ſit vxoris, contra opinionem Baldi, vt ibi per eum.

3 Si verò veſtes & alia vxori per virum donata non ſunt pretioſa, ſed modici valoris, & talia, quæ ad vſum quotidianum deſtinata videantur, & non ornatus cauſa, & iſta ſunt propria vxoris, nec ad hæredes ſponſi tranſeunt, vt per Tob. Nonium *dicto conſil. 92. num. 1.* & idem de annulis & veſtibus, quæ ſunt in vſu quotidiano, concludit Alexand. *in dicto conſil. 42. lib. 5.* ſiue *lib. 2.* & in hac materia vide omninò etiam omnes Doctores ſuprà allegatos *n. 1.*

4 Sed an maritus in eius vita poſſit vxori auferre veſtes, monilia, & alia pretioſa, illi per eum facta; dic quòd non, niſi ſimilia, aut meliora reficiat, vt per Socin. iun. *conſ. 139. num. 12. & ſeqq. part. 2.* Ad quod vide, quæ ſuprà generaliter diximus de veſtibus & iocalibus pretioſis, *num. 2.*

5 Et particulariter an donata vxori per conſanguineos viri ſint ipſius vxoris, an verò tranſeant ad hæredes ipſius viri. Et quid de donatis à conſanguineis vxoris, præter ſuprà allegatos Doctores *num. 1.* vide Villalobos *in communib. opinionib. litera D. num. 155.* Tob. Non. *conſ. 91. num. 6. & ſeqq.* vbi quòd donata vxori per conſanguineos viri, ſunt non vxoris propria, ſed tranſeunt ad hæredes viri, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, quibus reſpondet, vide Rolandum *conſ. 10. n. 8. & ſeqq. vol. 1.*

6 Et quid de veſtibus lugubribus vxori factis per patrem viri, ſeu alium? Dic quòd ſunt per vxorem reſtituendæ, ſi tranſit ad ſecunda vota, vt per Tob. Non. *dicto conſ. 91. num. 11.* vbi loquitur, quando ſcilicet oubit infra annum luctus. Ad quam materiam vide Rolandum *conſ. 10. num. 8. & ſeqq. vol. 1.*

7 Quid autem veniat appellatione ornamentorum, dixi in alio *Repertor. vltim. volunt. quæſt. 62.*

8 Et an maritus liberè teſtari poſſit de veſtimentis & aliis iocalibus vxori donatis, &c. ponit particulariter Tirizæ *de teſtament. coniug. pag. mihi 94. à tergo num. 1. & ſeqq.*

9 Sed quid de bonis paraphernalibus, ad quem ſpectant eorum fructus. Scias in materia, quòd vxor poteſt habere bona triplicis generis, videlicet dotem, bona paraphernalia, & bona penes ſe retenta. In dote maritus lucratur fructus, quia eius dominium in virum tranſit. *l. in rebus. C. de iur. dot. l. dote antillam. C. de rei vendicatione.* Bona paraphernalia dicuntur illa, quæ extra dotem per vxorem marito traduntur, à παρὰ quod eſt *iuxta*, & φερνὴ, quod eſt *dos*, ſecundùm gloſſam *in rubr. C. de pact. conuention.* & Cephal. *conſil. 122. num. 4.* vbi propterea infert, quòd vbi nulla eſt dos, ibi non ſunt bona paraphernalia. Et in iſtis bonis paraphernalibus per vxorem extra dotem marito traditis, maritus eſt tantùm procurator, & adminiſtrator. Cephalus *dicto conſil. 122. num. 3. & ſeqq.* eorum dominium remanet penes vxorem, & fructus ſunt ipſius vxoris, & non viri. *l. finali. C. de pact. conuent.* cum aliis, de quibus per Cephal. *dicto conſil. 121. in diſcurſu, volum. 1.* In bonis verò penes ipſam vxorem per eam retentis, maritus nec dominium, nec adminiſtrationem habet.

l. maritum. C. de procurat. Cephal. *dicto conſ. 122. num. 5.* vbi quòd nec etiam ſine mandato eſt procurator. Super qua bonorum diſtinctione & materia; an & quando fructus bonorum paraphernalium ſpectent ad vxorem, vel ad virum, cum quæſtionibus contingibilibus videas Decium *conſil. 521.* Cotta *in memorab. pag. 659.* Crema *ſingul. 142.* Villalobos *lit. F. num. 175.* Alexander latè *in conſil. 41. & 42. lib. 1. & conſil. 63. volum. 2. & conſil. 144. lib. 5. & conſil. 142. lib. 7.* Afflict. *in deciſ. 44. circa princip. & per tot. num. 8.* Aretin. *conſil. 159. volum. 1.* Socin. *conſil. 82. num. 8. volum. 4.* vbi diſtinguit. Grat. *reſponſ. 54. n. 41. & 42. vol. 1.* Bald. *conſil. 437. n. 2. part. 3. & conſil. 418. num. 1. ead. part. & conſil. 275. ead. part.* vide etiam infrà *num. 12.*

Sed an in dubio bona præſumantur dotalia potius, quàm paraphernalia, vel è contra. In hac quæſtione vide omninò ſuprà tradita, *quæſt. 56. num. 11.* Dicaſque quòd in dubio bona præſumuntur paraphernalia, & non dotalia, maximè quando dos certa per inſtrumentum alia conſtituta eſt, ad hoc enim vt bona dotalia dicantur, neceſſe eſt, vt expreſsè in cauſam dotis tradantur, ſecundùm Cephalum *d. conſil. 122. num. 12. 15. & ſeqq.* 10

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam quòd pactum ſit, quòd iſtorum bonorum dominium tranſeat in virum, vel quòd vir illa non teneatur reſtituere durante matrimonio, ſed tantùm in caſu reſtitutionis dotis, his enim caſibus bona adhuc dicuntur paraphernalia, licet benè verum ſit, quòd durante matrimonio fructus ſunt mariti, & non vxoris, vt per Cephalum *d. conſil. 122. in diſcurſu,* præſertim *num. 13. & 22.* 11

An autem hæredes mariti teneantur vxori ad fructus per ipſum maritum perceptos durante matrimonio, præter Doctores ſuprà generaliter allegatos *num. 9.* vide Baldum *conſil. 437 num. 2. part. 3.* 12

Bona autem paraphernalia non habent priuilegium dotis, ſecundùm Cephalum *dicto conſil. 122. num. 13.* ad quod videas Couarruuiam *variar. reſolution. pag. 116. num. 1.* vbi an vxor pro bonis paraphernalibus habeat tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, ſicut habet pro dote.] Et quòd habeat tale priuilegium, vide *in deciſ. Lucen. 21. num. 13. part. 1.* & dixi aliquid *in Report. iudic. quæſt. 63. num. 5.* 13

Bona autem paraphernalia an ſint reſtituenda ita attrita prout reperiuntur, an verò eorum æſtimatio, dixi ſuprà *quæſt. 27. num. 6.* 14

QVÆSTIO LIIII.

Notarius an poſſit clauſulas conſuetas in inſtrumento apponere, etiam non rogatus. Et ſi non apponat, an habeantur pro omiſſis. Et an tales clauſulæ de ſtylo Notariorum apponi ſolitæ cenſeantur appoſitæ de voluntate partium, & de materia Notarij extendentis clauſulas ſui inſtrumenti.

SVMMARIVM.

1. *Notarius an poſſit non rogatus apponere clauſulas conſuetas generaliter.*

2. *Regulariter Notarius præſumitur rogatus apponere clauſulas conſuetas.*
3. *Quid de clauſula codicillari.*
4. *Quid de conſtitut. ſeu precario, & num.8.*
5. *Quid de iuram. o.*
6. *Quid de hypotheca.*
7. *Quid de guarentigia.*
8. *Quid de pœna, n.10.*
9. *Quid de renunciatione exceptionis diſcuſſionis.*
11. *Quid de ſtipulatione.*
12. *Quid de ſubſtantialibus inſtrumenti.*
12. *Quid de clauſula iure inſtitutionis, ibid.*
13. *Clauſulæ omiſſæ an habeantur pro expreſſis.*
Notarius ſi omiſit clauſulas conſuetas, an poſſit illas extendere, ibid.
14. *& quid ſi parti tradita eſt copia inſtrumenti.*
Notarius nihil poteſt addere, quod mutet ſubſtantiam, ſed tantùm poteſt tacita declarare, d. num.13.
15. *Notarius omittens clauſulas conſuetas, an puniatur de falſo.*
16. *Notarius poteſt extendere abbreuiaturas ex ſui capitis diſcretione.*
17. *Notarius an poſſit extendere inſtrumentum ad conſilium ſapientis, &c.*
18. *& an vnus Notarius poſſit extendere inſtrumentum pro alio.*
19. *Quid in contractu requirente ſcripturam.*
20. *Clauſulæ de ſtylo appon ſolitæ præſumuntur potiùs contra voluntatem partium, quàm de earum conſenſu appoſitæ. Et quid de clauſula codicillari, quid de iuramento, & alia ad materiam, & pluribus ſeqq. & num 26.*
Clauſulæ acceſſoriæ regulantur ſecundùm naturam principalis diſpoſitionis, & illius naturam ſortiuntur, d.n.26.

1 NOTARIO an liceat in inſtrumento apponere clauſulas conſuetas, etiam quòd non ſit rogatus, & de materia vide Iaſon. *in l. 2. num. 31. & ſequen. C. de iure emphyt.* Aymon *conſil. 73. num. 4. volum. 1.* Diaz *regul.* 147. omninò Neuiz. *conſil.* 28. Marſil. *ſingul.* 123. vbi facit regulam affirmatiuam cum tribus limitationibus. Capic. *deciſione* 159. *num.* 39. Tiraquell. *de conſtitut. pag. mihi* 175. *in paruis, limitatione* 31. *& ſequentib.* Cotta *in ſuis memorab. pag. mihi* 607. *& ſeq.* aliàs 484. *in fin. & ſequentib. verſic. Notarius ſimpliciter, & verſ. ſeq.* Maſſ. *de obligat. Cameral. pag. mihi* 127. *al.* 100. Pacen. Schal. *in tract. de conſil. Sapient. pag. mihi* 91. *& ſequentib.* vbi generaliter & diſtinctè ponit totam materiam, omninò Imol. *concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 4. Gabriel *concluſ.* 3. *lib.* 6. *titul. de conſuetudine.* Couarruuias *de teſtament. pag. mihi* 216. *column.* 3. *&* 4. *& pag.* 217. *colum.* 1. vbi pulchrè, aliàs *pag.* 170. *in rubr. de teſtam. num.* 14.

2 Regulariter Notarius poteſt apponere in inſtrumento omnes clauſulas conſuetas, quia tacitè vt illas apponat cenſetur rogatus, ſecundùm Doctores ſuprà allegatos *in num. antecedenti*, præſertim Imol. *ſub dicta concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 4. & Marſil. *d. ſingul.* 123. idem affirmat.

3 Sed quid de clauſula codicillari? An Notarios poſſit eam in teſtamento apponere, ſi teſtator illam apponi expreſsè non dixerit? vide Aymon. *d. conſ.* 75. *num.* 4. *volum.* 1. Imol. *ſub dicta concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 4. Craſſus *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 3. *quæſ.* 16. *tom.* 2. *commun. opin. diuerſ.* vbi dicit, quòd talis clauſula, *ſi non valet iure teſtamenti*, &c. niſi teſtatore ſic ordinante expreſsè in teſtamento apponatur, Notarius non poteſt eam apponere, nec pro appoſita habetur, vt ibi per eam, qui teſtatur de communi. Faciunt dicta infrà *num.* 24.

Et quid de clauſula *Conſtituti*, per Notarium omiſſa, an poſſit eam apponere, & extendere in inſtrumento tanquam præſumatur rogatus, & de materia, vide Tiraquellum *de conſtitut. vbi ſupra pag. mihi* 175. *limitat.* 31. *& ſeqq.* Neuiz. *conſil.* 28. *per totum.* Imol. *ſub dicta concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 4. 4

Et quid de iuramento? an Notarius poſſit iuramenti clauſulam apponere & extendere in inſtrumento, etiam quòd ſpecialiter, & expreſsè non ſit rogatus. Dic quòd ſic, ſecundùm Marſilium, qui dicit contrarium *in dicto ſingul.* 123. *in vltima limitat.* & per Cephalum *conſ.* 88. *num.* 49. *vol.* 1. Contrarium tradit Lambertengus *de contractibus eorum*, &c. *gloſſ. finis quæſt.* 2. *num.* 18. Ad quam materiam faciunt infrà tradita in hac eadem quæſtione *num.* 25. Imol. *ſub dicta concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 4. *& concluſ.* 29. *lib.* 3. *pag. mihi* 626. Cott. *in ſuis memorab. pag. mihi* 607. *& ſeq.* Maſſ. *de obligat. Camer. dicta pag.* 127. aliàs 100. *num.* 17. *& ſeqq.* & Pacen. Schal. *vbi ſuprà, pag. mihi* 93. *cap.* 2. *in fin.* Duenna *regul.* 336. *in* 10. *limitatione. verſ. eſt tamen notandum, cart.* 199. *à tergo, in paruis.* Tiraquell. *de legib. connubial. pag. mihi* 498. *num.* 121. *& ſeq. & pag.* 512. *num.* 199. *& de reuocan. donat. pag.* 119. *in paruis, num.* 167. Neuiz. *d conſil.* 28. *n.* 8. & faciunt infrà tradita *num.* 25. Menochius *conſ.* 37. *num.* 43. *& ſeq lib.* 1. 5

Et quid de hypotheca? an poſſit Notarius illam apponere, etiam quòd ſpecialiter non ſit rogatus. Vide Imolam *ſub d. concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 1. 6

Et quid de guarentigia? vide Imolam *ibidem.* 7

Quid de precario. Imol. *ibid.* Neuiz. *conſil.* 28. *num.* 5. & quæ ſuprà *num.* 4. tradita ſunt de clauſula *Conſtituti.* 8

Quid de renunciatione exceptionis diſcuſſionis, vide *ibidem* per Imol. 9

Quid autem de pœna cenſendum ſit, vide eundem Imol. *ibid.* 10

Quid de ſtipulatione. Imol. *ibidem*, & Cephal. *conſ.* 88. *num.* 48. *vol.* 1. 11

Quid de ſubſtantialibus inſtrumenti, puta in teſtamento de clauſula, iure inſtitutionis, vide ibidem per Imolam. Et dicas quòd Notarius poteſt eam apponere, etiam quòd fuerit omiſſa. Cephalus *dicto conſil.* 88. *num.* 11. Turet. *in ſuo conſil. pro vxore n.* 548. *& ſeq.* 12

Quæro primò in materia. Quando Notarius vult ſuum publicare inſtrumentum, in quo non appoſuit clauſulas conſuetas apponi de ſtylo Notariorum, an iſtæ clauſulæ omiſſæ habeantur pro omiſſis; an verò habeantur pro expreſſis, ex quo ſunt ſemper ſolitæ apponi, & ſic an Notarius in extenſione inſtrumenti poſſit eas apponere, licèt in originali non ſint appoſitæ. Ad hanc quæſtionem faciunt tradita *in Repert. crimin. quæſt.* 69. *num.* 9. vbi poſui, an Notarius poſſit, & quando inſtrumento aliquid addere, vel minuere; ſed quatenus attinet ad propoſitum noſtrum, vide Abbat. *in c. M. de conſtit.* vbi quòd clauſulæ ſolitæ apponi, ſi fuerint omiſſæ, habentur pro omiſſis. Sed contrarium, quòd imò clauſulæ ſolitæ apponi habeantur pro expreſſis, etiam quòd fuerint omiſſæ, traditur per Veſtrium *in pract. pag. mihi* 202. *n.* 34. Ad quod vide Couarr. *var. reſolut. pag. mihi* 258. *n.* 9. vbi generaliter, an quod ſolet ſemper apponi 13

apponi habeatur pro expreſſo, ſi fuerit omiſſum. Imol. *ſub dicta concluſ.* 18. *&* 19. *lib.* 4. Cephalus *dicto conſil.* 88. *num.*16. *& ſequentib. num.* 40. *& ſeqq. num.* 47. *& ſeq. volum.* 1. vbi inter alia dicit, quòd Notarius nihil poteſt addere, & ſupplere de ſuo, quod mutet ſubſtantiam, ſed ſolùm poteſt tacita declarare, ad quod, vt dixi, faciunt tradita *in Repert. crimin. quæſt.*69.*num.*9.

14 Et quid ſi parti eſt tradita copia, an nihilominus Notarius poſſit clauſulas conſuetas & omiſſas apponere & extendere. Vide Imolam *ſub d. concluſ.*18. *&* 19.*lib.*4.& quæ generaliter in propoſito dicta ſunt *in Repert.crimin.quæſt.*69.*num.*13.

15 Et an Notarius omittens in inſtrumento apponere clauſulas conſuetas, puniatur de falſo, dixi *in dicto Repertor.crimin.quæſt.*69.*num.*9.

16 Et quòd Notarius poſſit extendere abbreuiaturam ex ſui capitis diſcretione, tradit Cephal. *dicto conſil.*88.*num.*11.*&*,50.

17 Et quòd Notarius poſſit clauſulas inſtrumenti extendere ad conſilium ſapientis, tradit Cephalus *dicto conſil.*88. *num.*10. 14. *& ſeq.* Sed quomodo ſit facienda talis extenſio ad conſilium ſapientis? & quæ clauſulæ apponi poſſint? & de poteſtate iſtius ſapientis, vide Pacen. Schald. *in tract. de conſil.ſapient.in diſcurſ.* & Cephal. *conſil.*28.*num.*7. *& ſequentib. num.* 37. *& ſeqq. num.* 54. *& ſequentib. num.*66.*& ſeqq. volum.* 1. Imol. *ſub dicta concluſione* 18. *&* 19. *lib.*4.

18 Et an vnus Notarius pro alio poſſit extendere clauſulas inſtrumenti, vide dictum Imolam *ſub prædicta concluſ.*18.*&* 19.*lib.*4.

19 Et quas clauſulas poſſit Notarius apponere & extendere in inſtrumento contractus requirentis ſcripturam, vide *ibidem* per Imolam.

20 Quæro ſecundò in materia, quid operentur, & cuius ſint efficaciæ iſtæ clauſulæ, quæ non de ſpeciali & expreſſa contrahentium commiſſione in inſtrumento apponuntur, ſed tanquam ſolitæ apponi de ſtylo Notariorum apponuntur. Præter tradita infrà *in numeris ſeqq.* vide Pariſium *in Repertorio ſuorum conſiliorum, verb. clauſulæ ſolitæ apponi de conſuetudine*, &c. diſputat & declarat Couarruuias *de teſtam. pag. mihi* 216. *column.* 2. 3. *&* 4. *& pag.*257. *col.*1. vide infrà *num.*23.

21 Clauſulæ omnes in contractu appoſitæ, quæ ad cautelam contrahentium apponuntur, quando probatur contrarium eius, quod important clauſulæ prædictæ, Cephal. *conſil.* 142. *num.* 51. *volum.*1.

22 Clauſulæ omnes in contractu appoſitæ ad cautelam præſumuntur eadem facilitate appoſitæ, qua fuit factus principalis contractus. Cephalus *conſ.* 62. *in fine volum.*1. faciunt tradita per eumdem Cephalum *conſ.*25.*num.*38.39.*&* 42.*& infrà in fragmentis, verſ. Renunciandi facilitas*, &c.*num.*4.*& verſ. Iuramentum, num.*1.

23 Clauſulæ in contractu apponi ſolitæ de ſtylo Notariorum non præſumuntur appoſitæ de voluntate, & intentione partium. Cephalus *conſil.* 94. *num.* 29. *& ſequentib. volum.* 1. vbi declarat. Vide Menochium *de arbitrar. quæſt. caſ.* 144. *num.* 5. *& ſequentib.* vbi quòd imò præſumuntur appoſitæ de voluntate partium. Vide etiam Neuiz. *conſil.* 28. *num.* 8. *& omnibus ſequentib.* vbi quòd clauſulæ, quæ ex ſtylo Notariorum apponi ſolent in inſtrumentis, ſæpè ſunt contra voluntatem contrahentium, & ideò nihil operantur, & ibi arguit pro & contra, & idem tradit Hieron. de Monte *quæſt.* 3. *num.* 45. vbi & concordantes allegat, vide ſuprà *num.*20. Ad materiam vide Manticam *de coniectur. lib.* 3. *tit.* 14. *num.*1. *& ſequentib.* vbi quid de clauſulis teſtamenti, & faciunt tradita *in Repertorio iudicial. verſic. Notariorum imperitia, num.*19.

24 Particulariter autem, an clauſula codicillaris præſumatur in teſtamento appoſita potiùs de ſtylo Notariorum, quàm de voluntate teſtatoris? Dic quòd præſumitur appoſita de voluntate teſtatoris, ſecundùm Menochium *de arbirar. quæſt. dicto caſu* 144. Contrarium, quòd imò clauſula codicillaris potius de ſtylo Notariorum, quàm de voluntate partium appoſita cenſeatur, maximè ſi teſtator ſit ruſticus, vel parauerit ſe ad teſtandum, & non ad codicillandum, pulchrè tradit Ancharan. *quæſt.* 51. *num.* 12. *& plurib. ſequentib. part.* 2. vbi reſpondet ad contraria. Et idem maximè, ſi teſtamentum publicè coram teſtatore & teſtibus lectum ſit, defendit Rolandus *conſil.* 7. *num.* 27. *& ſequentib. volum.* 4. licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Inter quos erat Bartol. quem dicit communiter reiectum, vide Manticam *de coniectur. lib.* 3. *tit.*14.*num.*1.*& ſeqq. & lib.*2.*tit.*10.*num.*1.*& ſeqq.*

25 Iuramentum autem in contractibus ſimiliter apponitur potius de ſtylo Notariorum, quàm de voluntate partium, & ideò talia iuramenta non ſunt trahenda in magnum præiudicium iurantis, vt per Ancharan. *quæſt.* 8. *num.* 15. 2. *part.* & facit, quia eadem facilitate quis præſumitur ductus ad iurandum, qua fuit ductus ad contrahendum, vt infrà dicetur *in fragmentis, verſ. Iuramentum aliquando non operatur.* Faciunt ſuperiùs tradita *num.*5.

26 Clauſulæ omnes acceſſoriæ in contractu, ſeu diſpoſitione, regulariter ſecundùm illum contractum, ſeu diſpoſitionem, ſuper qua interponuntur, & illius naturam ſortiuntur, gloſſ. *in l. ſi patronus. §. præterquam. ff. ſi quid in fraud. patr.* Put. *deciſ.*1.*num.*2. *lib.*1.& dixi *in Repert. iudic. in materia acceſſorÿ q.* 83. *num.*51.

QVÆSTIO LIV.

Abſenti an & quando Notarius, ſeu alia perſona ſtipulari poſſit, quandóve abſenti quæratur actio ſine ceſſione & ratificatione, & alia in materia donationis facta abſenti.

SVMMARIVM.

1. *Alteri ſtipulari quando quis poſſit, generaliter, ibid.*
   Pater, coniunctus, ſeu amicus quando alteri ſtipuletur, ibid.
2. *Notarius pro abſente quando ſtipuletur.*
   Quid ſi non ſtipuletur tanquam publica perſona, ibid.
3. *Abſenti an actio acquiratur ſine ceſſione & ratificatione, & ſeqq.*
5. *Quid in contractu vltrò, citroque obligatorio.*
6. *Quid in actione perſonali, ſeu hypothecaria.*
   Quid in acquiſitione dominÿ, vel poſſeſſionis, ibid.

Quid in conſtituto, ibid.
7. *Pax facta abſenti quando valeat, &c.*
8. *Donatio facta abſenti quando valeat, & ſeqq. & num. 12. & ſeq.*
& in dubio donatio an præſumatur facta præſenti, ibid.
9. *& an donatario acquiratur ius ante ratificationem, & ſeqq.*
10. *& an ſaltem donatarij requiratur ſcientia.*
11. *& an donatio poſſit reuocari ante ratificationem.*
12. *& quid de donatione facta Eccleſiæ, vel pauperibus.*
13. *& an in donatione requiratur nuncius, vel epiſtola.*
& an adeptio poſſeſſionis rei donatæ, ibid.
15. *Renunciatio facta abſenti an valeat.*
Ratificatio eſt neceſſaria, vbi agitur de incommodo abſentis, num. 5.
Item nec eſt neceſſaria, quando donatarius poſſidet res donatas, num. 8.
16. *Stipulatio facta abſenti iurata valet.*
17. *Iudex poteſt alteri ſtipulari.*
Idem in debitore ſtipulante pro ſuo creditore, ibid.
Idem in ſtipulante pro ſuo Procuratore, ibid.

1 STIPVLARI alteri an & quando quis poſſit, etiam qoòd non ſit Notarius. Vide Aymon. *de antiquit. temp. pag. mihi* 124. *num.* 64. Couarru. *variar. reſolut pag. mihi* 241. *num.* 13. *verſ. quantum verò*, vbi quomodo ſtipulans alteri ei acquirit. Imol. *concluſ.* 46. *lib.* 3. vbi facit regulam cum ampliationibus & limitationibus. Natta *conſil.* 131. *num.* 31. *& ſeqq.* vbi an pater poſſit ſtipulari filiis, vel nepotibus. Plaça *in Epitom. delict. pag. mihi* 740. *cap.* 43. vbi quando coniunctus, ſeu maximus amicus alteri ſtipuletur, omninò Gabriel. *concluſ.* 1. *tit. de verb. oblig.* vbi laoſſimè Aymon *de antiquit. tempor. cart.* 45. *num.* 48. Sexdecim caſus quibus quis alteri ſtipulari poteſt remiſſiuè ponit Seraphinus *de priuileg. iurament. priuileg.* 25. *in princ.*

2 Notarius autem an & quando pro abſente, & ſic alteri ſtipulari poſſit, & generaliter de materia præter infraſcripta, vide Pariſium *conſil.* 77. *num.* 22. 23. 28. *& ſeqq. volum.* 1. *& conſil.* 12. *num.* 110. *volum.* 2. latè Tiraquell. *de conſtitut. pag. mihi* 110. *in* 30. *limitatione per totam.* latè etiam Roland. *conſil.* 19. *num.* 9. & 16. *cum ſequentib. num.* 26. *& ſeqq. volum.* 1. Couarruuias *variarum reſolutionum pag. mihi* 238. *num.* 11. *& ſequentib.* Dec. *conſil.* 531. *num.* 10. Viui. *in communib. opinionib. cart.* 162. *in paruis.* Imol. *dicta concluſ.* 46. *lib.* 2. *pag. mihi* 523. vbi quòd Notarius poteſt alteri ſtipulari abſque eo quòd dicat, *mihi Notario tanquam publica perſona ſtipulanti*, &c. Dic quòd Notarius poteſt alteri ſtipulari ſine dubio, vt per Seraphinum *priuileg.* 24. *num.* 4. eſt textus *in l.* 2. *&* 3. *ff. rem pupilli ſalu. for. l. obſtiti, & l. qui mihi ff. de donat. l.* 1. *C. de acquir. poſſeſſ.*

3 Sed quando Notarius pro abſente ſtipuletur, an abſenti quæratur actio abſque alia ceſſione, ſeu ratificatione, vide in primis omninò Imolam, Roland. Tiraquell. & alios ſuprà allegatos *in antecedente num.* Plot. *in l. ſi quando num.* 12. *C. vnde vi.* Cagnol. *in l. ſi libraria num.* 64. *ff. de reg. iur.* vbi quòd per Notarium non quæritur abſenti actio abſque ratificatione, & ibi teſtatur de communi, & quòd eam totos mundus obſeruat. Nota, quòd ſequuta ratificatione ſine dubio quæritur actio. *Deciſ. Aueniononenſ.* 91. *poſt num.* 3. Sed an ſine ratificatione, dic vt paulò antè hoc eodem verſic. Ad hanc materiam vide Gabriel. *ſub dicta concluſ.* 1. *tit. de verb. obligat. num.* 97. *& ſequentib.* adde Galleſium *in* 3. *quæſtione ad quintam particulam num.* 1. vbi quòd ex ſtipulatione Notarij licèt abſenti quæratur actio ſine ceſſione, tamen ratificatio requiritur, aliàs obligatio euaneſcit. Et ibi teſtatur de communi. Vide in materia etiam Doctores infrà allegatos *num.* 9. & allegatos per Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 2. *concluſ.* 52. *verſ. inter alias*, &c. & omninò Seraph. *de priuileg. iurament. priuileg.* 24. & 25. &c.

Dicas, quòd abſenti quæritur vtilis actio ſine alia ceſſione Notarij, & abſentis ratificatione. Pariſ. *conſil.* 69. *num.* 136. & 148. *& ſeq. volum.* 3. *cart.* 98. *& conſil. crimin. diuerſ. tom.* 2. *in magnis* 93. *num.* 7. vbi de magis communi, *& conſil.* 97. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi ſimiliter de veriori, & magis communi. Et hanc poſt multa dicit veriorem, magis communem & ſeruatam opinionem, Oſaſc. *in deciſ. Pedemont.* 33. licèt contrarium conſulatur *in eodem tom.* 2. *conſil. crimin. diuerſ.* 94. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi de communi, *& conſil.* 96. *num.* 8. Sed contrà *num.* 3. *antecedente.* 4

Limitatur hæc communis concluſio I. vt non procedat in contractu vltrò citróque obligatorio: quia tunc videtur neceſſaria ratificatio ipſius abſentis, vt *in dicto conſil. crimin. diuerſ.* 94. *num.* 14. Cephal. *conſil.* 33. *num.* 13. *& ſeqq.* & eſt magis communis opinio, vt per Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.* 52. *verſic. Sextus caſus eſt, & ſeq.* vbi ex hoc generaliter infert, quòd quando contractus poteſt ſe habere ad incommodum & commodum abſentis, & multò magis ſi ad incommodum tantùm, tunc abſentis ratificatio eſt neceſſaria, adeò quòd ſi moriatur ante ratificationem, eius hæredes non obligantur, nec poſſunt ſe iuuare ex illo contractu. 5

Limita II. vt eadem concluſio procedat in actione perſonali, ſeu hypothecaria. In quibus non eſt neceſſaria ratificatio, ſecùs in poſſeſſione, ſeu dominio, quæ abſenti non acquiruntur ſine ratificatione, vt *in dicta deciſ. Pedemon.* 33. *num.* 12. Ad quam materiam, quando ſcilicet per conſtitutum transferatur poſſeſſio, ſeu dominium in abſentem, pro quo ſtipulatur Notarius, vide Tiraquellum *de conſtitut. dicta* 30. *limitatione.* Roland. *dicto conſil.* 12. *num.* 7. 8. 23. *& ſeqq. volum.* 1. contra cuius dicta conſuluit Natta *conſ.* 189. *num.* 2. *volum.* 1. vide Ancharanum *quæſt.* 2. *num.* 1. *part.* 2. vbi quòd conſtitutum non operatur, niſi fiat præſenti, quia ſi fiat abſenti, non operatur ante ſequutam ratificationem. 6

An autem pax facta abſenti valeat abſque alia ratificatione, & de materia, dixi *in Repertor. crimin. quæſt.* 37. *num.* 41. *& ſeqq. & in fragmentis verſic. Pax, num.* 4. 7

Sed an & quando donatio fieri poſſit abſenti, vide Socinum *regul.* 107. Viui. *in communib. opinionib. cart.* 44. vbi etiam an in dubio præſumatur facta præſenti, vel abſenti. Et alia ad materiam ibi videas omninò apud Clarum *in* §. *Donatio quæſt.* 11. *in princip. & verſ. ſed poſſe*, vbi quòd donatio facta abſenti, nemine pro ea acceptante non valet. *l. abſenti. ff. de donat.* etiam quòd donatarius poſſeſſionem acquiſierit rei donatæ. Sed ſi Notarius pro eo eſt ſtipulatus, & donatarius poſſideat res donatas, non eſt neceſſaria alia ratificatio, & donatio valet. 8

Ioſeph.

Ioſeph. *d. concluſ.*12. *in* 5. *caſu.* Vide ad hanc materiam omninò regulam cum ampliationibus & limitationibus per Anton. Theſaurum *deciſ. Pedemont.*70.

9 Sed an in donatione acquirenti abſenti, pro quo Notarius ſtipulatur, actio abſque alia ceſſione, ſeu ratificatione. Vide ad hanc materiam Doctores ſuprà generaliter allegatos *num.*2. *& ſeqq.* & particulariter Roland. *conſil.*19. *per totum. volum.*1. Clar. *in* §. *donatio, quæſt.*12. *&* 13. Cephal. *conſil.*33. *volum.* 1. *per totum*, cuius contrarium conſuluit *in conſil.*440. *num.*30. *& ſeqq. lib.*3. Plot. *in l. ſi quando, num.*12. *C. vnde vi*, & quòd non ſit neceſſaria ratificatio, & quòd ante ratificationem donatario acquiratur ius, traditur *in conſil. crimin. diuerſ. tom.*2. *in magnis* 93. *num.*7. vbi de veriori, & magis communi, *& conſil.* 97. *num.*1. *& ſeqq. & deciſ. Pedemont.*33. *num.*12. licèt contrarium dicatur *in eodem conſilio crimin.* 94. *num.*4. *& ſeqq.* Quòd donatario acquiratur actio abſque alia ceſſione Notarij, non videtur dubitandum, ſecundùm Clar. *in d. quæſt.*13. *verſ. primo ergo caſu.* Vide Ioſeph. Ludouic. *in commun. opin. lib.*1. *concluſ.*52. *verſ. primus caſus eſt, & ſeq.* vbi quòd quando donatio eſt ſimplex, vel cum paruo onere reſpectu donationis, non eſt neceſſaria abſentis ratificatio, quia cùm tractatur de lucro, diſpoſitio in abſentem prius ſortitur effectum, quàm ad ipſum perueniat. Ideo abſente mortuo ante ratificationem, eius hæredes poſſunt illam ratificare, & interim nec donans, nec donantis hæredes poſſunt illam reuocare, ſecundùm magis communem, de qua *ibi*, licèt Cephal. *in conſil.*440. *num.*30. *& ſeq. lib.*3. ſibi contrarius contrarium dixerit. Vide ad materiam Anton. Theſaur. *deciſ.*70. *Pedemont. per totam, in diſcurſu.*

10 Et particulariter, quòd licèt donatario ius acquiratur ſine ratificatione, ſit tamen neceſſaria eius ſcientia, tradit Menochius *de arbitr. quæſt. caſu* 185. *num.*31. Aymon. *conſil.* 265. vbi quòd donationis acceptatio inducitur ex ſola ſcientia donatarij.

11 Et quando hæc donatio facta abſenti poſſit ante illius ratificationem reuocari, videas per Clarum, Cephalum, & alios ſuprà allegatos *num.*9. Moron. *de fide, &c. pag. mihi* 184. *num.*3. vbi quòd ante ratificationem donatio facta abſenti non valet, & poteſt eo medio tempore reuocari, vide infrà *n.*14. & Anton. Theſaurum *deciſ. Pedemont.* 70. *in diſcurſu.*

12 Et quid de donatione facta Eccleſiæ, ſeu pauperibus abſentibus, videas per Clarum *vbi ſuprà*, videlicet *in quæſt.*12. *verſ. Item quæro*, vbi quòd nec iſto caſu valet donatio, niſi aliquis eorum nomine acceptet donationem. Vide Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.*52. *verſ.*4. *caſus eſt.* Theſaur. *concluſ. Pedemont.*70. *num.*10.

13 Item in donatione facta abſenti an ſaltem requiratur nuncius, vel epiſtola, & adeptio poſſeſſionis rei donatæ, vide *ibidem* per Clarum, videlicet *in quæſt.*41. *in princ. & verſ. ſcias tamen*, vbi qòòd per nuncium, vel epiſtolam fieri poteſt donatio abſenti, dummodo ille nuncius ſit ad hoc ſpecialiter à donante deſtinatus. In materia dic quòd abſenti poteſt donatio fieri interueniente nuncio, vel epiſtola, ſiue incipiat à traditione, ſiue etiam à promiſſione: ſine autem nuncio, vel epiſtola non valet donatio facta abſenti. Anton. Gomez *titul. de donat. num.*2. vbi hoc probat iure, atque authoritate.

14 Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.*11. vide omnino Clarum *in d. quæſt.*15. *verſ. Primo ergo caſu, & ſeq.* vbi relatis contrariis dicit magis communem opinionem eſſe, quòd qoando Notarius ſtipulatur pro abſente, & ante abſentis ratificationem, donans non poteſt donationem reuocare, nec rem donatam alteri donare, niſi etiam in ſecundum donatarium poſſeſſionem dictæ rei donatæ transferat, quia tunc reuocatio donationis ante ratificationem abſentis iuncta ſecunda donatione & traditione rei donatæ valet, non obſtante prima donatione, vt ibi per eum. Ad quod faciunt generaliter tradita de ſecunda donatione ſuprà *quæſt.*5. Quòd non poſſit hæc donatio reuocari etiam ante ratificationem, tradit Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.*52. *verſ. Primus caſus eſt*, vbi de magis communi. Licèt Cephal. *in conſil.*440. *num.*3. *& ſeq. lib.*3. contrarium dixerit. Vide Antonium Gomez *titul. de donat. num.*3. vbi videtur concludere, quòd donatio facta abſenti per ſimplicem nuncium, vel epiſtolam poteſt ante ſcientiam, & ratificationem donatarij reuocari, ſecus ſi eſſet facta nuncio non ſimplici, ſed Procuratori ſpecialiter à donatario conſtituto ad recipiendam donationem, & conſidera eius dicta.

Renunciatio facta ad fauorem abſentis nemine 15
pro eo recipiente, an valeat. Vide infrà *verſic. Renunciatio, num.*13. & ponas hîc.

Stipulatio validatur iuramento promittentis, 16
etiam quòd fiat abſenti. Dixi infrà *in fragment. verſ. Iuramentum, num.* 14. & ibi tradita ponas hîc.

Adde in materia tres caſus, in quibus alteri 17
quis ſtipulari poteſt, quos ponit gloſſ. *in* §. *ſi quis alij quam, de inutil. ſtipulat.* Primò in domino ſtipulante procuratori ſuo. Secundò in debitore ſtipulante creditori ſuo. Tertiò in iudice, qui alteri ſtipulari non prohibetur. Refert & ſequitur Put. *deciſ.*12. *num.*8.9. *&* 10. *lib.*1. vbi *num.*21. quòd iſto caſu tranſit actio vtilis abſque alia ceſſione. Sed contrà *ibi num.*22.

QVÆSTIO LV.

Nullum quod eſt, nullum debet ſortiri effectum. Item, Quod nullum eſt, ratificari non poteſt, & ſimilia.

SVMMARIVM.

1. *Nullum quod eſt, nullum ſortitur effectum, & de materia.*
2. *Paria ſunt non eſſe, & nullum eſſe.*
3. *Nullum quod eſt, reuocari non oportet.*
4. *Nullum quod eſt, non facit committi pœnam.*
5. *Quod ab initio eſt nullum, tractu temporis non conualeſcit.*
6. *Nullum quod eſt, nullum præſtat impedimentum.*
7. *Sententia nulla nihil operatur.*
8. *Appellare an ſit neceſſe ab actu & ſententia nulla.*
9. *Nullum quod eſt, ratificari non poteſt.*
   Nullitatis cauſa ceſſante, an actus reconualeſcat, ibid.
10. *Confirmatio an trahatur ad actus nullos.*
11. *Proceſſus nullus non valet, etiam parte non opponente.*
12. *Voluntas ex actu etiam nullo probatur.*

1 NVLLVM quod eſt, nullum debet ſortiri effectum. Socinus *conſil.* 18. *num.*20. *volum.*1. Pariſius *conſil.*175.*in princip. volum.*4. latè ex hac regula infert ad multa Felinus *in cap. ex tenore num.*4. *& ſeqq. de reſcript. & num.*7. *& ſeqq.* vbi limitat regulam aliquibus modis. Ad materiam huius regulæ vide inferentem Cottam *in memora. verſ. Actus nullus, pag.*11. *& ſeqq.*

2 Et id quod non eſt, vel nullum eſt, à pari procedunt. Paleott. *conſil. crimin. diuerſ.*85. *col.*1. *verſ. ſed ſic eſt.* Grat. *reſponſ.*80. *num.*6. *part.*2. Roland. *conſil.*73. *num.*28. *volum.* 2. *& conſil.*41. *num.*5. *&* 6. *volum.*1.

3 Item quod nullum eſt, reuocari non oportet. Turzan. *opin.*158. Sed an ab actu nullo ſit neceſſe appellare, dicetur infrà *num.*8.

4 Item quod eſt nullum, non facit commitri pœnam. Vide ad materiam Iaſon. *in l. vbi pactum n.*10. *in fine, & ſeqq. C. de tranſact.* Aymon. *conſil.*191. *num.*6. *&* 7. Rip. *in l.*1. *num.*24. *ff. de vulgar. & pupill.* Ponitur materia *in l.*1. *§. hac vltima verba. ff. quod quiſque iuris.* Tiraquell. *de legib. connubial gloſſ.*8. *pag. mihi* 151. *num.*105. *& ſeqq.* de qua etiam dixi aliquid *in Repertor. crimin. in fragment. verſ. Pœna an committatur ex actu nullo, num.*8. quibus adde Roland. *conſil.*38. *num.*19. *& ſeqq. volum.*1. Aymon. *de antiquit. tempor. cart.* 227. *num.*12. *& ſeqq.* Decius *in cap. ex tenore num.*23. *& ſeqq.* & omninò *ibidem* Felin. *num.* 9. *de reſcript.* Cott. *in memora. verſic. actus nullus.* Vide quoque *in fragmentis verſ. lex. num..*

5 Item quod nullum eſt ab initio, tractu temporis conualeſcere non poteſt. *l. quod ab initio. ff. de regul. iur.* cum concordantibus per Bombin. *conſil.*7. *num.*8. & vide infrà *ſub num.*9. Intellige dummodò ſit nullum ipſo iure, aliàs ſecus. Tiraquell. *de reuocan. donat. verb. reuertatur num.*414. Poſui *in fragmentis, verb. Lex.*

6 Item quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum. Menochius *de arbitr. quaſt. caſu* 201. *num.*56.

7 Sententia nulla non meretur nomen ſententiæ, nec producit aliquem effectum ſententiæ *l.*4. *§. condemnatum*, vbi Iaſon, Ripa & alij. *ff de re iudic. Clementina Paſtoralis eodem tit.* Alexand. *conſil.*147. *num.*4. *lib.*6. Afflict. *decif.*181. *num.*4. Roland. *conſil.*41. *num.*6. *volum.*1. Hæc ponas *in tit. de ſentent. in* 1. *quaſt. in princip.* vbi ponitur quæ requirantur ad ſententiæ validitatem.

8 Ideo à ſententia & actu nullis non eſt neceſſe appellare. *l. ſi expreſſim*, vbi Bart. & alij. *ff. de appellat.* Specul. *in tit. de appellat. §.*1. *num.*11. In quo aduertas, quòd licèt à ſententia & actu nullo non ſit neceſſe appellare, vt per Lancellotum *in ſuo tract. de de attentat. cap.*11. *in* 6. *ampliat.* tamen poteſt quis, ſi vult, appellare, vt ibi per eum, vbi nonnulla de effectu appellationis ab actu nullo, & faciunt ſuprà tradita *num.*3.

9 Nullum quod eſt, ratificari nun poteſt, *Deciſ. Pedemont.*34. *num.*12. vbi, quod nullum eſt, confirmari non poteſt, nec debet. Iſta materia videtur potiùs extendenda, cum materia ratificationis, de qua *in Repert. Iudic. verſ. Ratificatio, in diſcurſu*, quàm cum hac quæſtione ideò conſidera, vbi meliùs poni poſſit. Sed ad rem vide Calcaneum *conſil.*16. *num.*56. Pariſium *conſil.*49. *n.*12. *&* 61. *& conſil.*100. *num.*66. *volum.*1. Ad quam materiam vide Cephalum *conſil.*51. *num.*9.13. *& ſeqq. num.*43. *& ſeqq.* vbi diſputat, & declarat. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.*760. *num.*330. *& ſeqq.* Pariſ. *conſil.*49. *num.*27. *cart.*96. *volum.*1. *& conſil.*43. *num.*34. *& ſeq. cart.*46. *volum.*4. vbi an id, quod eſt nullum ex aliqua cauſa, ratificetur ſi eadem impedimenti cauſa ceſſet, de quo etiam aliquid per Lambertengum *de contractib. gloſſ. finis num.*185. Virgil. Boccac. *in Conſtitutionibus Marchia gloſſ.*8. *num.*77. vbi quòd actus nullus ratione perſonæ, poteſt ratificari ab eadem perſona, in qua ceſſet impedimentum, vt ſuprà *num.*5. Gemin. *in cap.*1. *de Regul. in* 6. *num.*5. *in fine*, vbi dicit, quòd nullum poteſt per nouum conſenſum ratificari, vt ex nunc, & non prout ex tunc. Quod declara vt per Simoncell. *de decreto lib.*3. *tit.* 9. *num.*18. *& in præfatione num.*51. *& ſeqq.* vbi quòd conſenſus ſuper actu nullo nihil operatur. Adde Lambertengum *de contractib. gloſſ. finis num.*186. *&* 198. vbi quòd ratificatio actus nulli ipſo iure non trahitur retro, præſertim ſi ſit nullus defectu formæ. *ibidem num.*199. & quòd ratificatio hominis actus nulli non retrotrahatur, ponit Virgil. Boccac. *in Conſtitut. March. gloſſ.*8. *num.*176. *in fin.* Et poſui *in fragment. criminalib. verb. lex.* Et ad hæc faciunt particulariter tradita *in Repert. Iud. in fragmentis, verſ. Ratificatio*, quando faciat actum valere ex tunc, &c. Dicas quòd ſi actus eſt nullus ipſo iure, tunc ratificatio etiam facta re integra & tempore habili non facit actum valere ex tunc, ſed ex nunc, ſecus ſi actus non eſſet nullus ipſo iure, ſed veniret annullandus iuris remediis opportunis, quia tunc retrotrahitur, & operatur ex tunc, vt *in deciſ. Lucen.*18. *num.* 13. *& ſeqq. part.*1. Vide Corſet. *ſingul. pag.*186. *verb. pupillus, verſ. & reſpondet*, vbi an contractus nullus defectu conſenſus poſſit ratificari. Aduerte etiam quòd id, quod nullum eſt, ipſo iure ratificari non poteſt, ſecus id quod eſt nullum, ſed non ipſo iure. Tiraquell. *de reuocand. donat. ver. reuertatur num.*415. *& ſeq.* vbi etiam quando iſto caſu ratificatio retrotrahatur, & quando non, & concludit idem, quod in deciſione Lucen. de qua paulo ſuperiùs hoc eodem num. & poſui *in fragmen. criminal. verb. Lex.*

Item, quod nullum eſt, non cenſetur confirmatum; quia confirmatio regulariter non trahitur ad 10
actus nullos. Cotta *in memoral. pag. mihi* 163. *&* 656. vbi de materia. Roland. *conſil.* 29. *num.* 35. *volum.*1. *& conſil.*71. *num.*46. *& ſequentibus volum.*2. vbi limitat in confirmatione facta ex certa ſcientia. Marſil. *ſingul.*196. vbi optimè declarat materiam, *conſil. crimin. diuerſ.* 125. *num.*14. *pag.*132. *in magnis, tom.*1. vbi quòd confirmatio non trahitur ad ſtatuta nulla, & quæ non ſunt in viridi obſeruantia, nec moribus vtentium recepta. Cephal. *conſil.* 133. *num.* 101. *& ſequentibus, volum.* 1. vbi quòd Principis confirmatio non validat actus nullos, & inualidos in præiudicium tertij, nec Princeps id velle præſumitur. An autem confirmatio trahatur ad iniuſta, & iniqua, vide infrà *in fragmentis verſ. Confirmatio*, &c. *num.*5. & poſui *in fragment. crimin. verb. Lex.*

Nullus ſi eſt proceſſus, non valet etiam parte 11
non opponente. Romanus *ſingul.*347.

Nullus licèt ſit actus, probat tamen agentis 12
voluntatem. Dixi infrà *verſic. Voluntas, numer* 4. *in fragmentis, inter diuerſa*, vbi poſita ſcribas hic.

QVÆSTIO LVI.

Princeps quando poſſit, ſeu præſumatur tertio in iure quæſito, vel quærendo præiudicare.

SVMMARIVM.

1. *Princeps quando poſſit iuri tertij præiudicare, generaliter.*
3. *Princeps ſine cauſa non poteſt ius tertij tollere.*
4. *Amplia, nec etiam de plenitudine poteſtatis, & ſeq.*
6. *Amplia, nec ex certa ſcientia.*
7. *Amplia, nec ex motu proprio.*
8. *Amplia, nec ſoluto pretio, aut data recompenſa, & 26.*
9. *Amplia, vt nec vtile dominium poſſit auferre.*
10. *Amplia, vt nec per indirectum poſſit præiudicare, & 18.*
   Quid ſi prohibeat ſuis officialibus, vt illum tertium non audiant, ibid.
   Quid ſi reſcribit cum clauſula, ſublata aliter iudicandi poteſtate, num. 30.
11. *Amplia, vt nec per viam ſtatuti poſſit tertio præiudicare.*
12. *Amplia, vt nec etiam in iure quærendo, nec in ſpe quærendi ius.*
13. *Princeps quando præſumatur voluiſſe tertio præiudicare.*
   Princeps quando præſumatur voluiſſe poſſeſſionis commodo aliquem priuare, ibid.
14. *Quid in iure quæſito de iure ciuili, poſitiuo, gentium, vel naturali.*
15. *Princeps an poſſit prohibere duci aquam de flumine publico.*
16. *In modico Princeps an poſſit præiudicare, & n. 23.*
17. *Quid ſi præiudicando fit reductio ad ius antiquum.*
18. *Quid ſi præiudicium fiat in conſequentiam, & non principaliter.*
19. *Princeps cum cauſa poteſt tertio præiudicare, & ſeqq.*
20. *An ex cauſa publica vtilitatis, & ſequentib. pluribus.*
22. *An pro bono pacis, & ſeqq.*
23. *Quid in officialibus Principis.*
24. *Quid in Principe inferiore.*
28. *Quid ſi cauſa publica vtilitatis ceſſat.*
29. *Cauſa an & quando præſumatur in Principe & ſeqq. pluribus.*
30. *Principi aſſerenti de cauſa, quando credendum ſit, & ſeqq. pluribus.*
31. *Quid ſi nulla poteſt imaginari cauſa.*
34. *Quid ſi ex conceſſione Principis oritur ſcandalum.*
36. *Quid ſi Princeps præiudicet tertio non ſubdito.*
38. *Quid in Principe reſcribente contra voluntatem teſtatoris.*
39. *Quid ſi cauſa per Principem aſſerta non eſt bona.*
40. *Princeps quando poſſit clericum beneficijs priuare.*
   Vel vaſallum feudo, ibid.

1 PRINCEPS an & quando poſſit ius tertij auferre, & tertio præiudicare, præter infra ſcripta videas generaliter Imolam *concluſ.* 15. *lib.* 5. vbi latiſſimè Cephalus *conſil.* 96. *num.* 5. 7. 11. 32. *&* 33. *volum.* 1. Marſil. *ſingul.* 25. Sarmient. *in regul. cancell. de iur. quæſito non tollendo.* Roland. *conſil.* 3. *num.* 27. *& ſeqq.* 123. 125. 126. 131. 134. 135. 124. *& ſeqq. volum.* 1.

Facias in hac materia duas principales regulas, vnam ſcilicet negatiuam; alteram verò affirmatiuam. 2

Prima ſit regula negatiua, quòd Princeps ſine cauſa non poteſt tertio in iure ſuo præiodicare. Ita poſt Imolam & alios ſuprà allegatos *in num.* 1. tradit Menoch. *de arbitr. quæſt. quæſt.* 48. *num.* 6. *lib.* 1. 3

Amplia I. quòd nec poteſt id facere de plenitudine poteſtatis. Principis enim poteſtas alia eſt abſoluta, & plena; alia eſt ordinaria, ſuper qua diſtinctione, vide Antoninum Theſaurum *deciſ. Pedemont.* 91. *num.* 1. *& ſeq.* ſed ad materiam vide Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. Menoch. *d. quæſt.* 48. *num.* 7. Sarmient. *ſelect. interpret. cap.* 8. *lib.* 1. *num.* 10. & faciunt in propoſito tradita in materia clauſulæ de plenitudine poteſtatis, vbi quòd talis clauſula non operatur, quando agitur de præiudicio tertij. 4

Quandò autem Princeps cenſeatur vti plenitudine poteſtatis, vide Roman. *ſingul.* 764. Sarmient. *in regul. Cancell.* Marſil. *ſing.* 84. Viui. *in communib. opinionib. cart.* 140. *verb. iure, &c. in parnis.* Aym. *de antiq. temp. cart.* 16. *num.* 39. *& ſeqq.* Faciunt io ſimili tradita *in ſeq. quæſt. num.* 4. 5

Amplia II. quòd nec etiam poteſt Princeps tertio præiudicare in iure quæſito ex certa ſcientia, ſecundùm magis communem, de qua per Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. & Cephalum *conſil.* 133. *n.* 94. *&* 110. *volum.* 1. quem videas, & faciunt tradita in materia clauſulæ, *ex certa ſcientia*, vbi poſui quòd talis clauſula non operatur in præiodicium tertij, vide etiam aliquid infrà *ſub num.* 13. 6

Amplia III. vt nec etiam Princeps procedendo ex motu proprio poteſt ius tertió quæſitum auferre, ſecundùm Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. & faciunt tradita io materia clauſulæ, *Motu proprio*, &c. vbi quòd talis clauſula non operatur in præiudicium tertij. Vide aliquid infrà *num.* 33. 7

Amplia IV. vt nec etiam ſoluto pretio poteſt Princeps rem ſuam alicui inferre, ſecundùm Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. ad quod etiam faciunt infrà tradita *num.* 26. 8

Amplia V. vt non ſolùm directum dominium, ſed nec etiam vtile poſſit per Principem ſine cauſa adferri, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. 9

Amplia VI. vt nec etiam per indirectum poſſit Princeps ius tertij tollere, vt per Imol. *in d. concluſ.* 15. *lib.* 5. vbi videas. Vide tamen in propoſito Roland. *conſil* 45. *num.* 23. *volum.* 4. vbi licèt Princeps non poſſit ſine cauſa tollere ius quæſitum tertio, poteſt tamen benè ordinare, quòd ille tertius non audiatur à ſuis officialibus & Magiſtratibus, & ſic videtur quòd per indirectum tollat ius tertij. Ad materiam vide aliquid infrà *num.* 18. *& ſub num.* 30. oetnon & in ſequenti quæſtione *num.* 6. 10

Amplia VII. vt nec etiam per viam ſtatuti poſſit Princeps tollere ius tertij, ſecundùm Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. vbi tamen poſtea *in pag.* 244. *in* 9. *limitatione*, videtur contrarium aſſerere. Vide infrà *verſ. Statutum, num.* 7. 11

Amplia VIII. vt ſine cauſa Princeps non ſolùm non poteſt tollere ius quæſitum in re, ſed nec etiam ius ad rem, & ſic nec ius quæreodum, nec ſpem quærendi ius, vt per Sarmient. *ſelect. interpretat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. licèt aliqui ibi per eum relati 12

contrarium

contrarium dixerint. Ad quam materiam, quando ſcilicet Princeps poſſit tertio præiudicare in iure quærendo, vel iure conſiſtente in ſpe, vide Cephalum *conſil.* 12. *num.* 8. & 38. *volum.* 1. Imol. *ſub dicta concluſ.* 5. *lib.* 5. *in* 12. *limitat. pag.* 944.

13 Amplia IX. vt non ſolùm Princeps non poſſit tertio præiudicare, verùm etiam quòd nec præſumatur, quòd voluerit præiudicare. Ceph. *conſil.* 96. *num.* 5. 6. 7. 11. 32. & 33. *volum.* 1. vbi declarat. Ruin. *conſil.* 4. *col. penult. volum.* 3. Imol. *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. *in* 12. *limitatione.* Latè hanc ampliationem exornat. idem Cephal. *conſil.* 133. *num.* 101. & *ſeqq.* vbi *num.* 106. & *ſeqq.* quòd quando apparet de expreſſa eius voluntate, intelligitur de paruo præiudicio. Ad quod particulare vide aliquid infrà *num.* 16. & ad materiam faciunt tradita *in Repertor. iudic. verſ. reſcriptum num.* 7. *in fragmentis. Deciſ. Pedemont.* 139. *num.* 19. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1003. *num.* 12. vide in propoſito latè ampliantem Brunor. à Sole *quæſt.* 19. *num.* 11. & *ſeqq. vſque ad num.* 18. & licèt poſſit Princeps in modico præiudicare, vt dixi infra *num.* 16. tamen non præſumitur niſi in modico voluiſſe præiudicare. At quando clarè conſtat, quòd voluit præiudicare, præſumendum eſt quòd voluerit præiudicare in modico, & non in magno præiudicio. Tiraquell. *in tract. de iudic. in reb. exig. pag.* 42. *verſic.* 61. vbi reſpondet contrariis, & licèt quando Princeps reſcribit cum clauſula, *Ex certa ſcientia*, & clauſula, *Non obſtantibus*, cenſeatur velle tertio præiudicare, vt per eumdem Cephalum *d. conſil.* 133. *num.* 94. de quo & nos etiam diximus aliquid ſupra *num.* 6. Iſtud tamen intelligitur, quando apparet Principem fuiſſe informatum de iuribus tertij illius, & de qualitate præiudicij, aliàs nihil operantur dictæ clauſulæ, quia in dubio præſumitur ignorantia, vt ibi per eum *num.* 110. Nota quòd clauſulæ, *Ex certa ſcientia, Motu proprio*, & *de plenitudine poteſtatis*, non faciunt vt Princeps præſumatur voluiſſe tertio præiudicare. *Deciſ. Pedemont.* 139. *num.* 19. Vide etiam in materia aliquid *in Repertor. iudic. quæſt.* 54. *num.* 16. vbi poſui, an præſumatur, quòd Princeps voluerit aliquem poſſeſſionis commodo priuare.

14 Amplia X. quòd nec etiam ius tertio quæſitum de iure ciuili poteſt Princeps tollere ſine cauſa, ſecundùm Sarmient. qui hanc concluſionem defendit *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 14. & *ſeqq.* ad quam materiam vide Imolam *d. concluſ.* 15. *lib.* 5. vbi refert varias Doctorum opiniones, ac ibi etiam ponit, an Princeps poſſit ſine cauſa tollere actionem de iure ciuili competentem. Vide etiam Cephal. *d. conſil.* 133. *num.* 92. & *ſeqq. num.* 107. & *ſeqq. volum.* 1. vbi quid in his, quæ ſunt iuris poſitiui ciuilis, gentium, ac naturalis. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag mihi* 109. *num.* 59. & *ſeqq.* vbi an Princeps poſſit ſubditorum bona acquiſita de iure ciuili, vel gentium tollere.

15 Limita I. eamdem regulam, quia Princeps poteſt vetare dari aquam de flumine publico, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5.

16 Limita II. quia in modico Princeps poteſt tertio præiudicare, Cephalus *conſil.* 133. *num.* 102. & *ſeqq. volum.* 1. Imol. *ibid.* Ad quod vide etiam aliquid ſuprà *ſub num.* 13. Vide pro hac eadem limitatione Tiraq. *in tract. de iudic. in reb. exig. pag.* 41. *à verbo, verſ.* 6. &c. Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 95. *num.* 4.

17 Limita III. quia poteſt tertio præiudicare, quando per tale præiudicium fieret reductio ad antiquum ſtatutum. Imol. *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5.

18 Limita IV. quando præiudicium infertur per conſequentiam, & non principaliter, vt ibidem per Imolam. Vide in ſimili ſuprà tradita *num.* 10.

19 Secunda ſit regula affirmatiua, quòd Princeps cum cauſa poteſt tertio præiudicare, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5. Faciunt in ſimili tradita *in ſequenti quæſt. num.* 16. eſt textus *in l. ſi ita verberatum, §. ſi fortè, ff. de rei vendicat, l. Lucius. ff. de euict.* cum aliis per Hieronymum de Monte *in q.* 27. *n.* 32.

20 Cauſa autem in propoſito potiſſimum conſideratur publica vtilitas, propter quam poteſt tertio præiudicare, vt *ibidem* per Imolam. Ad hoc faciunt quæ tradita ſunt infrà *in quæſt. ſeq. num.* 16.

21 Hinc eſt, quòd ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt Princeps cogere aliquem ad vendendum domum ſuam, de quo particulariter dicetur infra *in fragmentis verſ. Venditor*, &c.

22 Hinc etiam eſt, quòd pro bono pacis poteſt Princeps bona priuatorum auferre, ſed an hæc illatio ſit vera, vide prædictum Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5.

23 Amplia I. hanc ſecundam regulam, vt non ſolùm Princeps, ſed etiam eius officiales poſſint ex cauſa publicæ vtilitatis tertio præiudicare, vt per Imolam *vbi ſuprà.*

24 Amplia II. vt etiam Princeps inferior, non recognoſcens tamen ſuperiorem, poſſit ex cauſa publicæ vtilitatis tertio præiudicare, vt *ibidem* per Imolam.

25 Limita I. hanc ſecundam regulam, vt procedat, quando publica vtilitas aliàs ſequi non poſſet, niſi tertio fieret præiudicium hoc, aliter ſecus, vt per eundem Imolam *ibidem.*

26 Limita II. Data condigna recompenſa, & non aliàs, vt *ibidem* per Imolam, & faciunt tradita infrà *in fragmentis verb. vendere quando quis cogatur*, &c. vide ſuprà *num.* 8.

27 Limita III. quia ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt auferri ius tertij. Intellige occaſionaliter tantùm, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 15. *lib.* 5.

28 Limita IV. quia præiudicium factum tertio ex cauſa, ceſſante cauſa debet reuocari. Imol. *concluſ.* 17. *pag.* 957. vbi videas.

29 Sed in materia huius ſecundæ regulæ, quæro, an in dubio Princeps præſumatur, quando tertio præiudicium facit, motus ex iuſta cauſa, necne; an verò ea ſit probanda. Vide ad hanc quæſtionem Aymon. *de antiquit. tempor. pag. mihi* 6. *num.* 23. & *ſeqq.* & *cart.* 14. *num.* 23. latè Imola *concluſ.* 16. *lib.* 5. vbi facit concluſionem, quòd cauſa non præſumitur, & poſtea ponit multos caſus, in quibus cauſa præſumitur, vel non præſumitur in Principe derogante iuri tertij, præter infra ſcripta, faciunt quæ dicentur infrà *in quæſt. ſequenti num.* 16.

30 Et an Principi de cauſa aſſerenti credendum ſit, dic ſecundùm Imolam *in d. concluſ.* 16. *lib.* 5. quòd tali aſſertioni ſtandum eſt ſaltim præſumptiuè; quæ præſumptio non admittit probationem in contrarium, vt ibi per eum, ſed quòd imò, quando Princeps tertio præiudicat, non credatur ei aſſerenti de cauſa; ſed ea debeat aliunde probari. traditur per Sarmient. *ſelect. interpret. cap.* 8. *lib.* 2. *num.* 19. niſi in reſcripto adſit clauſula, *ſublata aliter iudicandi poteſtate*, vt *ibi* per eum. Moron. *de fide, tregua & pace, pag.* 115. *n.* 12. vbi quòd non creditur Principi aſſerenti cauſam in eo, quòd non eſt ſibi promiſſum ſine cauſa. Ad idem generaliter Cephalus *conſil.* 165. *num.* 17. *volum.* 2.

Si

Si vis tenere primam opinionem Imolæ, eam limita infraſcriptis modis.

31 Primò, vt aſſertioni Principis credatur, quando aliqua cauſa iuſta imaginari poteſt, aliàs ſecus, vt per Imolam *ſub d. concluſione* 16. *lib.* 5.

32 Secundò, vt aſſertioni Principis ſuper cauſa credatur, ſi procedit per viam legis generalis; non ſi per viam legis generalis; non ſi per viam reſcripti. Imola *d. concluſ.* 16. *lib.* 5.

33 Tertiò, vt aſſertioni Principis ſuper cauſa credatur, ſi procedat motu proprio, ſecus ſi ad partis inſtantiam. Imola *ibidem*, vbi videas. Vide etiam ſuprà *num.* 7.

34 Quartò, vt aſſertioni Principis ſuper cauſa non credatur, quando ex eius conceſſione orirerur ſcandalum. Imola *ſub d. concluſ.* 16. *lib.* 5.

35 Quintò, vt aſſertioni Principis inferioris ſuper cauſa non credatur, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 16. *lib.* 5.

36 Sextò, vt aſſertioni ſuper cauſa non credatur, quando Princeps præiudicat tertio non ſubdito, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 16. *lib.* 5.

37 Septimò. Cauſa non præſumitur, quando Princeps non vtitur clauſulis derogatoriis. Imola *ſub d. concluſ.* 16. *lib.* 5.

38 Octauò. Cauſa non præſumitur in Principe reſcribente contra voluntatem teſtatoris, vt per Imolam *ſub d. concluſ.* 16. *lib.* 5.

39 Nonò. Aſſertioni Principis ſuper cauſa non creditur, quando cauſa per Principem expreſſa non eſt bona. Imola *ibidem*.

40 Quando autem Princeps cum cauſa, vel ſine cauſa priuare poſſit vaſallum feudo, dixi *in Repertor. criminali quæſt.* 108.

QVÆSTIO LVII.

Princeps quando poſſit contractum à ſe, vel anteceſſore ſuo factum, ac priuilegium conceſſum reuocare.

SVMMARIVM.

1. *Princeps quando poſſit reuocare contractum à ſe celebratum, & ſeq.*
3. *Princeps an ex ſuo contractu ciuiliter & naturaliter obligetur.*
4. *Princeps an de plenitudine poteſtatis poſſit contractum reuocare, & num.* 11.
5. *Quid de contractu facto cum ſuo ſubdito.*
6. *An per indirectum poſſit Princeps ſuum contractum reuocare.*
7. *Quòd ſi in contractu adſunt verba, indulgemus, largimur, concedimus, & ſimilia.*
   Quid in donatione, ſeu alio contractu lucratiuo, num. 9.
   Quid in conceſſione, quæ tranſit in contractum, d. num. 9.
   Quid in contractu non vltro citróque obligatorio, d. num. 9. *&* 25.
8. *Quid in Principe inferiore.*
10. *Contractus cum Principe initi ſunt omnes bonæ fidei.*
11. *Princeps an poſſit contractum ſui anteceſſoris reuocare, & ſeqq. & num.* 25. *& ſeqq.*
   Quid de Pontifice volente reuocare geſta per anteceſſorem de conſenſu Cardinalium, d. num. 11.
12. *Quid de ſucceſſore Principe, qui non eſt heres.*
13. *Quid in alienatione Regalium, &* 15.
14. *Quid in pacto perſonali.*
15. *Quid ſi contractus anteceſſoris redundaret in magnum præiudicium ſtatus.*
16. *Princeps ex cauſa, puta publicæ vtilitatis poteſt contractum reuocare, & quæ ſint iuſtæ cauſæ, & an ea præſumatur, vel ſit probanda, &c.*
17. *Priuilegium quando poſſit per Principem reuocari, & ſeqq. & num.* 26.
18. *& quando priuilegium cenſeatur reuocatum.*
19. *Quid de priuilegio, quod tranſit in contractum.*
20. *Quid de priuilegio conceſſo ex cauſa oneroſa.*
21. *Priuilegium an poſſit reuocari ante ſcientiam eius, cui conceditur.*
22. *Exemptionis & immunitatis priuilegium an poſſit reuocari.*
   Princeps an poſſit reuocare contractum dolo initum, num. 24.
23. *Princeps an poſſit contractui facto contrauenire pro tempore futuro.*
   & an poſſit nouas venditiones adÿcere, ibid.
   Priuilegium ex cauſa ingratitudinis an poſſit reuocari, num. 17.
   Priuilegium an poſſit ab alio ſucceſſore reuocari, ibid.
26. *Priuilegium gratis conceſſum poteſt ſine cauſa reuocari.*
   Sed de honeſtate id non debet fieri, ibid.
   Priuilegium ex cauſa remunerationis conceſſum an poſſit reuocari, ibid.
   Quid de eo priuilegio, quod eſt maximè damnoſum Principi, vel ciuitati, ibid.
27. *Quid ſi Papa in contractu mandat illum ſeruari in futurum.*

PRINCEPS quando poſſit reuocare, aut contrauenire contractui à ſe facto, vide generaliter præter infrà ſcripta Cephalum *conſil.* 12. *num.* 8. *volum.* 1. *& conſil.* 23. *num.* 87. *& ſeq. eodem volum. & conſil.* 68. *num.* 60. *&* 78. *& ſeqq. & num.* 86. *& ſeqq. volum.* 1. Imola *concluſ.* 15. *lib.* 5. *pag.* 940. *in* 2. *limitatione, & pag.* 944. *in fine, & pag.* 948. *& pag.* 951. *in fin.* Roland. *conſil.* 66. *n.* 24. 33. *& ſeqq. & num.* 55. *volum.* 2. Foller. *de cenſib. in verb. & ſubmiſſione, num.* 4. *& ſequentibus, fol. mihi* 196. *& ſequenti.* 1

Regula ſit, quòd Princeps contractum à ſe factum reuocare non poteſt. Rolandus *conſil.* 41. *n.* 8. *& ſeqq. volum.* 3. *& conſil.* 25. *num.* 38. *& ſeqq. eodem volum. vſque ad finem conſilÿ, & conſil.* 13. *num.* 33. *eodem volum.* 3. Imola *concluſ.* 18. *lib.* 15. *pag.* 958. 2

Amplia I. vt Princeps ex ſuo contractu obligetur non ſolùm naturaliter, ſed etiam ciuiliter. Imol. *d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *pag.* 958. ſed hæc ampliatio videtur dubitabilis, ex ibidem traditis *pag.* 971. *in fine.* 3

Amplia II. vt nec etiam ex plenitudine poteſtaris poteſt Princeps contractum à ſe factum reuocare. Imola *d. concluſ.* 18. *pag.* 963. *& concluſ.* 15. *pag.* 938. *lib.* 5. *conſil. crimin. diuerſ.* 150 *num.* 74. *vol.* 1. *in magnis.* Roland. *conſil.* 45. *num.* 15. *& conſil.* 25. *num.* 39. *& conſil.* 13. *num.* 35. *volum.* 3. faciunt ſuprà tradita in antecedenti *quæſt. numer.* 9. & infrà *ſub num.* 11. 4

Amplia III. vt nec contractum factum cum ſuo ſubdito Princeps reuocare poſſit, vt per Imolam *d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *pag.* 963. 5

Amplia

6 Amplia IV. vt nec etiam pet indirectum poſſit Princeps contractum à ſe factum reuocare, vt per Imolam *d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *d. pag.* 963. vbi pro & contra. Vide in propoſito in ſimili tradita ſuprà in antecedente quæſtione *num.* 10.

7 Amplia V. vt Princeps non poſſit reuocare contractum à ſe factum, etiam quòd in eo vtatut verbo *indulgemus, concedimus*, vel *largimur*. Imola *ibidem*.

8 Amplia VI. vt multò magis Princeps inferior non poſſit contractum à ſe factum reuocare. Imola *d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *pag* 964.

9 Amplia VII. vt nec Princeps poſſit teuocare donationem à ſe factam, ſeu alium contractum lucratiuum. Imol. *concluſ.* 15. *lib.* 5. *pag.* 938. *& concluſ.* 18. *pag.* 964. *in fin. & ſeq.* vbi tamen pro & contra. Ad quod vide Menochium *de arbitr. quæſt. quæſt.* 48. *num.* 11. *part.* 1. *pag.* 35. *à tergo, in magnis.* Vbi quòd Princeps poteſt reuocare non ſolùm donationem à ſe factam, ſed etiam quamlibet aliam conceſſionem factam per viam contractus, in quo nullum factum teciptocans interceſſerit, de quo etiam & infrà dicetur *num.* 19. & vide etiam in ſimili caſu inferiùs tradita *num.* 15.

10 Amplia VIII. vt & omnes contractus initi eum Principe ſapiant naturam bonæ fidei, vt per Rolandum *conſil.* 25. *num.* 44. *volum.* 3.

11 Amplia IX. vt Princeps non ſolùm non poſſit reuocate contractum à ſe factum, ſed nec etiam factum à ſuo anteceſſore. Imol. *in dict. concluſ.* 18. *lib.* 5. *in prima ampliatione pag.* 960. Roland. *conſil.* 45. *num.* 13. *& ſeq. & conſil.* 13. *num.* 36. *& ſeqq. volum.* 3. Ad quam matetiam vide præter infraſcripta Duen. *reg.* 193. vbi ampliat & limitat pluribus modis. Roland. *conſil.* 66. *num.* 14. 33. *& ſeqq. & num.* 55. *vol.* 2. Cephal. *conſil.* 90. *num.* 33. *& ſeq. volum.* 1. *& conſil* 92. *num.* 29. *& ſeqq. volum.* 1. vbi *num.* 12. *& ſeqq. & n.* 30. diſputat, an Pontifex poſſit olim facta à ſuo anteceſſore cum conſenſu Cardinalium de ſe ipſo reuocare. Boër. *in deciſ.* 104. *num.* 41. *& ſeq.* vbi limitat. Imol. *d. concluſ.* 18. *pag* 962. vbi etiam limitat latè *in deciſ. Pedemont.* 139 *per totam.* Pro hac nona ampliatione adde Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionibus concluſ.* 16. *illatione* 122. vbi quòd nec etiam de plenitudine poteſtatis. de quo etiam dictum eſt ſuprà *num.* 4.

12 Amplia hanc nonam ampliationem, vt non ſolùm Princeps ſucceſſor hæres teneatur ſeruare contractum factum à ſuo anteceſſote; ſed etiam ſi non ſit hæres, ſed ſolùm Princeps ſucceſſot in dignitate. Imol. *d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *in* 2. *ampliatione, pag.* 962. vide ad hanc ampliationem Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 16 *illat.* 122. *verſ. declara* 4. *& duobus ſeqq.* vbi quando Princeps non ſuccedit iure hæreditario, ſed per electionem, tunc non tenetur ſtare contractui facto per ſuum anteceſſotem, niſi ſimus in contractu oneroſo, vel donatione ob temunerationem, quia tunc tenetur ſtare etiam quòd ſuccedat per electionem.

13 Limita I. hanc nonam ampliationem non procedere in alienatione regalium, quia ſucceſſor alienationis poteſt illi contrauenire, vt per Imol. *d. concluſ.* 18. *in* 2. *ampliatione pag.* 961. *& ſeq. lib.* 5. ſed vide Ioſeph. Ludouic. *in communibus opinionibus concluſ.* 16. *illatione* 121. *verſ. declara* 1. vbi quòd Princeps non tenetur ſtare contractui ſui anteceſſoris, quando per illum lædetentur iuriſdictio, & iura ſuprema Principatus, *& in verſ. ſi tamen, dicta conceſſio*, vbi quòd etiam in Regalibus Princeps tenetur ſeruare geſta à ſuo anteceſſore, dummodò non immodicè regnum lædetetur, de quo etiam dixi infrà *num.* 15.

14 Limita II. in pacto perſonali, quia illud non afficit ſucceſſorem. Imola *in dicta* 2. *ampliatione pag.* 962.

15 Limita III. quia Princeps poteſt reuocare contractum factum à ſuo anteceſſote, quando ille contractus redundaret in magnum præiudicium principatus. Imol. *d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *pag.* 969. *& ſeqq.* & dixi aliquid ſuprà *num.* 13.

16 Limita I. principalem regulam ſuprà poſitam *num.* 2. vt poſſit videlicet Princeps contractum à ſe factum reuocare ex cauſa, vt per Imolam *d. concluſione* 18. *pag* 969. vbi etiam ponuntur, quæ ſint iſtæ cauſæ. Idem Imola *concluſ.* 15. *lib.* 5. vbi exemplificat in cauſa publicæ vtilitatis. Aduerte tamen, quòd in Principe reuocante conttactum non præſumitur cauſa, niſi probetur; vt per Imolam *concluſ.* 16. *in* 7. *limitat. pag.* 956. *& d. concluſ.* 18. *lib.* 5. *pag.* 965. vide ſuper his omnibus omnino tradita ſuprà in antecedenti quæſtione *num.* 19. *& ſeqq. vſque ad num.* 40. & etiam vide Oſaſcum *conſil.* 64. *num.* 66. *& ſeq.* vbi benè.

17 Limita II. vt licèt Princeps non poſſit reuocare contractum, benè tamen poteſt reuocare priuilegium. Quæ limitatio, an & quando procedat, & vera ſit, vide in primis tradita ſuprà *num.* 9. & generaliter præter infraſcripta Imolam *concluſ.* 10. *lib.* 5. *pag.* 976. *& ſeqq.* Diaz *reg.* 587. 713. 593. Roland. *conſil.* 66. *num.* 8. *& ſeqq. volum.* 2. *& ibidem num.* 53. *& ſeqq. & conſil.* 76. *num.* 13. *& ſeqq.* Cephal. *conſil.* 58. *num.* 82. *& ſeqq.* Imol. *concluſ.* 15. *eod. lib.* 5. *in* 2. *limitatione pag.* 951. *in fine. Deciſ. Pedemont.* 139. *num.* 10. 22. 23. 27. *& ſeq.* & in diſcurſu illius deciſionis, vbi inter alia, quid ſi adeſt noua cauſa renocandi, & an poſſit per nouum ſucceſſorem reuocari, & quòd ex cauſa ingratitudinis priuilegium reuocari poteſt, niſi ſit in remunerationem meritorum conceſſum, ait Rolandus *conſil.* 13. *num.* 26. *&* 27. *volum.* 3. vide ad matetiam etiam infrà *num.* 16.

18 Et an & quando priuilegium cenſeatur reuocatum, tradit optimè Cæpolla *cautel.* 47.

19 Et quid de priuilegio, ſeu conceſſione, quæ tranſiit in contractum, an poſſit reuocari per Principem? dic quòd non, vt pet Rolandum *conſil.* 15. *num.* 35. *& ſeqq. volum.* 3. Cuius contrarium dixit Menochius *de arbitr. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 11. *pag.* 35. *à tergo*, & nos aliquid ſuprà diximus *num.* 9. Ad hanc materiam, quando ſcilicet priuilegium, ſeu conceſſio, quæ tranſiit in contractum, poſſit per Principem reuocari, vide omnino Imol. *concluſ.* 19. *lib.* 5. *pag.* 972. *& ſeqq.*

20 Et quòd priuilegium conceſſum mediante pecunia non poſſit per Priocipem reuocari, tradit Rolandus *d. conſil.* 25. *num.* 35. *& ſeqq. & concil.* 18. *n.* 14. *volum.* 3. quod intellige procedere, quando gratia priuilegij correſpondet valori pecuniæ ſolutæ pro conceſſione priuilegij, aliter ſecus. Roland. *dicto conſil.* 18. *num.* 14. *volum.* 3. vide *Deciſ. Pedemont.* 139. *num.* 10. 22. 23. 27. *& ſeqq. & in diſcurſu illius deciſionis.* Omninò etiam Roland. *conſil.* 13. *num.* 11. *& ſeqq & num.* 32. 14. *& ſeqq & num.* 64. *volum.* 3.

21 Quando autem priuilegium poſſit reuocari ante ſcientiam eius, cui conceſſum eſt, vide Menochium *de arbitr. quæſt. caſ.* 185. *num.* 46. *& ſeqq.*

22 Quando autem priuilegium exemptionis onerum, ac immunitatis poſſit à Principe reuocari, videas particulariter Cephalum *conſil.* 58. *num.* 78. *& ſeqq.*

*& ſeqq. volum.*1. pleniſſimè Roland. *conſil.*13. *per totum, volum.*3. Oſaſc. *conſil.*64. *n.*64. *& ſeqq.*

23 Limita III. regulam ſuptadictam, quòd videlicet Princeps non poſſit reuocare contractum à ſe factum, vt procedat pro tempore tantùm præterito, quia pro tempore futuro poteſt Princeps præiudicare adiiciendo certas conditiones contractui, quod an verum ſit, videas Imolam *d.concl.*18.*pag.*968.*lib.*5.

24 Limita IV. quia Princeps poteſt reuocare contractum, in quo interuenit dolus inter contrahentes. Imol. *d.concluſ.*18. *lib.*5. *ſub eodem pag.*969.

25 Dixi ſuprà in nona ampliatione *num.*11. quòd Princeps non poteſt reuocare contractum factum à ſuo anteceſſore, intelligendo de contractu ex cauſa oneroſa, & vltrò, citròque obligatorio. Quid in contractu lucratiuo, puta in donatione, vide in ſimili tradita ſuprà *num.*9. & Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinion. lib.*1. *concluſ.*16. *illat.*122. *per totam, in diſcurſu*; vbi quòd non poteſt reuocare nec iſtam donationem, quando eſt remuneratoria, & ob benemerita. Et *ibidem in verſ. & quando non ſumus*, vbi quòd iſto caſu ſtatur aſſertioni Principis ſuper meritis, *& verſ. declara.*2. vbi idem etiam, quòd donatio excedat merita, dummodò non excedat vltra dimidiam, *& in verſ. declara* 3. vbi quòd donationes Principum non debent ad vnguem commenſurari meritis, ſicut donationes priuatorum, quia liberalitas Principis debet eſſe maior, quàm liberalitas priuatorum.

26 Ad ſuprà tradita *num.*17.*& ſeqq.* adde Rolandum *conſil.*13. *num.*3. *& ſeqq. volum.*3. vbi quòd priuilegium gratis à Principe conceſſum poteſt ab eodem Principe etiam ſine cauſa reuocari. De honeſtate tamen id facere non debet, *num.*52. *& ſeqq.* Priuilegium autem conceſſum ex cauſa remuneratoria, & propter benemerita, non videtur conceſſum ex cauſa oneroſa, ideò reuocari poteſt, *ibidem num.* 9. *& ſeqq.* Sed contrà *num.*21. *& ſeqq. num.*27. *& ſeqq. num.*59.*& ſeqq.* Item contra Oſaſcum *conſil.*64.*n.*64. An autem poſſit illud priuilegium reuocari, quod rediret in maximum detrimentum ciuitatis, ſeu Principis, eique maximè damnoſum eſſet, vide *ibidem num.*16.*& ſeqq. & num.*66.*& ſeqq.*

27 Si Papa in contractu adiicit clauſulam, per quam mandat illum perpetuis futuris temporibus obſeruari, an tunc eius ſucceſſores poſſint talem contractum reuocare. Redoanus *de reb. Eccleſ. non alienan. pag.*120. *num.*16.

QVÆSTIO LVIII.

Pœnitentia in contractibus an & quando locum habeat, & multa alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1. *Pœnitentia in contractibus quando habeat locum.*
2. *Quid in contractu nominato.*
3. *Quid in contractu, innominato, & ſeqq.*
4. *Quid fauore piæ cauſæ.*
5. *Quid re integra, & num.*19.
6. *Quid ſi in contractu adeſt ſtipulatio.*
7. *Quid ſi adeſt iuramentum, & num.*22.
8. *Quid in contractu mixto.*
9. *Quid in contractu emptionis & venditionis, & pluribus ſeqq. vbi multa de materia.*
16. *Quid in promiſſione de vendendo.*

19. *Infra quantum tempus pœnitenti admittatur.*
29. *Pœnitentia habet locum, quando contractus non eſt perfectus.*
Quid in venditione facta ad menſuram, ibid.
31. *Quid in contractu conditionali.*

Arrhæ materia.

15. *Arrha tradita quando quis amittendo arrham poſſit recedere à contractu.*
An quis recedendo à contractu vltra arrham teneatur ad aliud intereſſe, ibid.
Arrha ſi reddantur duplicata, quando venditor poſſit recedere à contractu, ibid.
Arrha aliquando non amittuntur, ibid.
10. *Venditor an teneatur preciſè emptori rem tradere, an verò ſolùm teneatur ad intereſſe, & ſeqq.*
12. *& non tradendo ad quod intereſſe teneatur.*
& quomodo probetur iſtud intereſſe, ibid.
& an emptori iſto caſu detur iuramentum in litem. ibid.
13. *Quæ actio competat emptori contra venditorem, vt rem tradat.*
14. *& an promittens vendere teneatur preciſè rem tradere.*
*Promiſſio de vendendo, quando æquiparetur venditioni, & de materia, num.*18.
16. *In promiſſione de vendendo, quando habeat locum pœnitentia.*
17. *Promittens vendere an teneatur preciſè rem tradere.*
20. *Contractus factus ſub conditione, vt de eo fiat publica ſcriptura, an ſit perfectus, & an poſſit reuocari ante illius confectionem, & generaliter de materia.*
21. *Quid de contractu facto ſub conditione, vt habeatur à Principe confirmatio, generaliter de materia, & ſeqq. & num.*30.
*An dicatur iſte contractus perfectus ante habitam confirmationem. d.n.*21. *& ſeqq.*
An poſſit reuocari ante confirmationem, ibid.
22. *Quid ſi in eo adeſt iuramentum.*
23. *Quid ſi adeſt, vel nō adeſt clauſula,* non aliter, *&c.*
24. *Quid ſi procurator conſtitutus ad petendam confirmationem moriatur ante obtentam confirmationem, vel alienans, ibid.*
25. *Quantum tempus datur ad impetrandam confirmationem.*
*& an Princeps poſſit confirmare contractum nullum ob moram commiſſam in impetrando confirmationem, num.*27.
26. *& an ſit neceſſaria aliqua interpellatio.*
28. *& an dominium transferatur ex traditione rei ante habitam huiuſmodi confirmationem.*
30. *Quid ſi ſuperior noluerit confirmare.*
Quid in contractu emphyteoſis, vel feudali facto, reſeruato conſenſu ſuperioris domini, &c. ibid.

POENITENTIA in contractibus, an & quando admittatur, & generaliter de materia, præter infraſcripta videas per Firman. *in Repertor. verb. pœnitentia in contractibus in diſcurſu.* Textus, & *ibi* Doctores, *in l. ſi pecuniam. ff. de condict. cauſ. dat.* Grat. *reſponſ.*107.*num.*2. *& ſeqq. volum.* 1. Marant. *in ſpec. pag. mihi* 64. *num.*88. Afflict. *in deciſ.*39. *num.*4. *& deciſ.*280. *num.*6. Corn. *conſil.*102. *num.*2. *volum.*3. *& conſil.*257. *num.* 10. *volum.*4. *& conſil.* 300. *num.*3. *volum.*1. Boër. *deciſ.* 353. *num.* 15. *part.*2. aliàs *num.*14. *pag.* 169. Diaz *reg.*491. 1

*reg.*491. *& reg.*549. Guido pap. *in ſuis tractatib. pag. mihi* 25. *& ſeqq.* Et in materia ſcias, quòd à principio contractus ſunt voluntarij, ex pòſt facto autem neceſſarij. *l. ſicut C. de actionibus, & obligationibus. l.2. quando lic. ab empt. diſced.*

2 Quæro primò, in hac materia generaliter, an & quomodo pœnitentia locum habeat in contractu nominato, de hoc vide Doctores proximè allegatos in antecedenti numero, & dicas quòd regulariter in contractu nominato locum non habet pœnitentia. *in deciſione Pedemont.*98. *num.*7.

3 Quæro ſecundò, an in contractu innominato locum habeat pœnitentia. Videas generaliter in hac quæſtione præter Doctores ſuprà allegatos *in num.*1. Nattam *conſil* 609. *num.*44. *volum.*3. Dic quòd habet locum pœnitentia. *l. dedi* § 1. *l. ſi pecuniam*, cum notat. per gloſſam & Doctores. *ff. de condict. indeb.* Magon. *deciſ. Lucen.*95. *num.*6. vbi quòd id procedit ſine controuerſia, & *num.*21. vbi quòd hoc fallit in contractu innominato ad nominatum.

4 Et particulariter, an fauore piæ cauſæ in contractibus innominatis habeat locum pœnitentia, vide Couarruuiam *variarum reſolutionum pag.*244. *n.*15. *&* 16.

5 Et quòd re integra in contractibus innominatis habeat locum pœnitentia, traditur *in deciſione Pedemontana* 98. *num.*5. *&* 12. vbi etiam, an dicatur res integra, quando ille, qui tenebatur aliquid adimplere, iam incœperit actum. Vide aliquid infrà *num.*19.

6 Et quòd quando in contractibus innominatis adeſt ſtipulatio, tunc quòd talis contractus reputetur nominatus, & conſequenter quòd non habeat locum pœnitentia, traditur *in d. deciſ. Pedemont.*98. *num.*6. 12. *&* 13. vbi declarat.

7 Et quid ſi in contractu innominato adſit iuramentum, an tunc pœnitentia admittatur. Vide *in d. deciſ. Pedemont.*98. *n.*14. *per totum*, & infrà *num* 22.

8 Quæro tertiò, an in contractu mixto locum habeat pœnitentia. Vide Nattam *d. conſil.*609. *num.*44. *lib* 3. & Doctores ſuprà allegatos *num.*1.

9 Quæro quartò, & particulariter, an & quando & quomodo in contractu emptionis habeat locum pœnitentia. Vide in hac materia textum gloſſ. & Doct. *in l.*1. *in princip.* & *ibi* omnino Bartol. diſtinguentem *ſub num.*12. *&* 13. vbi etiam de pœnitentia emptoris. *ff. de actionibus empt & in tit quando lic. ab empt. diſcedere.* Vide etiam infrà *num.*19.

10 Quæro quintò, an venditor, qui non vult rem venditam, puta, quia eum pœnituit, tradere, poſſit ad illam tradendam præcisè cogi, an verò tantummodò teneatur ad intereſſe, vide generaliter in hac quæſtione textum, vbi gloſſ. & Doctores, & præcipuè Bartol. *in d. l.*1. *ff de act. empt.* & præter infraſcripta Couarruuiam *variar. reſolut. pag* 645. *num.*1. Viui. *in communibus opinion. cart.*306. *in paruis* Aret. *Inſtit. pag. mihi* 239. *num.* 14. *& pag.*169. *num.*13. Nicaſ. *Inſtitut. pag mihi* 149. *num.*3. Tiraquell. *de Conſtitut. pag. mihi* 34. *num.*36.

11 Regulariter venditor tenetur emptori tradere poſſeſſionem rei venditæ, vt per Mattheſ. *ſingul.*67. *& ſingul.*170. *in additionibus*, nec præſtando intereſſe liberatur; quia præcisè tenetur, ſi tradendi poteſtatem habet ex magis communi opinione, de qua per Magon. *deciſ. Lucenſ.*95. *num.*4. Vide Anchar. *quæſt.*2. *num.*12. *part.*2. vbi quòd ſi non adeſt conſtitutum, *& num.*11. vbi quòd ſi adeſt conſtitutum, poteſt venditor præcisè cogi.

12 Et ad quid teneatur venditor non tradens poſſeſſionem rei venditæ emptori, vide Plot. *in l. ſi quando num.*171. *& ſeqq. & num.*180. *& ſeqq. C. vide vi.* Villalob. *in communib. opin. litera V. num.*10 Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 120. *lib.*2. vbi quòd tenetur ad intereſſe quantiplurimi, & ibi ponit quomodo probetur iſtud intereſſe, & an admittatur iuramentum in litem, præter Plot. *vbi ſupra*, vide *ibidem* per Menochium *caſ.*207. *num.*28.

13 Et qua actione poſſit venditor cogi ad rem præcisè tradendam, maximè quando in venditionis inſtrumento adeſt conſtitutum, pulchre Rolandus *conſil.*53. *num.*1. *& ſeqq. vol.*1.

14 Promittens autem vendere, an teneatur præcisè rem tradere, dixi infrà in hac eadem quæſtione *n.*17.

15 Quæro ſextò. Quid ſi data eſt arrha per emptorem venditori, an emptor poſſit recedere à contractu, ſi vult amittere arrham? Dic quòd tenetur ſtare contractui, etiam quòd velit arrham amittere, vt per Ancharanum *quæſt.*21. *part.*2. Quod intellige, quando arrha fuit data in pecunia numerata, quia tunc non ſolùm pro arrha, ſed etiam pro parte pretij data cenſetur, ideò perficit venditionem, aliàs ſecùs, vt per Fabianum de Monte *de empt. & vend. q.*5. *principali num.*67. vbi enim arrha datur pro parte pretij, tunc non poteſt à contractu recedi, vt per Gomez *tit. de empt. & vend. num.*18. *in fine*, & in hac materia, vide Suarez *in communib. opinionib. litera... num.*274. vbi quòd illi, qui à contractu recedunt, non tenentur ad intereſſe; ſed ſolùm amittunt arrhas acceptas, & ibi teſtatur de communi, & an venditori licitum ſit recedere à venditione, ſi velit reddere arrhas duplicatas, Aretin. *in* § *actionum num.*15. *Inſtitut. de actionibus, pag mihi* 219. & quando arrha non perdatur, vide Aymon. *conſil.*233. *n.*1. Ad materiam omninò Gomez *tit de empt. & vendit. n.*18.

16 Quæro ſeptimò, an facta alicui promiſſione de vendendo, poſſit eum, cui facta eſt promiſſio, pœnitere, & ſi quid ſoluit repetere. Vide Nattam *conſil* 384. *n.*24. aliàs 14. *pag.*169. *Crede ſit, in* 2. *volum.* & Magon. *deciſ. Lucen.*95. *n.*19. *in fin. & ſeq.* vbi quòd non videtur in hac promiſſione habere locum pœnitentia.

17 Et è contrà, an promittens vendere poſſit præcisè cogi ad tradendum rem, an verò ſolùm ad faciendum contractum venditionis? Dic quòd non poteſt cogi præcisè ad tradendam rem ſecundùm communem, de qua pulchrè Roland. *conſil.*69. *num.*1. *& ſeqq. pluribus, vol* 3. *in diſcurſu*, ſed ſolùm tenetur ad intereſſe, etiam quòd tradendi facultatem habeat, ex allegatis per Magon. *deciſ. Lucen.*95. *n.*3. *& ſeqq.* Contrariam opinionem tenet, & communem dicit Viui. *in communibus opin. pag mihi* 307. *verſ. declaratur quoque.* Vide in hac particulari quæſtione ſuprà generaliter tradita *n* 10. *& ſeqq.* & quæ infrà dicuntur *in ſeq num.*

18 Ad quam materiam generalem, quando ſcilicet pactum, ſeu promiſſio de vendendo æquiparetur venditioni, vide omninò diſputantem, declarantem, & inferentem Roland. *d. conſil.*69. *num.*1. *& ſeqq. vſque ad num.*40. *volum.*3. Mattheſ. *ſingul.*46. *in additien.* Tiraquell. *de legib. connubialib. pag. mihi* 468. *num.*220. vbi remiſſiuè, *& de retract conuent.* §. 7. *gloſſ. fine, pag. mihi* 983. *num.*49. *& ſeq. & pag* 991. *num.*73. 74. *& pag* 981. *num.*44. *& pag* 975. *num.*2. *& pluribus ſeqq.* Cephal. *conſil.* 66. *num* 10. *& ſeq. volum.*1. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.*23. Ioannes de Caſtillo, *quotidian. controuerſ. cap.*3. vbi latè de promittente ſe obligantium ad dandum decem intra certam diem, adueniente illa die conueniri poſſit ſtatim ac ſi de præſenti ſe obligaſſet.

Quæro

19 Quæro octauò, quando in aliquo contractu locum habet pœnitentia. Infra quantum tempus poſſit contrahentem pœnitere, vide Roman. *ſing.*715. vbi loquitur de pœnitentia emptoris, de quo etiam per Couarr. *var. reſolut. pag.*155.*n.*1.

20 Quæro nonò, ſi inter contrahentes actum ſit, vt de contractu fiat ſcriptura publica, an talis contractus dicatur perfectus ante confectionem ſcripturæ, & ſic an habeat locum pœnitentia; & an poſſint contrahentes ab eo recedere ante dictam confectionem ſcripturæ. Vide Decium, qui tenet contra Caſtrenſem *in l. pactum quod bona fide, colum* 2. *verſ. prædicta omnia. C. de pactis, pag.*145. Imol. *concluſ.*6. *lib.*2. *pag.*378. *& lib.*5. *concluſ.*39. Cephal. *conſil.*66 *num.*18. *& ſeqq. volum.*1. omninò Anchar. *Regien. quæſt.*21. *part.*2. quibus in locis multa alia habentur in materia. Magon. *deciſ. Lucenſ.*95. *per totam*, vbi reprobatis authoritatibus contrariis, & rationibus ex aduerſo adductis concludit ſecundùm communem non habere locum pœnitentiam in contractu, etiam quòd ſit dictum de eo fieri debere ſcripturam, talis enim contractus à principio dicitur perfectus, & de ſcriptura dicitur cogitata ad faciliorem probationem, non autem pro forma contractus. Niſi forſan expreſsè actum ſit, quòd contractus celebretur in ſcriptis, & quòd ante celebrationem nihil valeat, vt *ibi* per eum, qui loquitur in contractu venditionis initæ ſine ſcriptis, & per teſtes comprobatæ.

21 Quæro decimò. Quid ſi contractus fiat cum pacto, quòd debeat confirmari à Principe, an dicatur perfectus ante confirmationem? & an iſta confirmatio poſſit per partes impediri, & ſic ante confirmationem habitam recedi à contractu, & de materia generaliter præter infraſcripta, vide Imolam *concluſ.*39. *lib.*5. Cephal. *conſil.*91. *per totum, volum.*1. *& conſil.*118. ſimiliter *per totum, eodem volum.*1. *& conſil.*119. ſimiliter *per totum* In quibus conſiliis 118. & 119. concludit quòd poteſt reuocari talis contractus ante confirmationem habitam, quod declara vt infrà *num.*23.

22 Quæ concluſio procedit etiam quòd in contractu adſit iuramentum, quod non operatur, quin poſſit ante confirmationem reuocare. Cephalus *d. conſil.*118. *num.*29. *& ſeqq. volum.*1. quod declara, vt *in ſeq. numero*, & vide aliquid ſuprà *num.*7.

23 Prædicta tamen concluſio venit limitanda, vt procedat quando in contractu dictum eſt hoc modo, videlicet, Interueniente tamen conſenſu Principis, & non aliter, alias, nec alio modo, tunc enim ante confirmationem non dicitur perfectus, vt per Roland. *conſil.*7. *num.*6. *& ſeqq. volum.*3. & per Cephal. *conſil.* 118. & 119. vnde ſecus eſſet, quando non eſſet appoſita illa clauſula, *Non aliter*, &c. quia tunc etiam non habito conſenſu Principis contractus dicitur purus & perfectus, nec poteſt ampliùs per partes reuocari, vt *ibidem* per Cephalum, ad quod faciunt in ſimili tradita de contractu emphyteutico, *quæſt.*41. *num.*5. Pro primo dicto Rolandi adde eumdem Rolandum *conſil.*63. *num.*29. *& ſeqq. volum.*4. vide etiam infrà *num.*30.

24 Et quid ſi Procurator conſtitutus, ad petendam confirmationem moriatur, antequam illa obtineatur, vide *ibidem* per Cephalum *ſub d. conſil.*118. *& ſeq.* & quid ſi moriatur alienans, & contrahens. Roland. *conſil.*63. *num.*51. *& ſeqq. volum.*4.

25 Et quantum tempus habeat emptor ad impetrandam iſtam confirmationem à Principe? Dic quòd tempus iſto caſu intelligitur, quàm primum poterit impetrans, & eo tempore lapſo ampliùs non admittitur ad impetrandum. Cephalus *dict. conſil.* 118. *num.*15. 16. 21. *& ſeqq.* vide infrà *n.* 27. & ſuperioris authoritas habetur pro non præſtita, ideò à contractu receditur, vt etiam per Roland. *conſil.*63. *num.*48. *& ſeqq. volum.*4. nec ampliùs talis conſenſus requiri poteſt, *ibidem num.* 51. *verſic. circa* 2.

Et an in propoſito ſit neceſſaria interpellatio venditoris? dic quòd non. Cephal. *d. conſil.* 118. *num.*17. *& ſeqq.* Roland. *conſil.*63. *num.*50. *vol.*4. 26

Et an Princeps poſſit confirmare vbi contractus eſt effectus nullus ex mora emptoris, vt dixi ſuprà *num.*25. vide per Ceph. *d. conſil.*118. 27

In qua materia ſcias, quòd ſi res vendita tradatur ante confirmationem habitam, ex hac traditione non transfertur in emptorem dominium, vt per Roland. *conſil.*7. *num.*12. *& ſeqq. volum.*3. Ad quod faciunt ſuprà tradita *quæſt.*31. *n.*3. Roland. *conſil.*63. *num.*27. *&* 28. *volum.*4. 28

Addendo ſuprà iam traditis *num.*1. *& ſeqq.* Quæro an pœnitentia habeat locum, quando contractus non eſt perfectus. Vide in hac quæſtione Afflict. *deciſ.*280. *num.*4. *& ſeqq.* vbi etiam quòd contractus dicitur perfectus altero de tribus modis ibi per eum expreſſis. Super quo etiam vide Cephalum *conſil.*36. *num.*21. *& ſeqq. volum.*1. Ad quod faciunt ſuprà tradita de pœnitentia re integra *num.*5. & tradita de contractu facto ſub conditione, vt fiat ſcriptura, vel vt confirmetur à Principe *num.*21. *& ſeqq.* & quæ infrà traduntur *quæſt.*64. *num.*2. vbi poſui, an in venditione facta ad menſuram habeat locum pœnitentia ante menſoram. Faciunt etiam infrà tradita *in fragmentis verſic. Perfectum*, &c. *num.*8. inter diuerſa. 29

Ad ea quæ ſuprà tradita ſunt *num.*21. adde Rolandum *conſil.*63. *per totum*, *volum.*4. vbi reprobatis contrariis concludit, quòd venditio, ſeu alienatio rei feudalis, ſeu emphyteoticæ facta reſeruato conſenſu ſuperioris. Si ſuperior non conſentiat, non ſolùm in eo habet locum pœnitentia, ſed habetur pro infecto, præſertimque ſi adeſt clauſula, *Non aliter*, &c. de qua dixi ſuprà *num.*23. & iſto caſu conſenſus ſuperioris dicitur deficere, non ſolùm ſi ſuperior requiſitus noluit conſentire, ſed etiamſi ille, qui conſenſum requirere debebat, fuerit negligens in non requirendo conſenſum infra tantum tempus, infra quod veriſimiliter haberi potuerit, de quo dixi ſuprà *num.*25. 30

Pœnitentia in contractu conditionali locum non habet pendente conditione. *l. finali. § ſin autem auaritia, cum Authent. ibi poſita, C. communia de legatis.* Roland. *conſil.* 63. *numer.* 7. *volum.* 4. vbi loquitur in contractu celebrato gratia vtriuſque contrahentis. 31

QVÆSTIO LIX.

Pactum de retrouendendo an & quando inducat in contractu ſimulationis & vſuræ præſumptionem.

SVMMARIVM.

1. *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij quando reddat inſtrumentum vſurarium, & de materia, & num.*2. 3. *&* 19.

4 *& quomodo conſideretur in propoſito modicitas pretij.*
Quid in pacto de retrouendendo ſeparatim appoſito in alio inſtrumento.
5. *Quid ſi pactum de retrouendendo ex interuallo apponatur, ibid.*
6. *Quid de pacto de retrouendendo appoſito in datione in ſolutum.*
7. *Pactum de retrouendendo non niſi poſt aliquid tempus, an valeat.*
8. *Pactum de retrouendendo quando emptori placuerit, an valeat.*
9. *In cenſibus quando pactum de retrouendendo ſit illicitum.*
10. *Pactum de retrouendendo pro maiori pretio non valet.*
11. *Quid in ruſtico.*
& quid in muliere, ibid.
12. *In homine bonæ famæ pactum de retrouendendo cum modicitate pretij non facit contractum vſurarium.*
13. *Conſuetudo fœnerandi per quot actus inducatur.*
14. *Pactum de retrouendendo, iuncta alia coniectura, quàm modicitatis pretij, vel conſuetudinis fœnerandi, an inducat contractum vſurarium.*
Pactum de retrouendendo iunctis præludijs ſimulationis facit contractum vſurarium, ibid.
Pactum de retrouendendo factum cum Eccleſia vel perſona Eccleſiaſtica non facit inſtrumentum, ibid.
15. *Sola modicitas pretij quid operetur.*
16. *Solum pactum de retrouendendo non inducit ſimulationem.*
Pactum de retrouendendo omni iure licitum eſt, ibid.
17. *Ex ſolo pacto de retrouendendo inducitur ſimulatio, quando verò conſtat de fraude contrahentium.*
Vbi læſio non interuenit, an poſſit ſimulatio præſumi, num. 15.
18. *Vbi hæc tria concurrunt, pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & conſuetudo fœnerandi, omnes admittunt contractum eſſe fœneratitium.*
19. *Contractus iſto caſu an ſit vſurarius remittitur iudicis arbitrio.*
20. *Præſumptiones plures contractus fœneratitij remiſſiuè.*
21. *Quid ſi venditori res vendita locetur.*
22. *Quid ſi emptor fateatur ſe pignori accepiſſe, & non emiſſe.*
23. *Quid de pacto, quòd emptore non reemente venditor teneatur creditori ſupplere puta centum.*
24. *Quid ſi res fuit pro parte vendita, & pro parte donata.*
Quid ſtante iuramento, ibid.
26. *Pactum de retrouendendo inſolito fœnerati, an faciat contractum fœneratitium.*

1 PACTVM de retrouendendo cum modicitate pretij quando faciat abſque alio præſumere contractum vſurarium, & de materia præter infraſcripta, vide Rolandum *conſil. 96. per totum, & conſil. 40. num. 26. Credo ſic, in 2 volum.* Cotta *in memora. pag. 637. & ſeqq* Vide eundem Rolandum *d. conſil. 40. num. 13. & ſeqq. 26. & ſeqq. 21. 42. & per totum conſilium, in diſcurſu*, vbi ſimiliter multa in materia. Villalob. *in communibus opinionibus littera V. num. 68.* Cephal. *conſil. 189. num. 36. & ſequenti.* Viu. *in commun. opin. pagin. mihi 309.* Nouell. *regul. 153.* Follen. *in pract. cenſual. pag. mihi 92.* Cagnol. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* Natta *conſil. 586.* Mynſing. *obſeruat. 62. cent. 5.* Couarr. *variar. reſolut. pag. 831. num. 4.* vbi latè. omninò Capra *concluſ. 87. num. 165. & ſequentibus vſque ad 186.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat, omninò Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 41. per totum,* Carol. *de locat. tit. de vſur. quæſt. 11. fol. 126. & ſequentibus.* omninò Cap. *de ſimulat. contract. per totum, in diſcurſu*, præterquam in ſignatis cum ✠.

Vna fuit opinio, quòd pactum de retrouendendo vnà cum modicitate pretij faciat abſque alia coniectura præſumere contractum vſurarium. Grammat. *deciſ. 76. num. 30.* vbi de communi. Ambroſius de Vignate *in cap. ſalubriter num. 3. extra de vſuris pag. 45.* Bou. *de ſtatutar. præſcript. pag. mihi 271 num. 2.* vbi teſtatur de magis approbata opinione, & multi relati per Roland. *conſil. 58. num. 2. & ſequentibus, volum. 4.* teſtantur hanc opinionem eſſe communem, magis communem, tutiorem in anima, & practicatam opinionem. Multi alij de magis communi & practicata opinione teſtantur, de quibus per Ioſeph. Ludouic. *in communibus opinionibus concluſ. 51. verſic. Prima coniectura eſt*, &c. & per Lupum, quos & ipſe ſequitur *in tract. de vſur. comment. 2. §. 1. num. 29. verſ. tu autem breuiter*, &c. relati per Craſſum *in communibus opinion. lib. 1. cap. 11. quæſt. 8. verſic. contrariam ſententiam*, &c. vbi de magis communi & tutiori, & eam ipſe tenet, relati per Maſcardum *concluſ. 447. num. 2. & ſequentibus*, & relati per Menochium *lib. 3. præſumpt. 122. num. 30.* vbi de magis communi & ſeruata opinione, *& num. 31. & ſeqq.* vbi reſpondet omnibus in contrarium adductis rationibus. 2

Altera & contraria huic fuit opinio, quòd niſi cum pacto de retrouendendo & modicitate pretij concurrat conſuetudo fœnerandi in contrahente, talis contractus non præſumatur vſurarius. Grat. *reſponſ. 154. num. 2. volum. 2. & reſponſ. 39. in princip. eod. volum.* Socin. iun. *conſil. 50. n. 2. lib. 1.* Natt. *conſ. 586. num. 2.* Alphonſ. *in ſuis Collectan. 165. verſ. adde quòd*, vbi de communi. Roland. *conſil. 58. num. 3. & ſeqq. volum. 2.* vbi de communi, magis communi, & practicata opinione; & ibi reſpondet ad contraria, & *num. 10. prope finem*, dicit, quòd contraria opinio eſt multum dubia, & forſan hodie non ſequenda, relati per Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 51. verſ. contrariam opinione*, & per Lup. *in tract. de vſur. comment. 2. § 1. n. 29.* vbi plures de magis communi, & per Craſſum *in commun. opin. d. quæſt. 8. in princip.* relati per Maſcard. *concluſ. 447. num. 1.* & per Menoch. *d. præſumpt. 122. in num. 31.* 3

Sed quomodo conſideretur in propoſito modicitas pretij, videas per Cephalum *d. conſil. 189. num. 36. & 37.* dic quòd debet eſſe vltra dimidiam iuſti pretij. Roland. *d. conſil. 58. num. 11. & ſeqq volum. 3.* vbi etiam dicit, quòd iuſtum pretium iſto caſu erit conſiderandum, habito reſpectu ad pactum de retrouendendo, quod dicitur pars pretij, & facit rem minùs valere, vt ibi per eum, & idem Ioſeph. Maſcard. *concluſ. 447. num. 10. & ſeqq. & num. 15.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. num. 9. & 29. in fine.* de quo & nos dicemus infrà *in fragmentis, verſ. Pactum de retrouendendo, num. 19.* Ad materiam vide *in deciſ. Pedemont. 41. in diſcurſu.* & omninò Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ. 51. verſ. dubitari contingit, & ſeqq.* Lup. *de vſur. comment. 2. §. 1. num. 29. verſ. tu autem, in fin.* 4

in fin. Maſcard. *conclus.*447.*num.*7. & 9. vbi quòd ſi modicitas pretij eſt infra dimidiam, vel circa, tunc pactum de retrouendendo ſolùm iuncta dicta modicitate pretij facit præſumere contractum vſurarium. Si verò modicitas pretij non eſt tam tenuis, tunc requiritur etiam conſuetudo fœnerandi, & hoc modo concordat prædictas opiniones contrarias; adde eumdem Maſcardum *concluſ.*1225.*num.*9. & 15. vbi quòd iſto caſu modicitas pretij qualis debeat eſſe, remittitur arbitrio iudicis, & idem tradit Menoch. *de præſumptionibus lib.*3.*præſumpt.*122. *num.*8. & 40. *verſ. nam ipſa*, &c. & *num.* 53. *verſ.* 2. *modi*, & *num.*54. *verſ. cæterùm.*

5 Aduerte tamen in materia, quòd ſi pactum de retrouendendo eſt appoſitum in aliquo alio inſtrumento ab inſtrumento venditionis, tunc facit præſumere contractum vſurarium, vt per Cephal. *conſil* 198. *num.*20. Ad quod vide Menochium *de arbitr. quæſt. caſu* 13. *pag. mihi* 92. vbi quòd pactum de retrouendendo ex interuallo appoſitum abſque alia conſuetudine fœnerandi iuncta mediocritate pretij faciat præſumere contractum vſurarium, & ibi declarat, quando iſtud pactum cenſeatur incontinenti, vel ex interuallo appoſitum. Ad quod vide *in Deciſ. Pedemont* 41. & 42. & omninò Lupum *in tract. de vſur. comment.* 2. §. 1. *num* 34. & *ſeq.* Maſcardum *concluſ.*447. *num.*18. & *ſeqq.* & *num.*52. & *ſeqq* vbi pro & contrà, & poſtea id remittit iudicis arbitrio, & *num.* 47. vbi remiſſiuè quando iſtud pactum dicatur incontinenti, vel ex interuallo adiectum. Vide Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt* 122. *num.*12. *vſque ad num.*16. vbi concludit, refutatis contrariis pactum de retrouendendo ex interuallo appoſitum non inducere ſimulationem, etiam interueniente læſione in pretio, niſi concurrente aliqua alia coniectura, putà conſuetudine fœnerandi, actus clandeſtinitate, vel ſimili.

6 Et quid de pacto de retrouendendo appoſito in datione in ſolutum? Dic etiam in datione in ſolutum præſumi ſimulationem, ſed non ita de facili, vt per Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*121. *num* 42. & *ſeq.* Videas per Cephalum *d. conſil.* 289. *num* 9. 36. & 37. Roman. *ſingul.* 568. vbi quòd facit eam præſumere ſimulatam. Ad quod vide Couarruuiam *variar. reſolut. pag. mihi* 851. *num.*4. omninò Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 51. *verſ. Exemplum poſſet poni*, & *ſequentibus*. Lup. *de vſur. comment* 2. §. 1. *num.*32. & *ſequenti.* Maſcard. *d. concluſ.* 447. *num.* 17. 18. 19. & 20. vbi pro & contrà, & poſtea diſtinguendo declarat.

7 Et quid de pacto, quòd res non poſſit redimi niſi poſt aliquod tempus? dic quòd iuncta modicitate pretij facit præſumere contractum vſurarium. Aymon. *conſil.* 156. *num.*5. ad quam materiam, an & quando pactum de retrouendendo non niſi poſt tale tempus valeat, vide Couarr. *variar. reſolut. pag. mihi* 858. *num.* 8. omninò Ioſeph. Maſcard. *concluſ* 441. *per totam*, *lib.*1. vbi dat plures limitationes, præſertim *num.*4. vbi de pacto de retrouendendo negatiuè concepto, de quo etiam *in concluſ.*447. *num.* 14. vbi quòd facit præſumere inſtrumentum vſurarium, etiam ſine modicitate pretij. Ad materiam vide Menochium *lib.*3. *præſumpt.* 124. *num* 69. & *ſequentibus vſque ad num.* 74. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 51. *verſ.* 19. *coniectura eſt*, &c. Lup. *de vſur comment* 2. §. 1. *num* 40. 41. & 42. & quid in cenſu, vide infrà, *verſ. Cenſus num.*11.

8 Et quid de pacto de retrouendendo quando emptori placuerit, an tale pactum valeat, vide Couarr. *var. reſol. pag.*843. *num.*2. & *ſeqq.* Lupus *de vſuris comment.*2. §. 1. *num.*28. Maſcard. *concluſ.*438. *n.* 20. vbi quòd iſto caſu contractus redditur pignoratitius, & vſurarius. Vide Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*122. *num.*16. & *ſeq.*

9 Et in cenſibus, an & quomodo pactum de retrouendendo faciat illum præſumere vſurarium, vide infrà *in fragmentis verſ. Cenſus, in diſcurſu num.*11.

10 Et quid de pacto de retrouendendo, ſed maiori pretio? Dic quòd abſque alio tale pactum eſt illicitum, & vſurarium, vt per Couarr. *variar. reſolut. pag* 846. *verſ. ſic etiam*, & per Maſcardum *concluſ.* 447. *num.* 36. (vbi idem de pacto retrouendendi minori pretio) & *num.*37. vbi quòd hoc ſolum pactum non reddit contractum fœneratitium. Pro primo dicto, quòd tale pactum de retrouendendo, ſed maiore pretio, arguit contractum fœneratitium, adde Menochium *lib.*3. *præſumpt.*122 *num.*52. & 55. & *ſeqq. vſque ad num.*61. vbi ponit alia exempla, quando venditor reemendo plus reſtituit, quàm in venditione receperit, ſi non in pecunià, ſaltim in iure, vel alio modo, dicitque contractum fœneratitium. Ad materiam vide Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.*51. *in* 27. & 30. *coniectura.* Declarans vt per Lup. *de vſuris comment.*2. §. 1. *num.*43.

11 Et an in ruſtico pactum de retrouendendo faciat præſumere contractum vſurarium, vide Natram *d. conſil.* 586. Dic quòd, non etiam iuncta modicitate pretij. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.*51. *verſ. quando tamen.* Ad idem Menochius *d. præſumpt.*122. *num.*40. *verſ. nam & ruſticus*, *lib.*5. & ibi etiam de milite, & *numer.* 99. Poſui *in titul. de pœnitent. temperan. quæſt.*98. *cauſ* 10. & 11. & vide in propoſito tradita *in Repertor. contract. verſic. Vſura*, *num.*18. Lup. *de vſuris comment.*2. §. 1. *num.*10. vbi idem etiam in muliere. Sed hæc limitat duobus modis.

I. Vt excuſentur tales perſonæ à pœna; ſed non quia ex hoc teneantur ad vſurarum reſtitutionem, & quin contractus reſcindatur.

II. Limitat, niſi ruſticus eſſet ſagax & callidus, vel ex aliis coniecturis iudici videretur hos non eſſe excuſandos, quia tunc nec ruſtici, nec mulieres excuſantur, vt ibi latiùs per eum.

12 Scias in materia quòd quando emptor eſt bonæ famæ, tunc pactum de retrouendendo cum modicitate pretij non facit contractum vſurarium. Roland. *d. conſil* 58. *num.*2. *volum.* 4. Ioſeph. Maſcardus *concluſ.*447. *num.*19. & 48. vbi idem, quando tale pactum fit cum Eccleſia, vel perſonis Eccleſiaſticis. Pro primo dicto adde Menochium *lib.*4. *præſumpt.*121. *num.*98. & 109. Quod declara, niſi conſtaret de notabili læſione, quia tunc eſſemus in clatis, & fama nihil excuſaret, vt per Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.*51. *verſ quando tamen.* Vide generaliter tradita *in Repertorio criminali verſ. vſura. num.*31.

13 Scias etiam in materia, quòd quem ſolitum eſſe fœnerari, & ſic conſuetudo fœnerandi in propoſito non inducitur ex bino actu, ſed requiritur, quòd frequenter quis vſuras exercuerit. Ioſeph. Ludouic *d. concluſ.*51. *verſic. Nec quis dicitur ſolitus*, de quo vide *in Repertor. crimin. quæſt.*100. *num.*33.

14 Item ſcias, quòd vltra pactum de retrouendendo loco modicitatis pretij, vel conſuetudinis fœnerandi ſufficit concurrere aliquam aliam fœneratitiam coniecturam, vnam ſcilicet ſecundùm primam opinionem, de qua ſuprà *n.*2. vel duas ſecundùm ſecundā opinionem, de qua etiā ſuprà *n.*3. Ita Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.*51. *verſ.* & *eſt aduertendum*, & *ſeqq.*

& verſic. ſed quando loco modicitatis, &c. *& verſic. ſed quando iudex*, vbi hoc infert, quòd ſolum pactum de retrouendendo iuncto tractatu de ſimulatione contractum reddit vſurarium. Ad hoc in ſpecie vide benè exemplificantem Menochium *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumpt.* 22. *numer.* 41. *& ſequentibus vſque ad verſicul. Quartum eſt ſignum*, & faciuot quæ generaliter poſui *in Repertorio criminal. quæſtione* 100. *num.* 22. Pactum etiam de retrouendendo inducit ſimulationem, quando aliàs tacitè, vel præſumptiuè coostat partes voluiſſe facere contractum ſimulatum, vt per Menochium *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *num.* 17. *in fin. iuncto numer.* 21. *&* 21. ergo multò magis ſi id conſtat expreſsè, vt dicam infrà *numer.* 17. & quæ ſint iſtæ coniecturæ, quibus præſumitur contractus pignoris, non aotem venditionis, dixi infrà *numer.* 20. *& ſequentibus*. Sed aduerte, quòd deficienre modicitate pretij, videtur deficere cauſa delicti, & ſic vbi pretium eſt iuſtum, fruſtrà agimus de præſumendo ſimulationem, ſeu vſuram. Ideo viderur, quòd omnes coniecturæ ſimulationis ceſſent, vbi ceſſat modicitas pretij. Fuit conſideratio Lupi *in tract. de vſur. comment.* 2. §. 2. *numer.* 49. Ideò conſidera, & facit quia ceſſante cauſa ſimulationis ceſſat ſimulatio, vt dixi *in Repertorio crimin. quæſt.* 100. *num.* 10. vide Meooch. *lib.* 3. *præſumpt.* 122. *num.* 25. vbi an contractus dicatur fœneratitius, ſi conſtat de fraude inter contrahentes quòd volebant facere contractum pignotis, & non venditionis, ſi nulla interuenit læſio, diſtingue vt ibi.

15 Sola modicitas pretij non inducit aliquam vſuram, ſeu ſimulationem, ſed tantùm operatur reſciſſionem contractus, oiſi concurrat alia coniectura, vtputa pactum de retrouendendo, de quo ſuprà, vt per Maſcardum *concluſion.* 443. *numer.* 7. 8. *&* 9. & dixi *in Repertorio criminal. quæſt.* 100. *num* 12. & faciunt tradita *in verſic. Contrahentibus quando liceat ſe decipere*, &c. *verſi. Contractus*, *num.* 13. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 122. *num* 26. *&* 28.

16 Solum pactum de retrouendendo non inducit præſumptiooem pignoris & ſimulationis, quia tale pactum omni iure licitum eſt, vt per Menochium *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumptione* 122. *numer.* 10. *&* 11. vbi reprobat contrarium tenentes, *& numer.* 13. 16. *&* 17. *prope finem*, vbi ampliat, ſiue hoc pactum ſit perpetuum, ſiue etiam ad tempus.

17 Quando conſtat verè de fraude, & ſimulatione, quòd ſcilicet partes voluerunt facere contractum pignoris, & non venditionis, tunc ſolum pactum de retrouendendo operatur ſimulationem, vt per Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *d. præſumpt.* 122. *num.* 17. *in fine*, *& numer.* 18. *& ſequenti* Quid ſi ſolùm de hoc conſtet præſumptiuè, vide ſuperiùs tradita *num.* 14.

18 Quando cum pacto de retrouendendo concurrit vltra modiciratem pretij conſuetudo fœnerandi, tunc omnes admittunt contractum eſſe fœneratitium, vt ex Menochio *d. præſumpt.* 122. *num.* 19.

19 In contrarietate opinionum, de quibus ſuprà *num.* 2. *&* 3. adde tertiam opinionem, quòd id totum iudicis arbitrio remittitur, qui iudex modò primæ, & modò ſecundæ opinioni accedere poteſt, iuxta pretij tenuitatem, vt ſuprà dixi *numer.* 4. perſonarum qualitatem, vt ſuprà dixi *num.* 11. *&* 12. & iuxta naturam ipſius contractus, vt etiam ſuprà dixi *num.* 6. prout hæc benè explicat Menochius *in lib.* 3. *præſumptionum*, *d. præſumpt.* 122. *num.* 40. *& ſeqq.*

Contractus dicitur pignoris, & non venditionis, & ſic fœneratitius, quando vltra pactum de retrouendendo concurrit aliqua alia præſumptio fœnoris, vt dixi ſuprà *num.* 14. Sed in propoſito quænam erunt iſtæ præſumptiones videas in ſpecie latè Menochium *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumptione* 122. *num.* 42. & omnibus ſequentibus, & dicam aliquid infrà in ſequentibus numeris, & dixi ſuprà *in diſcurſu quæſtionis*, & faciunt generaliter & remiſſiuè poſita de præſumptionibus vſuræ *in Repertorio criminal. verſic. vſura*, *num.* 32. & in materia ſimulationis *quæſt.* 100. *per totam*, *in diſcurſu*. 20

Pactum de retrouendendo facit contractum fœneratitium, quando à principio actum eſt, vt venditori per emptorem res vendita locetur; vt per Menochium *dicta præſumptione* 122. *numer* 46. *verſic. Quartum eſt ſignum*, & ad materiam huius præſumptionis vide generaliter tradita *in Repertorio criminal. quæſt.* 100. *ſub num.* 7. & in ſpecie Menochium *de præſumpt. lib.* 3. *d. præſumpt.* 122. *num.* 49. 50. 51. 64. 65. 66. *&* 74. *& ſequenti*, *& numer.* 84. vbi quid ſi locatio eſt facta venditori pro parua penſione. 21

Pactum de retrouendendo facit contractum fœneratitium, quando emptot aliquo modo fatetur ſe pignori accepiſſe, & non emiſſe. Menochius *d. præſumpt.* 122. *num.* 47. *&* 48 vbi de mareria. Ad qoam vide etiam quæ dixi de probando vſuram per confeſſionem partis *in Repertorio crimin. verſic. Vſura num.* 6. & dixi etiam alibi in mareria ſimulationis. 22

Pactum quòd ſi emptor infra præſtitutum tempus non reemat, venditor teneatur ſupplere, puta centum, arguit contractum à principio non fuiſſe venditionis, ſed pignoris, & ſic fœneratitium. Menoch. *d. præſumpt.* 122. *num.* 54. *verſ. Idem etiam dicendum eſt*, *& verſ. caterùm*, vbi declarat. 23

Pactum de retrouendendo arguit contractum fœneratitium, quando res fuit pro parte vendita, & pro parte donata, vt per Menochium *d. præſumptione* 122 *num.* 61. 62. *&* 63. vbi ampliat etiam interueniente iuramento, quia iuramentum non tollit fœnoris præſumptionem, vt ibi per eum; vide ad hæc *in Repertorio criminal. quæſt.* 100. *num.* 47. 24

Pactum de retrouendendo arguit contractum fœneratitium, quando conceptum eſt per verbum *reſtituo*. vtputa dictum, vt quandocunque venditor reſtituet pretium, emptor reſtituat illi rem ſuam. Menoch. *d. præſumpt.* 122. *num.* 77. *&* 78. 25

Pactum de retrouendendo iuncta conſuetudine fœnerandi, & ſic inſolito vſurarios facere contractus, inducit maximam fœnoris præſumptionem; Menochius *d. præſumpt.* 122. *num.* 100. *& ſeqq. vſque ad numerum* 104. *&* 105. Sed contrà, quòd niſi interueniat læſio, hæc non ſufficiant, dixi ſuprà *num.* 14. *verſ ſed aduerte*. Dic quòd ſola conſuetudo fœnerandi cum pacto retrouendendi non ſufficit ad faciendum contractum fœneratitium, niſi alia concurrant, vt ibi per Menochium *num.* 104. *&* 108 Vide in ſimili *in Repertor. criminal. quæſt.* 100. *num.* 13. 26

Vide quoque multa, quæ poſui *in quæſt.* 165.

QVÆST.

Qvæstio LX.

Præfationis verba quando declarent ſubſequentia. Quandóve præcedentia influant in ſubſequentia, & è contrà, & alia ad materiam.

Svmmarivm.

1. *Generaliter de materia.*
2. *Præfatio arguit mentem diſponentis, & 3. cum num.19.*
   Præfatio oſtendit cauſam finalem.
4. *Præfationis verba declarant verba ſubſequentia, & num.6.& 9.*
5. *Simulans probatur ex præfatione inſtrumenti.*
6. *Præcedentia quando declarent ſubſequentia, & num.9.& ſeq.*
   Subſequentia quando declarent præcedentia, ibid.
   Quid ſi eſt diuerſa ratio, num.13.
   Vna pars orationis quando declaret aliam, n.12.
   Qualitas in vna parte orationis appoſita, quando cenſeatur repetita & in alia, num.14.& 18.
   Verba clara declarant verba dubia, d.n.12.
   Clauſula in principio appoſita quando referatur, & cenſeatur repetita in ſubſequentibus, n.9.
   Clauſula in fine appoſita quando referatur & cenſeatur repetita in præcedentibus, n.10.
   Clauſula in medio appoſita an referatur ad præcedentia, vel ſubſequentia, n.11.
7. *Præcedentia magis influunt in ſubſequentia, quàm è contra.*
   Actus ſubſequens declarat mentem præcedentem, num.15.
8. *Media declarantur ex præcedentibus, & ſubſequentibus.*
10. *Clauſula non refertur ad præcedentia, nec ad ſubſequentia, niſi ſtet principaliter.*
11. *Idem ſi in contrarium vrgeat veriſimilis mens diſponentis.*
   Præcedentia non declarant, nec reſtringunt ſequentia certa, & habentia terminatam orationem, num.16.
   Verba præfationis nihil operantur inter diuerſas perſonas, neque etiam in ad'aſis, num.17.
14. *Qualitas maſculinitatis in vna parte teſtamenti appoſita, quando cenſeatur repetita in alia.*

1 AD materiam iſtius quæſtionis generaliter præter infraſcripta videas Boër. *deciſ.*146. Diaz *reg.*84. Corſet. *ſingul.* 2. *pag.*144. *à tergo*. Iaſon *in l. cùm hi. §. eum, num.* 1. *ff. de tranſact.* Socin. *conſ.*91. *num.*4. *vol.*1. Firman. *in Repertor. verb. præfatione, pag. mihi* 407. *à tergo*. *Deciſ. Bononienſ.*98. *num.*6. vide etiam generaliter infrà *num.*6. Alderanus Maſcardus de generali ſtatutorum interpretatione *concluſ.*2. *num.*176. *& ſeqq.*

2 Præfatio arguit mentem diſponentis. Aſin. *conſil. crimin. diuerſ.*114. *num* 8. *tom.*1. *in magnis*, & eſt textus *in l. finali ff. de heredib. inſtituen. & in l.*1 *ff ad Macedon.* In quo tamen aduertas, quòd argumentum hoc ſumptum ex mente diſponentis ex verbis ipſius præfationis leuiſſimum reputat, & defendit Sarmient. *ſelect. interpret. lib.*1. *cap.*12. *num.*1. *&* 2. Pro primo dicto adde Rolandum *conſ.*67. *num.*70. *& ſeq. & num.*84. *volum.*3. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.*1. *num.*1. *& ſeqq.*

Præfationis & proœmij verba denotant cauſam finalem. Aymon. *conſil.*301. *num.*2. Cephal. *conſil.*94. *num.*2. *volum.*1. *Deciſ. Pedemont.*52. *num.*10. *& ſeq. & deciſ.*59. *num.*5. *&* 6. Cephal. *conſil.*146. *num.*39. Roland. *conſil.* 67. *num.*70. *& ſeqq. & num.*84. *volum.*3. Virgil. Boccac. *dicta gloſſ.*1. *dicto num.*1. *& ſequen.* vbi etiam quòd denotant rationem diſpoſitionis pro primo dicto, Burſatus *conſ.*345. *num.*6. *lib.*4. 3

Præfationis verba declarant ſubſequentia verba contractus. Grat. *reſponſ.* 52. *num.*3. *&* 4. Roland. *conſ.*86. *num.*51. *volum.*1. & videtur textus *in l. finali ff. de heredib. inſtit.* Ad quod vide tamen Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.*12. *num.*1. *&* 2. vbi defendit quòd hoc argumentum ſumptum ex verbis præfationis eſt leuiſſimum, vide infrà *num.* 9. *dicta deciſ. Pedemont.* 52. *num.*10. *& ſeq. & deciſ.*59. *num.*5. *&* 6. vbi quòd verba præfationis reſtringunt ſubſequentem diſpoſitionem, *& deciſ.*68. *num.*8. faciunt infrà tradita *num.* 6. Roland. *conſ.*67. *num.* 70. *& ſeqq. & num.*84. *vol.*3. Boccac. *dicta gloſſ.*1. *num.*1. *& ſeqq.* vbi quòd præfatio generalis ampliat ſubſequentem diſpoſitionem. 4

Præfationis verba oſtendunt, an contractus ſubſequens ſit ſimulatus, necne, vt per Grat. *d. reſponſ.*52. *num.*3. *&* 4. Virgil. Boccac. *dicta gloſſ.*1. *num.*3. & poſui in materia ſimulationis. 5

Præcedentia verba declarant ſubſequentia verba contractus. *Deciſ. Pedemont.* 68. *num.* 8. Cephalus *conſil.*58. *num.*12. *volum.*1. Ad quam materiam, an & quando ſcilicet præcedentia declarent ſubſequentia, & è contrà præter ſuperiùs generaliter allegata *num.*1. vide Pariſ. *conſ.* 14. *num.* 31. *&* 32. *cart.*32. *& conſil.*23. *num.*108. *cart.*49. *volum.*1. *& conſil.*23. *num.*15. *cart.*29. *vol.*3. *& conſil.* 96. *num.*11. *cart.* 130. *volum.*3. *& conſil.*47. *num.*31. *cart.*93. *volum* 1. Roman. *ſingul.* 672. Socin. iun. *conſil.*139. *part.*1. Boërius *deciſ.*146. *part.*1. Matheſ. *ſingul.*150. *in additionib.* Arnon. *ſing.*1. Maſcard. *concluſ.*1124. *num.*32. vbi quòd verba dubia declarantur per verba præcedentia & ſubſequentia, vide infrà allegata *num.*9. *& ſeq.* 6

Præcedentia magis determinant, quàm è contrà. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 64. *num.*19. *&* 20. Roland. *conſil.*60. *num.*44 *volum.*1. *Deciſ. Pedemont.*147. *num.*16. vbi quòd præcedentia magis influunt in ſequentia, quàm è contrà. Bart. *in l. quiſquis, per illum text. ff de legat.*3. 7

Præcedentia & ſequentia declarant media. Neuiz. *conſ* 29 *num.*4. 8

Quæro in materia, an præcedentia verba cenſeantur etiam repetita in ſubſequentibus. Vide latè diſtinguentem Bartolum *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, num.*4. *ff. de verb. obligat.* & ſic etiam quæro, an clauſula in principio contractus appoſita cenſeatur etiam & in ſubſequentibus verbis repetita. Ad hanc materiam præter generaliter tradita ſuprà *num.*1. *&* 6. vide Corſet. *ſingul. verb. repetitio pag. mihi* 198. incip. *Vbicunque*, &c. & Imol. *in l. Titia col.*5. *verſic. Nota quòd dicta, ff. de verbor. obligat pag. mihi* 79. qui dicunt, quòd ea, quæ ponuntur in præfationibus, quando ſunt præparatoria ſequentium, ſemper in ſequentibus repetita videntur. Ad idem Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 1. *num.* 4. vbi hoc declarat duobus modis. Vide ad hanc materiam Mart. *in tract. de clauſul. part.*4. *clauſ.*1. *ſub num.*1. *& ſeqq. & part.*4 *clauſul.*23. *& ſequen.* & pro iſta concluſione faciunt ſuprà tradita *num.* 4. Diaz *regul.*84. *&* 85. Cephal. *conſil.* 23. *num.*34. *& ſeq. volum.*1. *conſil.* 9

*crimin.diuerſ.*118.*num.*15.*pag.*118. vbi quòd clauſula poſita in principio, cenſetur etiam repetita & in fine. Pariſ.*conſ.*19 *num.*65. *& ſeqq. cart* 48.*volum.*2.*& in Repertorio eius conſiliorum verb. Clauſula poſita in vno Capitulo, & ſequentib.* Curt.iun. *conſ.*7. *num.* 12. *part.*2.*fol. mihi* 20. vbi facit regulam cum limitationibus. Gabriel *tit de clauſul.lib.*6.*concluſ.*9.

10 Quæro ſecundò è contra, an & quando ſubſequentia cenſeantur etiam repetita in præcedentibus, & ſic quando clauſula in fine appoſita cenſeatur repetita in omnibus præcedentibus, & ad præcedentia referatur, præter Doctores ſuprà allegatos *num.*6. vide Curtium iuniorem *dicto conſil.* 7. *n.*12. *part.*2. vbi facit regulam cum limitationibus, & ibi etiam ponit de clauſula in medio appoſita, de quo dicetur infrà *in ſeq.num.* Socin. iun. *conſ.*139. 1.*part.* latè Imol.*concluſ.*58.*lib.*2.Boër. *deciſ.*146. *num.*2.3.4. 5.8.*&* 9.*fol* 184.*&* 185.*part.*1. Quibus in locis habetur etiam, an & quando clauſula in fine poſita referatur ad omnia præcedentia, vel ad proximiora tantùm. Imola *in l. Tertia colum.*5.*verſic. Nota, quòd dicta. ff de verb.oblig.pag.*79. vbi quòd dicta in vltima parte diſpoſitionis intelligantur repetita in principio. Diaz *regul.*84.*&* 85. Corſet. *ſingul. pag. mihi* 143. *in paruis, verb.clauſula*, latè *in Repertorio conſiliorum.* Pariſ. *in verb.clauſula poſita in Capitulo, & ſeqq. & conſil.* 19.*num* 65.*& ſeqq. cart.* 48. *volum.*2. *& conſ.*85. *n.*40. *& ſeqq. cart.* 146. *& conſ.* 90. *num.* 36. *cart.* 155. *eod. volum* 2. Vide eumdem Pariſium *in eodem ſuo Repertorio conſiliorum, verb. clauſula, in fine, &c.* Cephal. *conſ.*13.*num.*34.*vol.*1. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.*64. *num.*13.*& ſeqq.lib.*2. vbi quòd clauſula in fine appoſita tunc demum refertur ad præcedentia, quando ſtat principaliter. Item quando adeſt eadem ratio, alias ſecùs. Item niſi in contrarium ſit veriſimilis mens diſponentis, vt ibi per eum. Ad quam materiam, vide omninò Gabriel *lib.*6. *concluſ.* 9. *titul. de clauſulis.*

11 Quæro tertiò, an clauſula in medio appoſita referatur ad præcedentia, vel ad ſubſequentia? dic quòd ad præcedentia, & non ad ſubſequentia. Menoch. *dicto caſ.*64. *num.* 22. ad quod vide Curt. iun. *dicto conſ.*7.*num.*12.*part.*2. vide *in deciſ. Pedemont.*81. *num.*7.*&* 15. vbi an clauſula in oratione poſita debeat referri ad omnia præcedentia, & etiam ad omnia ſubſequentia, ſi commodè referri poteſt.

12 An autem & quando vna pars orationis declaret aliam, vide Cephalum *conſil.*68.*num.*16. *& ſeqq. vol.*1. Aymon *conſil* 297.*num.*5. vbi quando vna pars teſtamenti declaret aliam, de quo dixi particulariter *in Repertor. vltimar. volunt. quæſt.*43. *num.*21. Vide Pariſium *in Repertor. ſuorum conſil. verb. caput vnum.* Villalob. *litera E.num.*140.*& ſeqq.* Cephal.*conſ.*107. *num.*2.9.*&* 10. *volum.* 1. vbi quòd pars clara orationis declarat partem dubiam. *Deciſ. Pedemont.* 68. *num.* 17. *& ſeq.* vbi quòd vna pars legis, ſeu ſtatuti declaratur per aliam. Hercul. *de cautel.pag.*142. vbi quòd vna pars orationis declarat aliam, & allegationes adducit.

13 Scias generaliter in materia, quòd præcedentia declarant ſequentia, & è contrà, quando adeſt eadem ratio, ſecùs ſi diuerſa. Cephal. *dicto conſil.*107. *num.*2.9. *&* 30.*vol.*1. Menoch. *dicto caſ.* 64. *num.* 23. *& ſeqq.*

14 Et an qualitas appoſita in vna parte orationis, cenſeatur etiam & repetita in alia. Regula videtur negatiua, ſecundum Pariſium *in conſil.* 35. *num* 19. *lib.*3. vbi de communi, ſed veriùs dic, quòd neceſſaria eſt Broccardica, & in ea non poteſt dari certa doctrina, ſecundùm Boër. *deciſ.* 146. *num.* 1. *in fine.* vide Cephal. *conſil.* 67. *num* 16. *& conſ.*140. *num.*19. *& ſeqq. & num.* 25. *volum.*1. *& conſil.* 68. *num.*16. *& ſeqq.eod.volum.* Imol.*concluſ.*5.*lib.*2. *pag. mihi* 173. *& ſeqq.* vbi ſi teſtator fecit mentionem de filiis maſculis in vna parte teſtamenti, an eadem maſculinitatis qualitas cenſeatur repetita in alia parte, in qua ſimpliciter ſit mentio de filiis, & alia ſimilia ibidem videas. De hac materia. An qualitas maſculinitatis in vna parte teſtamenti appoſita cenſeatur repetita in alia, vide Gabriel *concluſ.*10.*tit. de teſtament. lib.*4. Mantica *de coniecturis lib.*3.*tit.*13.*deciſ. Pedemont.*68. *num.*10 *& ſeq.* Cephal. *conſ.*138. *num.*50. Ancharan. *quæſt.*7.*num.*13.2.*part.* vbi quòd qualitas adiecta vni capitulo non cenſetur repetita in alio, quando vnumquodque Capitulum habet orationem perfectam. Vide Menochium *de præſumpt.lib.*2 *præſumpt.*7. *per totam*, vbi quando dicta in vna parte legis, ſeu ſtatuti, cenſetur repetita in alia parte dictæ legis, vel ſtatuti, vide infrà *num.* 18.

Et in propoſito etiam ſcias, quòd actus ſubſequens declarat qualis fuerit animus in præteritum, ad quam materiam præter in ſimili tradita *in Repertorio crimin. in fragmentis verſic. Animus, num.*27. vide Pariſium *in Repertor.conſil.verb. Actus ſubſequens* &c. Cephal.*conſil.*12.*num.*12.*& conſil.*65. *num.*8. *volum.*1. Neuizan. *conſil.*21.*num.*31. vbi quòd licet verba declarent mentem, &c. tamen facta ſunt fortiora ad demonſtrandam mentem, quàm verba. Faciunt tradita infrà *in verſ. Animus, num* 50. *inter diuerſa, & in Repertor.iudic verſic. Ratificatio, num.*15. & idem traditur per Cephalum *conſil.* 77. *num.* 2. *& conſil.*96. *num.*27.*volum* 1. *Deciſ. Bononienſ.*76.*num.*15. pro regula huius verſic. facit textus §. *pauonum, in fine, Inſtitut. de rerum diuiſione.* Decius *in l. petens, num.*11.*C. de pact. l. ſed & Iulianus.* § *penult. ff. ad Maceden.* Adde Maſcardum *concluſ.*95.*num.*6. vbi quòd animus qualis fuerit in ſequenti, ex præcedentibus probatur, *& num.*7. vbi è contrà, quòd ex poſtea geſtis probatur animus qualis fuerit in præcedentibus; *& concluſ.* 1042. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi quòd exteriora declarant interiora, ideò ex actu externo arguitur bonus, vel malus animus internus, vide *in tit. de pœn. temper. quæſt.*89. *num.*7. *& ſequen.* poſui *in fragmentis verſic. Animus.* 15

Item ſcias, quòd licèt præcedentia declarent, & reſtringant ſequentia, tamen hoc fallit, quando ſequentia ſunt certa, & habent orationem ſeparatam, & determinatam. *Deciſ. Pedemont.*495.*num.*9. 16

Rurſus ſcias, quòd dicta in præfationibus nihil operantur inter diuerſas perſonas, & in odioſis, niſi aliud finalis ratio diſpoſitionis ſuadeat. Virgil. Boccacius *in conſtit. Marc.b.gloſſ.*1.*num.*4.*in fine.* 17

Ad ea quæ dicta ſunt *num.* 14. adde quòd qualitas appoſita in vno capitulo, cenſetur repetita in alio, quando ſequens capitulum eſt appoſitum in eadem oratione cum primo, & ambo capitula pendent ab eadem ſtructura verborum, vel eodem verbo. Bart. & alij relati per Decium *in conſil.*92. *num.*2. *lib.*1. Pariſ. *conſ.*108.*num.*48. *lib.*3. *& conſ.*72. *num.*35. *& ſeqq.lib.*4. Secùs ſi ſequens capitulum habet certam, & determinatam orationem, nec eſt connexum cum primo capitulo ſub eadem oratione. Mantica *de coniectur. lib.* 6. *tit.*13. *num.*10. vbi quòd non cenſetur repetita in capitulo diſtincto & claro, habente orationem perfectam, & à ſuperiori capitulo non pendente. Gozad. *conſil.*45.*num.*1.*verſ. Præterea*, vbi loquitur quando principium, & finis orationis plura capita continentis regitur ab eodem verbo, 18

aliter

aliter ſecùs, ex Bart. quem allegat *in l. in repetendis, col. 2. verſ. 3. caſu, & verſic. quando etiam, & verſ. quandoque eſt identitas rerum. ff. de legat. 3.* vbi benè exemplificat in capitulis, quæ reguntur ab eodem verbo, *& in l. Seia §. Caio, in princip. & num. 2. ff. de fund. inſtruct.* Pariſ. *conſ. 36. num. 8. & ſeqq. pluribus, vſque ad num. 17. & num. 22. lib. 1.* Iaſ. *in l. alio ſcriptura, num. 37. ff. de legat 1.* & ampliatur hæc declaratio, etiam quòd vnum capitulum continuatiuè, copulatiuè, ſeu implicatiue ſequatur aliud, nam & tunc vna qualitas vnius capituli non cenſetur repetita in alio habente perfectam orationem, & non ſe regente ab eodem verbo, ſecundùm Bartolum *in dicta l. in repetendis, dicto verſ. tertio caſu, & verſ. quandoque etiam, & verſ. quoniam quod eſt identitas rerum.* Vbi loquitur, quando capitulum incipit per dictionem *Item, & in dicta l. Seia §. Caio in princip. & num. 1.* vbi loquitur quando vnum capitulum eſt alteri annexum per dictionem *&*, vel per dictionem *Item*, & Bartol. ſic dicentem ſequitur Pariſ. *conſ. 108. num. 49. lib. 3. & conſil. 72. num. 56. lib. 4.* Natta *conſ. 152. num. 10. lib. 2.* Pariſ. *dicto conſ. 36. num. 8. & ſeqq. & num. 15. & ſeq. lib. 1.* vbi loquitur, quando ſequens Capitulum incipit per dictionem *Nec*, Ancharan. Regien. *quæſt. 7. num. 3. & 4. iuncto num. 12. in fin. & ſeq. part. 1.* vbi loquitur etiam, quòd in ſequenti capitulo adeſſet dictio, *vt ſuprà.* Et rurſus eadem declaratio procedit, quando non agitur de extendendo diſpoſitionem præcedentis capituli, ad ſequens capitulum, ſed tantùm de extendendo qualitatem in præcedenti diſpoſitione appoſitam ad ſequentem, prout benè declarat Bart. *in l. præter §. vtique hac differentia. ff. de vi bonor. rapt.* Florianus *in l. quemadmodum §. hæc verba, num. 3. ff. ad legem Aquiliam.* Aret. *in §. capite 3. Inſtit. de lege Aquil.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 7. num. 1.*

19 Ad ea, quæ dicta ſunt ſuprà *num. 2. & 3.* quòd ſcilicet præfatio arguat mentem, & cauſam finalem diſponentis, & conſequenter ſecundùm eam regulentur & interpretentur ſequentia diſpoſita ad notabilem declarationem, quia præmiſſa concluſio procedit, & habet locum, quando narratiua & præfatio eſt generalis, & diſpoſitiua ſpecialis & reſtricta. Secus quando, prout in caſu noſtro, narratiua eſt ſpecialis, & diſpoſitiua generalis, tunc enim ex narratiua non inducitur cauſa finalis, ſed impulſiua, & conſequenter ſubſequens diſpoſitio generalis minimè reſtringitur, ſecundùm Ioan. Andr. *in c. penult. col. 1. verſ. Sed licet hîc ſic narretur per illum textum, extra de immunit. Eccleſ.* & *ibi* etiam Gemin. *num. 8. & 9.* & Franc. *num. 3. verſ. nec obſtat, quòd in narratione*, idem Franc. *in cap. cùm ceſſante, num. 2. de appellat.* Bald. *in l. non dubium, num. 7. verſ. ſed tu dic, quòd ratio legis, C. de legib.* Iaſ. *in Authent. Quas rationes, n. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Alexand. *conſil. 32. n. 7.* & apud me eſt veriſſima, & notabilis declaratio.

Qvæstio LXI.

Societas quot modis finiatur. Quando præſumatur tacitè contracta, vel continuata, ac multa alia in materia vniuerſali ſocietatis omnium bonorum.

Svmmarivm.

1. *Societas quot modis finiatur, & ſequentib.*
2. *Societas finitur morte naturali.*
3. *Societas an tranſeat ad hæredes, & ſequen. vbi de materia.*
   An ex pacto tranſeat ad hæredes, ibid.
4. *Societas cum hærede quando tacitè continuata cenſeatur.*
   An ex præcepto teſtatoris tranſeat ad hæredes, d. num. 3.
   Societas finita quando tacitè continuata dicatur, d. n. 4. & 13. 15. & ſeq.
5. *Societas an poſſit contrahi ad vitam alicuius ſocij.*
   An valeat pactum, quòd ſocietas non poſſit diſſolui ad vitam alicuius ſocij, ibid.
6. *Societas finitur morte ciuili.*
7. *Societas finitur de voluntate contrahentium.*
8. *Idem ſi vnus ſocius de communi conſenſu incipiat ſeorſum ab alio negotiari.*
9. *Idem perempta ſubſtantia vnius ſocij.*
10. *Idem actione perempta, vel mutata.*
11. *Idem ſi vnus ex ſocijs incipiat eſſe rixoſus.*
12. *Idem ſi ſocius non adimplet promiſſa.*
14. *Societas inter fratres quomodo finiatur.*
15. *Societas quando tacitè contracta, ſeu continuata dicatur inter fratres extraneos, patruum, & nepotem, & ſimil. & ſeqq.*
   Societas an præſumatur, & de materia, n. 18.
17. *& quid ſi frater, ſeu nepos ſit infans, ſeu minor, & num. 4.*
19. *Quomodo facienda diuiſio in ſocietate continuata inter patruum, & nepotem.*
20. *Societas inter coniuges quando tacitè contracta dicatur.*
21. *In ſocietate omnium bonorum veniunt bona vndecunque quæſita, &c.*
22. *& quæ expenſa, ſeu debita ſint de communi ſoluenda, &c.*
23. *& particulariter an dos nepis ſit de communi detrahenda.*
   Frater an præſumatur acquirere de communi, d. num. 21.

SOCIETAS quot modis finiatur, præter tradita in ſequentibus numeris, vide Firman. *in Repertorio verb. Societas finitur*, &c. 1

Societas finitur morte naturali alterius ſocij. *Deciſ. Pedemont. 140. num. 1. & 2.* Berber. *in ſuo directorio iuris, ſub rubrica de ſociet. colum. 2. pag. mihi 47.* vide *in ſequentibus numeris*, Ideò ad hæredes non tranſit. *Deciſ. Pedemont. 76. num. 7. & ſeq.* vide *in ſequenti num. 3. & in 1. libr. Inform. in Repertor. verſ. Societas il 1.* 2

Societas an & quando tranſeat ad hæredes. Grat. *reſponſ. 15. num. 16. & ſeqq. & num. 36. lib. 2. & reſponſ. 66. num. 9. & num. 15. lib. 1. Deciſ. Pedemont.* 150 ſiue 149. *num. 1. & 2.* vbi quòd non valet pactum, quòd ſocietas tranſeat ad hæredes, ſed benè valet teſtatoris diſpoſitio, præcipiens hæredibus, vt continuent in ſocietate. Ad hanc materiam, an ſcilicet ſocietas tranſeat ad hæredes, vide ſuprà *num. 2.* & infrà *num. 4.* & an valeat pactum, quòd tranſeat ad hæredes. Declara, vt *in dicta deciſ. Pedemont. 79. n. 7. & ſeq. & num. 13.* 3

Societas an cenſeatur tacitè continuata, vel renouata cum hærede, vide Aymon. *conſ. 186.* & Dec. *conſil. 213. in 2. dubio, col. penult.* vbi an cenſeatur continuata cum hærede maiore, vel minore. de quo particulariter infrà *num. 17.* vbi an & quando ſocietas omnium bonorum tacitè contracta dicatur cum minore, 4

minore, & *num.15. & ſeq.* vbi generaliter, quando tacitè ſocietas contrahatur, & infra *num.* 13. vbi quando ſocietas finita cenſeatur tacitè continuata.

5 Societas an poſſit contrahi ad vitam alicuius ſocij? Dic quòd non. Grat. *reſponſ.66. num.23. lib.2.* ad quod vide Ancharan. *quæſt.* 54. vbi an valeat pactum, quòd ſocietas non poſſit rumpi, niſi per mortem alterius ſocij, vide infrà *verſ. pactum n.29.*

6 Societas finitur morte ciuili. Berber. *in dicto ſuo directorio iuris, ſub rubric. de ſocietate colum. 2. pag. mihi* 47.

7 Societas finitur voluntate contrahentium. Berber, *in dicto ſuo directorio iuris, vbi ſuprà.*

8 Ideò ſi ſocius vnus de communi conſenſu incipiat ſeorſum ab alio negotiari, dicitur finita ſocietas, vt per eumdem Berberium *ibidem.*

9 Societas finitur, quando ſubſtantia vnius ex ſociis perit, idem Berberius *loco ſuprà citato.*

10 Societas finitur actione perempta, vel mutata. Berberius *in dicto ſuo directorio iuris, vbi ſuprà.*

11 Societas diſſolui poteſt, ſi vnus ex ſociis incipiat eſſe rixoſus. Berberius *vbi ſuprà*, & vide infrà *verſic.*
12 *pactum num.29.*
Societas an finita dicatur, ſi vnus ex ſociis non adimplet promiſſa, ſuprà *quæſt.3. num.30.*

13 Societas finita adhuc tamen durare, & continuati dicitur per actus tacitè ſociales. Tiraquell. *de legib. connub. pag. mihi* 481. *num.* 10. ad quod vide ſuprà *num.4.* vbi quando ſocietas dicitur tacitè continuata cum hærede, & infrà *num.15. & ſeq.* vbi generaliter, quando ſocietas tacitè contracta dicatur.

14 Societas vniuerſalis omnium bonorum, puta inter fratres, quomodo diſſoluatur, vide Corſet. *ſingul. pag. mihi 206. verb. Societas 2.*

15 Societas omnium bonorum nulli dubium quòd poteſt contrahi non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, ita enim communiter concluditur per omnes Doctores allegatos infrà *in num. ſeq.* & ſuprà *num.4. & 13.* & tradit Roland. *conſil.91. num 24. & ſeqq. & num. 37. & ſeqq. volum.1.*

16 Sed ex quibus, & quando ſocietas omnium bonorum tacitè contracta dicatur, tam inter extraneos, quàm inter conſanguineos, puta fratres, patruum & nepotem, & ſimil. & quæ requiruntur ad hoc, vt iſta tacita ſocietas contracta, ſeu continuata dicatur, vnà cum multis exemplis, & quæſtionibus, in materia videas per Cephalum *conſ.* 247. & 248. *lib.1.* Anchar. *quæſt.74. num.17.* latè Petr. de Vbald. *in materia de duobus fratribus.* Corſet. *ſingul. pag. mihi 206. in paruis, verb. ſocietas*, vbi de tacita ſocietate omnium bonorum inter fratres contracta, de qua etiam per Nouell. *regul.* 201. & per Iaſonem *in l.1. C. Qui teſtamentum facere poſſunt.* vbi latè. Ad quod faciunt etiam ſuprà tradita *num.4. & 13.* & infrà *n.18.* Hector Felic. *de ſocietate cap.* 10. *num.* 15. *& ſequen.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.* 16.

17 Et quid ſi vnus ex fratribus, ſeu nepotibus ſit infans, vel minor, an tacitè cum eo ſocietas omnium bonorum contracta cenſeatur, præter Doctores ſuprà allegatos *num.* 16, & 4. vide eumdem Cephalum *dicto conſil,* 247. *per totum*, præſertim *num.12. & ſeqq. & conſil.* 248. Similiter per totum In diſcurſu. Lambertengus *de contractib. gloſſ.7. num.3. & 4.* vbi relati contrarij dicunt communem eſſe opinionem, quòd in hac tacita ſocietate ſufficiat tutoris tacitus conſenſus. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt.56. num.6. & ſeqq.*

18 Societas vniuerſalis, putà inter fratres, an potius præſumatur, quàm diuiſio, vide Villalob. *in communib. opinionib. litera D. num.83.* & quid de ſocietate particulari, vide eumdem Villalob. *litera S. num.66.* Cephal. *conſ.250. num.8. & 9.* vbi quòd ſocietas ſiue vniuerſalis, ſiue particularis, non præſumitur, niſi probetur. Ad quam materiam generaliter vide Doctores ſuprà allegatos, *num.* 16. Turzan. *quæſt.7.* Iaſon *in l.1. C. qui teſtament. facere poſſ.* Alciatus *regul.1. præſumpt.25.* & *ibi in addition.* Ancharan. *quæſt.74. part.1.* Bart. plenè *in l. Titium, aut Mæuium. 9. altero ff. de administrat. tutel. & in l. ſi patruus*, vbi etiam Bald. & Salyc. *C. commun. vtriuſque iud.* Aymon *conſil.131. num.12. lib.1.* Neuiz. *conſil.86. num.8. & ſeqq.* Pariſius *in Repertor. conſiliorum, verb. Societas, in diſcurſu.*

Societas inter duos fratres, mortuo vno fratre, ſi 19
eſt continuata cum nepotibus, & ſic filiis fratris defuncti, quomodo ſit facienda diuiſio in capita, vel in ſtirpes inter iſtum patruum, & nepotes, præſertim ruſticos. Cephal. *conſ.69. volum.1.*

Societas inter coniuges, an & quando tacitè 20
contracta dicatur. Petral. *ſingul.99.*

Societas omnium bonorum, ſiue tacitè, ſiue ex- 21
preſsè contracta ſit, eſt huius naturæ, vt in ea veniant communicanda bona vndecunque quæſita per ſocios, ſecundùm communem, de qua per Rolandum *conſil.91. num.14. & ſeqq. num.37. & ſeqq. vol.1. & per totum.* Cephal. *conſil.247. num.6. & ſeqq. 37. & ſeqq.* vbi quòd veniunt bona acquiſita etiam nomine proprio, & de pecuniis propriis. Et an frater habitans cum fratre præſumatur acquirere de communi, Duen. *regul.3.*

Et è conuerſo in ſocietate bonorum omnium 22
quæ debita & expenſæ ſoluantur de communi, vide Rolandum *dicto conſil.91. vol.1.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſu 127. lib.2.* vbi diſtinctè ponit, quando repetantur ab vno fratre expenſæ factæ ab altero, ſi plus altero expendit, an verò de communi cenſeantur factæ. Petrus de Vbaldis *in tract. de duobus fratribus part.9. per totum*, vbi latè. Faciunt in ſimili tradita de particulari ſocietate, infrà *in fragmentis verſic. Socius quando teneatur*, &c. & an expenſæ factæ per vnum ex fratribus in nuptiis communis ſororis, de communi ſint ſoluendæ, poſui infrà *verſ. Frater num.4.*

Et particulariter, an dos conſtituenda nepti de- 23
beat capi de bonis communibus, ponit idem Roland. *dicto conſil.91. lib.1.* Imol. *concluſ.6. lib.3.* Menoch. *de arbitr. quæſtionib. caſu 127. num.3.* vbi quòd ſic, ſecundùm magis receptam opinionem.

QVÆSTIO LXII.

Statuti prohibentis alienationem in forenſes materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia huius quæſtionis.*
Statutum prohibens alienationem in forenſes an valeat, num.21.
2. *An ſit odioſum & ſtrictè interpretandum.*
3. *An comprehendat alienationem aliam, quàm inter viuos, & ſeqq. vbi de materia.*
An comprehendat inſtitutionem hæredis, ibid. vbi de materia.
An comprehendat legatum, & de materia, ibid.
9. *& quid de ſtatuto prohibente forenſem ſuccedere in territorio ſtatuentium.*

&

& an iſto caſu mulier nupta extra territorium, dicatur forenſis, ibid.

10. *& an hoc ſtatutum comprehendat non ſubditum vendentem bona ſita in territorio ſtatuentium.*

11. *Statutum prohibens venditionem, an comprehendat omnem ſpeciem alienationis.*

12. *& quid de alienatione rei immobilis exigua.*

13. *& an forenſi ſit reſtituendum pretium.*

14. *& an hoc ſtatutum liget Clericos, ſeu Eccleſiam.*

15. *& an illi poſſit contrauenire de voluntate teſtatoris.*

16. *& quid de alienatione facta in eum, qui à Principio erat ciuis, & poſtea deſiit eſſe ciuis, & n.9.*

17. *& an comprehendat alienationem ex cauſa dotis.*

18. *& an comprehendat alienationem neceſſariam.*
& quid ſi ſtatutum prohibuerit alienationem quoquo modo, &c. ibid.

19. *& an comprehendat caſum iuratum, &c.*

20. *& an comprehendat alienationem factam à Principe.*

22. *& an locationem.*

23. *& an præſcriptionem.*

24. *& an transferatur dominium ex alienatione facta contra formam huius ſtatuti, & ibi etiam quid de poſſeſſione.*

25. *Quomodo currat præſcriptio in alienatis in forenſem.*

1 PRÆTER infraſcripta generaliter in hac materia videas Albericum *in tract. ſtatut. quæſt. 2. circa principium.* Socin. *conſil. 7. num. 15. lib. 2.* Grat. *reſponſ. 65. num. 50. volum. 1.* Cephal. *conſil. 13. volum 1. per totum, & conſil. 161. vol. 2.* ſimiliter *per totum.* Claud. ad Bertaz. *conſ. 399. lib. 2.* vbi latiſſimè Plot. *conſil. crimin. diuerſ.* 108. *tom. 1.* in primò impreſſis.

2 Statutum huiuſmodi prohibens alienationem in forenſes, eſt odioſum, & ſtrictè interpretandum, *in dicto conſil. 13. num. 3. & ſeqq. volum. 1. & conſil. 161. num. 5. & ſeqq. volum. 2. & conſ. 53. num. 1. & 2. vol. 1.* Sed contrà *ibidem num. 8. & ſeqq. num. 26. & ſeqq. & conſil. 53. num. 1. eodem vol.* vide Cephalum *conſil. 246. num. 12. & 38. vol. 2.*

3 Statutum hoc prohibens venditionem, ſeu alienationem, non comprehendit niſi alienationem inter viuos. Cephal. *dicto conſ. 13. num. 17. & ſeqq.* Rolandus *conſil. 80. num. 12. & ſeqq. volum. 3.* vbi quòd non per hoc forenſis prohibentur ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato, niſi ſtatutum prohibeat alienationem per verba vniuerſalia *quoquo modo*, & ſimilia, *ibidem num. 17.*

4 Sed quòd immò cenſeatur prohibuiſſe inſtitutionem hæredis, traditur per eumdem Cephalum *dicto conſil. 13. num. 1. & ſequen. pluribus, volum. 1.* vbi latè Clar. *in pract. quæſt. 82. verſic. Quæro nunquid ſtante hoc ſtatuto*, &c.

5 Et ſtante hac inſtitutione inualida, an hæreditas deferatur ad matrem, vel ad agnatos; & an ad agnatas fœminas, vide eumdem Cephalum *dicto conſ. 53. num 49 & omnib. ſeqq. vol. 1.*

6 Et quòd hoc ſtatutum non comprehendat perſonas inſtituentes filios, & è contrà, ponit Cephal. *conſil. 161 num. 17. & ſequen. vol. 2.*

7 Et an hoc ſtatutum habeat locum in legato immobilium facto forenſi, tradit Brun. *de ſtatut. art. 9. num. 9.* Clar. *in pract. quæſt. 82. verſ. Sed pone, quòd teſtator*, vbi quòd iſto caſu hæres tenetur legatario præſtare æſtimationem. Ad quod faciunt generaliter tradita paulò inferius *num. 13*

8 Et ſi ſtatutum expreſsè prohibeat poſſe legari forenſibus, vel aliquo modo relinqui, non intelligitur niſi de relictis iure particulari, non autem iure vniuerſali inſtitutionis, vt per Cephal. *d. conſil. 13. num. 18. & ſeqq. vol. 1.*

9 Et quid de ſtatuto prohibente forenſem ſuccedere in bonis ſitis in territorio ſtatuentis, quomodo intelligatur, & an habeat locum in filia nupta extra territorium, latè Anchar. *quæſt. 9.* latè etiam Cephalus *conſ. 13. per totum, volum. 1.* ad quod vide generaliter tradita ſuprà *quæſt. 37. num. 7. & ſeqq.* vide infrà *num. 16.*

10 Et quòd hoc ſtatutum non comprehendat non ſubditum vendentem bona etiam ſita in territorio ſtatuentium, tradit Cephal. *conſil. 161. num. 9. & ſeqq. volum. 2.* & faciunt ſuprà generaliter tradita *quæſtione 36.*

11 Et an hoc ſtatutum prohibens vendi immobilia in forenſes, comprehendat omnem ſpeciem alienationis. Ripa tenet quòd ſic *in l. filiusfamilias §. Diui. ff. de leg. 1. num.* 102. ad quod vide Cephalum *dicto conſ. 53. num. 15. vol. 1.* & faciunt generaliter ſuprà tradita, *quæſt. 12.* vbi quid veniat appellatione venditionis.

12 Et quòd hoc ſtatutum non habeat locum in alienatione rei immobilis paruæ & exiguæ, tradit Roman. *ſingul. 334.* & Tiraquell. *in tract. de reb. exig. pag. 34 prima facie, ad finem.*

13 Et quòd licèt vigore huius ſtatuti res immobilis non poſſit in forenſem transferri, poteſt tamen rem immobilem habere, vt illam vendat, & pretium recipiat, Roman. *ſingul. incip. Licèt fratres, pag. mihi 175. à tergo, n. 2. in paruis.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. 150. n. 287.* vbi quòd quando recuperantur à forenſe bona immobilia ſibi alienata, debet tamen illi præſtari æſtimatio, & ibi reſtatut de communi, quam limitat non procedere, quando ſtatutum reſiſteret in perſonam, quia tunc nec æſtimatio debetur, vt *ibidem num. 293.* Cotta *in memorab. pag. mihi* 384. vbi quòd forenſi conceditur à iure retentio, donec ſibi pretium reſtituatur, & idem tradidit idem Cotta *in pag* 673.

14 Et quòd hoc ſtatutum non liget Clericos forenſes, quin poſſint acquirere, tradit Socin. iun. *conſil. 2. num. 13. lib. 2.* & Clar. *in pract. quæſt. 82. verſic. Sed quæro nunquid*, &c. Sed contrarium, quòd immò hoc ſtatutum comprehendat alienationem etiam factam Clerico, ſeu Eccleſiæ, tradit Tiraquellus *de retract. pag. mihi 7. num. 14.* Ad quod vide omninò eumdem Tiraquellum *de legib. connubial. pag mihi 545. n. 171. & ſeq.* Cephalus *dicto conſil. 53. num 6. & n. 37. & ſeqq. & conſ. 54. num. 1. & ſeqq. vol. 1.* Sed hæc ſententia eſt reiicienda, & prima vtpote vera tenenda.

15 Et an huic ſtatuto poſſit contrauenire de voluntate teſtatoris, ponit Villalobos *in communib. opinionib. litera A. num.* 98. Tiraquell. *de legib. connub. pag. mihi 548. num.* 186. Dic quòd ſic, vt per Lambertèng. *de contract. eorum*, &c. *gloſſ. 1. num. 8.* & faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt. 14. num. 38. & quæſt. 20. num. 54. & 64.* & ibi poſita poſſunt etiam aptè & appoſitè applicari ad hanc materiam.

16 Et quòd ſtatutum prohibens relinqui forenſi ex teſtamento, non habeat locum in eo, qui à principio fuit ciuis, & deinde eſſe deſiit, tradit Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. 309. num. 16.* vide ſuprà *n. 9.* Cephal. *conſ. 246. num. 8. & 30.* vbi an ſtatutum prohibens vendi immobilia in forenſem comprehendat illum forenſem, qui licèt alibi habitet, habet tamen in ciuitate ſtatuti fratres, ſorores, ſeu alios agnatos.

Et

17 Et quòd hoc ſtatutum prohibens alienationem in forenſes non comprehendat alienationem ex cauſa dotis, tradit Cephal. *dicto conſil.* 13. *num.* 30. *&* 43. *vol*, 1. *& conſ.* 161. *num.* 15. *vol.* 2.

18 Et quòd non comprehendat alienationem neceſſariam, idem Cephal. *conſ.* 47. *num.* 22. *volum.* 1. Clar. *in pract. quaſt.* 82. *verſ. Sciendum eſt*, quod fallit, quando ſtatutum prohiberet alienationem quoquo modo, quia tunc comprehendit etiam neceſſariam alienationem, vt per Cephalum *in conſil.* 55. *num.* 18. *& ſeqq. volum.* 1.

19 Et quòd non comprehendat caſum iuratum, idem Cephal. *conſil.* 47. *num* 24.

20 Et quòd non comprehendat alienationem factam à Principe, idem Cephalus *dicto conſ.* 47. *n.* 25. *eod. vol.* 1.

21 Et quòd tale ſtatutum valeat, ponit Clarus *quaſt.* 82. *verſ. quare, ſtatutum prohibens rem immobilem*, &c. Cephal. *conſil.* 53. *n.* 7. Tiraq. *de retract. pag, mihi* 7. *num.* 14.

22 Et an hoc ſtatutum comprehendat locationem, vide eumdem Clarum *dicta quaſt.* 82. *verſic. Sed nunquid ſtante*, &c. faciunt generaliter tradita ſuprà *num.* 11.

23 Et an cenſeatur etiam prohibuiſſe præſcriptionem, ponit idem Clarus *dicta quaſt.* 82. *verſic. Item quaro, nunquid*, &c. & infrà vide *num.* 25.

24 Et an ex hac alienatione facta contra formam huius ſtatuti transferatur dominium, ponit idem Clarus *dicta quaſt.* 82. *verſ. Sed quid ſi non obſtante*, &c. & an poſſeſſio, ponit Lambertengus *de contractibus eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *num.* 90. & faciunt tradita *in Repertor. quaſt. iudic. quaſt.* 24. *num.* 45. vbi generaliter, an & quando ex contractu nullo transferatur poſſeſſio, & vide etiam in materia ſimilis ſtatuti ſuprà tradita *in quaſt.* 20. *num.* 8. vide eumdem Lambertengum vbi ſuprà *num.* 108.

25 Præſcriptio autem quomodo currat in rebus alienatis in forenſem contra formam huius ſtatuti, vide eumdem Lambertengum *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *num.* 165. & optimè faciunt quæ ſuprà tradita ſunt in ſimili materia, *in quaſt.* 20. *num.* 80. *& in Repertor. iudic. quaſt.* 96 *num.* 17. *& ſeqq. & in Repertor. vltim. volunt. quaſt.* 1. *num.* 35.

QVÆSTIO LXIII.

De verbis enuntiatiuis, eorumque probatione.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia huius quaſtionis.*
2. *Verba enunciatiua regulariter non probant.*
   Quid in contractibus, d. num 1.
3. *Quid in vltimis voluntatibus.*
4. *Quid in poſitionibus.*
5. *An probent mandatum procuratoris.*
6. *An probent fauore dotis.*
   An fauore matrimony, num. 12.
7. *Quando verba enunciatiua cenſeantur emiſſa propter ſe, vel propter aliud.*
8. *Quid ſi principaliter contingat diſputari de enunciato, & num.* 18.
   Quid in ijs, qua dependent à ſola voluntate proferentis, & è contra, num. 10.
9. *Quid de verbis enunciatiuis geminatis.*
11. *Quid in probandis confinibus, poſſeſſione, dominio, vel iuriſdictione.*
13. *Quid de verbis narratiuis Principum.*
14. *Quid de verbis enunciatiuis iuratis.*
15. *Quid in antiquis, &* 17.
   Verba enunciatiua an probent filiationem, ibid.
   Verba enunciatiua quomodo probent in ijs, qua ſunt difficilis probationis. ibid.
   Quid vbi concurrit cum verbis enunciatiuis longa poſſeſſio, ibid.
16. *Verba quando dicantur enunciatiua, narratiua, & aſſertiua.*
18. *Verba enunciatiua qua reſpiciunt validitatem actus an probent, & num.* 8.
19. *Quid de verbis enunciatiuis adminiculatis.*
20. *Quid ſi reſpiciant id, quod potuit interuenire tempore actus.*
21. *Verba enunciatiua probant inter eaſdem partes.*
   Verba enunciatiua in caſu, quo plenè probant, an admittant probationem in contrarium, ibid.
22. *Verba enunciatiua probant ſemiplenè, & præſumptiuè.*
23. *Verba enunciatiua prolata à milite plenè probant.*
24. *Idem fauore pia cauſa & libertatis.*
25. *Idem ſi ſint prolata per modum cauſa, vel conditionis.*
26. *Idem vbi agitur de modico praiudicio.*
28. *Verba enunciatiua an probent plenè, ſeu præſumptiuè inter alios, & ſic ad fauorem vel praiudicium tertij.*
   Verba enunciatiua an probent contra ſingularem ſucceſſorem enunciantis, ibid.
29. *Quid ſi proferantur ab eo, qui veriſimiliter factum ignorabat.*
   Quid ſi proferantur ſuper facto non conueniente enunciatis, num. 30.
31. *Verba enunciatiua vt probent, debent eſſe clara & ſpecifica, ſecùs ſi ſint ſimplicia & generica.*
32. *Verba enunciatiua probant, quando conſtat de veriſimili mente proferentium.*
33. *Verba enunciatiua non probant in materia odioſa & pœnali.*
34. *Verba enunciatiua probant ſolutionem & liberationem.*

VERBA enunciatiua an & quando probent generaliter, & de materia præter infraſcripta, & præter Doctores generaliter etiam allegatos in ſequentibus numeris, vide Mattheſ. *ſingul.* 35. *in addit. & ſeq.* Maſſa *de obligat. Camer. pag. mihi* 134. *num.* 1. *& ſeqq.* Viui. *in communib. opinionib. pag. mihi* 312. *in paruis, verſ. verba enunciatiua*, &c. Cephal. *conſil.* 209. *num.* 23. *& conſil.* 203. *num.* 9. *& conſil.* 192. *num.* 33. *& ſeqq. & conſil.* 197. *num.* 11. *&* 14. *& conſil.* 152. *num.* 33. *& conſ.* 205. *n.* 15. *lib.* 2. Mattheſ. *ſingul.* 79. *in additionib.* Petraſ. *ſingul.* 39. *num.* 2. quibus in locis particulariter etiam reperies, an & quando in contractibus verba enunciatiua probent. De hoc particulariter Maſcard. *concluſ.* 621. *num.* 51. *& ſeq.* vbi quòd in contractibus verba enunciatiua plenè probant quoad contrahentes, dummodo ſimus in iis, in quibus ipſi ſibi præiudicare poſſint, & in quibus lex non præſumit fraudem. Vide etiam Cephal. *conſ.* 191. *num.* 34. *& ſeq.* vbi ponit nonnullos caſus, in quibus verba enunciatiua probant. Vide omninò in materia Maſcardum *concluſ.* 621. *part.* 2. omninò Menochium *lib.* 3. *præſumpt.* 133. 1

Verba enunciatiua emiſſa propter aliud regulariter 2

riter non probant. Royzius deciſion. 2. num. 41. & ſequen. Maſcardus concluſ. 621. num. 1. Nouell. regul. 233. num. 1. Aymon de antiquit. part. 1. in princip. num. 7.

3 Et quid in vltimis voluntatibus. Roman. ſingul 154. Nouell. reg. 233. num. 9. vbi quòd probant. Verba enunciatiua prolara per modum cauſæ probant in vltimis voluntatibus, vt latiùs dicetur infrà num. 25.

4 Et quid in poſitionibus. Mattheſ. ſingul. 33. & ſeq. in addit.

5 Et an per verba enunciatiua probetur mandatum Procurarotis. Roman. ſing. 359. Nouell. reg. 233. n. 7. vbi quòd probant in mandato procuræ. Vide Aym. de antiquitat. tempor. part. 1. ſect. Ampliatur nunc, num. 54.

6 Et an probent fauore dotis, & io contractibus dotis? Dic quòd ſic. Maſcardus concluſ. 347. num. 95. & concluſ. 621. num. 35. licèt alij contrà n. 36. Nouell. regul. 233. num. 2. Caputaquen. deciſ. 288. part. 1. Roman. ſingul. 540. Marſil. ſingul. 441. Dic quòd ſic. Put. deciſ. 419. lib. 1. De hoc dixi & in Repertor. iudic. in fragment. inter diuerſa, verſic. Dos, ſub num. 7. vide Maſcard. concluſ. 565. num. 1. vbi quòd verba enunciatiua ſufficiunt ad probandam dotem, & concluſ. 569. num. 1. & 2. vbi etiam idem, quando ſunt prolata inter alias perſonas.

7 Et quando verba enunciatiua cenſeantur emiſſa propter ſe, vel propter aliud, ponit Foller. in pract. cenſual. pag. mihi 126. num. 52. & per Maſcardum concluſ. 126. num. 39. & 40. vbi etiam quòd verba enunciatiua emiſſa propter ſe, & non propter aliud, plenè probant. Et idem tradit Aymon de antiquit. tempor. part. 1. ſect. Propoſitum, num. 77. & ſect. Ampliatur nunc, num. 55. Quod intellige inter ipſos contrahentes, vt infrà num. 21. Sed inter alios oon faciunt niſi ſemiplenam probationem, vt per Aymon. de antiquit. part. 1. ſect. Propoſitum, num. 30. & quando verba dicantur emiſſa propter ſe, vel propter aliud, benè declarat Aymon de antiquit. part. 1. ſect. Propoſitum, num. 16. & 17.

8 Et quando principaliter contingit diſputari de enunciato, ac validitate actus enunciati, an verba enunciatiua probent, vide Viuium dicta pag. 312. Cephal. conſil. 265. num. 23. lib. 2. & in aliis cooſiliis ſuprà allegatis num. 1. Dic quòd non, etiam quòd ſint prolata ioter eaſdem perſonas. Cephalus dicto conſil 265. num. 23. Gabriel tit. de Confeſſ. concluſ. 6. num. 3. vbi de communi. Sed de contraria communi teſtatur Viuius vbi ſuprà dicto verb. Verba enunciatiua, in fin. vide etiam infrà n. 18.

9 Et an verba enunciatiua geminata probent? dic quòd ſic, vt per Rolandum conſil. 60. num. 25. vol. 1. & per Zunt. in ſuo conſilio pro vxore num. 465. de quo vide etiam Cephal. conſ. 47. n. 32. vol. 1. & conſil. 192. num. 37. Maſcard. concluſ. 611. num. 37. & concluſ. 347. num. 44. Nouell. regul. 233. num. 10. Aymon de antiq. part. 1. ſect. Propoſitum, num. 31. & ſect. Ampliatur nunc, num. 15. vbi quòd fallit in præiudicium tertij abſentis.

10 Et in materia ſcias, quòd quando verba enunciatiua continent aliquid, quod dependet à voluntate proferentis, tunc plenè probant, etiam quòd incidenter prolata ſint, vt per Zunt. in ſuo conſilio pro vxore, num. 381. & ſeqq. Ad idem Maſcard. concluſ. 621. num. 24. vbi exemplificat. At ſi enuncietur factum ſuper quo partes non poſſunt liberè diſponere, & ſic non dependet à ſula voluntate partium; tunc verba enunciatiua non probant, etiam inter eaſdem partes, vt benè exemplificat, & infert pluribus modis, Aymon de antiquit. part. 1. ſect. Propoſitum, num. 63. & ſeqq. vſque ad 77.

Et ſimiliter ſcias, quòd verba enunciatiua in pluribus inſtrumentis inter diuerſas perſonas prolata probant dominium. Nouell. regul. 233. num. 8. vbi quòd in inſtrumento venditionis verba enunciatiua probant dominium ioter eaſdem partes. Probant etiam poſſeſſionem, confinia & iuriſdictionem, quando confinia & inſtrumenta ſunt antiqua, ſecùs ſi ageremus de noua poſſeſſione, ſeu nouis confinibus. Ita diſtinguendo concordat contrarias opiniones Craſſus in communib. opinionib. lib. 1. cap. 5. quæſt. 4. tom. 2. vbi de communi. Vide in Repertor. iudic. quæſt. 24. num. 16. & de confinibus aliquid per Aymon de antiquit. tempor. part. 1. §. Ampliatur nunc, num. 6. & 7. vbi declarat alio modo. Vide etiam aliquid infrà ſub num. 17. 11

Et quòd verba enunciatiua nec etiam probent in matrimonio, tradit Royzius deciſ. 2. n. 41. & ſeq. declara inter alios, ſecùs inter eaſdem perſonas. Maſcardus concluſ. 621. num. 46. 12

Et quòd verbis narratiuis Principum regulariter ſtetur, quando non agitur de præiudicio tertij, traditur in deciſ. Pedemont. 122. num. 4. vbi quòd pariter non ſtatur, quando ſunt narratiua facti alieni, vide aliquid in Repertor. Teſtium, verb. Teſtis Princeps, pag. 82. à tergo, & ſunt repetita in Repertor. contract. verſic. Principis aſſertioni, num. 7. & ponas hîc, ſed poſui in tit. de oppoſit. teſt. quæſt. 63. num. ... 13

Et quid de verbis enunciatiuis iuratis, dic quòd probant, vt per Cephal. conſil. 192. num. 35. Maſcardus concluſ. 621. num. 42. & ſeqq. Nouell. regul. 233. num. 11. dic quòd verba enunciatiua iurata etiam propter aliud emiſſa probant plenè tam ioter ipſos contrahentes, quàm inter alios in præiudicium enunciantis, ſecùs in præiudicium tertij, quia iuramentum vnius alteri non nocet. Aymon de antiq. part. 1. ſect. Propoſitum, num. 24. & 38. & ſequen. vſque ad 48. 14

Et quid in antiquis? Dic quòd verba enunciatiua etiam inter alios probata probant, in materia modici præiudicij. Put. in deciſ. 61. num. 6. lib. 2. vide infrà num. 17. Verba enunciatiua in antiquis, vbi agitur de modico præiudicio, plenè probant contra tertium, at ſi de magno præiudicio agatur, noo plenè, ſed ſemiplenè probant in præiudicium tertij, vt per Aymon, de antiquit. part. 1. ſect. Ampliatur nunc, num. 6. & ſeqq. vſque ad num. 12. At ſi vltra antiquitatem temporis probatio ſit difficilis de ſui natura, vt putà ſi agatur de probando filiationem, tunc verba enunciatiua in antiquis plenè probant, etiam in præiudicium tertij, vt in dicto num. 12. & 13. Item in antiquis verba enunciatiua plenè probant contra tertium, quando vltra antiquitatem temporis concurrit longa poſſeſſio, vt ibidem num. 20. declara, vt num. 21. & aduerte quòd filiatio non probatur per verba enunciatiua alicuius inſtrumenti. Maſcardus concluſ. 799. num. 4. Sed fallit in antiquis, ibidem num. 5. & 6. vbi ampliat fallentiam etiam in præiudicium tertij extranei, & idem in concluſ. 794. num. 11, vbi ampliùs quòd iſto caſu tempus antiquum dicitur 50. vel 60. annorum. 15

Verba quando dicantur enunciatiua, aſſertiua, ſeu narratiua, exemplificat Maſcardus concluſ. 621. num. 2. Aymon de antiquit. part. 1. ſect. Ampliatur nunc, num. 28. & ſequentib. vſque ad num. 32. vbi etiam quando verba dicuntur diſpoſitiua, & de eorum differentiis. 16

17 In antiquis verba enunciatiua plenè probant. Maſcardus concluſ. 621. num. 15. Nouell. regul. 233. num. 3. Aymon de antiquit. part. 1. num. 7. verſic. in antiquis autem, in princip. & iterum in ſect. Propoſitum, num. 77. eadem 1. part. & tempus antiquum in propoſito dicitur centum annorum, Maſcard. loco citato num. 16. & in antiquis verba enunciatiua probant non ſolùm in contractibus, ſed etiam in priuilegiis, & reſcriptis, ibidem apud Maſcardum num. 17. Ad idem Aymon de antiquit. 1. part. in princip. num. 8. & in ſect. Propoſitum, num. 77. eadem 1. parte. Sed ſcias, quòd in antiquis verba enunciatiua nec etiam probant, niſi duobus concurrentibus. Primò quòd verba enunciatiua reperiantur appoſita in pluribus inſtrumentis rogatis à diuerſis Notariis, & de hoc dixi etiam ſuprà num. 11. vbi agitur de graui præiudicio, tunc plura requiruntur inſtrumenta: at ſi de modico agitur præiudicio, vnum ſufficit inſtrumentum, Aymon de antiquit. part. 1. §. Ampliatur nunc, num. 18. Si agitur de graui præiudicio, tunc verba enunciatiua in antiquis plenè probant contra tertium, quando ſunt prolata in pluribus inſtrumentis. Aymon de antiquit. 1. part. ſect. Ampliatur nunc, num. 14. & ſequentib. vſque ad num. 17. & iſto caſu plura inſtrumenta dicuntur duo, ibidem num. 19. licèt alij contrà num. 18. dummodò iſta plura inſtrumenta habeant originem à diuerſis perſonis, ſecùs ſi ab eiſdem. nam tunc vnicum reputatur teſtimonium, licèt plura ſint inſtrumenta, ibidem num. 17. Secundò, vt verba enunciatiua probent, opus eſt, quòd aſſertio ſit facta ab ambobus contrahentibus, ſecùs ſi ab vno tantùm dicto num. 17. verſic. ſublimita & reſtringe, & num. 18. vide ſuprà num. 15.

18 Ad ſuperiùs tradita num. 8. adde Maſcardum dicta concluſ. 621. num. 19. & ſequentib. vbi videtur concludere, quòd quando enunciatum requiritur de ſubſtantia & validitate actus, de quo principaliter diſputatur inter eaſdem partes, verba enunciatiua plenè probant. Sed inter alios, & in diuerſo iudicio non plenè, ſed ſemiplenè, vel præſumptiuè probant. Exemplum huius declarationis videas per Aymon de antiquit. 1. part. ſect. Propoſitum, num. 52. vbi num. 53. & ſequen. vſque ad numerum 60. concludere videtur, quòd verba enunciatiua non plenam, ſed præſumptiuam inducunt probationem, quando principaliter diſputatur de enunciato, etiam quòd ſimus inter eaſdem partes, quando factum eſt recens, ſed in antiquis plenè probant inter eaſdem partes, etiam quòd principaliter diſputetur de enunciato, vt ibidem num. 59.

19 Verba enunciatiua probant, ſi ſunt adminiculata aliqua coniectura, vel præſumptione. Maſcardus concluſ. 621. num. 25.

20 Verba enunciatiua plenè probant, ſi reſpiciant id quod poterit eſſe, vel fieri tempore enunciationis factæ. Maſcard. concluſ. 621. num. 26. & 27. vbi tamen videtur hoc intelligere inter eaſdem partes, ſecùs inter alios. Vide ſuper hac materia Aymon. de antiquit. part. 1. §. Ampliatur nunc, num. 1. 2. & 3. vbi ſi enunciatum non potuit interuenire tempore factæ enunciationis, an verba enunciatiua probent in antiquis, vel in facto recenti, inter eaſdem partes, vel contra tertium abſentem, ibi vide, & etiam aliquid infra in ſequenti num. 21.

21 Verba enunciatiua plenè probant inter eaſdem partes; declara, dummodò ſimus in iis, quæ dependent à ſola poteſtate partium, & in quibus partes poſſunt liberè diſponere, ſecùs in aliis, vt dixi ſuprà ſub num. 10. Maſcard. concluſ. 621. num. 28. & 29. vbi ampliat, etiam quòd actus, ſuper quæ verba enunciatiua proferuntur tempore confecti inſtrumenti, non potuiſſet legitimè perfici. Sed an iſto caſu admittatur probatio in contrarium, dic quòd ſic, vt num. 30 niſi ſimus in iis, in quibus partes poſſunt enunciando ſibi præiudicare, quia tunc nec etiam admittitur probatio in contrarium, vt ibi num. 31. Declara hoc vltimum, vt in num. 32. & 33. In materia vide Aymon de antiquit. 1. part. ſectione. Propoſitum, num. 19. 20. & 21. vbi quòd verba enunciatiua emiſſa propter aliud inter contrahentes, inducunt probationem, ſeu præſumptionem, donec probetur contrarium. Et talis contraria probatio debet eſſe plena & concludens, aliàs ſtatur verbis enunciatiuis, etiam emiſſis propter aliud inter ipſos contrahentes, vt per Aymon dicta 1. part. ſect. Propoſitum, num. 37. pag. 18. Verùm in iis, in quibus partes poſſunt ſibi præiudicare, non admittitur probatio in contrarium, etiam quòd enunciatio ſit facta propter aliud, Aymon vbi ſuprà, dicto num. 19. 20. & 21. & inter eaſdem partes verba enunciatiua probant, etiam quòd enunciatum interuenire non potuerit tempore enunciationis. Aymon de antiquitate part. 1. verſic. Ampliatur nunc, num. 3. Vide ſuprà generaliter tradita, num. 20.

22 Verba enunciatiua licèt non plenè probent, faciunt tamen ſemiplenam, & præſumptiuam probationem; quæ in aduerſarium tamen fert onus probandi contrarium. Maſcardus concluſ. 621. num. 34. vide infrà num. 28. Sed aduerte, quòd iſto caſu talis præſumptiua probatio tollitur per aliam contrariam præſumptionem, vt per Aymon de antiquit. temp. 1. part. ſect. Propoſitum, num. 34. pag. 28.

23 Verba enunciatiua prolata à milite plenè probant. Maſcardus in concluſ. 621. num. 38.

24 Verba enunciatiua prolata fauore piæ cauſæ plenè probant, & ſtant diſpoſitiuè. Aymon de antiquit. part. 1. ſect. Ampliatur nunc, num. 32. Sed an diſponant per modum actionis, an verò exceptionis tantùm, ita quòd poſſidenti competat tantùm exceptio, an verò, vt ex his verbis enunciatiuis agi poſſit? Dic quòd diſponunt etiam quoad actionem tam perſonalem, quàm realem num. 34. & 44. vbi declarat, an diſpoſitio reſultans ex verbis enunciatiuis prolatis per modum cauſæ dicatur tacita, vel expreſſa, num. 37. & ſeqq. & quòd verba enunciatiua per modum cauſæ prolata probent non ſolùm in vltimis voluntatibus, ſed etiam in actibus inter viuos, ibidem num. 45. & 46. Item diſponunt, & probant etiam, quòd ſint prolata propter aliud, num. 48. Ad rem propoſitam vide Maſcardum concluſ. 621. num. 41. & 47. vbi idem ſi fauore libertatis. Pro primo dicto, Nouella regul. 233. in 1. fallentia. & pro eodem primo dicto vide Aymon de antiquit. tempor. 1. part. ſect. Propoſitum, num. 6. vbi declarat id procedere in verbis enunciatiuis de præterito, ſecus de futuro, & num. 61. vbi quòd de verbis enuciatiuis prolatis inter liberos.

25 Verba enunciatiua prolata per modum cauſæ plenè probant. Maſcard. concluſ. 621. num. 44. & 45. vbi idem ſi per modum conditionis. Et pro primo dicto vide Nouellam regul. 233. in 4. fallent.

Verba

26 Verba enunciatiua plenè probant, vbi agitur de modico præiudicio. Maſcardus *concluſ.621. num.48.* Aymon *de antiquit. part. 1. ſect. Prepoſitum*, &c. *num.62.*

27 Verba enunciatiua plenè probant in iudicio poſt litem conteſtatam. Maſcard. *concluſ.621.num.49.* Declara vt *num.50.* Nouella *regul.233.in 6. fallentia.*

28 Dixi ſuprà *num.* 22. quòd verba enunciatiua emiſſa propter aliud, ſi non plenè probant, faciunt tamen præſumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. Aduerte quòd iſta concluſio procedit non ſolùm inter ipſos contrahentes, (quia tunc etiam quòd ſint emiſſa propter aliud, faciunt ſine dubio probationem, ſeu præſumptionem, donec probetur contrarium, vt ſuprà *num.* 21. vbi poſui de verbis enunciatiuis inter ipſas partes contrahentes prolatis) ſed etiam reſpectu aliorum tertiorum, & extraneorum non nominatorum in contractu, quia etiam reſpectu tertij verba enunciatiua propter aliud emiſſa faciunt præſumptionem, vt pluribus oſtendit Aymon *de antiquit.part.1.ſect.Propoſitum*, &c. *num.22. vſque ad num.* 50. vbi reſpondet contrariis. Sed iterum aduerte ne erres, quòd talis concluſio procedit, vt faciant præſumptionem fauore tertij, non autem contra tertium, & in eius præiudicium, vt benè declarat Aymon *ibidem num.* 38. *&* 39. ex rationibus ibi per eum allegatis, & propterea in omni caſu, in quo verba enunciatiua probant inter alios, intelligas ad fauorem illius extranei, ſeu tertij, ſecus in præiudicium, quia abſurdum eſt, vt vnius enunciatio alteri tertio, ſeu extraneo noceat, ſed benè noceat enuncianti, vt conſiderat *ibidem* Aymon. Et iſto caſu extraneus, & tertius dicetur omnis ille, qui non habet cauſam à contrahente, ſeu enunciante: at ſi ab illo cauſam habeat, illiuſque ſit ſucceſſor, etiam ſingularis, tunc verba enunciatiua probant in præiudicium iſtius ſucceſſoris, ſicut probant contra ipſum enunciantem. Aymon *de antiquit temp.part.1. ſect. Ampliatur nunc*, *num.22. & ſeqq.* vbi etiam declarat.

29 Verba enunciatiua emiſſa incidenter propter aliud ab eo, qui enunciati actus veriſimiliter notitiam non habebat, nec etiam præſumptionem inducunt. Aymon *de antiquit. part.1. ſect. Propoſitum, num.50.*

30 Verba enunciatiua propter aliud emiſſa, nec etiam faciunt præſumptionem, quando proferuntur ſuper aliquo facto non conuenienti tali confeſſioni. Pone exemplum, vt per Aymon. *de antiquit. part. . ſect. Propoſitum, num.51.pag. mihi* 31.

31 Verba enunciatiua, vbi aliàs probarent, id intelligitur, dummodò ſint clara, & ſpecifica, ſecus ſi generica, & ſimplicia; declara, vt per Aymon. *de antiquit. par. 1. ſect. Ampliatur nunc*, *num.* 26. *&* 27. vbi ponuntur exempla huius declarationis.

32 Verba enunciatiua probant & diſponunt, quando conſtat ſic voluiſſe ex veriſimili mente contrahentium, & proferentium. Aymon *de antiquitate tempor. part. 1. ſectione, Ampliatur nunc, num* 49.

33 Verba enunciatiua in caſu, in quo diſponunt, illud intelligas, vt procedat in materia fauorabili, ſecùs in odioſa & pœnali. Aymon *de antiquit. tempor.part. 1.ſect. Ampliatur nunc, num.53.*

34 Verba enunciatiua probant ſolutionem. Maſcardus *de probat.concluſ.345.num.45.*

QVÆSTIO LXIV.

De venditione ad menſuram.

SVMMARIVM.

1. *De materia huius quæſtionis generaliter.*
   Venditio ad menſuram an dicatur perfecta, ibid.
2. *Pœnitentia an habeat locum in venditione facta ad menſuram.*
3. *Periculum rei vendita ad menſuram ad quem ſpectet.*
4. *Emptor ad menſuram an poſſit rem propria authoritate capere ante menſuram.*
5. *Error menſura quando allegari poſſit, & de materia, & ſeqq.*
6. *& infra quantum tempus menſura error allegetur.*
7. *Quid ſi fundus reperiatur eſſe maioris quantitatis.*
8. *Quid è contra ſi minoris quantitatis, quàm ſit menſura.*
9. *Attendi an debeat menſura loci contractus, an verò rei vendita.*
10. *Quid de venditione facta ad corpus.*

VENDITIO ad menſuram an dicatur perfecta ante menſuram, & generaliter de materia, præter infraſcripta videas Afflict. *deciſione* 280. *num.4. & ſeq.* vbi *num.5.* dicit, quòd venditio dici poteſt perfecta, altero de tribus modis ibi per eum expreſſis, ſuper quo vide etiam Cephalum *conſil. 36. num. 21. & ſequentib. volum.1.* Socin. *conſil. vltim. lib. 3.* Pariſ. *conſil. 59. lib. 1.* Couarruu. *lib. pract. quæſt. cap. 3. pag. mihi* 37. Pariſ. *conſil. 64. num.28. 74. & ſequen. lib. 1.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag. 319. num. 18. & ſeq.* vbi quòd ante menſuram venditio non dicitur perfecta, & idem tradit Rolandus *conſil. 7. num. 14. & ſequen. volum.3.* 1

Hinc diſputari poteſt, an in contractu venditionis ante menſuram locum habeat pœnitentia, ad quod præter latiùs tradita ſuprà *quæſt. 58. per totam*, præſertim *num. 5. & 9.* vide Afflict. *dicta deciſ.280 num.5.* & vide etiam Doctores ſuprà proximè allegatos in antecedente *num.1.* 2

Hinc etiam diſputari poteſt, an in venditione facta ad menſuram, periculum rei emptæ ſpectet ad venditorem, vel ad emptorem ante factam menſuram. Ad quod, præter generaliter infrà tradita *in fragmentis verſ. Periculum*, &c. *num.* 46. vide Afflictum *dicta deciſ.280.* vbi traditur, quòd ſpectat ad venditorem. 3

Hinc etiam inferri poteſt ſecundùm Menochium *de recuper.poſſeſſ pag.mihi 319. num.18. & ſeqq.* quòd antè factam menſuram emptor non poteſt ingredi rem emptam propria auctoritate. 4

De menſuræ errore an & quando allegari poſſit, quandóve peti, vt iterum res empta menſuretur, vide præter tradita *in ſequentib. numeris*, Cephal. *conſ.36.vol.1.* 5

Et infra quantum tempus quis prætendens ſe deceptum in menſura, poſſit illius errorem allegare, & petere iterum rem menſurari, tradit Socin. *conſil. vlt.lib.3.* vbi quòd infra ſexaginta dies dumtaxat. 6

7 Et quid ſi venditio fuerit facta putà pro tribus modis, & poſtea reperiatur fundum eſſe maioris quantitatis, an tale lucrum cedat emptori, vel venditori. Vide Brixien. *de finib. regen. pag. mihi 85. num. 1. & ſeqq.* Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. Iulianus. §. ſi litibus, in lit. D. ff. de action. empt. & conſil.* 106. & 107. *vol.* 6. Dec. *conſ.* 347. & 500. omninò Cotta *in memor. pag. mihi* 727. *& ſeqq.*

8 Et è contrà ad quid teneatur venditor vendens ad menſuram, ſi menſura non reperiatur iuſta, vide *in deciſ. Bonon.* 30.

9 Et quando venditio eſt facta ad menſuram; an tunc attendi debeat menſura loci contractus, an verò loci vbi res vendita ſita eſt? Dic quòd loci contractus, ſecundùm communem, de qua per Rolandum *conſil.* 100. *per totum, volum.* 3. vbi reſpondet ad contraria. Et iſta eſt verior, & crebrior opinio, de qua teſtatur Oſaſcus *deciſ. Pedemont.* 114. licèt maior pars illius ſenatus contrarium iudicauerit. Vide omninò Ancharanum iuniorem *quæſt.* 64. *part.* 3.

10 Et quid de venditione facta ad corpus, in quo differat à venditione facta ad menſuram, & alia ad materiam, videas per Couarruuiam *libr. pract. quæſt. cap. 3. pag. 17. & ſeq. num. 1. & ſequen.* Brixieo. *de finib. regen. dicta pag.* 83. *num.* 4.

Qvæstio LXV.

Donatio quando præſumatur.

Svmmarivm.

1. *Donatio quando præſumatur, generaliter de materia.*
   Regulariter donatio non præſumitur, ibid.
   & omnis alia potius coniectura, quàm donationis capienda eſt, ibid.
2. *Amplia etiam, quòd alia iſta coniectura eſſet leuis.*
3. *Amplia etiam quòd actus reddatur inefficax.*
4. *Amplia, vt potius præſumatur error.*
5. *Amplia, vt potius præſumatur fatuitas.*
6. *Amplia, vt nec fauore Eccleſiæ.*
   Quid fauore dotis, num. 13.
7. *Donatio an præſumatur ante coniunctos, & ſequentib.*
8. *Quid ſi cum coniunctione concurrerent aliæ coniecturæ, & ſeqq.*
   Puta diuturnitas temporis, ibid.
   Ratio ſæpiùs calculata, ibid.
9. *Quid fauore alimentorum.*
10. *Quid fauore libertatis.*
11. *Quid ſi concurrit coniectura affectionis.*
   Diuitiarum, ibid.
   Paruitatis rei, ibid.
   Vel nobilitatis, ibid.
12. *Quid in matre donante genero.*
14. *Quid ſi præcedant benemerita.*
15. *Donare nihil aliud eſt, quàm perdere.*

1 DONATIO in dubio non præſumitur. Marſil. *ſingul.* 56. & 57. Villalob. *in commun. opinionib. litera D. num.* 3. Cephal. *conſil.* 39. *num.* 30. *volum.* 1. Neuiz. *conſil.* 8. *n.* 39. & 40. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. mihi* 361. *num.* 168. *& ſeq.* cum aliis, de quibus per Menochium *de arbitr. quæſt. caſ.* 88. *pag.* 132. *à tergo, num.* 1. *& ſeqq. omnibus*, vbi præter infraſcripta multa alia ponit in materia. Omnis enim coniectura capi potius debet, quàm donationis, vt ibi per eos. Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 9. quem videas in omnibus infraſcriptis ampliationibus, & limitationibus, ideò ſi quis ſimpliciter alteri tradat rem, vel pecuniam, non videtur donare, ſed deponere, vel commodare, vel mutuare. Antonius Gomez *tit. de donationib. ſub num.* 5. *& in additionib.* vbi adducuntur iura & authoritates. Ratio iſtius regulæ ponitur infrà *num.* 15. quam ponas hîc.

Amplia I. vt regula procedat, etiam quòd iſta alia coniectura eſſet leuis. Tiraquell. *vbi ſuprà. ſub n.* 169. Neuiz. *conſil.* 21. *num.* 21. 2

Amplia II. etiam quòd actus reddatur inefficax & inualidus. Tiraquell. *dicto num.* 169. Neuiz. *dicto conſ.* 21. *num.* 21. 3

Amplia III. vt debeat potiùs præſumi error. Menoch. *vbi ſuprà, num.* 3. 4

Amplia IV. vt debeat potius præſumi fatuitas, quàm donatio. Menoch. *vbi ſupra num.* 1. Neuiz. *dicto conſil.* 8. *num.* 40. *& conſ.* 21. *num.* 21. vbi quòd donatio eſt ſtultitia. 5

Amplia V. vt nec donatio præſumatur fauore Eccleſiæ. Menochius *vbi ſuprà num.* 7. 6

Amplia VI. vt nec etiam inter coniunctos præſumatur donatio. Menoch. *ibidem num.* 10. *& ſequentib.* & hinc eſt, quòd inter patrem & filium, alióſve aſcendentes, & deſcendentes, fratres, vitricum & priuignum, ſocerum & generum, alióſve conſanguineos, in dubio donatio non præſumitur, vt ibidem per Menochium *num.* 10. *& ſequentib.* & licèt nonnulli, quos *ibidem* refert Menochius *n.* 9, & Cephalus *conſil* 90. *num.* 20. *volum.* 1. & Neuiz. *dicto conſil.* 8. *num.* 50. tenuerint ex conſanguinitate præſumi donationem; in contrarium tamen eſt communis opinio, vt *ibidem* per Menochium *dicto num.* 10. vbi videas. Et prædicta declara, vt infrà *num.* 8. 9. 10. 11. 12. Cephal. *conſil.* 148. *num.* 31. *& ſequen.* vbi quòd ad hoc vt donatio præſumatur ex ſanguinis coniunctione, tria requiruntur, de quibus ibi per eum, quæ etiam enumerat Anton. Gomez *tit. de donat. ſub num.* 5. 7

Limita I. ſupradictam regulam non procedere in caſu *l. Procula ff. de probat.* videlicet, quando cum conſanguinitate concurrerent etiam aliæ coniecturæ, puta diuturnitas temporis, & ratio ſæpiùs calculata, quia tunc præſumitur donatio, vt *in dicta l. Procula*, & per Menochium *vbi ſuprà, de arbitr. quæſt. caſu ... pag. mihi* 136. *num.* 16. *& ſeqq.* 8

Limita II. quando vnà cum conſanguinitate concurreret etiam fauor alimentorum, quia alimenta præſtita à conſanguineo præſumuntur donata; vt *ibidem* per Menochium *num.* 20. *& ſequen.* vbi declarat, ſed de hoc infrà dicetur *in fragment. verſ. Alimenta, &c. num. ...* 9

Limita III. in caſu *l. liber captus. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* vbi donatio præſumitur, quando mater filium captiuum redimit. Menochius *vbi ſuprà, num.* 29. 10

Limita IV. quando in donante adeſt coniectura affectionis, & nobilitatis, quia tunc donatio præſumitur, vt *ibidem* per Menochium *num.* 30. vbi declarat, *& ibidem quæſt.* 134. *num.* 49. vbi quòd quando donans eſt nobilis & diues, tunc donatio præſumitur. Si dans eſt diues, recipiens pauper, res data ſit parua, præſumitur donatio. Anton. Gomez *tit. de donationib. ſub num.* 5. Tiraquell. *in tract. de iudic. in reb. exig. pag.* 83. *verſ.* 37. vbi quòd donatio præſumitur in re modica. 11

Limita V.

12 Limita V. in caſu *l. donationes. §. ſpecies ff. de donationib.* vbi quòd donatio præſumitur quando mater res aliquas extra dotem eius genero nomine filiæ, filia præſente tradiderit. Menochius *in locis ſuprà citatis, num.* 33.

13 Limita VI. fauore dotis. nam dos data ab extraneo, ſeu ab alio, qui non tenebatur dotare, alicui puellæ in dubio donata præſumitur. quod intellige & declara, vt per Menochium *de arbitr. quæſtionib. quæſt.* 88. *num.* 36. *& ſequen.* vide infrà *in fragmentis, verſic. Dos data ab extraneo*, &c. *num.* 16. & ponas hîc.

14 Limita VII. quando præceſſiſſent benemerita, quia tunc donatio præſumitur. Menochius *ibidem num.* 53. Maſcard. *de probat. concluſ.* 345. *num.* 68. Sed quid ſi benemerita non ſunt æquiualentia donationi, vide Sarmient. *in l. cum quid, num.* 139. *ff. ſi cert. petat.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verſ. donatione largitus, num.* 80. *cum ſequentib. C. de reuoc. donat.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 555. *num.* 48. *& concluſ.* 562. *num.* 3. *volum.* 1.

15 Ratio, quare donatio non præſumitur, ea eſt, quia donare eſt ius perdere, & nemo præſumitur velle iactare ſuum, ita enim inquiunt omnes Doctores ſuprà relati *n.* 1. Quod non ſemper verum eſt, quia aliquando munera proficiunt, vt experientia docet. Lambertengus *de contractib. gloſſ.* 15. *num.* 9. *&* 8. vbi etiam quòd donare coniunctis non eſt perdere, de quo tamen dixi ſuprà *num.* 3.

QVÆSTIO LXVI.

Mixtum quando ſub ſimplicibus contineatur, & de mixti natura.

SVMMARIVM.

1. *Mixtum quando ſub ſimplicibus contineatur, generaliter.*
2. *Mixtum & ſimplex non æquè iudicantur.*
3. *Quid in exorbitantibus, & odioſis, & d. n.* 1. *&* 4.
4. *Quid vbi adeſt eadem ratio.*
5. *In mixtis attenditur quod eſt conforme iuri communi.*
6. *Mixtum à potentiore regulatur.*
7. *Quid de hermaphrodito.*
8. *Mixtum à fauorabiliori regulatur.*
9. *Mixtum ex pluribus ſimplicibus an dicatur noua ſpecies.*
10. *Mixtum non continetur ſub ſimplicibus, ſtante ſtatuto, vt verba ad literam intelligantur.*
11. *In fauorabilibus quando mixtum ſub ſimplici contineatur.*
12. *Statuta loquentia de cauſis ciuilibus, vel criminalibus, an habeant locum in mixtis.*

1 MIXTVM quando ſub ſimplicibus contineatur, & eius appellatione veniat, quandóve reputetur noua ſpecies à ſimplici, & de materia, vide omninò vltra infraſcripta Polydor. Rip. *in tract. de tempore nocturno cap.* 4. vbi latiſſimè & diſtinctè. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag. mihi* 437. *al.* 204. *num.* 69. *& ſequentib. & pag.* 439. *num.* 75. *& ſequen.* pulchrè Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag.* 92. *num.* 4. *& ſeqq. in magnis, per totam quæſtionem, & pag.* 163. *num.* 393. *& ſeqq.* vbi etiam pulchrè Cephal. *conſil.* 26. *num.* 24. *& ſeqq.* Angel. *conſil.* 271. *num.* 2. Herculan. *de cauſ. de non offend. cap.* 17. *num.* 2. 4. *&* 5.

Mixtum & ſimplex non æquè iudicantur, ideò 2
ſub ſimplici regulariter mixtum non continetur. Natta *conſil* 463. *num.* 19. *lib.* 2. faciunt etiam quæ inferiùs tradita ſunt *num.* 9.

Mixtum in exorbitantibus & odioſis ſub ſimpli- 3
cibus non continetur. *Deciſ. Pedemont.* 126. *num.* 12. *&* 13. *l. vim paſſa. §. præſcriptione, & l. mariti §. hoc quinquennium ff. de adult.* Bart. Angel. & alij *in l.* 2. *in princip. ff. de verbor. obligat.* Iaſon, qui de communi teſtatur, *in §. omnium, num.* 28. *Inſtitut. de actionib.* & fuit aliàs deciſum *in vna Romana Prælationis pro domino Hieronymo Pico, contra D. Antonium Porcellam, coram Seraphino, die* 23. *Iunij* 1572. Aymon *conſil.* 276. *colum. final. verſ. in cauſa Collectarum.* Natta *conſil.* 463. *n.* 18. *volum.* 2. Alexand. *in l. ſi extraneus n.* 6. *ff. de condict. ob cauſ.* Caſtad. *deciſ.* 5. *num.* 4. *de reſcriptis.* Plura allegat Contard. *in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ. in* 2. *limitatione num.* 34. *& ſeqq.* vbi *num.* 37. teſtatur, quòd ita aliàs fuit deciſum in Rota *die* 20. *May* 1547. *in vna Meſſanen. Baron. coram Puteo.* Bertaz. *conſil.* 126. *num.* 13. *in fine, & ſeq.* vbi loquitur in odioſis & pœnalibus, & teſtatur de communi.

Limita procedere quando adeſſet eadem ratio, 4
quia tunc mixtum in quacunque diſpoſitione etiam odioſa ſub ſimplicibus continetur. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag. mihi* 439. *num.* 76.

In mixtis attenditur id quod eſt conforme iuri 5
communi, & non id, quod eſt contra ius commune. Natta *conſil.* 463. *num.* 19. *lib.* 2. Abb. *in cap. ſuper quæſtionum §. ſi verò, in vltimo notab. de offic. deleg.* Rimin. *in l. imperium num.* 105. *ff. de iuriſdict. omn. iud.*

Mixta ſpecies à potentiori regulatur. Aymon 6
conſil. 276. *colum. penult. verſ. quintò reſpondeo.* Signorol. *conſ.* 95. *col.* 2. *verſ. item in mixtis*, latè Contar. *in l. vnica C. ſi de moment. poſſeſſ. in* 2. *limitat. in princip. num.* 25. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 256. *num.* 40. *pag. mihi* 267. Siluan. *conſil.* 92. *num.* 3. Iaſon *in §. omnium num.* 29. *Inſtitut. de actionib.* Tiraquell. *de legib. connubial. pag. mihi* 439. *n.* 75. *in fine.* Menoch. *in l. final. num.* 29. *& ſeqq. C. de edict. Diui Adriani tollend* faciunt infrà tradita *verſ. cauſa, num.* 11.

Hinc eſt, quòd hermaphroditus, ſi in ſexu maſ- 7
culino præualet, pro maſculo habetur, & è contrà. Menoch. *de recuper. poſſeſſ pag. mihi* 123. *num.* 15. vbi de materia, ad quam vide omninò inferentem, & declarantem Lamberteng. *de contractib. eorum*, &c. *gloſſ.* 1. *num.* 1 *& ſeqq. vſque ad num.* 16. & dixi aliquid *in tit. de oppoſ. con. teſt. quæſt.* 59. *num.* 58. & omninò etiam vide Boniſ. *in tract. de furt. §. animo lucrandi num.* 201. *& ſeqq. vſque ad numerum* 216. &c.

Mixtum vbi participat de vno extremo fauora- 8
biliori, & de alio minùs fauorabili, ſemper præfertur qualitas fauorabilior, vt per Menoch. *in* 3. *remed. retinen. poſſeſſ. num.* 678. *& ſeq.* Tiraquell. *de retract. pag.* 651. *num.* 30. Contar. *in l. vnica C. ſi de moment. poſſeſſ. in* 2. *limitatione, in princip. num.* 25. *&* 27. Iaſon *in l.* 2. *num.* 5. *verſ. vltra ſcribentes ff. de verbor. obligat.* Anchar. *conſ.* 70. *in princip. Deciſ. Lucen.* 26. *num.* 22. faciunt in ſimili tradita de connexis in iudiciis, *quæſt.* 83. *num.* 45. Lamberteng. *de contractib. gloſſ.* 2. *num.* 9. faciunt infrà tradita *num.* 11.

Mixtum ex pluribus ſimplicibus dicitur noua 9
ſpecies, nec ampliùs retinet naturam ſimplicium. Aretin. *in l. final. in* 1. *notabili C. de inofficioſ. teſtament.* Signorol. *conſil.* 95. *col.* 5. *verſic. præterea ad idem*, il 2. Tiraquel. *de leg. connub. gloſſ.* 5. *num.* 69. *pag.* 437. licèt contrarium teneat idem Signorol. *conſil.* 48. *colum.* 1.

verſ.præterea mixtum, & colum.2. verſic. quartò probo, vide ad materiam *in Repertor.iudic.quæſt.*58. *num.*13. vbi an & quando res dicatur eadem, ſi ei aliquid additur, vel minuitur, poſui *in fragment.literæ I.n.*70.

10 Mixtum non continetur ſub ſimplicibus, quando extat ſtatutum, quòd verba intelligantur ad literam, prout iacent. Menoch. *in l.final. num.*225. *& ſeqq, C.de edict.Diu.Adrian.tollen.* vbi etiam de materia. Lamberteng. *de contractib eorum*, &c. *gloſſ.*2. *n.*6. vbi etiam hoc limitatur duobus modis, primò quando mixtum reſolueretur in ſimplices. Secundò quando mixtum ex vi ſermonis veniret ſub nomine ſimplicis.

11 Mixtum in exorbirantibus & odioſis non continetur ſub ſimplicibus. dixi ſupra *num.*3. vbi Doctores allegati, ſecùs dicunt in fauorabilibus. Ad quod faciunt etiam ſupra tradita *num.* 8. Magis in ſpecie, quòd in fauorabilibus mixtum contineatur ſub ſimplici, ponit Lamberteng. *de contractib. gloſſ.* 2. *num,*3.*&* 5. vbi hoc dicit procedere, quando de vtroque ſimplici lex, ſeu ſtatutum mentionem faciat, ſecus ſi de vno tantùm.

12 Statuta loquentia de cauſis ciuilibus, vel criminalibus an habeant locum in cauſis mixtis, Ripa *in rubr.de iudic.num.*101.

QVÆSTIO LXVII.

Modus in quo differat à conditione. Quæ ſint dictiones modum, ſeu conditionem importantes, & alia ad materiam modalis diſpoſitionis.

SVMMARIVM.

1. *Modus in quo differat à conditione.*
   Quos effectus operetur modus, & quos conditio, ibid.
   *Modus adiectus diſpoſitioni quando illam reſtringat, num.*11.
2. *Modus in dubio an præſumatur potius quàm conditio.*
3. *Modus aliquando importat conditionem.*
4. *Modus an ſit, ſiue conditio, non ex verbis, ſed ab effectu cognoſcitur, vbi infertur.*
   Quid ſi diſponens velit aliquid adimpleri poſt ſuam diſpoſitionem, & quid ſi antea, ibid.
5. *Conditio collata in præſens, ſeu præteritum tempus non eſt propriè conditio, ſed benè in futurum, num.*13.
6. *Modus per quæ verba deſignetur.*
   Conditio per quæ verba deſignetur, ibid.
7. *Quid de dictione*, vt.
8. *Quid de dictione*, ſi.
9. *Quid de dictione*, ita quòd.
10. *Modus impoſſibilis quando vitiet diſpoſitionem.*
12. *Modalis diſpoſitio quando deficiat non adimpleto modo.*
13. *Relatiuum iunctum verbo futuri temporis conditionem importat.*
14. *Ablatiui abſoluti conditionem important.*
15. *Conditio non inducitur per expreſſionem eius, quod tacitè ineſt.*
16. Cùm *dictio conditionem importat.*
   Idem de dictione quando, *ibid.*
17. Donec *dictio conditionem importat.*
18. Niſi *dictio conditionem importat.*
19. Ita tamen *dictio quid importet.*
20. Dummodò *dictio quid importet.*

MODVS in quo differat à conditione. Tiraquell. *de retract. pag. mihi* 47. *& num.*32.*& ſeq.* & quos effectus diuerſos pariat modus à conditione, ponit & exemplificat Sarmiento *ſelect. interpret.lib.*2.*cap.*3.*num.*1. 1

Modus in dubio an præſumatur potius quàm conditio. Pariſ.*conſil.*19.*num.*249. *&* 253.254. *& ſeq. cart.*52.*volum.*2. 2

Modus aliquando importat conditionem. Moron.*de fid.treg.& pac.pag.*39.*num.*3. vide *in num.ſeq.* 3

Modus an ſit, an verò conditio, non ex ſono verborum, ſed ex affectu cognoſcitur. Et ideo vbi diſponens aliquid impleri voluit ante ſuam diſpoſitionem, tunc erit conditio, etiam quòd vtatur verbis modum ſignificantibus. Et è conuerſo vbi voluit impleri poſt diſpoſitionem, erit modus, etiam quòd vtatur verbis conditionem importantibus. Moron. *de fid.treg.& pace, quæſt.*29.*num.*5. Sarmient. *vbi ſuprà dicto lib.*2.*cap.*4.*num.*4. Aymon *conſil.*59.*num.*1. Bald, *conſil.*219.*num.*5. *lib.*2. Bartol, *in l.dabo* §. *Termilino, num* 6.*de condit.& demonſtrat.* 4

Conditio collata in præſens, aut præteritum tempus, non eſt propriè conditio. *Deciſ. Pedemont.* 146. *num.*1. vide aliquid infrà *num.*13. Sed verba futuri temporis regulariter conditionem important, vt *in deciſ.Pedemont.*169.*num.*5. 5

Conditio per quæ verba deſignetur. Bart.*in l.*1.*ff. de condit.& demonſtrat.* & per quæ verba deſignetur modus, idem Bart.*in l.quibus diebus* §.*final. ff.eod.* & quando dicatur modus, & quando conditio. Ancharanus *quæſt.*1.*num.*20.*part* 2. 6

Modum importat dictio, *vt*, Cephal. *conſil.* 81. *num.*10. Sarmient. *vbi ſuprà dicto num.*3.*in fine*, allegat gloſſ.*in l.*1.*C.de his, qui ſub mod.leg.* 7

Conditionem importat dictio, *ſi*, Sarmient. *dicto num.*3.*in fine*, omninò Albericus *in ſuo dictionario l.ſi Titio ff. quand. dies leg. cedat. l.* 1. §. *huius rei ff.de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdict.* gloſſ. *in l.*1. *C. de his qui ſub mod.leg.* 8

Ita quòd dictio, an, & quando reſtringat diſpoſitionem præcedentem. Decius *conſ.*227. Socin. *conſil.* 99.*colum.fin. & conſ.* 100. *num.*7. *& conſil.*101. *num.*6. *volum.*4.& latiùs *conſil.*241.*in fin.vol.*2.& an & quando importet modum, cauſam finalem, vel impulſiuam, vide Bart, *in l. quibus diebus* §. *finali ff. de condit. & demonſtrat.& l.libertas.*§ *hac ſcriptura ff.de manum. teſtam.* Angel.*in l.nulla,n.*4.*ff.de legib.* Grat. *reſponſ.*9. *num.*86.*lib.*1.& quid de dictione, *ita tamen*, vide infrà *num.*19. 9

Modus impoſſibilis quando vitiet diſpoſitionem, latè Sarmient. *ſelect.interpretat.lib.*2. *cap.*3. faciunt in ſimili tradita infrà *in fragmentis in verſiculo, Conditio impoſſibilis*, &c. *num.*6. 10

Modus adiectus diſpoſitioni, quando eam reſtringat, vide Cephalum *in conſ.*81. 11

Modalis diſpoſitio, quando annulletur modo non adimpleto. Corſetus *ſing.pag.*149. *verb. Contractus.* Moron.*de fide, treg. & pac.pag.*39. *quæſt.*20. *per totam*, vbi de donatione facta ſub modo. an cenſeatur reuocata, ſi donatarius non adimplet modum. Quid de conditione, dixi infra *in fragment. verb.conditio*, &c. *num.*1. 12

Conditio importatur per relatiuum iuncto verbo futuri temporis, puta ſi dicatur: Dono tibi totum id, 13

quod

quod dabit mihi Titius; hæc enim verba interpretantur, quatenus Titius dabit, & ſic conditionaliter *l. Seichum, qui meus erit*, vbi Bart. & omnes, *ff. de legat. 1. l. nuper, in fine. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. inter ſtipulantem §. ſacram, col. 3. verſic. venio, &c. ff. de verbor. obligat. l. ſi debitor §. veriſimile*, vbi & id expreſsè notat Bart. *ff. de contrahen. empt.* Refert & ſequitur Roland. *conſil. 58. num. 13. lib. 3.* Intellige hanc concluſionem prout loquitur, quando ſcilicet relatiuum iungitur verbo futuri temporis, vnde ſecus ſi iungatur præſentis, vel præteriti temporis, per ea quæ ſuprà dicta ſunt *num. 5.* Pro primo dicto adde eumdem Rolandum *conſil. 59. num. 12. volum. 3.*

14 Conditio ſignificatur per ablatiuos abſolutos. *l. acceptis nummis. ff. ad leg. falcidiam. l. à teſtatore. ff. de condit. & demonſtrat. l. euictis prædys*, vbi Bart. *ff. de euictionibus*, cum aliis, de quibus per Sarmient. *ſelect. interpret. lib. 2. cap. 1. num. 16.* vbi ampliùs, quòd conditio, quæ inducitur per ablatiuos abſolutos, maiorem vim habet, quàm aliæ conditiones. Adde pro primo dicto *deciſ. Pedemont. 145. num. 6.* vbi de communi, maximè quando ablatiui abſoluti reſpiciunt foturum tempus, & id quod de ſui natura eſt incertum, vt *ibidem num. 7.* Roland. *conſil. 63. num. 37. & ſeqq. volum. 4.* vbi quòd eſt communis regula quòd ablatiui abſoluti importent conditionem, & quòd verbum *eſſendo* importet conditionem, eſt textus *in l. à teſtatore C. de condit. & demonſtrat. & in l. euictis. ff. de vſur.* Pariſ. *conſil. 81. num. 7. lib. 1.*

15 Conditio eius quod tacitè ineſt, non eſt propriè conditio, nec actum conditionalem reddit. Roland. *conſil. 63. num. 15. volum. 4.* & faciunt generaliter infrà tradita *in fragment. inter diuerſa, verſ. Expreſſio eius, quod tacitè ineſt*, &c.

16 Conditionem importat dictio, *Cùm*, Cephalus *conſil. 12. num. 4. volum. 1.* vide Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ. 6. num. 1.* vbi quòd importat vel conditionem, vel modum, & aliquando non importat conditionem, vtputa quando eſt adiecta ſolutioni, & non diſpoſitioni. Item aliquando ſtat coniunctiuè, vt infra *verſ. cùm num. 10.* & de dictione, *Quando*, quòd conditionem importet, eſt textus *in l. cùm vir. ff. de condit. & demonſtrat. in l. quod pupillo. ff. quando dies leg. cedat.* Bart. *in l. 1. poſt num. 17. ff. de condit. & demonſtrat.* Pariſ. *conſil. 81. num. 6. lib. 1.* Decian. *conſil. 16. num. 14. lib. 4.*

17 Conditionem importat dictio, *Donec*; dixi infrà *in fragment. in verſ. Donec, num. 33. inter diuerſa.*

18 Conditionem importat dictio, *Niſi*, præſertim in ſententiis. Decius *in cap. præterea in 1. notab. per* illum textum, *de appellat.* Lap. *allegat. 73. incip. Prælatus, num. 4.* Rota *deciſ. 19.* aliàs 444. incip. *Extra Rotam, in fine, de dol. & contum in nouis.*

19 *Ita tamen* dictio conditionem importat. *l. Iulianus noſter*, & *ibi* gloſſ. *in verb. & ita. ff. de condit. & demonſtrat. l. ita tamen. ff. ad Trebell.* Afflict. *deciſ. 248.* incip. *Fuit diu. num. 11.* Pariſ. 17. *num. 19. lib. 1.* Item ſtat reſtrictiuè, & declaratiuè, *l. Lucius §. quæ habebat*, & ibi gloſſ. *in verb. ita tamen. ff. ad Trebell.* Dec. *conſil. 527. num. 4.* Pariſ. *d. num. 19.* Iaſon *in l. 1. ſub num. 11. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperau.* vbi quòd habet vim dictionis taxatiuæ. Quid de dictione *Tamen*, vide infrà *in fragment. verſic. Tamen, num. 12.* ad materiam vide omninò Albericum *in ſuo Dictionario verſic. Ita tamen*, &c.

20 *Dummodò*, dictio, an importet conditionem, vel modum, vide Bartol. *in l. quibus diebus §. finali num. 4. ff. de condit. & demonſtrat.* Aretin. *in l. ſi ita quis §. Seia cadit. num. 6. ff. de verb. obligat.* Surdus *deciſ. Mantuan. 209. num. 3. & 4.*

QVÆSTIO LXVIII.

Fideiuſſor quando poſſit ante ſolutionem petere à debitore, quòd eum liberet & eximat à fideiuſſione. Necnon, quando fideiuſſor qui ſoluit repetat, & de materia.

SVMMARIVM.

Fideiuſſor quando petere poſſit ſe eximi, & liberari à fideiuſſione.

1. *Fideiuſſor quando petat ſe eximi à fideiuſſione, antequam ſoluat, generaliter.*
2. *Regulariter non poteſt agere ante ſolutionem.*
3. *Quid ſi debitor dilapidet bona ſua.*
4. *Quid ſi fideiuſſor fuit condemnatus ad ſoluendum.*
5. *Vel de proximo eſt condemnandus.*
   Vel diu ſteterit carceratus, licèt non ſoluerit, num. 19.
6. *Quid ſi in contrarium pactum eſt inter partes.*
7. *Quid ſi diu ſtetit in obligatione, & ſeqq.*
9. *Quid in fideiuſſore de euictione, & num. 11. & ſeq. & 22.*
10. *Quid vigore ſtatuti Romani, & ſequentibus, & num 28.*
13. *Quid ſi fideiuſſor obtulit, conſignauit, & depoſuit.*
14. *Quid in fideiuſſore de iudicio ſiſti.*
15. *Quid in fideiuſſore, qui ſe obligauit in inſtrumento guarentigiato.*
16. *Quid ſi ſe obligauit per ſcripturam mercatorum.*
17. *Quid ſi fideiuſſor vult ſe abſentare.*
18. *Quid ſi interueniat inimicitia cum debitore.*
20. *Quid in fideiuſſore iudiciali.*
21. *Quid ſi fideiuſſit ſine mandato.*
22. *Quid in fideiuſſore cenſus.*
30. *Quid in fideiuſſore de non offendendo.*

Fideiuſſor, qui ſoluit pro debitore, quando poſſit ſolutum repetere.

23. *Fideiuſſor qui ſoluit pro debitore quando ſolutum repetit, generaliter.*
24. *Quid ſi indebitum ſoluerit, cùm poſſet ſe aliqua exceptione tueri.*
   & ſic ſit conſtitutus culpa ſoluendi, ibid.
25. *& an poſſit fideiuſſor agere ex ſola creditoris confeſſione de recepto.*
26. *& an fideiuſſor debeat indemnis releuari ſi id non fuit dictum.*
27. *& an ſi litigauit cum creditore, fueritque in expenſis cauſa condemnatus, illas à debitore repetat.*
   Fideiuſſor pro debitore in diem, vel ſub conditione, non poteſt agere vt eximatur ante aduentum diei, & conditionis.
   Fideiuſſor pro tutore non poteſt agere, vt eximatur à fideiuſſione ante finitam tutelam, ibid.
   Fideiuſſor pro debitore ignorante, vel inuito, quando repetat id quod ſoluit, ibid.

1 FIDEIVSSOR an poſſit agere ad ſe liberandum antequam ſoluat, & de materia, præter infraſcriptos vide Arnon. ſingul. 81. Marſil. in rubr. de fideiuſſor. num. 216. & ſeqq. Duen. reg. 336. Socio. regul. 147. & 148. Maſuet. in pract. pag. mihi 253. num. 17. Firman. in Repert. verb. fideiuſſor agit, in diſ urſu. Nicaſ. Inſtit pag. mihi 329. num. 4. & ſeqq. vſque ad num. 11. vbi ponit regulam cum limitationibus. Afflict. deciſ. 241. num. 3. & 4. Magon. deciſ. Lucen. 6. num. 5. Andreas Gayl. in obſeruatione 29. part. 2.

2 Regula ſit, quòd fideiuſſor non poteſt contra principalem debitorem agere, antequam ſoluat. Textus formalis in l ſi pro ea, vbi omnes. C. mandati, & notatur in cap. final. extrà de fideiuſſ. mandatum enim non ſolùm videtur factum de fideiubendo, ſed etiam de ſoluendo. l. indebitam. ff. de condict. indeb. l. fideiuſſor pro venditore. ff de fideiuſſor.

3 Limita I. hanc regulam, vt non procedat, quando principalis cœperit bona ſua dilapidare. d. l ſi pro ea. Marſil. ſub d. num. 216. & ſequentibus vbi id ſublimitat non procedere, quando poſt incœptam dilapidationem rediter ad bonos mores. Pro hac prima limitatione adde textum in l. Lucius Titius, vbi gloſſ. & Doctores, ff. de fideiuſſor. Gomez titul. de fideiuſſor. num. 10. verſic. Tertiò infero, vbi de communi.

4 Limira II. quando fideiuſſor, licèt non ſoluerit, fuit tamen ad ſoluendum condemnatus d. l. ſi pro ea. C. mandati. l. Lutius Titius, vbi gloſſ. & Doctores. ff. de fideiuſſor. Gomez ſub titul. de fideiuſſoribus ſub numer. 10. verſ. 3. infero, vbi de communi.

5 Limita III. quia fideiuſſor poteſt agere contra debitorem, non ſolùm ſi fuit condemnatus, ſed etiam ſi euidenter apparet, quòd eſt de proximo condemnandus, vt per Marſilium ſub d. rubrica de fideiuſſoribus, ſub numer. 216. & ſequentibus. habetur enim de proximo condemnandus pro iam condemnato, vt per Royzium deciſ. 1. num. 209. Aldobrand. Inſtit. pag 241. num. 19.

6 Limita IV. quia fideiuor poteſt agere, &c. etiam quòd non ſoluerit; ſi ita pactum fuerit inter ipſum & debitorem. d. l ſi pro ea. C mandati, de communi. Antou. Gomez d. num. 10. verſ. 3. infero. ibi, Quartus caſus eſt.

7 Limita V. id non procedere quando fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione, quia tunc poteſt agere ad ſe eximendum, etiam quòd non ſoluerit, vt per Marſilium & alios ſuprà allegatoa num. 1. Villalob. litera F. num. 36. Menoch. de arbitr. quaſt. caſu 41. pag. 99. Port. Imolen. conſil 61. num. 33. allegat l. Lucius ff mandati, cap final. de fideiuſſoribus. vbi Butrius, Cardinalis, & Abbas. Afflict. deciſ. 241. num. 4. Antonius Gomez titul. de fideiuſſor. num. 10.

8 Et quando quis dicatur diu ſtetiſſe in obligatione, vide Villalobos & Menochium proximè in antecedente numero allegatos. Dic quòd iſtud tempus remittitur arbitrio iudicis, vt per Antonium Gomez d. num. 10. Item non dicitur diu ſtetitiſſe in fideiuſſione, niſi poſt obligationem commiſſam, ſecus verò antè, vt ibidem per eumdem Gomez, quia ex hac declaratione infert ad tria. Primò ad fideiuſſorem euictionis, de quo infrà num. 9. & 11. Secundò ad fideiuſſorem debitoris in diem, vel ſub conditione, qui etiam quòd diu ſteterit in fideiuſſione, tamen ante aduentum diei, & coodirionis non poteſt agere, quia obligatio non eſt commiſſa. Tertiò infert ad fideiuſſorem pro tutore, vel curatore, qui non poteſt agere, vt eximatur, ante finitam tutelam, vel curam.

9 Sublimita hanc quintam limitationem, vt non procedat in fideiuſſore de euictiooe, qui etiam quòd diu ſteterit in fideiuſſione, non tamen poteſt agere ad ſe eximendum. Super quo videas Marſilium in rubr. de fideiuſſoribus ſub d. num. 216. & ſeq. Maſuer. in pract. pag. mihi 253. num. 17. & in materia vide etiam infra num 11. & ſeq. & num. 22. vbi tradita in dicto num. 22. ponas hìc pro ampliatione ad hanc ſublimitationem.

10 Limita VI. ex vrbis ſtatuto lib. 1. cap. 104. vbi etiam quòd fideiuſſor diu non ſteterit in obligatione, ac etiam quòd non fuerit condemnatus, petere tamen poteſt ſe extrahi à fideiuſſione per dationem fideiuſſorum de ipſum conſeruando indemnem.

11 Sublimita hanc ſextam limitationem in fideiuſſore euictionis, quia ſub illa conditione videtur fideiuſſiſſe, videlicet ſi res fuerit euicta, vt notat Angelus poſt alios Doctores in d. l. ſi pro ea. C. mandat. Bart. in l. 1. C. de conuen. fiſ. debit. lib. 10. Form. Capitol. fori pag. mihi 261. & ſequenti, vbi etiam de materia. Marſil. in d. rubrica de fideiuſſoribus num. 225. verſic Sciàs hoc, vbi idem tenet ex Bald. in l. facere poſſe. ff. ſolut. matrimon. & ibi, Alexand. latiùs, & Bald. ſuper ſtatutis, in verb. fideiuſſor. col. 2. in 1. verſ. Quia licèt diu ſteterit in fideiuſſione, tamen non dicitur diu ſtetiſſe in obligatiooe, cùm fuerit obligatus conditionaliter, ſi res euinceretur, & non purè. Ideò niſi ſequatur euictio, dici non poteſt diu ſtetiſſe in obligatione, vide aliquid ſuprà num. 9. & infrà num. 21. Firman. in Repertorio verb. Fideiuſſor agit. num. 15. & infrà num. 28. & ibi tradita huc transferas & apponas.

12 Et in materia aduertas, quòd præcedens ſublimitatio procedere videtur, prout loquitur in ſimplici fideiuſſore euictionis; ſed quid ſi fideiuſſerit etiam de faciendo conſentire, &c. ac quòd nullus contractus eſt factus in præiudicium illius, in quo fideiuſſit, & ſimil. Iſto caſu non conditionaliter, ſed purè videtur obligatus. Ideò ſtatutum prædictum videtur habere locum. Tu conſidera.

13 Limita VII. principalem regulam, ſi fideiuſſor obtulit, conſignauit, & deponit. Marſilius in dicta rubric. de fideiuſſoribus ſub d num. 216 & ſeqq.

14 Limira VIII. in fideiuſſore de iudicio ſiſti, qui poteſt agere contra principalem debitorem, vt liberetur a fideiuſſione, etiam quòd non ſoluerit, vt per Marſilium in d. rubrica de fideiuſſoribus, ſub dicto numero 216. & ſeqq.

15 Limita IX. in fideiuſſore, qui ſe obligaoit per inſtrumentum guarentigiæ, vt per Marſilium vbi ſuprà & idem in fideiuſſore, qui ſe obligauit ex inſtrumento publico, habente exequutiooem paratam. Magon. deciſ. Lucen. 6. num. 29. vbi pro & contrà. Contra hanc limitationem tenet Gomez titul. de fideiuſſoribus num. 10. ſub verſic. Tertiò infero, ibi, ex ſupradictis infertur, &c.

16 Limita X. in fideiuſſore, qui ſe obligauit per ſcripturam mercatorum, quæ ex forma ſtatutorum habet exequutionem paratam. Marſil. vbi ſuprà. Magon. deciſ. 6. num. 29. vbi pro, & contra.

17 Limita XI. ſi fideiuſſor vult ſe abſentare, puta proficiſci ad ſtudium. Marſil. vbi ſuprà. Roman. ſingul. 101. Cotta in ſuis memorab. pag. 4.

18 Limita XII. quando interuenit inimicitia cauſa debitoris. Vide Marſilium vbi ſuprà.

Liunita

19 Limita XIII. ſi fideiuſſor diu ſtetit in carcere pro illo debito, vt per Marſilium *vbi ſuprà.*

20 Limita XIV. quando fuit fideiuſſor contractus, & non iudicij. Vide eumdem Marſil. *vbi ſuprà.*

21 Limita XV. in eo, qui fideiuſſit ſine mandato, & dominus ratum habuit. Marſilius *ibidem.*

22 Et an fideiuſſor cenſus, ſiue de euictione, ſiue de cenſu ſoluendo poſſit agere, vt liberetur à fideiuſſione antequam ſoluat, vide Bouium *de cenſibus cap.* 68. *pag.* 167. & faciunt ſuprà tradita *num.* 9. *&* 11.

23 Dixi ſuprà, quòd niſi fideiuſſor ſoluerit, non poteſt contra debitorem agere. Quid igitur ſi ſoluerit, quando & quomodo poterit contra ipſum agere, & ſolutum repetere. Vide in hac materia Duenn. *regul.* 337. Roman. *ſing.* 169. 805. *& ſeq.* Petraſ. *ſingul.* 85. Socioum *reg.* 131. Viui. *in commun. opin. pag. mihi* 94. *in paruis. verb. fideiuſſor.*

24 Primò ſcias in materia, quòd fideiuſſor ſoluens indebitum pro ſuo principali debitore, hoc eſt, cùm poſſet ſe eadem exceptione tueri, qua poterat principalis debitor, & noo fecit, non habet regreſſum contra dictum debitorem. Alexand. *conſil.* 57. *volum.* 1. Duen. *reg.* 337. *in* 6. *limitatione*, & hinc eſt, quòd fideiuſſor ſoluens mutuum factum filiofamilias, non poteſt illud ab eo repetere, *l. ſed ſi pater. §. non ſolùm. ff. ad Macedon.* quem refert Crot. *conſil.* 135. *num.* 29. 30. *&* 39. Ratio huius concluſionis ea eſt, quia fideiuſſio adiecta contractui nullo eſt inualida, ideo poteſt opponere fideiuſſor nullitatem fideiuſſionis, de qua materia dixi infrà *in fragmentis, verſic. fideiuſſio non valet.* Immò fideiuſſor minoris, ſeu mulieris, & ſimilium, quando remanet obligatus, etiam quòd principalis non poſſit conueniri; de quo dixi infrà *d. verſic. Fideiuſſio non valet. num.* 5. ſi ſoluat, nec etiam repetit à dicto minore, ſeu muliere, vt per Lambertengum *de contractibus eorum*, &c. *gloſſ.* 16. *quaſt.* 9. 10. *&* 11. *num.* 22. *& ſequentibus.* Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 156. Et generale eſt, quòd vbi fideiuſſor damnum ſua culpa patitur, non agit pro eo contra debitorem, qui ipſum indemnem releuare promiſit, ex traditis per Hieronymum de Monte *quaſt.* 27. *num.* 27. allegat Socin. *conſil.* 7. *num.* 1. & quaſi per totum *volum.* 3. Cagnol. *in l. quòd quis ex culpa, num.* 3. *ff. de regul. iur.*

25 Secundò ſcias, quòd fideiuſſor poteſt contra debitorem agere ex ſolo creditoris confeſſione de recepto. Craſſ. *in communibus opinion. lib.* 1. *cap.* 11. *quaſt.* 11. *tom.* 2. vbi de veriori, & magis communi, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Villalob. *in commun. opinion. litera F. num.* 37. Cephal. *conſil.* 35. *num.* 56. *& conſil.* 101. *num.* 5. *volum.* 1. Roland. *conſil.* 17. *num.* 9. *lib.* 1. vbi de communi. Suarez *in communibus opinionibus verb. fideiuſſor. num.* 162. *& ſequentibus*; & quid ſi creditor confeſſus fuit & quietauit per acceptilationem, vide Iaſon *in l. duobus num.* 5. 6. *&* 9. *in fin. ff. de iureiuran.* & *ibidem* Alexand. *in §.* 1. Angel. *conſil.* 189. *in fine.* Pro primo dicto, quòd ſcilicet ſufficiat confeſſio creditoris ſola, ad hoc vt poſſit fideiuſſor contra debitorem agere, adde Herculan. *de cautel. pag.* 124. *mihi, num.* 14. ad materiam, vide plures remiſſiuè allegatos per Tiraquellum *de retract. conuem. gloſſ.* 6. *conſiguer. §.* 4. *num.* 17. pro eodem primo dicto huius verſiculi adde Antonium Gomez *tit. de fideiuſſoribus num.* 13. licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint, contra Viuian. *opin.* 294. & etiam *opin.* 301. vbi pro & contrà.

An autem fideiuſſor debeat indemnis conſeruari à principali debitore, ſi id non fuit dictum, vide infrà *in fragmentis verſ. fideiuſſor debet conſeruari*, &c. *num.* 23. vbi tradita ponas hîc. 26

Et an fideiuſſor, qui litigauit cum creditore, & condemnatus fuit in expenſis, poſſit illas à principali debitore repetere, vide *in Repertorio iudic. verſic. Fideiuſſor, qui litigauit. num.* 18. vbi tradita ponas hîc. 27

Dixi ſuprà *num.* 11. quòd vrbis ſtatutum *cap.* 104. *lib.* 1. mandans fideiuſſorem poſſe agere ad ſe eximendum à fideiuſſione, etiam quòd diu non ſteterit in obligatione, &c. non procedit in fideiuſſore euictionis, qui niſi res euincatur, non poteſt ad ſe eximendum agere. Vide in propoſito ſimile ſtatutum Lucæ, de quo per Magon. *deciſ. Lucen.* 6 *per totam*, vbi ad partes diſputat hanc quæſtionem, & inter alia ponit tres caſus, in quibus huiuſmodi ſtatutum comprehendit etiam fideiuſſorem euictionis. Primò, ſi ſtatutum dicat, quòd fideiuſſor poſſit petere releuamentum, etiam quòd dies ſolutionis non ceſſerit. Secundò, ſi ſtatutum loquatur generaliter, puta dicendo, quòd fideiuſſor ex quacunque cauſa, &c. Tertiò ſi dicat fideiuſſor, ſeu promiſſor. nam licèt fideiuſſor euictionis non dicatur diu ſtetiſſe in obligatione, niſi re euicta, dicitur tamen diu ſtetiſſe in promiſſione, vt ibi per Magon. *num.* 31. *& ſequentibus.* Sed circa hunc tertium caſum aduerte, quòd noſtrum vrbis ſtatutum loquitur etiam in expromiſſore, & tamen illud in fideiuſſore euictionis ante rem euictam minimè locum habere verius videtur, per ſuprà tradita *num.* 11. 28

Fideiubens pro debitore ignorante, & ſoluens, ſolutum repetit, non actione mandati, nec actione negotiorum geſtorum, nec actione ex æquitate. Anton. Gomez *tit. de fideiuſſor. num.* 11. licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint. Faciunt ad hanc materiam infrà tradita *verſic. ſoluere num.* 9. vbi ſcripta in extenſione huius quæſtionis ponas hîc, quia materia eſt omninò eadem. 29

Fideiuſſor de non offendendo an poſſit à ſuo principali petere ſe liberari à fideiuſſione, & quando. Herculan. *de cautel. pag.* 174. *num.* 75. 30

Quæſtio LXIX.

Socius quando poſſit rem communem inuito altero ſocio vendere, locare, vel aliud in ea facere.

Summarium.

1. *Socius quando inuito ſocio poſſit rem communem vendere, ſeu aliud in ea facere, generaliter de materia.*
2. *Socius poteſt etiam inuito ſocio vti re communi ad vſum deſtinatum.*
3. *Præſertim quando ſocij prohibentis nihil intereſt, & num.* 4.

Sed ſi ſocius velit in re communi aliquid noui facere, & ſic ea vti ad vſum non ſolitum, ſeu deſtinatum, ibid.

5. *In iſtis diſcordijs inter ſocios maximè æquitas ſeruanda eſt.*
6. *Quid in fiſco habente rem communem cum altero priuato.*

7. Socius

7. *Socius an poſſit locare rem communem altero ſocio inuito, & ſeqq.*
8. *Quid ſi velint locare, ſed ſint diſcordes in perſona conductoris, quia vnus vni, alter verò alteri locare vult. & ſeqq.*
9. *Dic, quòd plus offerens præfertur, & ſeqq. vbi declarat.*
10. *Item præfertur perſona conductoris honeſtior, & ſeqq.*
12. *Quid ſi ambo conductores pariter offerant, & pariter quoque ſint honeſti.*
Dic quòd iudex debet eos concordare, ibid.
Vel ſorte dirimere hanc diſcordiam, ibid.
Vel diuidere tempus fruitionis, ibid.
13. *Res locari ſolita poteſt per ſocium altero inuito vtiliter locari, ſi commodam non patitur diuiſionem.*
14. *Si verò diuidi poteſt, diuidenda eſt.*
15. *Quid ſi vnus ex ſocijs nolit partem ſuam locare, ſed habitare.*
16. *Quid ſi velit conducere partem alterius ſocij.*
17. *Quid ſi res communis non ſit ſolita locari.*
Dic quòd iudicis arbitrio remittitur, ibid.
18. *Quid ſi plures ſint ſocij, & maior pars conſentiat locationi.*
An locatio facta ab vno ex ſocijs, valeat in ipſius locantis vtilitatem, ſeu præiudicium, ibid.
19. *Socius habitans domum communem pro indiuiſo, an teneatur ſomo ſoluere penſionem.*

1 IN materia propoſitæ quæſtionis, quando ſcilicet ſocius poſſit alteri ſocio prohibere alienationem, ſeu alium vſum rei communis, generaliter præter inſtaſcripta vide textum *in l. multùm intereſt. C. de commun. rer. alienat.* Diaz *regul.* 105. Duen. *regul.* 195. & *ibi* per eum allegatos, præſertim *in* 3. *limitatione.* Vide etiam textum *in cap. in re communi*, vbi Doctores, *de regul. iur. in* 6. Felin. *in cap. cùm omnes, num.* 15. *de conſtitut.* vbi etiam Dec. *col.* 3. Franciſc. Marc. *deciſ.* 490. & omninò vide regulam cum ampliationibus, & limitationibus poſitam per Antoninum Theſaurum *in deciſione Pedemontana* 41. *per totam.*

2 Prima ſit generalis concluſio in materia, quòd ſocius poteſt vti re communi ad vſum deſtinatum, etiam inuitis aliis ſociis. Duenn. *d. reg.* 195. *in* 1. *limitatione*, vbi inter alios allegat Dec. *in l. ſi ſocius, in fin. ff. ſi cert. petat.* Felin. *in d. cap. cùm omnes, num.* 15. *verſic. & prima fallentia*, & *ibi* Bald. *num.* 10. Dec. *num.* 13. *in* 1. *lectura*, & *num.* 36. *in* 2. *de conſtitut.* & facit textus *in* §. *Religioſum. Inſtitut. de rer. diuiſ.*

3 Secunda & pariter generalis ſit concluſio, quòd ſocius vti poteſt re communi, etiam inuito altero ſocio prohibente, quando prohibentis nihil intereſt, gloſſ. *in l. Sabinus. ff. commun. diuid.* Menoch. *de arbitr. quæſtionibus, caſu* 442. *num.* 18. *centur.* 5.

Amplia hanc concluſionem, prout *in* 3. *ſequenti concluſione.*

4 Tertia ſit concluſio ad præcedentem ampliatiua, quòd quando prohibentis non intereſt, tunc ſocius ipſo inuito poteſt vti re communi, etiam quòd petat aliquid noui fieri in re communi, & ſic etiam quòd velit vti re communi ad vſum non deſtinatum. Menoch. *d. caſu* 442. *num.* 18. vbi quàm optimè reſpondet ad contraria.

5 Quarta ſit concluſio, quòd inter ſocios maximè æquitas ſeruanda eſt. Nam in re communi ſpectatur arbitrium boni viri, & ideò æquum præferri debet iniquo. §. *vltimo*, vbi gloſſ. *Inſtitut. locati*, &c.

Quinta ſit concluſio, quòd fiſcus habens rem 6 communem cum priuato, poteſt etiam inuito priuato ſocio illam vendere. Duen. *d. reg.* 195. *in* 3. *limitatione.*

Particulariter autem hîc quærendum eſt, an ſo- 7 cius poſſit inuito ſocio locare rem communem? Vide ad hanc materiam præter infraſcripta Anton. Gomez *tit. de locat. & conduct. cap.* 4. *num.* 14.

Et pro reſolutione diuidenda eſt propoſita quæ- 8 ſtio in duo capita principaliter. Primum eſt, quando ſocij ſunt concordes in locando domum communem, ſed diſcordes de perſona, cui locanda ſit, puta quia vnus vni, alter verò alteri illam locare intendit. Secundum eſt caput, quando vnus ſocius vult domum communem locare, alter verò non.

In primo capite facias infrà ſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio, quòd quando vnus ex ſociis vult communem rem locare plus offerenti, alter verò minùs offerenti, præfertur ille, qui vult locare plus offerenti. Menoch. *d. caſu* 442. *num.* 6.

Limita tamen procedere hanc primam conclu- 10 ſionem, dummodò plus offerens ſit perſona honeſta, quia ſi inhoneſta, tunc non præfertur in tali locatione, etiam quòd plus offerat, honeſtas enim anteferri debet vtilitati, & verè apud bonos viros illud dicitur vtile, quod honeſtum quoque continet. Menoch. *d. caſu* 442. *num.* 3. & faciunt infrà tradita *in ſeq. concluſione.*

Secunda ſit concluſio, quòd ſi vnus ex ſociis 11 vult rem communem locare perſonæ honeſtiori, alter verò minus honeſtæ; tunc ille, qui honeſtiori locare vult, præferendus eſt. Menoch. *dicto caſu* 442. *num.* 5. Anton. Gomez *d. tit. de locat. & conduct. cap.* 4. *num.* 14. *tom.* 2.

Tertia ſit concluſio, quòd ſi vnus ex ſociis vult 12 domum locare vni, alter verò alteri, & ambo conductores eamdem ſummam offerant, & pariter ſint perſonæ honeſtæ, tunc duo dantur remedia. Primum, quòd iudex iſtos ſocios reducat ad concordiam; ſecundum, quòd ſorte hæc diſcordia dirimatur. Menoch. *d. caſu* 442. *num.* 6. & *ſeqq.* vbi tamen circa primum remedium opponendo dicit, quòd concordia à iudice ſuaderi poteſt, non autem imperari, niſi ſit timor ſcandali. Circa ſecundum remedium opponendo pariter dicit, quòd diſcordia, quæ facti eſt, ſorte dirimi non poteſt, præſertim quando vna ex partibus diſſentit controuerſiam eſſe ſorte dirimendam, & ideò iſto caſu domus vacabit, & fructus peribunt, vt ibi per eum, qui concordantes allegat, & nihil reſoluit. Ego verò crederem iſto caſu debere attendi tradita per Antonium Gomez *dicto num.* 14. *cap.* 4. *tit. de locat. & conduct.* vbi generaliter dicit, quòd in diſcordiis, quæ oriuntur inter duos ſocios in vſu rei communis, vel res ipſa communis diuiditur, ſi commodè diuidi poteſt, de quo dicetur infrà *num.* 14. ſin minùs, diuideretur tempus fruitionis.

In ſecundo verò capite facias nonnullas alias concluſiones.

Prima ſit concluſio, quòd vnus ex ſociis poteſt 13 domum, vel fundum communem ſolitum locari, vtiliter locare etiam altero ſocio inuito, ſi illa do-

mus,

mus, vel fundus non patitur commodam diuiſionem, dummodò locetur perſonæ honeſtæ. Menoch. *d. caſu 442. num. 2. & ſeq. centur. 5.* &c.

14 Secunda ſit concluſio, quòd ſi domus, vel res communis commodam patiatur diuiſionem; tunc ea diuidi debet, nec per vnum ex ſociis altero inuito locari poteſt, etiam quòd vtiliter locetur, ac etiam quòd ſit ſolita locari. Menoch. *d. caſu 441. num. 4. centur. 5.* vbi concordantes allegat. Gomez *d. cap. 4. tit. de locat. num. 14.*

15 Tertia ſit concluſiò, quòd ſi vnus ex ſociis recuſet locari partem ſuam domus, ex eo, quia ipſe velit ibidem inhabitare, & hoc quidem poteſt facere, dummodò non ſit impedimento alteri ſocio, quin poſſit partem ſuam alteri locare. Menoch. *d. caſu 442. num. 13.*

16 Quarta eſt concluſio, quòd ſi vnus ex ſociis velit conducere ipſemet partem alterius ſocij abſque eo quòd extraneæ perſonæ locetur, tunc omnibus aliis conductoribus præferendum eſſe traditur per eumdem Menochium *vbi ſuprà num. 14. & ſeq.* vbi reſpondet ad contraria.

17 Quinta ſit concluſio, quòd quando res communis non conſueuit locari, tunc altero ſocio inuito locari non poteſt, ex traditis per Menochium, *vbi ſupra num. 24.* vbi tamen poſtea in totum iudicis arbitrio remittit.

18 Sexta ſit concluſio, quòd licèt regula ſit, quòd domus communis pro indiuiſo non poſſit locari, niſi de omnium ſociorum conſenſu, nec ſufficiat conſenſus maioris partis. Si tamen vnus ex ſociis locet domum communem, valebit talis locatio in vtilitatem & præiudicium locantis, licèt non in vtilitatem & præiudicium aliorum ſociorum. Anton. Gomez *d. cap. 4. tit. de locat. & conduct. num. 14. tom. 2.*

19 Adde in hac materia Paulum Granutum *theorem. 2. per totum*, vbi quando ſocius habitando domum communem pro indiuiſo teneatur alteri ſocio ſoluere mercedem; & alia multa ibi ponit ad materiam.

QVÆSTIO LXX.

Quæ debiti cauſa grauior altera cenſeatur, & in quam cauſam facta ſolutio cadat.

SVMMARIVM.

1. *Debitor ex pluribus cauſis in quam cauſam ſoluiſſe præſumatur, generaliter.*
   Debitori aſſerenti ex tali cauſa ſe ſoluiſſe an credatur, ibid.
2. *Statur declarationi debitoris factæ tempore ſolutionis, ex qua cauſa ſoluerit.*
3. *Si verò nihil declarauit, ſolutio præſumitur facta in duriorem cauſam.*
4. *Sed quæ dicatur durior cauſa, vbi generaliter.*
5. *Cauſa debiti dicitur durior illa, ex qua infamia, vel pœna corporalis irrogatur, & quæ ſtatum hominis reſpicit.*
6. *Cauſa debiti contracti ſub pœna eſt aliis durior.*
7. *Cauſa debiti ſub vſuris eſt durior debito ſine vſuris.*
8. *Maior, ſeu minor quantitas debiti non facit duriorem, ſeu minus duram cauſam, & ſeq.*
10. *Solutio præſumitur facta potiùs pro vſuris, & fructibus, quàm pro ſorte principali.*
11. *Cauſa debiti contracti ſub pignore, vel hypotheca, eſt durior aliis.*
12. *Idem de debito contracto cum fideiuſſore.*
13. *Solutio præſumitur facta potius pro debito proprio, quàm pro alieno.*
14. *Cauſa debiti, quæ habet exequutionem paratam, eſt aliis durior.*
15. *Cauſa debiti antiquioris eſt aliis durior.*
16. *Si nulla adeſt durior cauſa, ſolutio intelligitur facta pro rata.*
    Cauſa debiti naturalis eſt minùs dura aliis, ibid.
17. *Quid ſi mercator fecerit ſoluentem creditorem in ſuo libro, an ſoluens poſſit compenſare in quam cauſam debiti voluerit.*

AD generalem materiam præter infraſcripta, vide Caſtren. *conſil. 311.* 1
& conſ. 258. n. 1. part. 1. Corneum *conſil. 128. num. 1. volum. 4.* & latiùs *conſil. 295. num. 1. & ſeq. volum. 3.* Firma. *in Repert. verb. Debitor ſoluens, num. 57.* Socinum iuniorem *conſil. 85. n. 5. & 11. lib. 2.* Menoch. *de præſumptionibus lib. 3. præſumpt. 136.* Ioan. de Amic. *conſil. 21. num. 8. & 9. pag. mihi 21.* Fulgoſ. *conſil. 7. num. 1. pag. mihi 82.* Bart. & Doct. *in l. 1. & 2. ff. de ſolut. & liberat. & in l. 1. C. eodem.* Cæpoll. *caut. 11.* Ruin. *conſil. 49. col. finali lib. 5.* Pariſ. *conſil. 122.* ferè per totum, *volum...* Omninò Alexand. *conſil. 85. lib. 3.* vbi nonnulla vtilia in materia. Grat. *reſponſ. 140. num. 19. lib. 2.* vbi an ſtandum ſit debitori ex qua cauſa ſoluerit. *Deciſ. Pedemont. 58. num. 18.* vbi quòd in dubio ſolutio præſumitur facta ex cauſa præambula, & præexiſtenti contractu.

Si debitor ex pluribus cauſis ſoluendo expreſsè 2
declarauerit, in quam cauſam ſoluerit, tunc nulli dubium, quòd in cauſam expreſſam facta dicitur ſolutio. Ita enim dicunt & præſupponunt omnes, & nemo de hoc dubitat.

Si verò id non declarauerit, tunc in duriorem 3
cauſam facta ſolutio præſumetur, ex dicta *l. 1. & l. cùm ex pluribus. ff. de ſolut. & liberat.*

Sed quænam debitori durior dicetur cauſa? vide 4
ad hoc Doctores ſuprà allegatos *num. 1.* & Menochium *in ſuo tract. de arbitr. iudic. quæſt. caſu 403. centur. 5. lib. 2.* ex cuius dictis tranſcripſi infraſcriptas concluſiones.

Prima ſit concluſio, quòd illa omnibus aliis 5
cauſis dicitur durior, quæ infamiam & ſtatum perſonæ reſpicit, ideò in primis debitor ſemper ſoluiſſe cenſetur ex ea cauſa, ex qua eius fama & perſona læderetur, ſi non ſoluiſſet. *d. l. cùm ex pluribus. ff. de ſolut.* Menoch. *d. caſu 493. num. 2. & ſeqq.* vbi ex hoc infert, quòd ſi vna cauſa reſpicit pœnam corporalem cum infamia, hæc erit grauior illa, quæ ſolam continet infamiam, ex Bart. & Imol. *in dicta l. cùm ex pluribus col. 1.*

Secunda ſit concluſio, quòd excepta ſupradicta 6
infamiæ cauſa, illa omnibus aliis dicitur durior, cùm quis eſt debitor, ſub pœna *d. l. cùm ex pluribus. ff. de ſolut.* Menoch. *d. caſ. 493. num. 6.*

Idem in eo, qui eſt obligatus ſub vſuris, præ- 7
ſumitur enim quis potiùs ſoluiſſe in cauſam debiti, vbi currunt vſuræ, tanquam duriorem, quàm in illam, vbi vſuræ non currunt, *d. l. cùm ex pluribus,* & tradit Menoch. *d. num. 6.*

Quòd ſi plura ſint debita, ex quibus & vſuræ 8
pariter debeantur; ſed maiores ex vno, minores autem

autem ex alio, non dicitur per hoc grauior cauſa debiti illa, ex qua vſuræ maiores debentur, vt per Bart. *in d. l. cum ex pluribus, num. 2. verſic. Quandoque dicitur*, &c.

9 Ratio eſt, quia generaliter maior, ſiue minor quantitas debita non facit cauſam duriorem, ſeu minùs duram, ſecundùm eumdem Bart. *in d. l. cùm ex pluribus, col. 2. verſ. Sextò dicitur.* Menoch. *dicto caſu 493. n. 18.*

10 Benè verum eſt, quòd quando pro vno debito quis eſt obligatus ad ſortem, & ad vſuras, ſeu fructus, ſolutio præſumitur facta pro fructibus, ſeu vſuris; non autem pro ſorte principali, ſecundùm Bald. & Alber. *in l. 1. C. de ſolut.*

11 Tertia ſit concluſio, quòd poſt prædictas cauſas, ſi debitor ſit ex duabus, ſeu pluribus cauſis obligatus, in quarum vna interuenerint pignora, ſeu hypotheca; in alia verò non. Solutio præſumitur facta pro illa, vbi interuenerunt dicta pignora, ſeu hypotheca tanquam duriori. Bart. *in d. l. cum ex pluribus num. 2. in verſic. Tertiò dicitur.* Menoch. *dicto caſ. 493. num. 7.*

12 Idem eſt, vbi datus eſt fideioſſor, quia talis cauſa dicitur durior aliis. Menoch. *ibidem num.* 8. Caſtren. *d. conſil. 311. part. 1.* Corn. *d. conſil. 295. colum. 1. lib. 3.* Alex. *conſil. 39. num. 2. lib. 7.*

13 Quarta ſit concluſio, quòd poſt prædictas cauſas, cùm quis eſt obligatus pro ſe & alio, illa dicitur durior, quæ reſpicit, & liberat perſonam ipſius ſoluentis pro ſe ipſo, idcò ſolutio præſumitur facta potius pro ſuo, quàm pro alieno debito. Bart. *in d. l. cùm ex pluribus, num. 2. verſ. 4. dicitur*, &c. Menoch. *de arbitr. quæſt. d. caſu 493. num. 9. & ſeqq.*

14 Quinta ſit concluſio, quòd quando quis eſt debitor ex duabus, ſeu pluribus cauſis, quarum vna habeat exequutionem paratam; alia verò non, ſolutio præſumitur facta in eam cauſam, quæ habet executionem paratam, & eſt facilioris exactionis, tanquam duriorem. Bart. *in d. l. cùm ex pluribus n. 2. verſic. quimò dicitur*, &c. *ff. de ſolut. & liberat.* Menoch. *d. caſu 493. num. 14. & ſeqq. centur. 5.* vbi fortiùs dicit, quòd hæc cauſa facilioris exactionis anteferiur cauſæ propriæ, de qua ſuprà *num. 13.* proximè præcedenti: imò eſt durior cauſa debiti contracti ſub pignore & hypotheca, de qua ſuprà *n. 11. & ſeq.* ſed hoc vltimum iudicis arbitrio relinquit, qui quando hanc cauſam illi anteferre debeat, belliſſimè declarat, vt *ibidem num. 17.*

15 Sexta ſit concluſio, quòd ſi nulla ex ſupradictis cauſis interueniat, ea, inquam, durior dicetur, quæ antiquior erit, & in ea, facta præſumetur, ſolutio. Bart. *in d. l. cùm ex pluribus, colum. 2. verſic. ſi verò nulla*, & traditur *in l. in his, & in d. l. cùm ex pluribus. ff. de ſolut.* quam quidem antiquiorem cauſam intelligit *ibi* Bartol. non inſpecto tempore contractæ obligationis, ſed ſolutionis, ex *ex dicta l. ſi ex pluribus. § vltimo.* Hæc tradit Menoch. *prædicto caſu 493. num. 19. centur. 5.*

16 Septima ſit concluſio, quòd ſi nulla ex prænarratis cauſis concurrit, tunc ſolutio pro rata in omnem cauſam facta dicetur, dummodò non videatur ſolutum in cauſa, quæ continet debitum naturale, cùm illud videatur eſſe penè inefficax. Menoch. *d. caſu 493. num. 20. & ſeq.*

17 Si ſolutio eſt facta alicui mercatori, qui ſoluentem fecit creditorem in ſuo libro, an tunc debitor ita ſoluens, & creditor factus in dicto libro, poſſit petere compenſari cum eo debito, quod ſibi magis placuerint. Vide Alexandrum *conſil. 85. lib. 3.*

QVÆSTIO LXXI. & vlt.

Volo verbum quid ſignificet.

SVMMARIVM.

1. Volo *verbum quid ſignificet, generaliter.*
   Quando ſtet enuntiatiuè, & quando diſpoſitiuè, ibid. & ſeqq.
   Volo *verbum quando regulatam voluntatem, & quando liberam importet, ibid.*
2. *Quid ſi verbum* volo *expectat poſt ſe alium actum voluntatis ipſius loquentis, & ſeqq.*
3. *Quid ſi eſt iunctum cum iuramento.*
4. *Quid ſi verbum* volo *fuerit deliberatè prolatum.*
5. *Quid ſi eſt iunctum cum verbo omninò.*
7. *Quid ſi poſt verbum* volo *non expectatur alius actus voluntatis ipſius loquentis, & ſeqq.*
8. *Quid ſi expectatur alius actus alterius perſonæ, quàm loquentis.*
9. *Quid in vltimis voluntatibus, & ſeqq.*
10. *Quid ſi verbum* volo *proferatur extra actum teſtandi.*
11. *Quid ſi proferatur à grauiter infirmante.*
12. *Quid ſi in contrarium ſuadeant coniecturæ, & ſequentibus.*
13. *Quot coniecturæ ſufficiant.*
14. *Quæ ſint iſtæ coniecturæ.*
   Dic quòd ſtatur iudicis arbitrio, ibid.
15. *Quid ſi teſtes, ſeu amici fuerint conuocati, & ſequentibus.*
17. *Quid in viro idiota, & ſeq.*
   Quid in perito, ibid. & num. 21. & 22.
19. *Quid ſi verbum* volo *proferatur ad interrogationem alterius, & ſeqq.*
21. *Quid in milite.*
24. *Quid ſi verbum* volo *proferatur in dilectam perſonam.*
25. *Quid ſi ab eo, qui eſt peregrè profecturus.*
26. *Quid ſi blandiendi, ſeu iactandi cauſa proferatur.*
27. *Quid ſi dicatur*, Vellem facere, *&c. & ſequentibus.*
29. *Quid ſi verbum* volo *iungatur cum verbo* certè.
31. *Quid ſi dicatur*, Volo iſtam rem.
32. *Vel*, Volo eligere.
33. *Vel*, Volo eſſe hæres.
34. *Vel*, Volo adire.
35. *Vel*, Volo, vt bona mea remaneant in familia, *& ſeq.*
37. *Vel*, Volo te in vxorem, *vel*, Volo te eſſe mihi vxorem, *vel*, Volo te ducere in vxorem, *vel*, Volo habere, ſeu tenere in vxorem, *num. 37. & ſeqq.*
39. *Quid ſi verbum* volo *iungatur cum verbo denotante exequutionem actus iam perfecti.*
41. *Quid ſi Prætor dixerit*, Volo te ire in poſſeſſionem.
42. *Quid ſi quis dixerit*, Volo confiteri.
43. *Vel*, Volo hæredem meum dare Caio centum.
44. *Vel*, Volo legare, *vel*, Volo relinquere.
46 *Vel*, Volo Caium eſſe mihi hæredem, *& 48.*
47. *Vel*, Volo inſtituere, *vel* facere hæredem Caium.
49. *Quid de verbo* nolo.
50. *Quid de verbo*, non volo.

De

1 DE ſignificatione verbi *volo* præter infraſcripta vide Marthesium *ſingul.15.in addit.* Petraſ.*ſingul.*6.Diaz *reg.*775. Syluan. *conſil.*54. *num.*11. vbi quòd regulariter non denotat actus diſpoſitionem, ſed voluntatem agendi, & idem traditur per Tiriz. *de teſtament. coniug. pag.*26. & quando denotet liberam, ſeu regulatam voluntatem, vide *in Repertor. iudic. in quaſt* 44. Quando autem ſtet enuntiatiuè, ſeu diſpoſitiuè, & ſic quando inducat diſpoſitionem: quando autem ſolum animum faciendi, præter ſuprà allegatos, vide latè declarantem, & exemplificantem Zuntum *in ſuo conſil. pro vxore num.*13. *& ſeqq. & num.*348. *& ſeqq. vſque ad* 480. quem reaſſumit, & latè etiam ponit materiam Menoch. *de arb.tr. quaſt. caſu* 496. *centur.*5. *lib.*2. Ex quorum dictis elicias infrà ſcriptas concluſiones.

2 Prima ſit concluſio, quòd ſi verbum *volo* expectat poſt ſe actum alterius voluntatis ipſius loquentis, tunc non diſponit, ſed enunciat. Menoch. *de arbitr. quaſt. caſu* 496. *num.*4. *& etiam num.*18. *& ſeqq.* & fuit originale dictum Baldi *in Authent. & qui iurat. num.*17. *C. de bon. auct. iud. poſſid.* Exempla autem huius primæ concluſionis videas infrà *num.*32. *&* 34. *& num.*38. *&* 42. *& num.*44. *&* 47.

3 Amplia hanc concluſionem, vt procedat etiam concurrente iuramento. Iuramentum enim non operatur diſpoſitionem, quando ſumus in caſu, in quo expectatur alius actus voluntatis ipſius loquentis. Menochius *præallegato caſu* 496. *n.*26.

4 Limita, niſi quis deliberatè locutus fuerit. Nam verbum *volo* diſpoſitionem importat, etiam quòd expectetur alius actus voluntatis ipſius loquentis. Menochius *ibidem num.*31. Deliberatè autem quòd quis loqoutus fuerit, probatur coniecturis, de quibus infrà *num.*12. *& ſeqq.*

5 Limita ſecundò quando verbum *volo* eſt adiunctum cum verbo *omninò*, puta ſi dictum, *Volo omninò relinquere. Volo omninò adire hæreditatem*, licèt enim iſto caſo expectetur alius actus voluntatis ipſius loquentis, verbum tamen *volo* ſtat diſpoſitiuè, & ooo enuntiatiuè, propter illud verbum *omninò*, propter quod inducitur diſpoſitio, vbi aliàs non induceretur, ſecundùm Ruyn. Rip. & ſocios relatos per Menochium *d.caſu* 496.*num.*27. *&* 53. vbi tamen dicit, quòd licèt horum auctoritas magna ſit, dubitat tamen de eorum opinione, niſi aliæ concurrant coniecturæ, de quibus infrà *num....*

6 Limita tertiò, niſi contrarium ex coniecturis ſuadeatur, ſed de hac limitatione dixi infrà *num.*12. *& ſeqq.*

7 Secunda ſit concluſio, quòd ſi verbum *volo*, non expectat poſt ſe alium actum ipſius loquentis: tunc diſponit, & non enunciat. Menochius *d.caſu* 496. *num.*4.6. *& ſeqq.* vbi etiam ponuntur exempla, de quibus & nos infrà dicemus *num.*31. *&* 33. *& n.*35. 37. *&* 46.

8 Amplia hanc ſecundam concluſionem, etiam quòd expectetur alius actus alterius perſonæ, quàm ipſius loquentis. Menoch. *d. caſu* 496. *num.*12. *& ſeqq.* vbi pronuotiat exempla, de quibus & oos infrà dicemus *num.* 41. *&* 43. vide in propoſito Cardinalem Albanum *conſil.* 14. *num.*3. vbi qoòd *volo* verbum nihil operatur, vbicunque actus non dependet à voluntate loquentis.

9 Tertia ſit concluſio, quòd in vltimis voluntatibus verbum *volo* iunctum cum iofinitiuo diſpoſitionem inducit ſecundùm Bartolum, quem & alij ſequuntur relati per Menochium *d.caſu* 496.*n.*24. vbi tamen dicit, quòd hæc Bartoli doctrina non eſt vera, niſi tribus concurrentibus.

Primò coniecturæ id ſoadentes, de quibus infrà dicetur *num.*12. & aliis ſequentibus.

Secundò, quòd non expectetur alius actus voluntatis ipſius teſtatoris: ſi enim expectatur alius actus voluntatis ipſius teſtatoris, & tunc etiam quòd ſimus in vltimis voluntatibus; verbum *volo* cum infinitioo adiunctum diſpoſitionem non importat, vt *ibidem* per Menochium *num.* 24. *& ſeqq.* vbi reſpondet iuribus per Bartolum allegatis, & oos ſuprà diximus in prima concluſione *num.*2. & infrà ponentur exempla *num.*32.34.*&* 38.*& n.*42. 44. & etiam 47.

10 Tertiò requiritur, qoòd verbum *volo* ſit prolatum in actu teſtandi. oam ſi extra actum teſtandi, tunc in vltimis voluntatibus non diſponit, etiam quòd non expectetur alius actus voluntatis ipſius teſtatoris, vt per Meoochium *de arbitr. quaſt.d.caſu* 496. *num.*16.*in fin.*

11 Sed an ſufficiat grauis morbus? dic quòd non, niſi aliæ concurrant coniecturæ: ſed benè grauitas morbi iuncta cum aliis, de quibus infrà dicetur, *num.*12. *& ſeqq.* magis deliberatam diſponendi voluntatem oſtendent. Ex ingraueſcente enim morbo & inſtante periculo mortis magna oritur coniectura, quòd quis diſponere voluerit. Menoch. d. caſu ſæpiùs allegato 496. *num.*49.

12 Quarta eſt concluſio, quòd verbum *volo* etiam quòd expectet poſt ſe alium actum voluntatis ipſius loquentis, ſtat tamen diſpoſitiuè. Quando ita ex coniecturis ſuadetur, & ſic coniecturæ operantur, vt verbum *volo* diſponat, vbi tantùm enunciaret ſecundùm omnium interpretum opinionem, de qua per Menochium *d. caſu* 496. *num.* 30. *& ſequentibus.*

13 Sed iſtæ coniecturæ an ſufficiat vnica, an verò debeant eſſe duæ, vel plures. Dic quòd plures debent concurrere coniecturæ, *l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de legat.*3. Plures autem duabus coniecturis in propoſito verificari eſſe communem dixit Zunt. *in ſuo conſilio pro vxore num.*433. quem refert Menochius *ibidem num.*41. Aliqui verò vnicam ſufficere coniecturam, & aliqui plures, quam duas interuenire debere dixerunt, quos refert Menochius *vbi ſuprà num.*34. *& ſequentibus.* Qui tandem *num.*42. *& ſeq.* id totum iudicis arbitrio relinquere planè videtur.

14 Qoæ autem ſiot iſtæ coniecturæ, ex quibus verbum *volo* præſumitur diſpoſitiuè prolatum, dic quòd iudicis arbitrio relinquitur, qui io propoſito conſiderare debet cooditionem perſonæ loquentis, locum, tempus, loquendi modum, & apud quos loquatur, vt per Menochium *vbi ſuprà num.*42. *& ſequentibus*, vbi hæc omnia exemplificat, & nos modo *in ſeqq. num.*15. dicemus.

15 Prima coniectura, quòd quis diſpoſitiuè, & deliberatè per verbum *volo* loquutus fuerit, ea eſt, quæ oritur ex amicorum, & teſtium conuocatione, vt ait Menochius *d. caſu* 496. *num.*35.*&* 54.

16 Limita I. hanc coniecturam procedere, dummodò teſtes iſti verè fuerint rogati, vt ſint præſentes, ſecus ſi fortuitò adfuiſſent. Menoch. *dict. num* 35.

17 Limita II. eamdem coniecturam procedere in viro idioto; ſecus in viro docto, de quo dixi infrà *num.*21.*& ſeq.*

18 Sed an hæc ſola coniectura ſufficiat, an verò etiam debeat interuenire interrogatio, & reſponſio, vide infrà *num.* 23.

19 Secunda eſt coniectura, quando verbum *volo* fuiſſet prolatum ad interrogationem alterius. Nam tunc præſumitur, quòd quis deliberatè, & diſpoſitiuè loquutus fuerit, oon autem enunciatiuè. Idem Meoochius *ibidem num.* 36. vbi de communi.

20 Limita I. hanc ſecundam coniecturam procedere, dummodò interrogatio fiat ab eo, cuius lotereſt, ſecus ſi ab alio. Meooch. *de arbitr. quæſt. d. caſ.* 496 *num.* 32. *&* 52.

21 Limita II. eamdem coniecturam procedere in vito imperito, ſeo idiota, puta milite, qui perſæpè etiam impropriis & enunciatiuis verbis voluntatem ſuam ſignificat, ſecundùm Menochium *præcitato caſu* 496. *num.* 39. 44. *&* 47.

22 Vnde ſecus in viro docto, & Iuriſperito, qui etiam quòd conuocatis amicis & teſtibus interrogatus reſpondeat ſe velle aliquid facere, non per hoc dicitur diſpoſitiuè loquutus, ſecundùm Menochium *vbi ſuprà num.* 44.

23 Sed an ſufficiat ſola hæc coniectura interrogationis præcedentis, an verò debeat etiam interuenire amicorum & teſtium conuocatio. Aliqui dixerunt, quòd ſola hæc interrogatio præcedens ſufficiat, & hæc eſt vera & communis ſententia, & eam teneas, vt per Menochium vbi ſuprà *n.* 36. *&* 51. vbi pariter quòd ſola conuocatio amicorum, & teſtium ſufficit ad oſtendendam deliberatam voluntatem loquentis, abſque eo quòd præcedat interrogatio. Aliqui verò hæc duo ſimul conſiderant, de quibus ibidem per Menochium *num.* 36. vbi etiam quòd alij diſtinguunt hoc modo, videlicet: Aut incipitur à conuocatione teſtium, & tunc ſola conuocatio ſufficit abſque interrogatione. Aut incipitur ab interrogatione, & reſponſione; & tunc etiam amicorum conuocatio requiritur. Sed, vt dixi, indiſtinctè teneas ea iſtis duabus coniecturis voam tantùm ſufficere.

24 Tertia eſt coniectura, quæ oritur ex dilectione perſonæ. Menoch. *ibid. num.* 40.

25 Quarta eſt coniectura, quando quis eſt peregrè profecturus, tunc enim verbum *volo* ſtat potius diſpoſitiuè, quàm enunciatiuè. Menoch. *ibidem num.* 49. vbi tamen quòd hæc ſola coniectura oon ſufficit.

26 Quinta ſit concluſio, quòd qoando quis blandiendi, vel iactandi cauſa profert verbum *volo*, tunc non diſpoſitiuè, ſed enuntiatiuè loquutus cenſeatur. Menoch. *d. caſu* 496. *num.* 50. & faciunt tradita infra *in fragmentis, verſic. Donatio an inducatur.*

27 Sexta ſit concluſio, quòd ſi quis dixerit, vellem eligere, vellem emere, vel aliud facere: hoc ſanè caſu intelligitur imperfecta voluntas & diſpoſitio; cùm ſolum deſiderium talia verba ſignificent, vt per Menochium *d. caſu* 496. *num.* 55. *& ſeq.* Etiam quòd Baldus, Imola, & Aretinus *in l. vlt. ff. de teſtament.* contrarium dixerint.

28 Amplia hanc ſextam concluſionem procedere etiam interueniente interrogatione. Menoch. *ibidem num* 57. *&* 58. licèt Gallinula *ibidem* allegatus contrarium dixerit.

29 Limita I. niſi ſit dictum, *Pro certo vellem.* nam tunc non ſimplex deſiderium, ſed diſpoſitionem importat. Menoch. *ibidem num.* 59. vbi de hac limitatione dubitat per ea, quæ in ſimili de verbo *omnino* ſuperiùs dicta ſunt à nobis *num.* 5.

Limita II. hanc ſextam concluſionem non procedere in vltimis voluntatibus, in quibus verbum *Volo* etiam prolatum per modum optatiui temporis diſpoſitionem inducit. Menoch. *de arbitr. quæſt. d. caſu* 496. *num.* 6. vbi tamen de hoc dubitat per ea, quæ ſuprà tradita ſuot *in* 3. *concluſione num.* 9. *& ſeqq.* Ex quibus optime declarari poteſt hæc limitatio. 30

His generalibus concluſionibus ſic formatis deuenio ad huius quæſtionis particularia exempla, & primò quæro. Si quis dixerit, *Volo iſtam rem*, an dicatur diſpoſitiuè, vel enunciatiuè loquutus? dic quòd diſpoſitiuè rem illam elegiſſe dicetur. *l. apud Aufidium. ff. de opt. legat.* Menoch. *vbi ſuprà num.* 6. *& ſeq.* Iſto enim caſu non expectatur alia voluntas illius, qui protulit verbum *volo*, ideo diſponit, & non enuntiat, vt latiùs ſuprà dixi *in* 2. *concluſione num.* 7. 31

Limita hoc non procedere, quando quis dixiſſet, *Volo eligere*; quia tunc cùm expectetur alius actus voluntatis ipſius loquentis, ideò verbum *volo* non diſponit, ſed enunciat, prout generaliter dixi ſuprà *in prima concluſione num.* 2. & particulariter tradit Menochius *d. caſu* 496. *num.* 8. 18. *&* 20. vbi de communi, licèt relati *ibi num.* 8. *&* 17. contrarium ſenſerint, & faciunt in ſimili infrà tradita *num.* 34. 32

Quid ſi quis dixerit, *Volo eſſe hæres.* Dic quòd diſpoſitiuè ſtatim dicitur adiiſſe hæreditatem, per iſta verba *l. iam dubitari*, vbi gloſſ. *ff. de hæredib. inſtitutione.* Menoch. *d. caſu* 496. *num.* 8. Iſto enim caſu verbum *volo* non expectat alium actum voluntatis ipſius loquentis, ideò diſponit, & non enunciat per ſuprà generaliter tradita *in* 2. *concluſione num.* 7. vide Manticam *de coniecturis lib.* 12. *tit.* 11. Ioſeph. Ludouic. *in communibus opinionibus concluſ.* 16. *in* 81. *illatione, verſic. verbo dicitur*, &c. *& verſic. Quemadmodum è contrà*, vbi an repudiatio inducatur, ſi quis dixerit, Nolo eſſe hæres, & dicit quòd ſic. 33

Limita, ſecus eſſe in eo, qui dixit, Volo adire hæreditatem, &c. quia non per hoc dicitur illam adiiſſe, ex traditis per Menochium *vbi ſuprà n.* 21. licèt Socinus ſenior *in conſil.* 86. *num.* 2. *lib.* 3. relatus per Menoch. *num.* 8. contrarium diaerit. Iſto enim caſu verbum *Volo* expectat alium actum voluntatis ipſius loquentis, ideò ſtat enunciatiuè, & non diſpoſitiuè, ex traditis ſoprà *in prima concluſione num.* 2. & faciunt in ſimili ſuprà tradita *num.* 32. vide Manticam *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 1. *& n.* 2. 34

Quid ſi quis dixerit, Volo vt bona mea remaneant in familia; dic quòd dicitur diſpoſitiuè, & non enunciatiuè loquutus, & propterea per hoc verbum inducitur fideicommiſſum, vt *ibidem* per Menochium *num.* 9. Iſto enim caſu verbum *Volo*, ideò diſponit, quia non expectat poſt ſe alium actum voluntatis ipſius loquentis, vt dixi ſuprà *in* 1. *concluſione num.* 7. 35

Limita hoc procedere, dummodo prædicta verba ſint prolata in actu teſtandi, aliter ſecus, per ea, quæ ſuprà dixi, *num.* 10. 36

Quid ſi qois dixerit, Volo te in vxorem; vel, te eſſe mihi vxorem? Dic quòd diſpoſitiuè dicitur per huiuſmodi verba contractum matrimonium. Menochius *vbi ſuprà num.* 10. Iſto enim caſu non expectatur alius actus voluotatis ipſius loquentis. Ideò verbum *Volo*, ſtat diſpoſitiuè, noo autem enunciatiuè, per ſuperiùs tradita *in* 2. *concluſione, num.* 7. 37

Secus ſi diceret, Volo te ducere in vxorem, vel Volo tecum contrahere matrimonium. Non enim 38

per

per hoc dicetur matrimonium contractum, ſed tantùm promiſſio de contrahendo, & ſic erunt ſponſalia ſecundùm communem, de qua per Menoch. *de arbitr. quæſt. d. caſu* 496. *num.* 23. Iſto enim caſu expectatur alius actus voluntatis ipſius loquentis, ideò verbum *Volo* non diſponit, ſed enunciat, per ſuprà tradita latiùs in prima concluſione *num.* 2.

39 Si autem quis dixerit, Volo habere te in vxorem: Volo te tenere in vxorem. Tunc, quia verbum *Volo* eſt iunctum verbo ſignificanti exequutionem actus iam perfecti. Ideò ſtat diſpoſitiuè, & non enunciatiuè, vt per Menochium *d. caſu* 496. *num.* 18. *& ſeq.* vbi concordantes allegat, licèt Didacus *ibi* per eum relatus de hoc dubitet.

40 Et pro præmiſſorum declaratione vide etiam tradita infrà *in Fragment. verſic. Matrimonium, per quæ verba contrahatur, num.* 1.

41 Quòd ſi quis, putà Prætor, dixerit, Volo te ire in poſſeſſionem. Dic quòd dicitur interpoſuiſſe primum decretum. Iſto enim caſu prætor quantum in ſe eſt declarauit voluntatem ſuam, & nihil amplius ab eo expectatur, etiam quòd requiratur actus alterius perſonæ, hoc eſt illius, qui ire debet in poſſeſſionem. Menoch. *d. caſu* 496. *num.* 13. & hoc ſit exemplum primæ ampliationis ſecundæ concluſionis, de qua ſuprà *num.* 8.

42 Quòd ſi quis dixerit: Volo confiteri. Dic quòd non per hoc ſequitur, quòd fateatur. Menoch. *ibid. num.* 21. Follerius *in practica criminali pag.* 323. *num.* 120. Iſta enim Caius comprehenditur ſub prima concluſione huius quæſtionis, de qua ſuprà dictum eſt *num.* 2.

43 Quid ſi quis dixerit: Volo hæredem meum centum dare Caio. Dic quòd diſpoſitiuè dicitur Caio centum legaſſe, quia nulla alia voluntas teſtatoris expectatur, licèt benè expectetur actus alterius perſonæ, hoc eſt, hæredis, & ſic ſumus in caſu primæ ampliationis ſecundæ concluſionis, de qua ſuprà *num.* 8. Menoch. *d. caſu* 496. *num.* 14. vbi de communi.

44 Secus ſi dixerit: Volo legare, vel Volo relinquere Caio centum, non enim per hoc videtur legare. Quia expectatur alius actus voluntatis ipſius teſtatoris, & ſic ſumus in caſu primæ concluſionis, de qua ſuprà *num.* 2. Ideò verbum *Volo* iſto caſu enunciat, ſed non diſponit. Menoch. *ibidem num.* 19. *&* 22. vbi de communi.

45 In quo aduertas, quòd hæc & ſimilia verba nunquam diſponunt, vbi aliàs diſponerent, niſi ſint prolata in actu teſtandi, vt dixi ſuprà *num.* 10.

46 Quid ſi quis dixerit: Volo Caium eſſe mihi hæredem. Dic quòd dicitur diſpoſitiuè ipſum hæredem inſtituiſſe, cùm nullus alius actus voluntatis ipſius teſtatoris expectetur, & ſic ſumus in caſu ſecundæ concluſionis, de qua ſuprà *num.* 7. Menoch. *de arbitrar. quæſtionibus, prædicto caſu* 496. *num.* 15. *& ſeq.*

47 Secus ſi dixiſſet: Volo inſtituere; vel, Volo facere hæredem Caium, nam tunc intrarent tradita ſuprà *in prima concluſione, num.* 2. & propterea non diceretur per hæc verba Caius inſtitutus hæres. Menoch. *ibidem num.* 22. vbi de communi.

48 Item ſecus ſi prædicta verba eſſent prolata extra actum teſtandi, per ſuprà tradita *num.* 10.

49 Sed quid de verbo *Nolo*? Dic quòd de ſui natura voluntatem negat, & renitentiam inducit, & quando eſt abſolutè poſitum abſque infinitiuo, dicitur negare non ſolùm de præſenti, ſed etiam de futuro; ſi verò iungatur cum infinitiuo, puta ſi dicatur: *Noli eligere. Nolo adire*, & ſimilia, intelligitur de præſenti tantùm, non autem de futuro, & conſequenter non inducitur per talia verba repudiatio ſecundùm communem, de qua per Menochium *vbi ſuprà num.* 62. *& ſeqq.* vbi *num.* 65. limitat id non procedere, quando quis deliberatè dixerit, *Nolo adire*, puta, quia dato ſibi termino ad deliberandum, vel ad interrogationem alterius diceret quis, Nolo adire. Nam tunc trahitur etiam in futurum, & conſequenter inducitur etiam repudiatio.

50 Quid ſi ſit dictum: Non volo, vide Menochium *d. caſu* 496. *num.* 66. *& omnibus ſequentibus.*

FINIS.

ERRATVM.

Pag. 154. col. 2. lin. 26. vbi, Andr. Ioachim, *leg.* Andr. Fachin.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Prior numerus paginam notat, poſterior, & reliqui ſunt marginales.

A

Abſens.

ABSENTI an actio acquiratur ſine ceſſione & ratificatione. *pag.* 174. *num* 3. & ſeqq.
Quid in contractu vltrò citroque obligatorio. 5
In actione perſonali, ſeu hypothecaria, quid. 6
In acquiſitione dominij, vel poſſeſſionis, quid. ibid.
Quid in conſtituto. ibid.
Pax facta abſenti quando valeat, &c. 7
Donatio facta abſenti quando valeat. 8. & ſeqq. & n. 12. & ſeq.
In dubio an donatio præſumatur facta præſenti. ibid.
An donatario acquiratur ius ante ratificationem. 9. & ſeqq.
& an ſaltem donatarij requiratur ſcientia. 10
& an donatio poſſit reuocari ante ratificationem. 11
& quid de donatione facta Eccleſiæ, vel pauperibus abſentibus. 12
& an in donatione requiratur nuntius, vel epiſtola. 13
& an adeptio poſſeſſionis rei donatæ. ibid.
Renunciatio facta abſenti an valeat. 15
Ratificatio eſt neceſſaria, vbi agitur de incommodo abſentis. d. n. 5
Item nec eſt neceſſaria quando donatarius poſſidet res donatas. 8
Stipulatio facta abſenti iurata valet. 16

Actus.

Actus ſubſequens declarat mentem præcedentis. 188. 15

ÆSTIMATIO.

De æſtimatione *rei dotalis.*

Æſtimatio rei dotalis quando emptionem faciat, generaliter. 111. 1
& quando ſit reſtituenda res, vel pretium, generaliter. ibid.
& particulariter, omnibus ſequentib. num.
Periculum rei æſtimatæ in dotem, in quem tranſeat. eod. n. 1
Æſtimata dos amittit priuilegia dotis. ibid.
Tertius poſſeſſor rei dotalis, an habeat ius offerendi æſtimationem, an verò debeat rem ipſam reſtituere. 2
Æſtimatio facit emptionem in dubio. 3
& in dubio reſtituenda æſtimatio, non autem res. 4
In acconcio & iocalibus quid. 5
In bonis paraphernalibus quid. 6
In mobilibus quid. 7
& quæ vſu conſumuntur. ibid.
vel ſe mouentibus. ibid.
In rebus quæ conſtant numero, pondere & menſura, quid. 8
Si pretium ſit collatum in arbitrium tertij, quid. 9
Si nullum ſit expreſſum pretium, quid. 21
Si pretium ſit iniuſtum quid. 22
Si pro quantitate promiſſa tradatur in ſolutum ſpecies, quid. 10
De re ſimpliciter tradita ſecundo viro, cùm primo viro fuerit certa quantitas promiſſa, quid. 11
Si fuit dictum, quòd reſtituatur res, vel æſtimatio ad electionem mariti, quid. 112. 13
Si res dotales non ſint præſentes, quid. 14
In æſtimatione facta ex interuallo, quid. 25
Si adeſt in inſtrumento clauſula, *Ad habendum*, &c. quid. 15
Vel clauſula, *Iure proprio*, & *in perpetuum*. ibid.
Si adeſt clauſula, *pro ſe*, *& hæredibus*, &c. quid. ibid.
De clauſula, *pro ſe*, *& quibus dederit*, quid. ibid.
Si viro fuit data facultas vendendi, & alienandi, quid. ibid.
Si adeſt pactum de retrouendendo, quid. ibid.
Si ſimpliciter fuit pactum, vt reſtituantur res in dotem datæ, quid. 16
Si fuit promiſſum reſtituere dictam dotem, quid. 17
Si fuit dictum quam dotem promiſit reſtituere, quid. ibid.
Vel dotem vt ſuprà habitam. 18
Si promittatur reſtituere rem in dotem datam pro eodem pretio, quid. 19
Si dictum vt reſtituatur res, ſi extiterit, habita ratione augmenti, & diminutionis arbitrio boni viri, quid. 20
Si maritus non erat ſoluendo, quid. 23
Si æſtimatur res minoris ſine tutoris authoritate, & iudicis decreto, quid. 24
Si conſtat expreſsè, vel tacitè de partium voluntate, quid. 26
Si æſtimatio ſit facta ſolùm ad cognoſcendum valorem rei, quid. 27

Ætas.

Digitized by Google

Ætas.

Ætas per quem & quomodo probanda. 144.28
Ætas minor per quem, & quumodo probanda. 29, & ſeqq.
Inſtrumentum curæ an prubet minorem ætatem. 31
Patentum teſtimonio an probetur ætas filiorum. 32
Liber patris an probet ætatem filiorum. 33
Ætas an probetur per coniunctos, ſeu vicinos. 34
Ao ex aſpectu. 35
Ætas difficilis eſt probationis. 36

De Alimentis *filio præſtandis.*

Filius regulariter alendus à patre. 156.1
Quid ſi filio fuit aſſignata legitima in vita. 2
Vel quid aliud loco alimentorum, & fuerit conſumptum. ibid.
Quid ſi fuerit illis per filium renunciatum. 157.3
An ſtatuta poſſint ſibi derogare. ibid.
An debeat etiam ali vxor, & liberi ipſius filij. 19
& an veſtiri. 20
Qualia ſint præſtanda alimenta. 21
Mater quanto tempore debeat alere filium. 22
In filio bannito, & hæretico, quid. 23
In filio ſpirituali, quid. 24
In filio qui cõmiſit cauſá ingratitudinis, quid. 25
Quid ſi filius habeat aliunde, vnde ſe alat. 26
Puta ex aliquo exercitio. ibid.
Si pater poſuit filium in aliqua domo pauperum, puta in aliquo collegio, quid. 27
Si pater ſit pauper, quid. 28

Alienatio.

Vide *Statutum prohibens alienationem.*

De Alienatione *rerum minoris.*

Alienatio rerum minoris quando & quas ſolemnitates requirat, generaliter. 44.1,2,3,52
Primò requiritur cauſa. 2,4
Quæ cauſa debet exprimi in contractu. 12
& debet probari. 8
Vbi etiam quòd talis cauſa debet diſcuti.
Nec creditur minori iudici, aut Notario de cauſa aſſerenti. 9.& ſeqq. & 51
Vbi etiam de aliis ſolemnitatibus.
& ſi cauſa eſt falſa, alienatio eſt nulla. 13,81
Nec conualidatur ex alia cauſa noo expreſſa. 14
Secundò debet vrgere æs alienum. 14,5
Nec ſufficit paruum æs alienum. d.n.4
Sed debet eſſe tale, vt eius ſolutio non poſſit differri. d.n.5
& de tali debito debet conſtare ex actis. ibid.
Tertiò debet vendi res minus damnoſa. d. n.3, 6,52
& ideo iudex debet priùs ſe informare de bonis pupilli, & alia facere, de quibus d.n.6
Quartò debet interuenire tutoris auctoritas. 7
Quintò requiritur iudicis decretum. 15
Quod debet interponi iudice ſedente pro Tribunali. 16
& in diebus non feriatis. ibid.& 60
& cum cauſæ cognitione. 17
Sextò de his omnibus fit ſeparata ſcriptura. 18
Septimò requiritur ſubhaſtatio. 45.19.& ſeqq.
Alienatio rerum minoris facta ſine dictis ſolemnitatibus eſt nulla. 21,53
In tranſactione, quid. 22,105
In compromiſſo, quid. 23
In donatione, quid. 24

In ſolutum datione, quid. 25
In ſubhaſtatione, quid. 26
In repudiatione hæreditatis, ſeu legati, quid. 27,99
In alienatione rei emphyteuticæ, quid. 28
In alienatione argenti fodinæ, quid. 29
Si fundus ſit ſterilis, quid. 30
Si alienatio fiat in affines, quid. 31
Si fiat ob debitum fiſcale, quid. 32
de Alienatione rei in pignus datæ, quid. 37,70
De datiooe in pignus, quid. 43
ſeu hypotheca. 68
Si in venditione adeſt iuramentum, quid. 34
Si adeſt ſtatutum, quòd minor habeatur pro maiore, quid. 35
& an minor teneatur reſtituere pretium. 36
in Alienatione minori vtili, quid. 37,47
Si alienet iuſſu teſtatoris, quid. 46.38
Si ex cauſa dotis, quid. 39,77
Emens à pupillo ſine ſolemnitatibus an dicatur in dolo. 40,55
Forma libelli in reſciſſione nullæ alienationis. 41
Quid debeat iſto caſu probari. ibid.
Quæ remedia competant. ibid.
& contra quos. 54
in Alienatione annuorum redditưum, quid. 42,58
In diuiſione facienda per minores, quid. 44,90
& an ſolemnitates præſumaotur ex diuturnitate. 45,95
& quid de alienatione rerum mobilium. 46
& quid vigore ſtatuti vrbis. 47
& quid ſi alienatio fiat per patrem pupilli. 48
& qoid ſi fiat per tutorem. ibid.& ſeq. & 54
Quomodo cum tutore quis tutè contrahat. 49
Si extat edictum, quòd nemo contrahat cum minore, qoid. 47.50
Non poſſunt bona immobilia minoris alienari, ſi adſunt alia. d.n.6,84
Non poteſt res magna minoris vendi pro paruo debito. 52
Poſſeſſio & dominium an transferatur ex iſta nulla alienatione. 53
Quomodo ſuccurratur pupillo, vel emptori contra tutorem, qui nulliter alienauit rem minoris. 54,48,& ſeq.
Fructus an lucretur emptor rerum minoris ſine ſolemnitatibus. d.o.40
Præſcriptio quomodo currat in rebus minoris alienatis. 56
Emens an debeat probare pretium verſum in cauſam, pro qua fuit facta alienatio. 57
in Alienatione ſocietatum officiorum an ſolemnitates ſolitæ requirantur. 58,& 42
in Alienatione pecuniarum, quid. ibid.
Minor an poſſit alienanti conſentire. 48.59
in Alienatione facta coram Principe decretum non requiritur. 60
Adultus curatore carens non poteſt alienare ſine decreto. 62
In minore, qui ætatis veniam impetrauit, quid. 63
De minore, qui in teſtameoto dat licentiam alienandi. 64
Conſuetudo an poſſit tollere ſupradictas ſolemnitates. 65
Alienare an poſſit Doctor minor ſine decreto. 66
Emens à pupillo ſine decreto, an eo inuito poſſit dicere emptionem nullam. ibid.& 37
Iudex indebitè interponens decretum punitur. 67
Fideiuſſor an obligetur in alienatione rei minoris nulla. 49,69

Creditor pupilli an poſſit ipſius rem ſibi pigneratam abſque alio decreto vendere. 70
Minor ſine decreto non poteſt iuri hypothecæ renunciare. d.n.33
& an poſſit procuratorem ad alienandum conſtituere. 71
& an decretum requiratur in alienatione facienda per procuratorem. ibid.
Quid de minore mercaturam exercente. 72
In receptione in feudum, ſeu emphyteoſim, quid. 73
In locatione, ſeu datione in emphyteuſim, quid. 75
Quid in impoſitione cenſuum. d.n.42
Minor an poſſit ſine decreto retrouendere. 74
An iuri redimendi renuntiare. ibid.
An pactum de retrouendendo prorogare. ibid.
An in emptione apponere pactum de retrouendendo. ibid.
An in aditione, ſeu diſtractione hæreditatis. d.n.27
An in permutatione. 75
An ingredi religionem,& in eam ſua bona transferre. 76
Melioramenta facta in re minoris nulliter vendita an ſint reficienda. d.n.55
Notarius punitur, ſi conficit inſtrumenta minorum ſine ſolemnitatibus. 50.78
Quomodo intelligatur ſtatutum mandans maiorem 20. annorum reputari pro maiore 25. annis. d.n.63
Regulariter minor, aut tutor non poteſt immobilia, & quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſine iudicis decreto alienare. 79
Iudex indebitè interponens decretum punitur. 80
Si iudex recuſet interponere decretum, alienatio valet, etiam ſine decreto. 81
Decretum iudicis non debet feſtinanter interponi in alienatione rerum minoris. 83
Iudex debet curare, vt pretium ex venditione redactum creditoribus ſoluatur. 85
Amicorum, ſeu conſanguineorum præſentia non ſupplet iudicis decretum. 86
Iudex an debeat ſe ſubſcribere in decreto. 87
Decretum an poſſit poſt actum interponi. 88
Quæ fuerit ratio, quare Rex noluerit, bona minorum poſſe alienari ſine decreto. d.n.79
Decretum an debeat ferri in ſcriptis. d.n.87
Decretum à quo iudice interponendum. d.n.88
Decretum an ſufficiat incertum, alternatiuum, vel conditionale. 51.89
Minor an in caſu neceſſitatis poſſit alienare res etiam à teſtatore prohibitas alienari. 91
An poſſit ſine decreto actionem cedere. 92
An cedere bonis. 93
Tutoris auctoritas an ſuppleatur per decretum iudicis. 94
Decretum non præſumitur niſi probetur. 52.95, & 45
Solemnitates an præſumantur interueniſſe ex iudicis decreto. 96
Fructus percepti an poſſint ſine decreto alienari. 97
Poſſeſſio an poſſit ſine decreto per minorem alienari. 98
Minor an poſſit ſine decreto iuri ſuo renuntiare. 99
An alienare pro redemptione captiuorum. 100
Quid de alienatione molendini. d.n.46
Quid de alienatione cauſa ſtudiorum. 101
Quid de impoſitione, ſeu remiſſione ſeruitutis. 102
Si minor non alienat, ſed facit actum per quem deuenitur ad alienationem, quid. 103
Minor poteſt dicere de nullitate ſuæ alienationis, & ſic facto proprio contrauenire. 104
Item & id poterunt minoris hæredes. ibid.
Non tamen id poterunt minorum tutores, vel curatores. ibid.

De Alienatione *rerum vniuerſitatis.*

Quæ requirantur ad validitatem alienationis faciendæ per vniuerſitatem Eccleſiaſticam. 53.1
& quid de alienatione facienda per communitatem. 2
& an communitas poſſit conſtituere Procuratorem, ſeu Syndicum ad vendendum. 3.& 28
Vbi latè de materia Syndici.
Syndico facta ſolutio an debitorem liberet. d.n.3
& quid de venditione annuorum redituum. 4
Quæ requirantur ad hoc vt factum ab Vniuerſitate,ſeu Collegio valeat. 5.& 27.& ſeqq.
Factum à maiori parte quando minori præiudicet. 6.& ſeqq.
In iis,quæ ſpectant ad ſingulos,quid. 8.& ſeqq. vſque 12
In iis quæ reſpiciunt publicam vtilitatem,quid. 9
In diſtributione victualium,& ſimilium,quid. 10
In iis quæ ſpectant ad plures vt vniuerſos,quid. 12
Quæ dicatur in propoſito maior pars. 54.14
Regulariter debent interuenire duæ tertiæ partes. ibid.
Sed non ſufficit eos eſſe vocatos,etiam quòd non veniant. ibid.
Quis debet probare non interueniſſe duas tertias partes. 15.& 24
Abſentes an debeant vocari. 16
Vniuerſitas an poſſit contrahere ſine rectore. 17
Priores an poſſint obligare vniuerſitatem. 18
Ex diuturnitate an omnia præſumantur,&c. 19
Forma præſtandi conſenſum per vniuerſitatem. 20
Quomodo ſint vocandi illi de vniuerſitate, an per tubam,campanam,ſeu præconem. 21
Vniuerſitas non poteſt ſtatuere contra ſuam libertatem. 22
Quid in actibus voluntariis. 23
Notario an credatur aſſerenti in inſtrumento ſolemnitates. 24
Vniuerſitas congregatur in loco publico, non in priuato. 25
Conſilium non congregatur ſine auctoritate Prætoris. 26
Ciues non vocati an poſſint facere conſilium. 27
Syndicus quomodo deputetur. 28
An requiratur iudicis decretum. ibid.
Syndico generalis vendendi facultas data non valet. ibid.
Syndicus quando poſſit ſingulorum bona obligare. ibid.
Vniuerſitas quomodo excommunicetur pro debito. ibid.
In inſtrumento an nomina ſingulorum ſint exprimenda. 29

De Alienatione *rerum Eccleſiæ.*

Solemnitates quæ & quando requirantur in alienatione rei Eccleſiaſticæ generaliter. 56.1
Alienatio facta ſine ſolemnitatibus regulariter non valet. 32.& 59

& an diuturnitas temporis faciat eas præſumere. 2
& an probentur per aſſertiones inſtrumenti. 57. 3,48,75
An debeant de illis fieri inſtrumenta ſeparata. 4
An poſſint tolli à conſuetudine. 5
An abſentes debeant vocari. 6
de Alienatione rerum monaſterij, quid. 7. cum ſeqq. & n. 86
de Alienatione facienda per Fratres Prædicatores, quid. 8
Per Mendicantes, quid. 9
Forma inſtrumenti alienationis prædictæ. 10
Cauſa requiritur in tali alienatione. 15
Alienandi iuſtæ cauſæ quæ. 58. 12
Quid, ſi adeſt euidens vtilitas. 13. & 69. & ſeqq.
Eccleſiæ bona an poſſint hypothecari. 14. & 107
An debeat reſtitui pretium, ſi alienatio eſt nulla. 15
Debet in ea interuenire conſenſus ſuperioris. 16
& cuius ſuperioris conſenſus. 17
& quid ſi ſuperior eſt abſens. 18
An conſenſus iſte poſſit ex interuallo interponi. 19. & 36,83,98
Quid in Eccleſia tranſigente. 20
Debet etiam præcedere tractatus. 21. & 81
Quid, ſi bona ſemel alienata fuerint iterum ad Eccleſiam reuerſa. 22,23,50, & 113
& an poſſint in emphyteoſim dari. 23,28,48
Quid de alienatione facienda per locum pium. 59. 24
Puta per confraternitatem. 25
Vel per Hoſpitale. 26,87
Solemnitas nulla requiritur, quando interuenerit reſcriptum Papæ. 27,97
Quid in Eccleſia alienante annuos redditus. 29,62
Vel fructus. 30,110
& quid de bonis mobilibus. 31,79
De rebus, quas Eccleſia minus iuſtè poſſidet, quid. 60. 33
In bonis parui valoris, quid. 34, & 31,60
In repudiatione hæreditatis, vel legati, quid. 35
Alienationis contractus redditur nullus, ſi emptor moriatur ante habitum conſenſum ſuperioris, cùm ille deberet ſuis ſumptibus dictum conſenſum procurare. 36
Eccleſiaſtica bona an poſſint diuidi ſine ſolemnitate, &c. 37
An transferatur poſſeſſio ex huiuſmodi nulla alienatione. 38
Præſcriptio quomodo currat in rebus Eccleſiæ. 39
Ex cauſa neceſſitatis Eccleſiæ bona alienantur. 40,61,68
An emens debeat probare pretium verſum in cauſam neceſſitatis. ibid. & 72
Quid, ſi bona alienentur in plus, quàm vrgeat neceſſitas. ibid.
Donatio rei Eccleſiaſticæ quando valeat. 61. 41, & 110
Decretum an ſit néceſſarium in hac alienatione. 42
Emens res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, an faciat fructus ſuos. 43
Prælatus quomodo poſſit compromittere. 44
An permutare. 45
An ex cauſa dotis. 46
An in ſolutum dare. 47
An dare ad cenſum. 49
An in feudum concedi. 62. 50,113
An litigare. 51
An pro redemptione captiuorum. 52
Ratio prohibitæ alienationis rerum Eccleſiæ. d. n. 52
Alienationis, & rei verbum ſumitur largiſſimè in materia. ibid.
Alienari an poſſint ruinoſæ res, & ſteriles. 53
Prælatus pro recuperatione rerum Eccleſiæ poteſt agere contra alienantem, & contra poſſeſſores. 54
Nec Papa, nec Cardinales poſſunt res Eccleſiæ alienare. 55
Prohibitio hominis in rebus Eccleſiæ donatis quid operetur. 56
Prælatus alienando res Eccleſiæ efficitur periurus. 57, & 112
Pecunia Eccleſiæ quomodo alienetur. 58
Res ſacra, aut pretioſa Eccleſiæ, an poſſit alienari. d. n. 31
Modica res Eccleſiæ an poſſit donari, vel alienari. ibid.
Res inutiles Eccleſiæ an poſſint alienari. ibid. & 34,60
Animalia, & ſe mouentia an poſſint alienari. d. n. 53
Quando neceſſitas eſt magna, & periculum in mora, ſolemnitates non requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ. 63. 61
Etiam quòd vrgeat in Eccleſia neceſſitas, adhuc tamen ſolemnitates requiruntur. ibid.
Iura, actiones, & nomina debitorum Eccleſiæ quomodo alienentur. 63
De vſufructu, quid. 64
De tranſlatione poſſeſſionis, quid. 65
De impoſitione cenſus, quid. 66
Res minus damnoſæ Eccleſiæ ſemper vendi debent in caſu neceſſitatis, & quis ordo ſeruandus. 67
Pro reparatione Eccleſiæ, vel alterius rei ruinoſæ, an poſſint eiuſdem Eccleſiæ bona alienari. 68,78
Pro emendis ornamentis poſſunt res Eccleſiæ alienari. ibid.
Idem pro colendis agris, & colligendis fructibus. 73
Vtilitas, qua permittitur alienare res Eccleſiæ, non ſufficit qualis qualis, ſed debet eſſe euidens. 70
Vtilitas Eccleſiæ conſideratur tempore contractus ex communi opinione Canonicorum, non pòſt. 71
Emens res Eccleſiæ an teneatur probare pretium verſum in vtilitatem Eccleſiæ. 72
Vtilitas non præſumitur niſi probetur. 65. 75
Vtilitas an probetur per aſſertiones inſtrumenti, vel Prælati confeſſiones. ibid. & 40,72,3
Solemnitates an requirantur in alienatione Eccleſiæ vtili. 13
Superioris licentia ac decretum nihil operatur, quando probatur alienationem non fuiſſe vtilem Eccleſiæ. 76
Superioris licentia generalis de alienando, ſi in euidentem vtilitatem non ſufficit. 77
Pietatis cauſa bona Eccleſiæ alienantur. 78
Item alienantur pro ſubuentione pauperum. ibid.
Item pro ædificatione templi, & ſimilium. ibid. & 68
Itē pro nubendis virginibus, ſeu viduis. ibid. & 46
Alienatio rerum Eccleſiæ facta ad pias cauſas valet. ibid.

Vaſa ſacra, & aliæ res Eccleſiæ poſſunt ex cauſa alienari, dummodo confracta, & conflata. 79.& 31
Alienatio facta in caſu licito ſine ſolemnitatibus non valet, prout nec valet cum ſolemnitatibus in caſu non licito. 59
Vbi propterea quòd in tali alienatione & cauſa & ſolemnitas requiritur.
Emẽs & vendẽs res Eccleſiæ ſine cauſa, peccat. 80
Cauſæ cognitio debet interuenire, & quomodo, in alienatione rerum Eccleſiæ. 81.97
Res magna pro paruo vendi non poteſt. 40
Solemnitates iuris ciuilis non ſunt ſeruandæ in alienatione rerum Eccleſiæ, ſed tantùm iuris Canonici. 5
Infirmi, non ſeruientes, ſcholares & conuerſi non ſunt vocandi in alienatione rerum Eccleſiæ. 6
Capituli maior pars an poſſit deliberare ſuper alienatione rerum Eccleſiæ. 66 82
& an debeant interuenire duæ tertiæ partes. ibid.
& an credatur Notario aſſerenti interueniſſe maiorem partem, vel duas tertias partes. ibid.
Eccleſiæ res non poſſunt alienari ſine conſenſu Capituli, vel Rectoris. 83
Moniales & Abbatiſſa quomodo poſſint eorum res alienare. 9
Sede, vel Eccleſia vacante per mortẽ Epiſcopi vel Abbatis, quomodo eius bona alienentur. 67.88
Patroni conſenſus an requiratur in alienatione rerum Eccleſiæ patronatæ. d.n.83
Canonicorum conſenſus habitus ſingulariter an ſufficiat, an verò debeat haberi in cõmuni. ibid.
& Canonicorum ſingulorum nomina an ſint exprimenda. ibid.
in Alienatione rerum Eccleſiæ an requiratur ſcriptura. ibid.
Subſcriptio Canonicorum an requiratur in eadem alienatione. ibid.
Alienatio hæc facta ſine ſolemnitatibus an ſit nulla ipſo iure. 68.99
Prælatus non poteſt propria auctoritate occupare res Eccleſiæ malè alienatas. ibid.
Quæ actiones competant pro recuperatione rerum Eccleſiæ, & de forma agendi. 100
Quibus competat ius recuperandi res Eccleſiæ. 101
Prælatus alienans poteſt propriæ alienationi contrauenire. ibid.
Etiam quòd iuraſſet. ibid.
Iudex quis ſit in cauſa recuperationis rerum Eccleſiæ. 102
Inquiri poteſt ex officio contra detinentes res Eccleſiæ. d.n.100
Dominij exceptio quando obſtet agenti Prælato ad recuperationem rerum Eccleſiæ. ibid.
In recuperatione rerum Eccleſiæ ſufficit probare poſſeſſionem. ibid.
Quomodo ſuccurratur emptori, à quo auocatur res Eccleſiæ nulliter vendita. 69.103
Eccleſia recuperans rem malè alienatam, an teneatur poſſeſſori cedere actionem, quam habebat contra alienantem. ibid.
Reſtitutio in integrum aduersùs rem malè alienantem, quando Eccleſiæ concedatur. d.n.100
Emptor rei Eccleſiæ quando poſſit contra alienantem agere de euictione. d.n.103
Procurator ad vendendum res Eccleſiæ quomodo conſtituatur. 104
Res quas Eccleſia iniuſtè detinet, an poſſit Prælatus ſine ſolemnitatibus earum domino reſtituere. 105
Ex mutuo quando Eccleſia obligetur. 106
Creditor poteſt Eccleſiæ pignus vendere ſine ſolemnitatibus. 107
Prælatus ſi dat Eccleſiæ recompenſam, an poſſit illius res alienare. 108
Eccleſia & minores æquiparantur in alienatione ſuarum rerum. 109
Conſanguineis ſuis an poſſit Prælatus res Eccleſiæ concedere, infeudare, emphyteoticare. 111
Res quando dicatur effecta de menſa Eccleſiæ. 70.113
Succeſſor quando teneatur ad debita anteceſſoris, & illius contractus ſeruare. 114
Pœnæ malè alienantis rem Eccleſiæ, ſeu ementis. 116. & ſeqq.
Prima pœna amiſſionis pretij, fructuum, & melioramentorum. ibid.
Secunda periurij in alienante. ibid.
Tertia priuationis, & depoſitionis. 117
& quæ ſit pœna Tabellionis, vel iudicis, qui dat licentiam alienandi. 71.118
Quarta homicidij. 119
Quinta excommunicationis. 120
Sexta ſacrilegij. 121
Septima infamiæ. 122
Octaua ſimonia. 124
& Clerici non denunciantes alienationem rei Eccleſiæ factæ, per Prælatum puniuntur. 128
Pœnæ prædictæ an habeant locum in alienatione facta cum cauſa, licèt ſine ſolemnitatibus. 125
Pœnæ eædem an habeant locum in alienatione facta cum cauſa, licèt ſine ſolemnitatibus. 126
Eccleſiæ bona non poſſunt per Capitulum alienari in Canonicos, Clericos, ſeu Beneficiatos illius Capituli. 127
& quæ alienatio ſit vtilis. ibid.
Vide *Minor.*

De Alienatione *rei dotalis.*

Alienatio dotis quando valeat, & generaliter de materia. 108.1
Requiſita in alienatione rei dotalis. ibid.
Alienatio rei dotalis facta regulariter nõ valet. 109.2
Quid ſi vir ſolus vendat rem dotalem. 3
Si ſola mulier, quid. 4
Si vxor conſentiat alienationi factæ per virum, quid. 5,6,15
Si mulier renunciat iuri hypothecæ, quid. d.n.6
Si hypotheca ſit tacita, quid. 7
Si dos vxoris conſentientis aſſecuretur in aliis bonis, quid. 8
Si vir & vxor ſimul vendant, & pretium recipiant, quid. 9
Res dotalis an poſſit ſoluto matrimonio alienari. 10
Quid in alienatione iurata. 11
de Alienatione metu facta, quid. 12
Si vxor proteſtetur ante alienationem, quid. 13
Si iuret non alienare rem dotalem, quid. ibid.
Cautela pro vxore, quæ non vult conſentire alienationi rei dotalis. ibid.
Si alienetur dos putatiua, quid. 14
Si alienetur res dotalis æſtimata, quid. 15
Si dos alienetur pro ſoluendis debitis mariti, puta carcerati, vel incurſis ob aliquod infortunium, quid. 110.16
Si res alienetur pro neceſſitate victus, quid. 17
Si alienatio vertitur in vtilitatem vxoris, quid. 18

Si

Si dos alienata ceſſit lucro viri ſoluto matrimonio, quid. 19
Fideiuſſio pro dote alienata an valeat. 20
Tertius poſſeſſor an habeat ius offerendi æſtimationem mulieri repetenti dotem. 21
Emptor rei dotalis ſcienter an repetat pretium. 22
Dos poteſt alienari, ſi ei data eſt facultas alienandi. 23
Cauſa neceſſitatis, qua dos alienatur, eſt exprimenda in ſpecie. d.n.17
Cenſus an poſſit imponi in fundo dotali. 24
de Alienatione feudi, vide *Feudum*.

Alimenta.

Alimenta an ſpurio debeantur à patre, generaliter. 157.4
& qualia ea eſſe debeant. 5
Quid de legato alimentorum facto filio ſpurio. ibid.
De iure ciuili, vel canonico, quid. 6
In terris Imperij, quid. 7
An debeat ali poſt mortem patris ab eius hæredibus. 8
In inceſtuoſis & nefariis, quid. 9
Si ſpurius ſit diues, & habeat aliunde vnde ſe alat, quid. 14
Puta ex alio exercitio. 16
& quid ſi tempore mortis patris erat pauper, & poſtea eſt effectus diues, vel è contra. 15
An mater teneatur alere filium ſpurium. 11
Quid in nepote, ſeu pronepote ſpurio. 12
Pater an debeat ali à filiis ſpuriis. 13
Quid ſi pater ſit pauper. 17
Si filius ſpurius commiſerit cauſam aliquam ingratitudinis, quid. 18

Arrha.

Arrhâ traditâ, quando quis amittendo arrham poſſit recedere à contractu. 182.15
An quis recedendo à contractu vltra arrham teneatur ad aliud intereſſe. ibid.
Arrhæ ſi reddantur duplicatæ, quando venditor poſſit recedere à contractu. ibid.
Arrhæ aliquando non amittuntur. ibid.

B

Bona *tam mobilia, quàm immobilia.*

Bonorum appellatione quid veniat, generaliter. 113.1
An veniant nomina debitorum. 2. & ſeqq.
An iura & actiones. ibid.
An bona emphyteotica. 8
An feudalia. ibid.
An liuellaria. ibid.
Legatum mobilium quid comprehendat. d.n.1
Mobilium appellatione quid veniat. 114.24
An veniant animalia, piſces, & ſe mouentia. 25
An nauis, molendinum, & ſimilia. 26
An nomina debitorum. 27,28
An iura & actiones. ibid.
An cenſus, & annui redditus. 29
An credita montis. ibid.
An machinæ bellicæ, & alia inſtrumenta. 30
An merces venales. 31
An ea quæ ſunt communia. ibid.
An pecunia. 32
An corniſotti. 115.33
An ſeruitutes. 34
An vſusfructus. 35
An fructus, maximè pendentes. 36
An aurum & argentum, vaſa aurea & argentea. 37
An zonæ, anuli, & alia pretioſa. ibid.
An ſtatuæ, & columnæ. 38
An gabella, ſeu pedagium. 39
An nomina debitorum. d.n.28
Quæ dicantur mobilia, quæ ſeruari non poſſunt. 40

Bona *paraphernalia.*

Vxor habet bona triplicis generis, & quænam ſint. 171.9
Bona paraphernalia quæ ſint, & vnde dicantur. ibid.
Bona paraphernalia non dicuntur, vbi non eſt dos. ibid.
Dominium bonorum paraphernalium an tranſeat in virum. ibid.& 11
de Bonis paraphernalibus quomodo maritus diſponat. d.n.9
Fructus bonorum paraphernalium cuius ſint, generaliter. d.n.6.& 11
Bona in dubio an præſumantur dotalia, vel paraphernalia. 10. & ſeq.
Quid ſi pactum eſt, vt dominium tranſeat in virum. 11
Si pactum vt non reſtituantur, niſi in caſu reſtitutionis dotis. ibid.
Hæredes viri an teneantur ad fructus bonorum paraphernalium. 12
Bona paraphernalia an habeant tacitam hypothecam cum prælatione, & alia priuilegia dotis. 13
Bona paraphernalia an ſint reſtituenda attrita, an verò eorum æſtimatio. 14

C

Cauſa pia. 26.5
Cenſuarius an poſſit irrequiſito domino cenſus alienare rem cenſu oneratam. 120.28
Ceſſio iurium. 34.26

Clauſula.

de Clauſulis, vide verb. *Notarius*.

Colonus.

Colonus regulariter tenetur vendere fructus potius domino ſuo, quàm alteri pro iuſto pretio. 3.1
in Colono priuati quid. 2,3
Iuſtum pretium in materia quale ſit. 4.4
In fructibus non collectis, quid. 5,6
In venditione aliarum rerum, quàm fructuum, quid. 7,8
In ſublocatione, quid. 9
in Colono partiario, quid. 10
In contractu mixto, quid. 11
Quid in aliis contractibus, quàm in venditione. 12

Conductor.

Conductori quando ſit facienda remiſſio mercedis. 7.quæſt.4
Conductor regulariter petit remiſſionem ob damnum paſſum. ibid.1
Materia generalis. 2,48
Caſus fortuiti, propter quos concedatur remiſſio. ibid.
Vbi de peſte, bello, ſterilitate, terræmotu, incendio, locuſtis, tempeſtate, inundatione aquarum, & ſimilibus.
Remiſſio num cócedatur ex facto Principis. ibid.

Remiſſio ſimiliter conceditur locatori propter nimiam vbertatem. 8.3,& ſeqq.
Renuntians caſibus fortuitis non petat remiſſionem. 9,22,& ſeqq.
Quando res perilt, remiſſio ſemper facienda. ibid.
Quid ſi renuntiauit omni legum auxilio. 10
Si renuntiauit omnibus exceptionibus,quid. 11
Remiſſio conceditur etiam propter timorem belli. 12
Remiſſio non conceditur,niſi damnum ſit notabile. 13,& ſeqq.
Quale dicatur damnum notabile. 14,15,16
Remiſſio non conceditur,vbi fructus correſpondent penſioni. 17,& ſeqq.
Quid, ſi damnum euenerit poſt perceptionem fructuum. 9.20
Si fructus ſint fructuoſi, acerbi, ſi damnum non conſiſtit in quantitate, ſed io qualitate fructuum, quid. 21
Remiſſio non conceditur,quando culpa ſua conductor patitur damnum. 25
Caſus cui reſiſti poteſt, remiſſionem non parit. ibid. & ſeq.
Remiſſio non conceditur in ſterilitate præuiſa. 27
Idem, ſi vinea ſit vetuſta. ibid.
Si ſterilitas, ſeu bellum erat tempore locationis. ibid.
Si ſterilitas eſſet conſueta. ibid.
Idem in contractu ſocietatis. 28
In colono partiario. ibid.
Remiſſio an ſit facienda, quando colonus pro penſione non ſoluit pecuniam, ſed fructus. ibid.
Remiſſio non conceditur in ſtipnlatione. 29
Idem in venditione. 30. & ſeqq.
In conductione gabellæ. ibid.
Cautela vt non petatur remiſſio. ibid.
Remiſſio non cõceditur in vendirione fructuum tenutæ. ibid.
Quid in locatione operarum. 10.31,& ſeqq.
In famulis, ſeu operariis infirmis, ſeu impeditis operari, quid. ibid.
An domino detur remiſſio. ibid.
Vbertas vnius anni an compenſetur cum ſterilitate. 37, & ſeqq.
Remiſſio ſit pro rata damni. 42
Quid io contractu emphyteutico. 43
In locatione ad longum tempus, quid. ibid.
Sterilitas per quem,& quomodo probanda. 44
Remiſſio non conceditur, ſi fructus vberiores, etiam quòd ſint pauci. 45
Item ſi conductor non reſtituit claues domus domino. 11.46
Iudex ex officio poteſt taxare remiſſionem penſionis non liquidæ. 47
Caſus fortuiti qui dicantur, & de materia. 48
Locator tenetur manutenere conductorem in re locata. 49
Remiſſio fit, ſi conductor non potuit vti frui re locata. ibid.
Locator non poteſt agere ad penſionem,niſi probet vſum conductionis. ibid.
In remiſſione quale tempus attendi debeat. 50
Conductor quando poſſit expelli per ſingularem ſucceſſorem. 23.quæſt.8
Succeſſor ſingularis quando teneatur ſtare locationi. ibid.1
Regulariter non tenetur ſtare. 2
Quid ſi adeſt iuramentum. 3
Si ſpecialis hypotheca. 4
Si generalis. 24.5
Quid in locatione ad longum tempus. 6
Quid ſi non eſt tranſlatum plenum ius. 7
In fiſco, quid. 8
Quid, ſi ita eſt conuentum. 9
Si colonus fecit impenſas. 10
Si eſt promiſſum conductorem non expellere. 11
Quid in muliere ſoluto matrimonio. 12
In Prælato. 13
In feudo, ſeu emphyteuſi. 14
In legatario. 15
In ſucceſſore neceſſario. 16
Io datione in ſolutum. ibid.
In immiſſo ex primo, vel ſecundo decreto. 17
In re redempta vigore pacti de retrouendendo. 18
Quid,ſi pactum eſt,vt durante locarione res non vendatur. 19
Locator vendendo rem locatam ſemper conductori tenetur ad intereſſe. 25.20
Fallit, quando cõductor poterat retinere rem, donec ab emptore ſolueretur intereſſe, & non retinuit. d.n.19
Emptor ſoluendo intereſſe conductori, quando illud recuperet à venditore. d.n.20
Intereſſe quod conductori debetur, in quo conſiſtat. 21
Conductor quando poſſit expelli per emptorem præſtita ſatiſdatione de reficiendo intereſſe. 22
Quid in colono partiario. 23
Præcisè,vel cauſatiuè ſtare locationi quid ſit. 24
Conductor ad longum tempus an poſſit irrequiſito domino alienare rem conductam. 120.27

De Contractibus *in genere.*

Contrahens ſi non adimplet promiſſa,an & quando cedat ab omni commodo contractus. 5.quæſt.5
Agere quis non poteſt, antequam impleat qood promiſit. ibid.1
Ideo tempus datum ad ſoluendum non currit niſi à die implementi. 2
Nec ceſſionarius agit ante implementum: imò reſoluitur ceſſio per noo adimplementum. 3
In donatario, quid, 4
Quid in contractibus nominatis. 5
Dolus præſumitur in non adimplente. 6
& contra non adimplentem defertur iuramentum in litem. ibid.
Si in minimo ſit contrauentum, quid. 7
Impedimentum an excuſet à non implemento. 8
Voo adimplente pro parte ſua, alter conſtituitur in mora abſque alia interpellatione. 9
Exceptio non implementi nunquam cenſetur prohibita. 10
Imò iudex eam ex officio ſupplet. 11
& ſemper opponi poteſt ac impedit exequutionem. 12
Dicitúrque exceptio litis finitæ. 6.13
Noo implementi non eſt adimplendum. 14
Etiam quòd io parte non ſit adimpletum. 15
Ac etiam quòd adſit clauſula, Rato manente pacto. 16
Sed ſi ſumus in diuerſa obligatione, quid. 17
Quid in connexis. ibid.
In correſpectiuis obligationibus, quid. ibid.
In minore, Eccleſia, vniuerſitate non adimplente, quid. 18

Quid

Index Rerum.

Quid in eo, qui petit adimplementum, an cenſeatur ex hoc renunciare tali exceptioni. 19
Contractus an reſoluatur ex capite non implementi. 20,21
In tranſactione, quid. 22,23
In creditore non tradente rem, quid. 24,& ſeqq.
in Contractu ſocietatis, quid. 30
Implementum ſuperueniens lite pendente conualidat iudicium. 31
Etiam lite pendente quis adimplere poteſt. ibid.
Quid in conductore non ſeruante pacta. 7.32
Contractus talis præſumitur, qualis in ſui figura apparet. 33.1
& qualem partes nominant. ibid.
& cognoſcitur ex verbis. ibid.
Sed ſi ſubſtantia repugnat verbis, quid. 2
Contractus iudicatur ſecundùm veriſimilia. 3
& per id quod pluris eſt. 4
Si in inſtrumento adſint plura verba diuerſos contractus ſignificantia, quid. 5

De Contractibus *inter virum & vxorem.*

Contractus omnes regulariter, donatione excepta, ſunt inter coniuges permiſſi. 117.16
De vxore emente à viro, vel è contra, quid. ibid.
De vxore emente ab extraneo, quid. ibid.
Vel viro emente nomine vxoris, & de eius pecuniis. ibid.
De vxore pro viro fideiubente, quid. ibid.
Fructus rei donatæ an vxor lucretur. 17
De donatione dotis promiſſæ facta vxori, quid. 118.18
De renuntiatione facta ad fauorem vxoris, quid. 19
Clauſula in principio appoſita quando referatur & cenſeatur repetita in præcedentibus. 187.9
Clauſula in fine appoſita quando referatur & cenſeatur repetita in præcedentibus. 188.10
Clauſula in medio appoſita an referatur ad præcedentia, vel ſubſequentia. 11
Vide *Præcedentia.*
Contractus factus ſub conditione, vt de eo fiat publica ſcriptura, an ſit perfectus, & an poſſit reuocari ante illius confectionem. 183.20
Quid de contractu facto ſub conditione, vt habeatur à Principe confirmatio. 21,& 30
An dicatur iſte contractus perfectus ante habitam confirmationem. ibid.& ſeqq.
An poſſit reuocari ante confirmationem. ibid.
Quid ſi in eo adeſt iuramentum. 22
Si adeſt, vel non adeſt clauſula, *non aliter*, &c. 23
Si procurator conſtitutus ad petendam confirmationem, moriatur ante obtentam confirmationem, vel alienam. ibid.
Quantum tempus datur ad impetrandam confirmationem. 25
& an ſit neceſſaria aliqua interpellatio. 26
& an Princeps poſſit confirmare contractum nullum ob moram commiſſam in impetrando confirmationem. 27
& an dominium transferatur ex traditione rei ante habitam huiuſmodi confirmationem. 28
Quid ſi ſuperior noluerit confirmare. 30
Quid in contractu emphyteoſis, vel feudali pacto, reſeruato conſenſu ſuperioris domini, &c. ibid.
Vide *Pactum, Pœnitentia, Princeps.*

D

DAMNVM.

De Damno, *& intereſſe.*

Damna & intereſſe an probentur iuramento damnum paſſi. 131.1
Statutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi, quando procedat. 2
Iuramento damnum paſſi non creditur ſuper illatione damnorum, ſed tantùm ſuper quantitate. 3
Pactum, quòd credatur iuramento damnum paſſi, quando valeat, atque procedat. 4
Iudex debet taxare quantitatem iuratam. 5,& ſeq. & 11
Quando ſcil. quantitas iurata non eſt veriſimilis. 6
Vel multum ſit exceſſiua. ibid.
Vel debitor ſit enormiſſimè læſus. ibid.
Statutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi non habet locum in furto. 7
An in materia admittatur probatio in contrarium. 8
An iuramentum poſſit præſtari debitore non citato. 9
An deferatur creditori infami, & qui deteriorauit de conditione. 10
& an huiuſmodi pactum poſſit reuocari à debitore, & antequam creditor iuret. ibid.
& an in tali iuramento detur reductio ad arbitrium boni viri. 132.11
Expenſæ factæ in lite an probentur iuramento vincentis. d.n.4
Iuramentum hoc non defertur aliàs periuro. 12
Vide *Intereſſe.*

Debitum.

Debitor ex pluribus cauſis in quam cauſam ſoluiſſe præſumatur, generaliter. 203.1
Debitori aſſerenti ex tali cauſa ſe ſoluiſſe an credatur. ibid.
Statur declarationi debitoris factæ tempore ſolutionis, ex qua cauſa ſoluerit. 2
Si verò nihil declarauit, ſolutio præſumitur facta in duriorem cauſam. 3
Quæ dicatur durior cauſa, vbi generaliter. 4
Debiti cauſa dicitur durior illa, ex qua infamia, vel pœna corporaliter irrogatur, & quæ ſtatum hominis reſpicit. 5
Debiti cauſa contracti ſub pœna eſt aliis durior. 6
Debiti cauſa ſub vſuris eſt durior debito ſine vſuris. 7
Maior, ſeu minor quantitas debiti non facit duriorem cauſam. 8, & ſeq.
Solutio præſumitur facta potius pro vſuris, & fructibus, quàm pro ſorte principali. 204.10
Cauſa debiti contracti ſub pignore, vel hypotheca, eſt durior aliis. 11
Idem de debito contracto cum fideiuſſore. 12
Solutio præſumitur facta potius pro debito proprio, quàm pro alieno. 13
Debiti cauſa quæ habet executionem paratam, eſt aliis durior. 14
Cauſa debiti antiquioris eſt aliis durior. 15
Si nulla adeſt durior cauſa, ſolutio intelligitur facta pro rata. 16

Cauſa

Cauſa debiti naturalis eſt minus dura aliis. ibid.
Quid ſi mercator fecerit ſolneotem creditorem in ſuo libro, an ſolutus poſſit compenſare in quam cauſam debiti voluerit. 17
Declarandi, ſeu nominandi ius, an tranſeat ad hæredes. 3.33.34

Domicilium.

Domicilium quando & quomodo contrahatur, 137.14

DONATIO.

De Donatione *inter coniuges.*

Donario inter virum & vxorem quando valeat, generaliter. 116.1
Regulatiter talis donatio noo valet, 2
de Donatione facta ſponſæ de futuro, quid. 3
de Donatiooe facta de rebus noo dotalibus extantibus liberis primi matrimooij, quid. 4
de Donatione iurata, quid. 5
de Donatiope ioter Iudæos, quid. 117.6
de Donatione cauſa mortis, quid. 7
An talis donatio motte confirmetur, 8
de Donatione reciproca, quid. 9
de Donatione facta coniugi putatiuo. 10
Quid ſi non eſt inſinuata. 11
de Donatione facta per maritum ſenem vxori iuueni, quid. 12
in Donatione reciproca, quid, d.n.9
in Donatione remuneratoria, quid. 13
Si eſt collata poſt ſolutum matrimonium, quid, 14
In dubio iudicandum pro validitate donationis. 15

De Donatione *ob cauſam remuneratoria.*

Generalis materia. 138.1
Donatio remuneratoria habet multa ſpecialia. ibid.
Donatio quando dicatur remuneratoria, & ob merita. 2
Quando dicatur propriè donatio ob cauſam. ibid.
& quid ſi in principio donationis fiat mentio de meritis, & poſtea dicatur, quòd donat purè, merè, liberè,&c. ibid.
Donatio remuneratoria inter coniuges quando valeat. 139.12
Merita an ſint probanda, 3,& ſeqq.
Ao verò credatur aſſertioni donantis ſuper meritis. ibid.
Quid ſi aſſertio donantis ſuper meritis eſt iurata. 5
Si merita ſunt ſpecificata, quid. 6,8
Vbi an ſpecificatio ſit neceſſaria.
Si pro meritis adſunt coniecturæ, quid. 7
Quid in perſona prohibita, vel non prohibita donare. 8
& quomodo merita probentur. 9
& quomodo præſumantur. d.n.7
de Donatione communitatis ob merita, quid. 139.10
Si merita non ſunt æquiualentia rei donatæ, quid. 11
Donario remunetatoria, & ob cauſam, an ſit propriè donatio. 13
Donario remuneratoria inter patrem & filium an valeat. 14
Statutum de donatione non comprehendit remuneratoriam. 15

De Donatione *inter patrem & filium.*

Donatio inter patrem & filium, an & quando valeat, generaliter. 139.1
de Donatione facta filiæ in domo mariti, qoid. 2
de Donatione facta filiæ in cauſa dotis, quid. 3
de Donarione remuneratoria, quid. 4
Donatio facta filio an cenſeatur compenſata in legitimam. 140.5
Donatio cauſa mortis facta filio an valeat. 6
& an morte confirmetur. 8
Donatio facta filio ex cauſa ſtudij an valeat. 7
Donatio inter patrem & filium iurata an valeat. 9
de Donarione facta filio ſpurio, quid. 10
Donatio facta filio quando reuocetur per ſuſceptionem filiorum. 11
de Donatione facta nepoti ex filio, quid. 12
Dooatio facta filio de vſufructu in bonis aduentitiis valet. 13
de Donatione facta filio emancipato,quid. 14
de Donatione facta à matre filio, quid. 15
de Donatione facta per filium parentibus,quid. 16
Quid ſi noo eſt inſinuata. 17
Si filius moriatur ante patrem donantem. d.n.9

De Donatione *omnium bonorum.*

Donatio omnium bonorum quid comprehendat, generaliter. 140.1
An comprehendat nomina debitorum, iura & actiones. 2
An bona feudalia. 3
An bona futura. 4
Dooatio omnium bonorum ſi non valet reſpectu futurorum, an ſaltem valeat reſpectu præſentium. ibid.
Donatio omnium bonorum an & quando valeat. 141.5,vbi generaliter.
Regulariter non valet. 6
Etiam quòd ſit iurata. 7
Quid ſi donans ſibi reſeruauit vſumfructum. 8
In donatione facta Eccleſiæ, vel pio loco, quid. 9
Vel ex cauſa dotis. ibid.
Si domus reſeruet certum quid ad effectum teſtandi, quid. 11
Donatio quando præſumatur, generaliter. 196.1
Regulariter donatio non præſumitur. ibid.
& omnis alia potius coniectura, quàm donationis capienda eſt. ibid.
Etiam quòd alia iſta coniectura eſſet leuis. 2
Etiam quòd actus reddatur inefficax. 3
Vt potiùs præſumatur error. 4
& fatuitas. 5
Vt nec fauore Eccleſiæ. 6
Quid fauore dotis. 13
Donatio an præſumatur ante coniunctos.7,& ſeqq.
Quid ſi cum coniunctione concurrerent aliæ coniecturæ. 8,& ſeqq.
Puta diuturnitas temporis. ibid.
Ratio ſæpiùs calculata. ibid.
Quid fauore alimentorum. 9
Quid fauore libertatis. 10
Quid ſi concurrit coniectura affectionis. 11
Diuitiarum. ibid.
Paruitatis rei. ibid.
Vel nobilitatis. ibid.
In matre donante genero, quid. 197.12
Si præcedant benemerita, quid. 14
Donare nihil aliud eſt, quàm perdere.

Index Rerum.

DOS.

De Dotis *recepta confeſſione.*

Generalis materia. 93.1,7
Dotis confeſſio facta in teſtamento, quando valeat. 2
Quid ſi vxor ſit nobilis, vir autem ignobilis. 3
Dotis confeſſio an præſumatur facta animo donandi, vel ſub ſpe futuræ numerationis. 94.4
Dotis confeſſio quid operetur, ſi in inſtrumento eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, &c. 5
& quid ſi in inſtrumento adeſt iuramentum. 6
Dos confeſſata an habeat priuilegia veræ dotis. d.n.7
Dotis confeſſio an præiudicet creditoribus poſterioribus. 8
& quid, ſi vir confitens ſciebat ſe non eſſe ſoluendo. 9
& an talis confeſſio morte mariti confirmetur. 10
Vel poſſit per maritum reuocari. 11
& quid ſi vir fateatur recepiſſe dotem ab alio, quàm ab vxore. 12
& quid ſi præceſſit promiſſio dotis confeſſatæ. 95.13
& an in ea requiratur inſinuatio. 14
& quando præiudicet fiſco. 15
Quid ſi ſunt lapſa tempora ad opponendum. 16
& an iſto caſu detur reſtitutio in integrum. 17
Quid ſi confeſſio ſit veriſimilis, &c. 18
Puta quòd fuerint à viro præſtita alimenta. 19
Vel ſi fuerint ſpecificata bona particularia. 20
Vel mulier fuerit primò alteri nupta cum dote. 21
Vel appareat de numeratione partis dotis. 22
& quid ſi inſtrumentum eſt guarentigiatum. 96.23
Statuta loquentia in exceptione non numeratæ pecuniæ procedunt etiam in dote non numerata. 24
In dubio pro confeſſione dotis. 25
De conſuetudine dotis confeſſio valet. 26
Dotis confeſſio præiudicat, quando eſt modica ſumma. 27
Dotis confeſſio an præiudicet anterioribus creditoribus. 28. & 94.7
& quid ſi creditores doceant de aliqua fraude mariti confitentis. 29
Dos confeſſata ſi fuit ſoluta, non poteſt amplius vti indebitè ſoluta repeti à marito, vel eius hæredibus. 30
Dotis confeſſio conſtante matrimonio facta regulariter non valet. 31
Fraus in confeſſione non præſumitur, quando debitum eſt contractum ex interuallo poſt dictam confeſſionem. 32
Item ſi debitum ſit in parua, & modica quantitate. 33
Quid ſi confeſſio eſt geminata. 34
Exceptio non numeratæ dotis quando poſſit opponi per maritum. 93.1
Dotalis rei æſtimatio, alienatio, vide *Æſtimatio, Alienatio.*
Dotis non ſolutæ, ſeu non reſtitutæ fructus, & vſuræ, vide *Vſura.*

Dos *quando ſit reſtituenda vxori.*

Dos an ſtatim ſoluto matrimonio ſit vxori reſtituenda. 128.15
Dic quòd ſtatim, ſi vi[illegible] in teſtamento reliquerit. 16
Item ſtatim ſi dos conſiſtat in immobilibus. 17
Si verò in mobilibus, datur annus. 18
& in iſto anno fructus dotis ſunt hæredum mariti. 19
Sed infra hunc annum luctus vxor eſt alenda, &c. 20
Finito anno amplius vxor non eſt alenda. 21
& an debeat vxor operari hæredibus mariti. 22
& an iſta alimenta debeantur extra domum hæredum. 23
Quid ſi hæredes mariti ſint filij ipſius vxoris. 24
Quid ſi ſint extranei. ibid.
Si vxor habeat aliunde, vnde ſe alat, quid. 25
Vigore ſtatuti vrbis, quid. 26
Pactum quòd dos vxori non reſtituatur poſt annum luctus, an valeat. 129.31
Alimenta infra annum luctus non poſſunt peti ab hæredibus vxoris. 32
Annus ad ſoluendum dotem datur etiam hæredibus viri diuitibus. 33
Conſuetudo quòd talis annus non detur valet, & ſeruanda eſt. 34
Alimenta an poſſint peti poſt annum ab hæredibus viri non interpellatis. 35

De Dote *certa non conſtituta.*

Dos ſecundo viro cenſetur conſtituta eadem, quæ fuit data primo viro. 134.1
& quid ſi extent filij primi matrimonij. 2
Tertio autem viro quæ dos cōſtituta cenſeatur. 3
Dos ſi data primo viro nondum erat exacta, quid. 4
Si data primo viro fuerit tantùm cōfeſſata, quid. 5
Augmentum dotis an cenſeatur etiam factum ſecundo viro. 6
& an donatio propter nuptias ex primo matrimonio lucrato, cenſeatur dote in dotem ſecundo viro. 7
Dote conſtituta in matrimonio inualido, eadem cenſetur conſtituta, ſi poſtea conualidetur per diſpenſationem Principis, 8
Dote certa non conſtituta, an cenſeatur datum totum patrimonium. 9
& quid ſi maritus ſit dignus tanta dote. ibid.
& quid ſi mulier dixit: Do tibi omnia bona mea. ibid.
Vel trado me, & mea tibi. ibid.
Statutum volens, quòd mulier cenſeatur dediſſe omnia bona ſua in dotem, quomodo intelligendum. 10
Dotis titulus an præſumatur. 11
& quid ſi maritus per decennium bona vxoris poſſederit. ibid.
Si maritus per decennium bona vxoris poſſederit, quid. ibid.
Si in contrarium adſint coniecturæ, quid. ibid.
Si vxor faſſa eſt dotem datam, quid. ibid.
Si maritus vxore non contradicente ſæpius dixerit ſe ea bona tenere, ac poſſidere tanquam dotalia, quid. ibid.

De Dotandi *onere.*

Dotandi onus ad quos ſpectet generaliter. 155.1
Auus paternus quando teneatur dotare neptem, 2. & ſeqq.
& quid ſi filius ſit diues, & non pauper. 3
An dos per auum data nepti, computetur in legitimam filij. 4
An dos talis data nepti cenſeatur profectitia. 5

An cenſeatur data contemplatione filij, vel neptis. 6
Filius, vel filia an teneatur dotare matrem. 156.7
Fratei an teneatur dotate ſororem. 8
Mater an teneatur dotare filiam. 9
Parer quando teneatur dotare filiam. 10
& quando filium ſpurium. 11,& ſeqq.
An teneatur iterum dotare filiam, ſi dos per virum fuerit conſumpta,& deperdita. 17,& ſeqq.

E

ECcleſia bona, vide *Alienatio*.
. *Emphyteuſis*.
Emphyteuticus eootractus quomodo cogooſcatur. 33.6
Cognoſeitur nou ex verbis, ſed ex ſubſtantia, & effectu. 7
Emphyteuſis requirit ſcripturam. 8
Quando erit cenſualis, & quando emphyteoticus. 9
Quid, ſi à principio non præſtetur certa quantitas. 10
Si penſio eorreſpondet fructibus, quid. 11
Emphyteoſis recipit omnia pacta. 12
Solutio diutina ao oſteodat præceſſiſſe emphyteoticum contractum, vel cenſum. 34.27

De Emphyteota *alienante rem emphyteoticam ſine domini conſenſu.*

Emphyteotica res quando poſſit alienari ſine domini eonſenſu, generaliter. 118.1
Regulariter emphytheota alienans ſine domini conſenſu cadit à iure ſuo. 2
Si alienatio eſt facta ſaluo eonſenſu domini,&c. quid. 3
Si in alienatione adeſt pactum de retrouendendo, quid. 119.4
Si res alienata recuperetur, quid. ibid.
Emphyteotiea res an poſſit dooari. 5
An legari. 6
& an de ea poſſit quis teſtari. ibid.
An in vſumfructum dari. 7
An in ea imponi aliqua ſeruitus. ibid.
Si alienatio eſt nulla, & ſimulata, quid. 8
An ex diuturnitate præſumatur conſenſus domini. 9
Quanto tempore præſcribatur ius dicendi nullam alienatiooem propter eonſenſum non requiſitum. 10
Conſenſus domini ſufficit, quòd habeatur per aonum ante alienationem. 11
Si pactum ſit quòd emptor procuret habere conſenſum domini, debet talis conſenſus ſtatim procurari: aliàs ſi eſt in mora, annullatur contractus, præſertim ſi emptor mortuus fuerit ante conſenſum habitum. 12
Emphyteota alienans irrequiſito domino, an cadat ipſo iure. 13
Quid ſi res non fuerit tradita. 14
Vel ficta tradita per conſtitutum. ibid.
Emphyteota ſi habebat licentiam alienandi irrequiſito domino, quid? 15
& per quæ verba hæc licentia tradita cenſeatur. ibid. & 35
Si eſt alienata pro parte tantùm, quid. 16
An poſſit diuidi inter fratres emphyteotas. 17
An hypotheeari. 120.18
An locari. 19
An in aliam emphyteoſim dari. ibid.
An dari in ſolutum. 20
An alienari in comprehenſum in inueſtitura. 21
An poſſit per tranſactionem alienari. 23
& an per compromiſſum. ibid.
De hærede alienante, quid. 22
An ſit neceſſaria domini declaratio. 24
De ruſtico alienante, quid. 25
An caducitas commiſſa propter alienationem factam irrequiſito domino noceat etiam filiis emphyteotæ. 26
Fructus rei emphyteoticæ nulliter alienatæ an pertineant ad ipſum emphyteotam, vel ad domioum. 29
Emphyteoſis an poſſit ſine domini conſenſu permutari. 30
Emphyteota fiſci, vel reipublicæ an poſſit alienare ſine conſenſu, &c. 32
Quid in ſimplici promiſſione de alienando. 33
In impoſitione eenſus, quid. 34
Emphyteota non eadit ob alienationem irrequiſito domino, niſi quatenus dominus voluerit, & declarauerit: aliàs ſecus. 36
Emphyteota quando per non ſolutionem canonis cadat à iure ſuo. 124.1
Emphyteota Eccleſiæ non ſoluendo per biennium cadit. 2
Emphyteota verò priuati cadit per non ſolutionem triennalem. 3
Aliquando autem cadit per non ſolutionem vnius anni. 4
Puta quando emphyteota iurauit ſoluere, &c. ibid.
Vel quando emphyteota effectus eſt contumax per citationem. ibid.
Econtra aliquando non cadit, niſi per noo ſolutionem ſex anoorum. 23
Quid de empbyteota non ſoluente minimam penſionem. 5
In non ſoluente partem penſionis, quid. 6,& ſeq.
In non ſoluente partem minimam, quid. 7
Emphyteota ſi non poſſedit, quid. 8
Si non potuit percipere fructus propter bellum, quid. 9
Si fundus emphyteoticus ſit ſterilis, quid. 10
Si res emphyteotiea eſt diruta & perempta, quid. 11
De hærede emphyteotæ non ſoluente, quid. 12
de Emphyteota offerente ſolùm ſoluere, quid. 13
De ſoluente per Procuratorem, vel extraneum, quid. 14
Si ex pluribus emphyteotis vnus tantùm ſoluerit, quid. 125.15
Emphyteota non ſoluendo an poſſit moram purgare. 16
An per noo ſolutionem priuetur ipſo iure. 17
An excuſetur ob paupertatem. 18
Vel ob aliud impedimentum. ibid.
Emphyteota non ſoluens an poſſit opponere compenſationem. 19
Quid ſi non ſoluat per bienniũ diſcontinuum. 20
Reſtitutio in integrum quando eoncedatur non ſoluenti, &c. 21
Emphyteota minor, vel Eccleſia an reſtituantur aduersùs non ſolutionem. ibid.
Emphyteota non ſoluendo canonem an noceat filiis in inueſtitura comprehenſis. 22
Quid ſi dominus non declarauerit, aut acceptauerit eaducitatem. 26

Si

Si poſt caducitatem recepit penſionem, quid. 28
Emphyteota non ſoluens, &c. an perdat fructus. 24
Emphyteota an debeat probare ſe ſoluiſſe. 25
De ruſtico non ſoluente canonem, quid. 27
De cenſuario non ſoluente canonem, quid. 29
in Emphyteuta fiſci, vel Reipublicæ, quid. 126.30
In conductore ad longum tempus, quid. 31
Emphyteota non ſoluens an poſſit auctoritate propria expelli. 32
Pactum, vel conſuetudo, quòd emphyteota non ſoluendo canonem non cadat, an valeant. 33
Feudatarius ob non ſolutionem penſionis an priuetur feudo, ſicut emphyteota. 34

Euictio.

Euictionis materia generalis. 14.1
Euictio habet locum,
In contractu emptionis. 2
In omnibus contractibus onerofis. 3
In permutatione. 4
In datione in ſolutum. 5
In diuiſione hæreditatis. 6
In diuiſione inter ſocios. 7, & ſeqq.
In legitima. 11
Etiamſi euincatur pars rei. 12
Etiam in eo, qui cecidit à poſſeſſione, & de actore effectus eſt reus. 15.13, & ſeqq.
Quid, ſi emptor cecidit à poſſeſſione culpa, & facto ſuo. 16
Euictio habet locum etiam in vſufructu. 17
Venditor an teneatur ad expenſas & ſumptus litis, ſi res non ſit euicta, & emptor fuerit abſolutus. 18, & ſeq.
Euictio habet locum etiam in venditione animalis, 20
Non habet locum,
In contractu lucratiuo. 21
In donatione. 22, & ſeqq.
In legatis. 27, & ſeqq.
In dote. 31, & ſeqq.
In tranſactione. 18.35.36
Vbi ita eſt inter partes conuentum. 37
Si emptor non appellauit, &c. 41, & ſeqq.
Si emptor compromiſit, & ſuccubuit. 48
Si emptor conſenſit in alienam iuriſdictionem. 49, 50
Si emptor à Principe cogitur alteri vendere. 51
Si res euincatur per retractum. 52
Si euincatur iure ſpeciali, puta reſtitutione in integrum. 53, & ſeqq.
Venditor an teneatur litem motam in ſe aſſumere, & expenſas miniſtrare, & an id poſſit facere ſine mandato. 17.66
& quid, ſi compareat poſt iudicium cœptum, & quòd teneatur ſuſcipere litem in eodem ſtatu, & coram eodem iudice. ibid.
Euictio non habet locum, niſi re euicta poſt ſententiam, & tradita. 67
de Euictione fideiuſſionem quando quis præſtare cogatur. 68
& an poſſit retinere pretium, donec ſatis detur. 18. 69
Euictio non habet locum etiam in emente ſcienter rem alienam. 70, & ſeqq.
Vel quando emptor fuit per violentiam expulſus. 75, & ſeq.
Promittens defendere de iure & de facto, ad quid teneatur. 77
de Euictione non tenetur venditor, ſi emptor potuit præſcribere, & non præſcripſit. 78
Euictio locum non habet in ſeruitutibus. 79, & ſeqq.
Euictio non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. 83, & ſeqq.
Euictio locum non habet in tutore, Procuratore, & ſimilibus. 86
Promittens de euictione de facto ſuo ad quid teneatur. 87
Euictionis obligatio an tranſeat ad hæredes. ibid.
Euictio non habet locum in venditione pignoris. 19.88, 95, & ſeqq. vſque 116
Idem ſi emptor defecit in ſolutione pretij. 89
Idem ſi euincatur per contumaciam emptoris in iudicio. 90
Vel per imprudentiam iudicis. 91
de Euictione vbi quis non tenetur, an teneatur ad reſtitutionem. 92
Promittens de euictione generaliter, &c. ad quid teneatur. 93
Fideiuſſor euictionis an præſtando rem liberetur. 94
Promittens de euictione quocunque modo ſequuta, & qualitercunque, ad quid teneatur. d.n.93
Cedens an teneatur de euictione. 20.110
Si emptor ſit moroſus in ſolutione, & iurauit, venditor liberatur à periculo euictionis. 21.115
Euictio habet locum etiam in alienatione rerum fideicommiſſariarum. 112

Extenſio.

Extenſio quando facienda generaliter. 35.1
De caſu verò ad fictum, quid. 2
Vbi etiam ad caſum præſumptum.
Fictio an habeatur pro veritate. ibid.
Extenſio an fiat de perſona ad perſonam, maximè ſubrogatam. ibid. & 14
Si ratio eſt diuerſa, vel non tanta, quid. 36.3
In pœnalibus, quid. 4
Pœnæ an habeat locum in caſu expreſſo. ibid.
Statutum pœnale quando dicatur. ibid.
Extenſio an ſit licita ex maioritate rationis. ibid. & 119
Extenſio fit, ne actus reddatur eluſorius. 5
Idem fauore animæ, vel piæ cauſæ. 6
Ratio ampliat, & reſtringit dictum. 7
Ratio quando dicatur, vel requiratur expreſſa, quandove præſumatur vnica, vel duplex. 8
Extenſio an fiat, ſi verba ſunt intelligenda ad litteram. 17.9
Si adeſt dictio taxatiua, quid. 10
In correctoriis & exorbitantibus, quid. 11
Statutum quomodo dicatur correctorium, & exorbitans. 12
Extenſio non fit in tacitè ſubintellectis. 53. & ſeq.
Vbi lex aliquid decidit per præſumptiones, quid. 38.15
In fauorabilibus, quid. 16
In odioſis, quid. 17
Extenſio non dicitur, vbi adeſt eadem ratio, ſed declaratio, &c. 18
Non ſufficit diuerſificare caſus, niſi ratio diuerſa afferatur. 19
Extenſio fit, ne legi fiat fraus. 20
Extenſio an fiat fauore publicæ vtilitatis. 21
Vbi verba legis non conueniunt, ibi nec legis diſpoſitio locum habet. d.n.19
Extenſio quomodo facienda in ſimilibus. 22, 24
Extenſio fit, vt ſequatur abſurdum. 39.23
Extenſio quomodo fiat in expreſſis. 25
Extenſio fit à veriſimilitudine. 26

F

FEVDVM.

De Feudi alienatione.

Feudum quando, & quomodo alienari poſſit, generaliter. 121.1
Quando poſſit ſine domini conſenſu alienari. ibid.
Regulariter alienatio feudi facta ſine domini conſenſu eſt nulla ipſo iure. 2
An poſſit in dotem dari, ſeu pro dote obligari. 3
An hypothecari. 4
An in vſumfructum dari. 5,14,28,29
An in eo imponi ſeruitus. 6
An poſſit deſuper tranſigi, ſeu compromitti. 7
de Feudo antiquo, quid. 8
In inueſtitura ſi eſt data licentia alienandi, quid, & per quæ verba cenſeatur data talis licentia. 9,14
An domini conſenſus præſumatur ex diuturnitate,&c. 10
Feudum ſi alienetur in agnatum proximiorem, quid. 11
Dominus requiſitus vt conſentiat,ſi recuſet conſentire, quid. 122.12
Feudum an poſſit ex cauſa neceſſaria alienari. 13
An in teſtamento relinqui. 14
Quid de bonis allodialibus. ibid.
Feudum an poſſit alienari inuitis vaſallis. 15
Feudum alienatum ſine domini conſenſu, an reuertatur ad dominum, vel ad agnatos. 16
de Feudis Pedemontium, & Sabaudiæ,quid. 17
Ius dicendi nullam alienationem ob irrequiſitum domini conſenſum quanto tempore præſcribatur. 18
Feudi alienatio facta ſine domini conſenſu eſt nulla, domino volente & declarante,aliàs ſecus. 19
Fructus nedum percepti, ſed qui percipi potuerunt,ſunt reſtituendi per emptorem feudi,ſine domini conſenſu. 20
& an tali emptori ſit reſtituendum pretium. 21
Feudum an poſſit alienari in præiudicium agnatorum,& an requiratur eorum conſenſus. 123.22
An poſſit inter hæredes diuidi ſine domini conſenſu. 23
An permutari. 24
Feudum pro parte alienatum an cedat in totum. 25
Quid in ſimplici promiſſione de alienando. 26
Quid, ſi donatio eſt nulla. 27
Si fiat durante vita feudatarij. 28
Feudi fructus an poſſint ſine domini conſenſu alienari. 29
An cenſus in feudo imponi. ibid.
Feudatarius, vide *Emphyteota.*

Fideiuſſor *quando petere poſſit ſe eximi, & liberari à fideiuſſione.*

Fideiuſſor quando petat ſe eximi à fideiuſſione, antequam ſoluat, generaliter. 200.1
Regulariter non poteſt agere ante ſolutionem. 2
Quid ſi debitor dilapidet bona ſua. 3
Fideiuſſor ſi fuit cõdemnatus ad ſoluendum,quid. 4
Vel condemnandus de proximo. 5
Si diu ſteterit carceratus,licèt non ſoluerit,quid. 19
Quid ſi in contrarium pactum eſt inter partes. 6
Quid ſi diu ſtetit in obligatione. 7,& ſeqq.
in Fideiuſſore de euictione, quid. 9,11,22
Quid vigore ſtatuti Romani. 10,& ſeqq.& n.28
Fideiuſſor ſi obtulit,conſignauit, & depoſuit, quid. 13
in Fideiuſſore de iudicio ſiſti, quid. 14
in Fideiuſſore qui ſe obligauit in inſtrumento guarentigiato,quid. 15
Quid ſi ſe obligauit per ſcripturã mercatorum. 16
Fideiuſſor ſi vult ſe abſentare, quid. 17
Si interueniat inimicitia cum debitore, quid. 18
in Fideiuſſore iudiciali, quid. 201.20
Si fideiuſſit ſine mandato, quid. 21
in Fideiuſſore cenſus, quid. 22
in Fideiuſſore de non offendendo, quid. 30

1. *De* Fideiuſſore *qui ſoluit pro debitore.*

Fideiuſſor qui ſoluit pro debitore quando ſolutum repetat,generaliter. 23
Quid ſi indebitum ſoluerit, cùm poſſet ſe aliqua exceptione tueri. 24
& ſic ſit conſtitutus culpa ſoluendi. ibid.
& an poſſit fideiuſſor agere ex ſola creditoris confeſſione de recepto. 25
& an indemnis releuari ſi id non fuit dictum. 26
& an ſi litigauit cum creditore, fuerítque in expenſis cauſæ condemnatus,illas à debitore repetat. 27
Fideiuſſor pro debitore in diem,vel ſub conditione, non poteſt agere vt eximatur ante aduentum diei, & conditionis. 28
Fideiuſſor pro tutore non poteſt agere, vt eximatur à fideiuſſione ante finitam tutelam. ibid.
Fideiuſſor pro debitore ignorante,vel inuito,quando repetat id quod ſoluit. 29
Fideiuſſoria obligatio num tranſeat ad hæredes. 2.23,24,25,28

FILIVSFAMILIAS.

De Filiofamilias, *ſeu minore, quando ex contractu, præſertim ex mutuo, obligentur.*

Mutuum factum filiofamilias quando valeat generaliter. 142.1,& ſeqq. & n.41,43,& ſeqq.
Regulariter mutuum factum filiofamilias non valet. 2
Quid ſi mutuum eſt iuratum. 3
Filius ſi fatetur ſe debitorem ex cauſa mutui,ſed reuera eſt debitor ex alia cauſa,quid. 4
Quid de mutuo facto filiofamilias ſcholari. 5
Si mutuum ſit verſum in vtilitatem filiifam.quid. 24,& ſeqq.
& quando mutuum, ſeu pecunia dicatur verſa in recipientis vtilitatem. 25,& ſeq.
An valeat fideiuſſio facta pro mutuo facto filiofamilias. 7
An fideiuſſor pro filiofam. ſi ſoluatur pro eo, poſſit repetere ab eo. 8
Pater quando teneatur pro debitis filij. 6
Filiusfamilias quando & ex quo contractu obligetur. 9
Filiusfamilias obligatur ex omni contractu,præterquam ex mutuo, & ex voto. 10
Quid de contrahente cum filiofam. ſtatim conſumpturo. 11,18
Donatio facta à filiofam.ſeu à minore,an valeat. 12,& ſeqq.
Minor quando ex contractu obligetur. 15
Quid de minore vendente res ſuas. 143.16
Priuilegium ex cauſa remunerationis conceſſum an poſſit reuocari. ibid.
Quid de eo priuilegio quod eſt maximè damnoſum Principi, vel ciuitati. ibid.
Quid ſi Papa in contractu mandat illum ſeruari in futurum. 27

Priuilegium.

Priuilegia non ſunt multiplicanda. 26.4
Vide *Princeps.*

Promiſsio.

Promiſſio de facto ſuo tantùm, num includat factum hæredis. 3.29,30
Promittens factum alienum, quando faciendo ſuum poſſe liberetur, generaliter. 150.7
& quando promiſſio facta alicui valeat. 151.9
Regulariter faciendo ſuum poſſe liberatur. 8
Quid de promiſſione facti alieni iurata. 10
Vel pœnali. 15
Promittens factum alienum conſtituitur in mora ſine interpellatione. 11
Quid ſi difficultas erat tempore contractus præuiſa. 12
Si adeſt clauſula, *ita & taliter cum effectu*, quid. 13
Si clauſula, *aliàs de ſuo*, &c. quid. 17
Promittens factum alienum non obligat illum pro quo promittit. 16
Si adeſt clauſula, *& cætera*, quid. 18
Si expreſsè eſt promiſſum, quòd faciendo ſuum poſſe non excuſetur, quid. ibid.
Si tacitè de huiuſmodi mente contrahentium appareat, quid. 20
de Promittente, quòd puta minor alienationem rerum habuerit, nec illi contraueniet. 20
Promittens factum ſuum quando præciſè adimplere teneatur, generaliter. 150.1
De modo agendi contra illum, qui promiſit factum. ibid.
Regulariter promittens factum non tenetur præciſè adimplere. 2
Quid ſi promittat factum, quod momento & facilè expediri poteſt. 3
de Promiſſione facti iurata, quid. 4
de Promiſſione facti pœnali, quid. 5
De iure Canonico, vel ciuili, quid. 6
Si adeſt clauſula, *Cum effectu*, &c. quid. 151.14

Q

Qualiſcunque. 29.65

Qualitas.

Qualitas maſculinitatis in vna parte teſtamenti appoſita, quando cenſeatur repetita in alia. 188.14
Qualitercunque. 28.63
Quandocunque. 29.66,& ſeqq.
Quicquid. 28.54,& ſeq.
Quicunque, quid. 28.40,& ſeqq. & n.72,81
Quilibet, quid. 28.50,& ſeqq.
Quiſque, quid. 28.53
Quiuis, quid. 28.49
Qualibet modo. 29.64
Quomodocunque. 28.62,& ſeqq.
Quouis modo. 28.56,& ſeqq.

R

Ratificatio.

Ratificandi poteſtas tranſit ad hæredes. 3.36

RENVNCIATIO.

De Renunciatione *hæreditatis paternæ, vel maternæ.*

Generalis materia. 105.1
Renunciatio regulariter facta per filiam, &c. valet. 107.27
Quid eſt iurata. 105.2
Quid ſi adeſt læſio enormis. ibid.
& quomodo conſideretur, & ſecundùm quod tempus, læſio. ibid.
Quid ſi fuerit renunciatum enormiſſimæ læſioni. ibid.
De renunciatione facta iuri quærendo, quid. ibid.
& an ſit neceſſaria abſolutio à iuramento. 3
Quid ſi adeſt clauſula, *Ex certa ſcientia.* 8
Vel mulier ſciuerit verum valorem patrimonij. ibid.
& an mulieri aſſerenti ſe habere veram ſcientiam credatur, &c. ibid.
Renunciatio facta per viam donationis quid operetur. 106.5
& quid ſi fuerit renunciatum reſtitutioni in integrum. 6
Renunciatio hæc an valeat ad legitimam. 7
& an ad bona ex teſtamento per parentes relicta. 8
Quid ſi ille, cuius bonis renunciatur, non fuerit renunciationi præſens. 9.& 10
Renunciatio hæc an trahatur ad bona emphyteotica. 10
An ad bona feudalia. 11

An

An ad dotem, ſeu iura dotalia. 12
An ad inuetiſimilia. 13
Renunciatio filiæ facta propter honeſtatem ſeruandam non valet, &c. 14
Renunciatio filiæ, &c. an reuocetur per ſuſceptionem liberorum. 15
& ſic an nepotes poſſint contrauenire. ibid.
Renunciatio hæc, &c. an excludat à lucro dotis, qood filiæ defertur in pœnam tranſeuntis ad ſecunda vota. 16
Renunciatio facta per filiam bonis paternis & maternis, non excludit eam ab hæreditate fratris, ſeu ſororis, etiam quòd talis hæreditas non conſiſtat, niſi io bonis paternis, aut maternis. 17
de Reounciatione metu facta, quid. 18
de Reounciatione geminata, quid. 19
Si dos non ſit de bonis patris, ſed alterius. 20, 28
Si in renunciatione interueoerunt conſanguinei, quid. 21
Si ſoteruenіat maritus, quid. 22
de Reounciatione ingredientis monaſterium, quid. 107.23
Si ille, ad cuius fauorem eſt facta renunciatio, præmoriatur, quid. 24
de Renunciatione minoris & impuberis. 25
Renunciatio ſtrictè interpretanda. 26
Si filia renuncians nullam dotem habuerit, quid. 28, & 20
Renunciatio ſi non fiat illi, cuius bonis renunciatur, quid. 29

RETROVENDITIO.

Retrouendendi *pactum.*

Retrouenditionis pactum num tranſeat ad hæredes. 2.16,27,28
Pactum de retrouendendo an, & quomodo præſcribatur, generaliter. 115.1
Quomodo præſcribatur à tertio, ſeu extraneo emptore, ſeu donatario. 2
Regulariter præſcribitur ſpatio triginta annorum. 3
Etiam, ſi ſit dictum, quandocunque. 4
Quid, ſi ſit dictum, toties, quoties. d.n.3
Si ſit dictum, quandocunque, & in perpetuum, quid. 116.5
Si ſit dictum, ſemper, quandocunque, & in perpetuum, quid. ibid.
In pacto de retrouendendo cenſum, quid. 6
Si tempus in redimendo eſt à partibus redimitum, quid. ibid.
Si venditio fuit facta pro modico & tenui pretio, quid. 7
Si in pacto de retroueodendo adeſt iuramentum, quid. 8
An aduersùs hanc præſcriprionem concedatur reſtitutio in integrum. 9
Quid in ſtatuto volente rem poſſe redimi quandocunque. 10
Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij quando reddat inſtrumentum vſurarium. 184.1,2,3,19
& quomodo conſideretur in propoſito modicitas pretij. 4
Quid in pacto de retrouendendo ſeparatim appoſito in alio inſtrumento. ibid.
Si pactum de retrouendendo ex interuallo apponatur, quid. 185.5
Quid de pacto de retrouendendo appoſito in datione in ſolutum. 6
Pactum de retrouendendo non niſi poſt aliquod tempus, an valeat. 7
Pactum de retrouendendo quando emptori placuerit, an valeat. 8
In cenſibus quando pactum de retrouendendo ſit illicitum. 9
Pactum de retrouendendo pro maiori non valet. 10
Quid in ruſtico. 11
Quid io muliere. ibid.
In homine bonæ famæ pactum de retrouendendo cum modicitate pretij non facit contractum vſurarium. 12
Conſuetudo fœnerandi per quot actus inducatur. 13
Pactum de retrouendendo, iuncta alia coniectura, quàm modicitatis pretij, vel conſuetudinis fœnerandi, an inducat contractum vſurarium. 14
Sola modicitas pretij quid operetur. 186.15
Solum pactum de retrouendendo non inducit ſimulationem. 16
Pactum de retrouendendo omni iure licitum eſt. ibid.
Ex ſolo pacto de retroueodendo inducitur ſimulatio, quando verè cooſtat de fraude contrahentium. 17
Vbi læſio non interueoit, an poſſit ſimulatio præſumi. 15
Vbi hæc tria concurrunt, pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & conſuetudo fœnerandi, omnes admittunt contractum eſſe fœneraritium. 18
Contractus iſto caſu an ſit vſurarius remittitur iodicis arbitrio. 19
Præſumptiones plures contractus fœneratitij, remiſſiuè. 20
Quid ſi venditori res vendita locetur. 21
Si emptor fateatur ſe pignori accepiſſe, & non emiſſe, quid. 22
Quid de pacto, quòd emptore non reemente venditor teneatur creditori ſupplere, puta centum. 23
Quid ſi res fuit pro parte vendita, & pro parte donata. 24
Quid ſtante iuramento. ibid.
Pactum de retrouendendo inſolito fœnerari, an faciat contractum fœneratitium. 26

S

Societas.

Societas quot modis finiatur. 189.1, & ſeqq.
Societas finitur morte naturali. 2
Societas an tranſeat ad hæredes. 3, & ſeqq.
An ex pacto tranſeat ad hæredes. ibid.
Societas cum hærede quando tacitè continuata cenſeatur. 4
An ex præcepto teſtatoris tranſeat ad hæredes. d.n.3
Societas finita qoando tacitè contiouata dicatur. d.n.4,13,15, & ſeq.
Societas an poſſit contrahi ad vitam alicuios ſocij. 190.5
An valeat pactum quòd ſocietas non poſſit diſſolui ad vitam alicuius ſocij. ibid.

Societas finitur morte ciuili. 6
Societas finitur de voluntate contrahentium. 7
Idem ſi vnus ſocius de communi conſenſu incipiat ſeorſum ab alio negotiari. 8
Idem perempta ſubſtantia vnius ſocij. 9
Idem actione perempta, vel mutata. 10
Idem ſi vnus ex ſociis incipiat eſſe rixoſus. 11
Idem ſi ſocius non adimplet promiſſa. 12
Societas inter fratres quomodo finiatur. 14
Societas quando tacitè contracta, ſeu continuata dicatur inter fratres extraneos, patruum & nepotem, & ſimil. 15,& ſeqq.
Societas an præſumatur. 18
& quid ſi frater, ſeu nepos ſit infans, ſeu minor. 17,& n.4
Quomodo facienda diuiſio in ſocietate continuata inter patruum & nepotem. 19
Societas inter coniuges quando tacitè contracta dicatur. 20
in Societate omnium bonorum veniunt bona vndecunque quæſita,&c. 21
& quæ expenſæ, ſeu debita ſint de communi ſoluenda,&c. 22
& particulariter an dos neptis ſit de communi detrahenda. 23
Frater an præſumatur acquirere de communi, d.n.21

Socius.

Socius quando inuito ſocio poſſit rem communem vendere, ſeu aliud in ea facere, generaliter de materia. 202.1
Socius poteſt etiam inuito ſocio vti re communi ad vſum deſtinatum, 2
Præſertim quando ſocij prohibentis nihil intereſt. 3,4
Socius ſi velit in re communi aliquid noui facere, & ſic ea vti ad vſum non ſolitum, ſeu deſtinatum, quid. ibid.
In iſtis diſcordiis inter ſocios maximè æquitas ſeruanda eſt. 5
Quid in fiſco habente rem communem cum altero priuato. 6
Socius an poſſit locare rem communem altero ſocio inuito. 7,& ſeqq.
Quid ſi velint locare,ſed ſint diſcordes in perſona conductoris,quia vnus vult,alter verò alteri locare vult. 8,& ſeqq.
Dic quòd plus offerens præfertur. 9,& ſeqq.
Item præfertur perſona conductoris honeſtior. 10,& ſeqq.
Quid ſi ambo conductores pariter offerant, & pariter quoque ſint honeſti. 11
Dic quòd iudex debet eos concordare. ibid.
Vel ſorte dirimere hanc diſcordiam. ibid.
Vel diuidere tempus fruitionis. ibid.
Res locari ſolita poteſt per ſocium altero inuito vtiliter locari, ſi commodam non patitur diuiſionem. 13
Si verò diuidi poteſt, diuidenda eſt. 203.14
Quid ſi vnus ex ſociis nolit partem ſuam locare, ſed habitare. 15
Si velit conducere partem alterius ſocij, quid. 16
Si res communis non ſit ſolita locari, quid. 17
Dic quòd iudicis arbitrio remittitur. ibid.
Quid ſi plures ſint ſocij, & maior pars conſentiat locationi. 18
An locatio facta ab vno ex ſociis, valeat in ipſius locantis vtilitatem, ſeu præiudicium. ibid.
Socius habitans domum communem pro indiuiſo, an teneatur ſocio ſoluere penſionem. 19

Solutio.

Solutio diutina an oſtendat præceſſiſſe emphyteoticum contractum, vel cenſum. 34.27

Solutio in qua moneta ſit facienda.

De materia generaliter. 152.1
Quòd monetæ valor, ſeu bonitas, ſi ſit mutata, debet articulari,& probari,& quomodo teſtes deponere debeant. 2
Solutio in qua moneta facienda, ſi in contractu nihil dictum ſit, in qua moneta ſolui debeat. d.n.1
Solutio regulariter facienda eſt in moneta currenti tempore promiſſionis. 4
Quid ſi moneta non ſit deteriorata, ſed meliorata. 3
Soluens per triginta annos in vna moneta, non poteſt poſtea cogi ad ſoluendum in alia moneta. 5
In cenſibus, penſionibus, & aliis annuis præſtationibus ſolutio de qua moneta facienda ſit. 6
Vna ſpecies monetæ an poſſit ſolui pro alia. 7
Vel moneta minuta pro groſſiori. ibid.
An obligatus ſoluere aurum poſſit ſoluere aliam monetam. ibid.
An poſſit ſolui argentum pro auro, & econtrà. ibid.
Moneta ſi alterata in materia, aut forma, in qua moneta ſit facienda ſolutio, an in moneta antiqua, vel noua. 8
& quid ſi moneta antiqua non reperiatur. ibid.
Moneta ſi in totum ſit reprobata, quomodo facienda ſolutio. 9
In contractu lucratiuo, quid. 10
In mutuo, quid. 153.19
In emenda, ſeu ſalario, quid. 20
In reſtitutione dotis, quid. 17
In retrouenditione conuentionali, quid. 18
Si debitor ſit in mora, quid. 21
Quid in ſtatutis. 152.14
In ſenreotiis, quid. 153.15
In gratiis Principum, quid. 16
Moneta ſi non mutatur in materia & forma, ſed tantùm eius valor alteratur, quomodo ſit facienda ſolutio. 152.11
Monetæ valor ſi alteretur ob Principis voluntatem, quomodo facienda ſolutio. 12
Quid in vltimis voluntatibus. 13

Statutum.

Statuta quando ſint ſtrictè interpretanda. 31,13
Statutum quando dicatur pœnale. 36.4
Quando correctorium, & exorbitans. 37.12
Quando fauorabile, & quando odioſum. 39.27
Quid, ſi eſt contra ius commune. 28
Si obuiet fraudibus, quid. 29
Si faueat religioni, quid. 30
Vel obſecrationi iuramenti. ibid.
Si imponat finis litibus, quid. 31

Statutum

Statutum quando dicatur ſtricti iuris, vel bonæ fidei. 32
Quid, ſi eſt contra naturalem æquitatem. 33
Si contra bonos mores. ibid.
Si contra alia ſtatuta. ibid.
Si partim odioſum, & partim fauorabile. 34
Si principaliter reſpiciat commodum, vel incommodum alicuius. 40.35
Si puniat delicta. 36,39
Si odium eſt rationabile. 37
Si per illud redeamus ad ius commune. ibid.
Si reſpiciat publicam vtilitatem. 38
Si agatur de euitanda pœna. 39

De Statuto *prohibente mulierem, ſeu minorem contrahere ſine certa ſolemnitate.*

Statuti prohibentis mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, materia generaliter. 83.1
An hoc ſtatutum procedat in muliere fideiubente. 2
Hypothecante, vel pignorante. 3
Quid in confeſſione mulieris de recepto. 4, & 61
Quid in quaſi contractu. 5
In aditione hæreditatis, quid. ibid. & 94
In alienationi conſentiente, quid. 6
An poſſit ſe ex delicto obligare. 7
Quid in tranſlatione poſſeſſionis. 8,74. vbi etiam de dominio.
In procuratore contrahente nomine mulieris, quid. 9
Vel tutore nomine minoris. 10,& ſeqq.
In minore, ſeu muliere contrahentibus alieno nomine, puta tutorio, vel procuratorio, quid. 11
Si contrahat, vti executrix, quid. 83,95
In compromiſſo, ſeu tranſactione, quid. 84.12
Quid in muliere litigante. 13,96
Commodante. ibid.
Promittente facere contractum. ibid.
An contractus ſine conſenſu, &c. ſit nullus ipſo iure. 14
& eo mulier obligetur naturaliter. 15
Vel in foro conſcientiæ. ibid.
An fideiuſſor obligetur ex hoc contractu nullo. 16
Quid ſi mulier iuret, &c. 17
An conſenſus fœminæ proximioris ſufficiat. 18
& qoid ſi mulier contrahat cum filiis, vel fratre. 19
Si minor aſſerat ſe maiorem. 20
Quid operetur præſentia mariti in propoſito. 21
In contractu facto fauore Eccleſiæ & piæ cauſæ, quid. 22,92
In alienatione neceſſaria, quid. 85,23
In muliere contrahente cum patre, ſeu matre, quid. 24
In contractu vtili mulieri, ſeu minori, quid. 25
Fauore dotis, quid. 26
An ſpurij propinqui conſenſus ſufficiat. 27,105
Quid in donatione. 28,59,& ſeq.& 100
In donatione cauſa mortis, quid. d.n.28
Quid ſi propinqui conſentiant ad eorum vtilitatem. 29,46,49,103
In teſtamento, quid. 30,42
Si propinqui recuſent conſentire, quid. 31
Si propinqui furioſi. 86.32
Iudicis præſentia an ſuppleat conſenſum. 33
An conſenſus propinquorum ſufficiat tacitus. 34
& generaliter, quomodo conſenſus iſte debeat interuenire. 61
Quid ſi propinqui ſint abſentes, vel banniti. 35, 43,97
Si infirmi. eod.n.97
An conſenſus ſufficiat poſt actum. 36
Quid ſi mulier contrahat extra territorium ſtatuentium. 37,86,& ſeqq.
Acceptet tutelam. 38
An huic ſtatuto poſſit renunciari. 39
An propinqui, qui conſenſerunt, poſſint contractui contrauenire. 40,104
& ſic an eorum conſenſus ipſis præiudicet. ibid.
An propinqui poſſint conſenſum reuocare. 41
Statutum an valeat, quòd mulier non teſtetur ſine conſenſu, &c. 42
An conſenſus propinquorum poſſit per nuncium, procuratorem, vel epiſtolam præſtari. 43,& ſeqq. & 97
Quid in minore faciente pacem. 45
Si propinqui ſint ſuſpenſi, quid. 46. & d. n. 29, 49,103
An ſufficiant propinqui ex linea materna. eod. n.46,47
de Statuto vrbis, quid. 48
Si mulier contrahat cum propinquis, quid. 87. 49. & d.n.29,46,103
Si nullos habeat propinquos, quid. 52
Vel habeat, ſed inhabiles. ibid.
An talis conſenſus præſumatur ex diuturnitate. 50
An propinqui ſufficiant remotiores. 51,113
Quid, ſi propinqui ſint minores, vel pupilli, & filijfamilias. 53
In alienatione, quæ fit de voluntate teſtatoris. 54,64
An hoc ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile. 55
& quæ ſit ratio huius ſtatuti. 57
An mulier poſſit reuocare contractum, antequam propinqui conſentiant. 56
An talis conſenſus dicatur de ſolemnitate actus. 57
Quid in diſtractu. 58
In renunciante. ibid. vbi etiam de repudiatione hæreditatis.
In liberatione. ibid.
In pacto de non petendo. ibid.
In donatione præſumpta. 88.60
Quid ſi ſtatutum requirat præſentiam. 62
de Statuto, quòd filiusfam. non poſſit contrahere ſine conſenſu patris, quid. 63
Si mulier promittit id, ad quod priùs efficaciter erat obligata, quid. d.n.23
In muliere nubente, vel religionem ingrediente, quid. 65
In contrahente ſocietatem, qoid. 66
In contractu diuiſionis, quid. 67,& ſeqq.& n.13
In permutatione, quid. 75
In obligatione ex cauſa alimentorum, quid. 76
Si mulier, ſeu minor obligent ſe, vt à carceribus, ſeu captiuitate liberentur, quid. 87.77
Si pro liberatione aliorum captiuorum, quid. ibid.
In depoſito, quid. 78
Contrahens contra formam huius ſtatuti an dicatur eſſe in mala fide, & an faciat fructus ſuos. 79

Index Rerum.

Præſcriptio quomodo currat in rebus mulieris, ſeu minoris prohibiti à ſtatuto contrahere, &c. 80
Si mulier alienet in eum, à quo res alienata prouenerat, an ſtatutariæ ſolemnitates requirantur. 81
Forenſes an comprehendantur ſub hoc ſtatuto. d.n.37
An mulier, ſeu minor poſſit ſine ſtatutariis ſolemnitatibus actionem cedere. 82
& ſeruitutem imponere, ſeu remittere. 84
In contractu hermaphroditi, quid. 85
Statutum quòd mulier, vel minor non contrahat ſine propinquorum conſenſu an liget Clericos minores, &c. 90.92
& an laicos minores contrahentes cum Clericis. ibid.
& an Monialem contrahentem. 93
Quid in actione negotiorum geſtorum. 85.5
An conſenſus propinquorum ſufficiat generalis. 91.98
Quid vbi mulier eſt facta locupletior. 85.25
Contractus nullus an poſſit per mulierem ratificari. d.n.98, & 36
Si plures propinqui in conſenſu diſcordent, quinam præferendi. 91.101
Quid ſi mulier contrahat cum alia muliere, ſeu minore. 102
Vſque ad quem gradum agnati ad conſentiendum admittantur. 91.105
Per hoc ſtatutum non cenſentur remiſſæ aliæ ſolemnitates. 107
Contractus aliàs inualidus non validatur per has ſtatutarias ſolemnitates. ibid.
Læſio reſcindit contractum, etiam quòd ſtatutariæ ſolemnitates interuenerint. ibid.
Vel propinqui iurauerint contractum eſſe mulieri, ſeu minori vtilem. ibid.
Donatio minoris non validatur per interuentum ſtatutariarum ſolemnitatum. ibid.
Clerici, ſeu Monachi conſenſus an ſufficiat. 108
Quid ſi mulier, ſeu minor contrahat cum Principe. 109
An ſine ſtatuti ſolemnitate mulier, ſeu minor poſſit iuramentum deciſum deferre, & an illud ſubire. 96
& an ſine eadem ſolemnitate poſſit illa ſolui. 110
& an mulier ſoluendo indebitum promiſſum in contractu nullo repetat ſolutum. 111
Contrahens cum muliere ſine ſtatuti ſolemnitate non poteſt dare de nullitate contractus. 85.25
Si mulier, ſeu minor, ac etiam maior inſimul ſe obligent, ſeu aliquid vendant, aut emant ſine ſtatuti ſolemnitate, an ſicut non valet obligatio & contractus reſpectu mulieris & minoris, ita etiam nec valeat reſpectu maioris. 92.112
Propinqui qui non debebant conſentire, ſi conſentiant, an poſſint de malitia, ſiue de imperitia redargui. 107
Infirmi propinqui an poſſint conſentire. 91.97
Hæres an poſſit impugnare minoris contractum factum ſine ſtatutariis ſolemnitatibus. 93.114

De Statutis *extra territorium ſtatuentium.*

Statutum quando extendat ſuas vires extra territorium, generaliter. 135.1
Statuta quando extendantur ad bona ſita extra territorium. 137.16
Statuta an & quando ligent non ſubditos generaliter. d.n.1, & 27
Statuta an & quando ligent forenſes, generaliter. 2.3, 27
Statutum habilitans, ſeu inhabilitans ad diſponendum, an extendatur extra territorium. 4
An liget forenſes ratione bonorum ſitorum. ibid. & 21
de Statuto volente mulierem, ſeu minorem non poſſe contrahere ſine conſenſu proximorum, &c. quid. d.n.4
Statuta domicilij an ſint attendenda potius, quàm originis. 135.5, 6
Mulier nupta extra locum ſuæ originis, quibus ſtatutis ſubiiciatur. 7, & ſeqq.
Contractus ſecundùm quæ ſtatuta celebrari & regulari debeat. 8, & ſeqq.
Teſtamentum ſecundùm quæ ſtatuta condi & regulari debeant. 14
& an ſtatuta de ſucceſſionibus ab inteſtato extendantur extra territorium. 137.15
Si in ſtatuto adeſt clauſula, *Vbicunque locorum*, an tunc extendatur extra territorium, & liget forenſes. 16
Statuta an ligent forenſes, & extendantur extra territorium ratione bonorum ſuorum in territorio ſtatuentium. 137.17
Statutum ſi loquatur in perſonam, quid. 11, 19, 27
Vel in rem. 11, 18, 27
Statuta punientia delicta an ligent forenſes, & non ſubditos, & an extendantur extra territorium. 23
& in puniendis delictis quæ ſtatuta attendantur. ibid.
Statuta ligant non ſubditos in ordinatoriis, ſecus in deciſoriis. 25
Statutum aliquid vetans cum modificatione ligat forenſes. 135.4
Non attenduntur ſtatuta loci contractus, ſed originis, quando quis fraude, vt non ſeruet ſolemnitates ſtatuti loci originis, contrahit in alio loco. 138.26
Statuta in rem ligant forenſes, ſecus in perſonam. 27
Statuta odioſa non ligant forenſes etiam quòd in rem loquantur. ibid.

De pluribus Statutis *diuerſis, ſeu contrarijs.*

Statuta ſi plura ſint inter ſe diuerſa, ſeu contraria, quod ſeruandum erit, generaliter. 153.1
Statutum ſecundum quando deroget priori generaliter. ibid.
Statutum ſecundum regulariter non tollit primum ſtatutum, niſi id expreſsè dicatur. 154.2
Quid ſi ſecundum ſtatutum loquatur per dictionem taxatiuam. ibid.
Si primum ſtatutum ſit generale, & ſecundum ſpeciale, vel è contra, quid. 3
Statuta ſemper interpretantur, vt non ſint contraria. 4

Ex pluribus ſtatutis attenditur ſemper illud quod pleniùs diſponit. 5
Item illud quod minus corrigit ius commune. 6
Statutum ſecundum quando declaretur per primum, & è contrà. 7
Statutum correctorium alterius ſtatuti eſt ſtrictè interpretandum. 8

De ſecundo Statuto *pœnali.*

Statutum pœnale tollit pœnam iuris communis. 9
Statutum ſecundum pœnale quando cenſeatur derogare priori ſtatuto pœnali, vbi generaliter. 10
& an iſto caſu mulier nupta extra territorium, dicatur forenſis. ibid.
& an hoc ſtatutum comprehendat non ſubditum vendentem bona ſita in territorio ſtatuentium. ibid.
Statutum prohibens venditionem, an comprehendat omnem ſpeciem alienationis. 11
& quid de alienatione rei immobilis exiguæ. 12
& an forenſi ſit reſtituendum pretium. 13
& an hoc ſtatutum liget Clericos, ſeu Eccleſiam. 14
& an illi poſſit contraueniri de voluntate teſtatoris. 15
& quid de alienatione facta in eum, qui à principio erat ciuis, & poſtea deſiit eſſe ciuis. 16. & 9
& an comprehendat alienationem ex cauſa doris. 192.17
& an comprehendat alienationem neceſſariam. 18
& quid ſi ſtatutum prohibuerit alienationem quoquo modo, &c. ibid.
& an comprehendat caſum iuratum, &c. 19
An alienationem factam à Principe. 20
& an locationem. 22
& an præſcriptionem. 23
An transferatur dominium ex alienatione facta contra formam huius ſtatuti. 24
& quid de poſſeſſione. ibid.
Quomodo currat præſcriptio in alienatis in forenſem. 25

De Statuto *prohibente alienationem in forenſes.*

Generalis materia. 191.1
Statutum prohibens alienationem in forenſes an valeat. 192.21
An ſit odioſum & ſtrictè interpretandum. 191.2
An comprehendat alienationem aliam, quàm inter viuos. 3, & ſeqq.
An comprehendat inſtitutionem hæredis. ibid.
An comprehendat legatum. ibid.
& quid de ſtatuto prohibente forenſem ſuccedere in territorio ſtatuentium. 9

Sterilitas.

Sterilitas per quem, & quomodo probanda. 10.44

Stipulatio.

Alteri ſtipulari, quando quis poſſit. 174.1
Pater, coniunctus, ſeu amicus quando alteri ſtipuletur. ibid.
Notarius pro abſente quando ſtipuletur. 2
Quid ſi non ſtipuletur tanquam publica perſona. ibid.
Stipulatio facta abſenti iurata valet. 175.16
Iudex poteſt alteri ſtipulari. 17
Idem in debitore ſtipulante pro ſuo creditore. ibid.
Idem in ſtipulatione pro ſuo Procuratore. ibid.

Subditus.

Subditus an quis dicatur potius ratione domicilij, quàm originis. 136.5,6
& an dicatur Parmenſis, qui alibi ſortitur domicilium. d.n.5
Subditus an quis dicatur ratione bonorum ſitorum in aliquo territorio. 137.17, & ſeqq.

V

Venditio.

Venditio duobus facta. 11.quæſt.5
Generalis materia. ibid.1
Venditione duobus facta præfertur cui eſt res tradita. 2
Quid in Principe. 12.3
In feudo, quid. 4
De emphyteuſi. ibid.
Quid in donatione. 5
Si primus habet cauſam oneroſam, & ſecundus lucratiuam, quid. 6
Quid in datione in ſolutum. 7
Quid in locatione. 8
Venditio prima ſi eſt iurata, quid. 9
in Venditione facta à non domino, quid. 10
Quid de Prælato rem Eccleſiæ alienante. 11
in Venditione facta duobus eandem perſonam repræſentantibus, quid. 12
Venditor ſi obligauit omnia bona ſua, quid. 13
in Venditione facta Eccleſiis, & piis locis, &c. quid. 14
de Venditione facta pauperi, ſeu miſerabili, quid. 15
Quid, ſi adeſt conſtitutum. 17,18,37
In caſibus, in quibus dominium tranſit ipſo iure, quid. 19
Quid, ſi ſecundus emptor ſciebat primam venditionem. 20
in Venditione facta in fraudem, quid. 21
Quid in matrimonio. 22
Quid in hypothecante rem duobus. 13. 23, 24
Si res non eſt tradita, vel ſumus in dubio, quid. 25
In promiſſione de vendendo, quid. 26
Quid, ſi primus emptor non ſoluiſſet pretium. 27
Venditio prima ſi fuiſſet nulla, quid. 28
An primus emptor poſſit impedire ſecundam venditionem ac traditionem. 29
Vendens rem duobus, an puniatur pœna falſi, & quomodo. 30, & ſeqq.
Quid de iure Canonico. 36
Iuramentum in litem an detur contra rem vendentem duobus. d.n.30
Venditio prima facta per Procuratorem an præferatur ſecundæ factæ per dominum. 38

Vniuerſalis negatiua trahitur ad omnes caſus. 29.71
Vniuerſalia verba geminata quid operentur. 72
Venditionis contractus quando dicatur. 33.13,& ſeqq.
Venditio præſumitur, vbi eſt facta mentio de pretio. 14,& ſeqq.
Venditionis appellatione qui contractus veniant. 34.21,& ſeqq.
Ceſſio iurium dicitur venditio. 26

De Venditione *ad menſuram.*

Generaliter de materia. 195.1
Venditio ad menſuram an dicatur perfecta. ibid.
Pœnitentia an habeat locum in venditione facta ad menſuram. 2
Periculum rei venditæ ad menſuram ad quem ſpectet. 3
Emptor ad menſuram an poſſit rem propria authoritate capere ante menſuram. 4
Error menſuræ quando allegari poſſit, 5,& ſeqq.
& infra quantum tempus menſuræ error allegetur. 6
Quid ſi fundus reperiatur eſſe maioris quantitatis. 196.7
Quid è contra ſi minoris quantitatis, quàm ſit menſura. 8
Attendi an debeat menſura loci contractus, an verò rei venditæ, 9
de Venditione facta ad corpus, quid. 10

Venditor.

Venditor an teneatur præcisè emptori rem tradere, an verò ſolùm teneatur ad intereſſe. 182.10, & ſeqq.
& nòn tradendo ad quod intereſſe teneatur. 12
& quomodo probetur iſtud intereſſe. ibid.
& an emptori iſto caſu detur iuramentum in litem. ibid.
Quæ actio competat emptori contra venditorem, vt rem tradat. 13
& an promittens vendere teneatur præcisè rem tradere. 14
Promiſſio de vendendo, quando æquiparetur venditioni. 18
In promiſſione de vendendo quando habeat locum pœnitentia. 16
Promittens vendere an teneatur præcisè rem tradere. 17

Verbum.

Verba vt attendantur potius, quàm mens. 30.1,& ſeqq.
Verba clara non indigent interpretatione. 2
Verba ſunt notæ animi noſtri. 3
Verba quando propriè intelligenda. 4
Verba interpretantur ſecundùm conſuetudinem loci contractus. 5
Cenſentur ſe conformare cum iure communi. ibid.& 30
In teſtamentis, quid. 6
In ſtatutis, quid. 7,& ſeqq. & n.13,30
Si conſuetudo ſit contraria iuri communi, quid. 31.10
Verba interpretantur ſecundùm veriſimilia. 11
Item vt actus valeat. 12
Verba quando largè, ſeu ſtrictè intelligenda. 13
Verba contractus ſunt ſtrictè interpretanda. ibid.
Verba quando ſint intelligenda naturaliter potius, quàm ciuiliter. 15
Verba ſunt interpretanda, vt talis interpretatio non poſſit reprehendi à Iuriſperitis. 16
Vt aliquid operentur. 17
& cum effectu. 18
Sunt interpretanda ſecundùm ſubiectam materiam. ibid.
Verba dubia quomodo interpretentur. 32.19,& ſeqq.
Interpretentur contra emptorem. 20
Per promiſſorem. 21
Contra ſe fundantem in illis. 22
Contra proferentem. 23
In æquiorem, & benigniorem partem. 24
Arbitrio iudicis. 25
Vt vtrique parti ſit conſultum. 26
Vt minus præiudicet. 27
Arbitrio boni viri. 28
Vt euitetur contrarietas. 29
Vt minus lædant ius commune. 30
Ne ſequatur abſurdum. 31
Secundùm communem vſum loquendi. 32
Verba intelligenda ſimpliciter, & non ſecundùm quid. 33
Verborum interpretatio facienda eſt, quæ vitio caret. 34
Quæ aptior ſit. ibid.
Verba interpretanda principaliter, & per prius: non autem ſecundariò, & in conſequentiam. 35
Verba vbi non conueniunt, ibi etiam nec conuenit diſpoſitio, &c. 36
Verba intelligantur ſecundùm naturam contractus. 37
Intelligenda cum effectu. 38

De Verbis enunciatiuis, *eorúmque probatione.*

Generalis materia. 192.1
Verba enunciatiua regulariter non probant. 2
Quid in contractibus. d.n.1
In vltimis voluntatibus, quid. 193.3
In poſitionibus, quid. 4
An probent mandatum Procuratoris. 5
An probent fauore dotis. 6
An fauore matrimonij. 12
Verba enunciatiua quando cenſeantur emiſſa propter ſe, vel propter aliud. 7
Quid ſi principaliter cõtingat diſputari de enunciato. 8,& 18
Quid in iis quæ dependent à ſola voluntate proferentis, & è contra. 194.10
In probandis confinibus, poſſeſſione, dominio, vel iuriſdictione, quid. 11
de Verbis narratiuis Principum, quid. 13
de Verbis enunciatiuis iuratis, quid. 14
In antiquis, quid. 15,17
Verba enunciatiua an probent filiationem. ibid.
Quomodo probent in iis quæ ſunt difficilis probationis. ibid.
Quid vbi concurrit cum verbis enunciatiuis longa poſſeſſio. ibid.
Verba quando dicantur enunciatiua, narratiua & aſſertiua. 16
Verba enunciatiua quæ reſpiciunt validitatem actus an probent. 18,& 8

de

de Verbis enunciatiuis adminiculatis, quid. 19
Si reſpiciant id, quod potuit interuenire tempore actus, quid. 20
Verba enunciatiua probant inter eaſdem partes. 21
Verba enunciatiua in caſu, quo plenè probant, an admittant probationem in contrarium. ibid.
Verba enunciatiua probant ſemiplenè, & præſumptiuè. 22
Verba enunciatiua prolata à milite plenè probant. 23
Idem fauore piæ cauſæ & libertatis. 24
Idem ſi ſint prolata per modum cauſæ, vel conditionis. 25
Idem vbi agitur de modico præiudicio. 195.26
Verba enunciatiua an probent plenè, ſeu præſumptiuè inter alios, & ſic ad fauorem, vel præiudicium tertij. 28
Verba enunciatiua an probent contra ſingularem ſucceſſorem enunciantis. ibid.
Quid ſi proferantur ab eo qui veriſimiliter factum ignorabat. 29
Si proferantur ſuper facto non conueniente enunciatis. 30
Verba enunciatiua vt probent, debent eſſe clara & ſpecifica, ſecus ſi ſint ſimplicia, & generica. 31
Verba enunciatiua probant, quando conſtat de veriſimili mente proferentium. 32
Non probant in materia odioſa & pœnali. 33
Verba enunciatiua probant ſolutionem & liberationem. 34

Veſtimenta, *& iocalia.*

Generalis materia. 170.1
Veſtimenta & iocalia vxori per maritum, ſeu aliàs donata, cuius ſint, generaliter. ibid.
Quid de donatis ſponſæ per ſponſum ante contractum matrimonium. 2
Si ſint pretioſa, & magni valoris, quid. ibid.
Pretioſa, & magni valoris, quæ. ibid.
& quæ pretioſa. ibid.
De annulo ſubarrhationis, quid. ibid.
Quid ſi non pretioſa, ſed ad vſum quotidianum, &c. 171.3
Maritus ipſo viuente an poſſit hæc veſtimenta & iocalia vxori auferre, & vendere. 4
Quid de donatis per conſanguineos viri, ſeu vxoris. 5
De veſtibus lugubribus, quid. 6
Quid veniat appellatione ornamentorum. 7
Maritus an poſſit teſtari de iocalibus, &c. 8
Vniuerſale ſignum comprehendit etiam ea, quæ veniunt acceſſoriè. 76
Vniuerſitas, vide *Alienatio*.
τὸ *Volo* quid ſignificet, generaliter. 205.1
Quando ſtet enunciatiuè, & quando diſpoſitiuè. ibid. & ſeqq.
Quando regulatam voluntatem, & quando liberam importet. ibid.
τὸ *Volo* ſi expectat poſt ſe alium actum voluntatis ipſius loquentis, quid. 2, & ſeqq.
Quid ſi eſt iunctum cum iuramento. 3
Quid ſi deliberatè prolatum. 4
Quid ſi iunctum cum verbo *Omnino*. 5
Si poſt verb. *Volo* non expectatur alius actus voluntatis ipſius loquentis, quid. 7, & ſeqq.
Si expectatur alius actus alterius perſonæ, quàm loquentis, quid. 8
In vltimis voluntatibus, quid. 9, & ſeqq.
τὸ *Volo* ſi proferatur extra actum teſtandi, quid. 10
Quid ſi proferatur à grauiter infirmante. 11
Si contrarium ſuadeant coniecturæ. 12
Quot coniecturæ ſufficiant. 13
Quæ ſint iſtæ coniecturæ. 14
Dic quòd ſtatur iudicis arbitrio. ibid.
Quid ſi teſtes, ſeu amici fuerint conuocati. 15, & ſeqq.
In viro idiota, quid. 17, & ſeq.
In perito, quid. 21, 22
τὸ *Volo* ſi proferatur ad interrogationem alterius, quid. 19, & ſeqq.
In milite, quid. 21
τὸ *Volo* ſi proferatur in dilectum perſonarum, quid. 24
Si ab eo, qui eſt peregrè profecturus, quid. 25
Si blandiendi, ſeu iactandi cauſa proferatur, quid. 26
Si dicatur, *vellem facere*, &c. quid. 27
τὸ *Volo* ſi iungatur cum verbo *certè*, quid. 29
Si dicatur, *Volo iſtam rem*, quid. 31
Vel, *Volo eligere*. 32
Vel, *Volo eſſe hæres*. 33
Vel, *Volo adire*. 34
Vel, *Volo vt bona mea remaneant in familia*. 35, & ſeq.
Vel, *Volo te in vxorem*, vel, *Volo te eſſe mihi vxorem*, vel, *Volo habere*, ſeu *tenere in vxorem*. 37
τὸ *Volo* ſi iungatur cum verbo denotante exequutionem actus iam perfecti, quid. 39
Si Prætor dixerit, *Volo te ire in poſſeſſionem*, quid. 41
Si quis dixerit, *Volo confiteri*, quid. 42
Vel, *Volo hæredem meum dare Caio certum*. 43
Vel, *Volo legare*, vel, *Volo relinquere*. 44
Vel, *Volo Caium eſſe mihi hæredem*. 46, 48
De verbo *Noto*, quid. 49
Quid de verbo, *Non volo*. 50

VSVRÆ.

De Vſuris *dotis non ſolutæ.*

Vſuræ dotis non ſolutæ, quando marito debeantur, generaliter. 126.1
Debentur, quia ſuccedunt loco alimentorum, & ſunt fauorabiles. 127.2
Petuntúrque non iure actionis, ſed iudicis officio. 3
A quo tempore debeantur. 4
Quid ſi non alimentauit vxorem. 5
An valeat pactum ſuper dictis vſuris. 6
Quanto tempore præſcribatur ius petendi per maritos vſuras dotis. 7
An iſtæ vſuræ debeantur viro de iure Canonico. 2
An per taciturnitatem cenſeantur remiſſæ. 7
Quid ſi dos ſit collata in arbitrio tertij. 128.27
Si maritus non ſit ſolitus negotiari, quid. 28
Si fuit facta dilatio ad ſoluendam dotem. 29
Quid vigore ſtatuti, vel conſuetudinis. 26
An ſit neceſſaria interpellatio. d.n.4

Digitized by Google

Index Rerum.

Fructus pignoris dotalis an ſpectent ad maritum, 30

De Vſuris dotis non reſtitutæ,

Vſuræ dotis non reſtitutæ an & quando vxori debeantur. 127.8
Regulariter non debentur. 9
Nec etiam ex pacto percipi poſſunt. 10
Præſertim ſi dos fuit æſtimata. 11
Nec etiam debentur ſub nomine alimentorum, 12
Nec in teſtamento per maritum relinqui poſſunt. 128.13
Bene tamen debetur intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis. 14
Etiam abſque alia interpretatione. ibid.
Quid vigore ſtatuti, vel conſuetudinis. ibid.
Fructus pignoris dotalis an ſint viduæ donec ſoluatur dos. 20
& an debeantur vſuræ augmenti dotalis. 26
Vide *Dos.*

F I N I S.

PROSPERI

PROSPERI

FARINACII,

IC. ROMANI,

AD

REPERTORIVM

DE CONTRACTIBVS

FRAGMENTA.

Digitized by Google

FRAGMENTA
AD
REPERTORIVM
DE CONTRACTIBVS.

A.

ABSENS, & ABSENTIA.

1 ABSENS quis propriè dicatur. Plaça *cap.1. n.2. in fine pag.12.* vbi remiſſiuè.

2 Abſentia neceſſaria præſumitur. Villalob.*lit.D. num.41.*

3 Abſens & ſciens babetur pro præſente, & quando in abſente præſumatur ſcientia, vel ignorantia, dixi *in Repertor. iudic. quæſt.64. num.19.*

4 Abſenti an & quando acquiratur. Corta *in memor. pag.5.* vide paulò inferiùs *num.7.*

5 Abſens quis in dubio non præſumitur. Turzan. *opin.154. in fine*, ideò eſt probanda per allegantem, vt per Lambertengum *de contractibus gloſſ.9. num.2. & ſeqq.* vide infrà *verſic. Præſentia, num.39.* inter diuerſa, & ponas hîc. Ad materiam vide Virgilium Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.3. n.116.*

6 Abſentia quando excuſet, quandóve ex ea detur reſtitutio, vide *in Repertor. iud. verſ. Reſtitutio ratione abſentiæ*, &c. *num.29. & in verſic. Abſens, n.26.* inter diuerſa.

7 Abſentium contractus quomodo celebrari poſſunt. Roman. *ſingul.316.* vide ſuprà *num.4.*

8 Abſens an habeat vocem in Collegio. Roman. *ſingul.801.*

9 Abſens cauſa Reipublicæ quando quis dicatur, & de materia, *in Repertor. iudic. verſic. Abſens, n.26.* in fragmentis inter diuerſa.

Actus.

1 Actus io dubio an debeat trahi potiùs ad bonum, quàm ad malum, videas per Gramm. *vot.10. num.10. & in Repertor. crimin. verſic. Delictum non præſumitur*, &c.

2 Actus in dubio interpretari debet vt valeat potius, quàm vt pereat. Cotra *in memor. pag.8.* Cephal. *conſil 93. n.11.* pulchrè Neuizz. *conſil.26. n.14. & n.7. & ſeqq & conſil.17. n.61.* Royz. *deciſ.2. n.38. & ſeqq.* & faciunt tradita *in Repert. contract. q.10. num.12.* vbi poſui, quòd verba ſemper ſunt interpretanda, ita vt actus valeat, & facit infrà *in verſic. Actus validitas, num.4.* & ſanè videtur eadem materia.

3 Actus ſemper interpretatur, vt aliquid operetur. Vide ſuprà *in quæſt.12. num.5.*

4 Actus validitas ſemper præſumitur. Cephal. *conſil.35. n.49. vol.1. & conſil.138. num.13.* vbi quòd iſta præſumptio vti regina cæteris eſt præferenda, & idem *in conſil.10. num.14. vol.1.* exornat Maſcardus *in ſua concluſ.1214. num.20. & ſeqq.*

5 Actus ſi non valet in totum, an valeat in parte. Couarru. *variar. reſolut. pag.606. num.5.*

6 Actus duo quando facti eodem die, quis præſumatur priùs factus. Alexand. *conſil. 112. num.2. In Repert. ind. verſic. Inſtrumentorum*, &c. *num.4.*

7 Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. Pariſ. *conſil.88. num.22. volum.1. & conſil.65. num.27. volum.2. & conſil.109. num.23. vol.3. & conſil.18. num.11. & conſil.142. num.14. volum.4.*

8 Actus in dubio præſumitur geſtus potius nomine proprio, quàm alieno. Pariſ. *conſil.72. n.30. vol.2. & conſil 39. num.29. volum.4.* Tiraquellus *de retract. pag.402. num.3.* (Vide aliquid *in Repertor. vltim. volunt. verſic. Tutor, num.23.*) Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſ 126. num.8. & ſeq.* Roland. *conſil.9. num.31. volum.3.* vbi quòd actus proprio potius, quàm procuratorio nomine geſtus cenſetur, & præſumitur, & idem Lambertengus *de contractibus gloſſ.8. num.1.* ſed contrà *num.2.* vbi etiam quòd quando procurator repudiauit mandatum, vel quando mandatum iam longo tempore factum eſt, tunc actus non dicitur geſtus procuratorio nomine. Vide ad hoc Ioan. Petr. Surd. *deciſ. Mantuan. 325. num.8.* vbi præſertim quando actus, ſi fuiſſet geſtus nomine proprio, faceret agentem incurrere in aliquod periculum, & idem qui ſuprà Lamberteogus *de contract. gloſſ.8. num.3.* vbi quòd ad hoc, vt quis dicatur contraxiſſe oomine procuratorio, ſufficit quòd exprimat ſe procuratorem, abſque eo quòd dicat ſe procuratorio nomine contrahere, *& num. 5. 6. & 7.* vbi quòd quando ille, cum quo contrahit procurator, ignorat eum procuratorem, tunc procurator non dicitur contraxiſſe procuratorio nomine. Si verò contrahens cum procuratore ſciebat eum procuratorem, tunc ſi agitur de re ſpectante ſolùm ad dominum, & non ad procuratorem, vt in tutore contrahente ſuper re pupilli, tunc actus dicitur geſtus procuratorio oomine. Si verò actus erat communis, quòd ſcilicet poterat fieri & proprio & adminiſtrario nomine,

& tunc videtur geſtus nomine proprio, vt ibi, *& num.9. & 10.* ibi an qualitas iſta Procuratoris in vno actu appoſita, cenſeatur repetita in alio. Ad hanc materiam infert & exornat idem Menoch. *caſu 493. num.10 & ſeqq centur. 5.* & hinc diſputari poteſt, an emptio facta à fratre, ſocio, ſeu alio adminiſtratore, cenſeatur facta de propriis pecuniis, & nomine proprio, an verò alieno & communi. Ad quod videas Cæpoll. *cautel.128.* Anchar. Regien. *quæſt.74. part.1.* Bartol. *in l. cùm proponas. C.pro ſocio.* Firm. *in Repertor.verb Fratres ſocij, num.15. & 16.* Roman. *conſil.3.* Alexand. *conſil.78. volum.2. & 138. num.1. & ſeq. volum.5. & 48. num. 2. vol.2. & 77. num.1. volum.6.* Corn. *conſ.79 num.15.vol.1.* Roland. *conſil.4. num.2.& ſeqq. Credo ſit, in 2.volum.* Cephalus *conſil 65. per totum, volum.1.* Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.10.* De emptione, quòd cenſeatur facta potius nomine alieno, quàm proprio, ponit Surd. *deciſ.325.num.8.* vbi præſertim quando facta nomine proprio faceret ementem incurrere aliquod periculum, & vide *ibidem num.9. in fine, verſic. Secunda eſt coniectura,* vbi quòd ſi ſolutio pretij fuerit facta nomine proprio, & de propriis pecuniis, tunc pariter & emptio præſumetur facta nomine proprio. Ad materiam Maſcardus *concluſ.611. & concluſ.1159.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.46. & 49.* Mantica *de coniectur. lib.4. tit. 22.* videlicet de tacitis & ambiguis. De vxore autem emente prædium nomine proprio, an præſumatur nihilominùs emere de pecuniis viri, & quid ſi vir emat prædium nomine vxoris, aſſerens eſſe de pecuniis ipſius vxoris, hæc particulariter poſui ſuprà *quæſt.30. num.16.* & generaliter, an ſolutio præſumatur facta de pecuniis propriis ipſius ſoluentis, dic quòd ſic, vt per Rolandum *conſil 4. num.6.* & Aymon. *conſil. 129. num. 2* vbi limitat, id non procedere, quando in contrarium vrgerent præſumptiones, quarum aliquæ numerantur *ibidem num. 3. & ſequentibus.* Ad quam materiam vltra Doctores ſupra allegatos, vide Cæpollam *caut.128.* Firm. *in Repertorio verb. Solutio eſt, num.8 & num.10.* Natta *conſil 358. num.2. volum.2.* vbi quòd ſolutio præſumitur facta de propria pecunia; etiam quòd quis ſit adminiſtrator alterius. Maſcard. *concluſ. 1254.* Hector. Felician. *de ſocietatibus, cap.3. num.59.& pluribus ſeqq.*

9 Actus ſi non valet eo modo, quo agitur, an valeat ſaltem eo modo quo valere poteſt, vide Bartol. Alexandr. & Doctores *in l.1. §. ſi quis ita. ff. de verb obligat.* Felin. *in cap. cùm ſuper, de offic. deleg. & l. 3. numer. 8.* & *ibi* alij ſcribentes. Cyn. Salic. Fulgoſ. & alij *in l. non codicillum. C. de teſtament.* Vide etiam Zuur. *in ſuo conſil. pro vxore num.480. & ſequentibus,* vbi de teſtamento, quòd non poteſt valere vt teſtamentum ſcriptis, an valeat vt nuncupatiuum. Pro primo dicto, vide præ cæteris Bolognett. *num.117. & pluribus ſequentibus.* Actus quando non valet eo modo quo agitur, propter formam omiſſam, nec etiam alio modo valere poteſt. Virgil. Boccac. *in conſtitutionibus March, gloſſ 6. num.172.*

10 Actus in dubio præſumitur ab agente geſtus, vt ſibi proſit potius, quàm vt noceat, & ſimil. Grat. *conſil.63. num.11. lib.2. & conſil.44. num.26. lib.1. & conſil 85. num.17. eodem lib.1.*

11 Actus vnicus non debet diuerſo iure cenſeri. *l. cum qui. ff de vſur. l. iam hoc iure ff de vulgar. & pupill.*

12 Actus ſubſequentes declarant animum præcedentem, *quæſt.6. num.15.* vbi etiam è contra.

Actum quem quis impugnat, nemo allegare po- 13
teſt. Infrà *verſ. Regula. num 6.*

Actus omnes regulantur à conſuetudine. Dixi 14
infrà *verſic. Conſuetudo, & verſic. Contractus.*

Actus redditur nullus ex breuitate temporis. 15
Vide *in Repertor. indic. verſ. Decretum, num.2.*

Actus omnis, omniſque hominis diſpoſitio ita 16
interpretari debet, vt ad iuris ſenſum & intellectum reducatur. Cephal. *conſ.249.n.1. & 2. & conſ.243.n.16.*

Actus ſemper regulari et regulatur ab eo, quòd 17
principaliter agitur, non ab eo, quod in conſequentiam, dixi *in Repertor. indic. quæſt.83. num.49.*

Actum nemo impugnare poteſt, niſi priùs reſti- 18
tuat omne id, quod ex illo actu percepit. Vide infrà *verſic. Tranſactio. num.15.*

Actus qui ſequitur, præſumitur factus in exe- 19
cutionem eorum, quæ præceſſerunt. *l.3.§.verum. ff. de manumiſſ. l. qui in aliena. §. ſi is qui putabat. ff. de acquirend. hæredit.* Aymon. *conſil.91. & conſil.158. in fine,* quos etiam refert & ſequitur Surdus *deciſ.325. num.7.*

Adminiſtrator.

Adminiſtratores an poſſint emere bona admi- 1
niſtrari, vide *verſic. Tutor, in Repert. vltimar. volunt. num.14* Duen. *reg.31.*

Adminiſtratores tenentur de damno. Villalob. 2
lit. A. num.54.

Adminiſtratores an præſumantur facti diuites de 3
bonis adminiſtratis. Cottalin. *memorab. pag. 148.* Roland. *conſil.90. num. 18. volum. 2.* Quid de tutore, vide *in Repertor. vltim. volunt. verſ. Tutor, num. 15.* Burſat. *conſil 209. num.24. & ſeqq.* & poſui *in fragmentis criminal.*

Adminiſtrantis malè non eſt admittenda cautio, 4
neque recipienda. Villalob. *lit. F. num. 100.*

Adminiſtratori remiſſa redditio rationum quid 5
operetur. Couarruuias *variar. reſolut. pag. 180. n.1. & ſequentibus.* Sed de hoc vide *in Repertor. indic. quæſt 41. num.27.*

Adminiſtrator voluntarius, ſiue neceſſarius, pu- 6
ta tutor, Procurator, Prælatus, & ſimiles, an contrahendo cum alio obligent eorum propriam perſonam. Natta *conſil.641. per totum, volum.3.* meliùs Socin. *conſil.154. lib.2.* qui plures diſtinguit caſus. Bart. Bald. Angel. & alij *in l. Procurator, qui pro emptione. ff de procurator. & in l. ſi pupilli. §. 1. ff de negot geſt.* Socin. iun. *conſil.27. lib.2. per totum.* Roncagall. *in l. eandem, in princip. num.167. & ſeqq. ff de duob. reis,* vbi latè. Regula ſit, quòd adminiſtrator, ſeu procurator procuratorio nomine ſe obligans non obligat ſuam perſonam. Hercul. *de cautel. cap.46.num 2.* non obligat, inquam, ſuam perſonam propriam; ſed tantùm ſui principalis. *d. l. ſi pupilli. § 1.* cum ibi notat. *ff. de negot. geſt.*

Limita I. vt iſte text. debeat intelligi, quando clarè pars contrahens cum Procuratore habuit ſolùm animum obligandi dominum, & non Procuratorem, & ſic quando ſolùm contraxit contemplatione domini, & non Procuratoris, prout clarè conſtat ex lectura illius textus; ſecùs in dubio. In dubio enim contrahens cum aliquo, licèt procuratorio nomine, cenſetur habuiſſe animum obligandi vtrumque, & ſic in dubio Procurator cenſetur etiam obligatus. Ita illum textum declarat *ibi* Albet. *colum. final. verſic. ceſſantibus iſtis*, &c. & omnes alij, teſte Socino iuniore *in conſil.27. num.12. lib.2. & num.18. & 20. & in fine conſilij,* vbi de communi.

Quæ

Quæ declaratio ſi vera eſt, notabilis etiam eſt, qui deſtruit regulam ſuprà firmaram.

II. Limita in eo, qui Procurator non eſt, ſed ſe nomine Procuratoris gerit. Iſte, inquam, etiam quòd procurarorio nomine ſe obliget, obligatus reperitur. Bart. *in d. l. procurator qui pro euictione, num 4 ff. de procurator.* Socinus *conſil.* 154. *num.* 8. *lib.* 2. Roman. *ſingul.* 423. Caſtren. *in d. l. ſi pupilla* §. 1. *col final. verſic. Circa tertium.*

Limita III. quando aliquid peruenerit ad manus Procuratoris, puta pecunia mutuata, tunc enim Procurator reperitur obligatus, etiam quòd eam receperit procuratorio nomine. Socin. *conſil.* 154. *ſub num.* 16. *verſic. tertiò quoniam,* &c. *lib.* 2. Roncagall. *in d. l. eamdem, in princ. num.* 170. 174. & 182. *ff. de duobus reis.* An autem Adminiſtrator, ſeu procurator in dubio dicatur actum geſſiſſe nomine ptoprio, vel procuratorio, ſeu adminiſtratorio, vide ſuprà *verſic. Actus, num.* 8.

Alimenta.

1 Alimentorum materiam ſupple *in Repertor. vltimar. voluntat. verſic. Alimenta,* & aliquid *in Repert. indic. eodem verſic. Alimenta,* inter diuerſa. Pontan. *in tract. de aliment.*

2 Alimentorum priuilegia ponit Bald. *in l. Mela, ff. de alimentis, & cibariis legatis.*

3 Alimenta ſimpliciter promiſſa per 15. annos præſtari debent. Quòd ſi promittantur per ſocerum genero, & filio, debent præſtari viro viuente. Grammaticus *in deciſ.* 101. *num.* 112. *& ſeqq.*

4 Alimenta & dos æquiparantur. Viuius *in communibus opinionibus cart.* 3. *verb. Argumentum. l. ob as. C. de præd. minor.* Doct. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Sed quòd boc argumentum non ſemper admittatur, aut recipiatur, tradit Pontan. *de aliment. cap.* 8. *num.* 5. vbi concordantes allegat, *& cap.* 6. *num.* 6. vbi quòd tale argumentum non concludit, vide *in deciſ. Pedemont.* 124. *num.* 3. & etiam *num.* 15. vbi pro & contra.

5 Alimenta, quæ dicantur magna, & quæ parua, *Deciſ. Bonon.* 43. Alexand. de Neuo *conſil.* 35. *& ſeq.*

6 Alimenta an poſſint tolli per legem humanam. Couarru. *de matrimon. pag. mihi* 175. *num.* 3. *& ſeqq.*

7 Alimentorum appellatione quid nam veniat, *in Repertor. vltimar. volunt. quæſt.* 46.

8 Alimentorum ſolutio per triennium quid operetur. Diaz *regul.* 31.

9 Alimenta an debeant præſtari de anno in annum, de menſe in menſem, de ſemeſtri in ſemeſtre, vel de die in diem, vide diſtinguentem Ancharanum *in cap. cùm haberet, de eo qui dux. in matrim. n.* 14. Roland. *conſil.* 22. *vol.* 1. Angel. *in l. cùm hi, num.* 3. *ff. de tranſactionibus,* Bero. *quæſt.* 11.

10 Alimentorum tranſactio quando valeat. *In Repertor Contractuum, verſ. Tranſactio.*

11 Alimentorum cauſa non dicitur pia, niſi ſint debita pauperi. Diuiti autem dicetur tantùm fauorabilis, ſed non pia. Pontanus *in tract. de aliment. cap.* 17. *num.* 2. *& cap.* 18. *num.* 4. vbi de communi, licèt Gigas *ibi* per eum allegatus contrarium dixerit. Natta *conſil.* 613. *num.* 5. *volum.* 3. Vide aliquid *in Repertor. vltimar. voluntat.* in materia legati pij, *in fragmentis, verſic. Legatum pium, num.* 9. & *ibi* tradita ponas hîc.

12 Alimenta fuiſſe præſtita quomodo probetur. *In Repertorio indic.* inter diuerſa, *verſ. Alimenta num.* 19. & ponas hîc.

Alimenta ſemper cenſentur exceptuata in generali clauſula, & oratione. *l. libertis la* 2. §. *poſthu* vbi gloſſ. *in verb. non videri,* & *ibi* Bartol. *ff. de aliment. & cibar. legat.* Bart. *in l. Mela, circa princip. verſ item per clauſulam generalem. ff. eod. tit.* cum aliis per Lambertengum *de contract. gloſſ.* 1. *num.* 56.

Alimenta præſtita, an & quando repeti poſſint, 14
tanquam facta animo repetendi; quando verò non repetantur tanquam facta ex pietare, vel domeſtica affectione, cum multis quæſtionibus in materia contingentibus videas *in l.* 1. *& in l. alimenta,* & *ibi* Doct. *C. de negot. geſt.* Roman. *conſil.* 255. *n.* 2. *Deciſ. Bonon.* 43. Cephal. *conſil.* 94. *num.* 17. *volum.* 1. Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *de infan. & languid. expoſ.* Bero. *quæſt.* 11. vbi multæ quæſtiones in materia, *& quæſt.* 101. *per totam.* Socin. *conſil.* 161. *in* 2. *volum.* Bartol. *in l. patrem. C. de nupt.* omnino Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, part.* 6. *quæſt.* 23. Ioann. de Amic. *conſil.* 70. *num.* 9. *& ſeq. & conſil.* 114. *num.* 21. Corn. *conſil.* 265. *num.* 18. *& ſequentibus,* & latiùs *conſil.* 157. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 1. Alexander *conſil.* 110. *volum.* 7. Dec. *conſil.* 21. *num.* 7. Grat. *reſponſ.* 128. *in fin. lib.* 1. *& reſponſ.* 93. *num.* 67. *eod. lib.* Alexandr. de Næuo *conſil.* 35. *&* 36. *per totum.* Ferratien. *in pract. in forma libelli pro legato rei particularis* §. 1. *num.* 65. *& pluribus ſequentibus,* vbi plures quæſtiones in materia.

10 Cedi non poſſunt ea, quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes, ſed noo è contrà, omnia tranſmiſſibilia ſunt ceſſibilia. Ita declarat Tiraquell.*de retract. conuent. §.1. gloſſ.6.num.12. & de retract. lignag.§.26. gloſſ 1. num. 45.* Vide tamen Menochium *in l.finali num.250.de edict. Diu. Adrian.tollen.* vbi quòd omne quod eſt tranſmiſſibile ad hæredes, eſt etiam ceſſibile, & ibi remiſſiuè de materia.

11 Cedi an poſſint iura locationis per conductorem, vide infra *in verſic. Conductor poteſt, cui voluerit, num.12.*

12 Cedi an poſſit ius conditionale? Dic quòd ſic, gloſſ. *in l.ſi minoris, in verb.prouocanti*, vbi Alberic. *num.5 ff. de adminiſtr. tutor.* Vide quoque Decium *conſil.536.num.5.*

13 Cedi non poteſt litigioſæ rei actio. *l.finali, C.de litigioſ.* cum aliis per Lancellott. *de attentat. lit.penden.cap.4.in præfat.num.451.* vbi videtur æquiparare ceſſionem rei litigioſæ, & alienationem rei litigioſæ. Ideò tradita per nos in materia alienationis rei litigioſæ poterunt & ad illius ceſſionem applicari. In materia vide Plotum *in l.ſi quando, num.183.& ſequentib. pag.mihi 92. C. vnde vi.* Vrb. ſtatut. *lib.1. cap.118.*

14 Cedi an poſſit facultas eligendi, Diaz *reg.224.*

15 Cedi an poſſit ius alteri ſemel ceſſum, *deciſ. Pedemont.63.per totam.*

Ceſſio iurium.

1 Ceſſionis materia per Pariſ. *in Repertor. conſil. verb.Ceſſio.*

2 Ceſſionem factam quando quis reuocare poſſit. Mynſing.*obſeru.96 cent.3.* Pariſ.*conſ.9.n.57. volum.3.* vide quæ infrà traduntur *num.3.4.5.& 6.*

3 Cedens quando poſſit agere contra ſuum debitorem, non obſtante ceſſione. Cæpoll. *caut.190.* vide ſuprà *num.2.* & infrà *num. 4.5.& 6.* pulchrè *in deciſ. Pedemont.* vbi diſputatur materia per totam. Ronchegall.*de duob.reis l.3.num.63.& ſeqq.*

4 Cedenti ſub pactis, ſi pacta non obſeruentur, datur reſtitutio, tanquam ſpoliato. Pariſ.*conſ.15.num.11. volum.4.* Sed hac de re dixi alibi ſuprà *quæſtione 3. num 3.*

5 Cedens recipiens ſolutionem à debitore, quando præiudicet ceſſionario. Pariſ.*conſ.19.num.67.& ſeqq. volum. 3.* faciunt ſuprà tradita *num. 2.& 3.* & infrà *num. 6.* Oſaſcus *deciſione Pedemont. 45. per totam.* Ronchegalli. *de duob.reis l.3.num. 63.& plurib. ſeqq.*

6 Cedens, ſi ceſſio eſt nulla, & inutilis, an poſſit redire ad ius ceſſum, & ſuam principalem actionem intentare, vide Aretin. *conſil.96. col.1.verſic. & hoc reddit.* Tiraquell. *de retract.lignag.§.26.gloſſ.3.num.5. 11.& 12.* Dicas, quòd ſi ceſſio eſt ſimulata, cedens amittit ius quod habet, nec poteſt ampliùs ad ius ceſſum redire, vt per Peregrin. *deciſ. 50. lib.2.* incip. *In vna Florentina*, allegat text. *in l. ab Anaſtaſio. C. mandati.* Ad quod vide Bart. *in l.per diuerſas, n.19. verſic. Quæro quid vult dicere. C.mandati.* Facit ad hæc Menoch.*lib.3.præſumpt.129 num.22.*

7 Ceſſionarius an ſit propriè creditor. Viui. *in communib.opinionib. cart.19. in paruis.* Socin. iunior *conſ. 27.num.7.lib.2.* Dic quòd ſic. Ancbar. *quæſt.3.num.7. & ſeqq.2.part.*

8 Cedere actiooem fideiuſſori ſoluenti pro debitore, regulariter tenetur creditor. Amplia & limita, vt per Duennam *regul.163.* vbi remiſſiuè allegat Neguſant.*de pignorib.in 3. membro quintæ partis principalis, num.33.* vide Abbat. *in cap. peruenit num.7. extrà de fideiuſſor.* Vbi quòd fideiuſſor ſoluens habet beneficiom cedendarum, aliàs poteſt denegare ſolutionem. An autem iſta ceſſio poſſit fieri poſt ſolutionem, vide infrà in materia ceſſionis validæ & inualidæ, *num.8.* Quando fideiuſſor habet beneficium cedendarum, vide Marſilium *in rubr. de fideiuſſor, num.28. & ſequentib.* & quid de beneficio epiſtolæ D.Adriani, vide paulò inferiùs *num.10.*

9 Ceſſio quando transferat poſſeſſionem in ceſſionarium, vide *in Repert.iudic.quæſt.24.*

10 Cedens an teneatur ceſſionario de euictione rei ceſſæ, ſuprà *quæſt.6.num.110.*

11 Ceſſio iurium facta mediante pretio, an dicatur venditio, vide ſuprà *quæſt.11.num.26.*

12 Ceſſio iudicatur ſecundùm naturam & qualitatem rei ceſſæ. Cagnol. *in l. qui actionem, num.2. ff. de regul.iur.* Bald.*in l.3. col.penult. verſic. Si autem non eſt conſumptum. C.de legat.* Corn. *conſil.187. in fine, lib.2.* Tiraquell.*de retract.lignag.§.1.gloſſ.7.num.3.verſic. Et in vniuerſum.*

13 Ceſſionarius an poſſit contra debitorem exequi mandatum à principali obtentum, abſque eo quòd ipſo debitore citato doceat de ceſſione, poſui *in Repertor.iudic.quæſt.46. num. 20.* & inter diuerſa in fragment. *verſic. Ceſſionarius, num.31.*

14 Cedentis confeſſio an præiudicet ceſſionario, poſui *in Repert.de teſtib.quæſt.8.num.5.*

Ceſſio à quibus, & quibus fieri poſſit.

1 Ceſſio poteſt fieri coniunctæ perſonæ, immò iſto caſu valet ſine titulo. De quo particulariter & generaliter infrà tradetur in materia ceſſionis validæ, & inualidæ, *num.2.* Tiraquell. *de retract.pag.23. num. 54.* vbi quòd ceſſio poteſt fieri potentiori coniuncto; ſed de hoc vide generaliter tradita infrà *verſic. ſequen. num. 2.* & quid de ceſſione facta Clerico coniuncto, vide etiamnum infrà *num.4.*

2 Cedere potentiori, ſeu minus potenti, quando quis poſſit. Duenu.*regul.88.* & qualis debeat eſſe potentia ceſſionarij ad hoc, vt non valeat ceſſio, vide Aymon *conſil.105.num.43.& ſeqq.* Contard.*in l.1 C.ſi de moment.poſſeſſ.in 1 limitat.num.95. & ſequentib.* vbi quòd potentior dicitur, vel quando ſit valde diues,

vel ratione iuriſdictionis, vel ſi habeat coniunctum potentiorem, vel ſi ſit familiaris alicuius potentioris, vel ſi ſit officialis Principis. Faciunt ſuprà tradita *in Repertor. iudic. quaſt. 51. num. 1. in addisionib.* vbi de alienatione facta in potentiorem, & ſuprà hoc eodem *verſ. Ceſſio, num. 1.* vbi de ceſſione facta coniuncto potentiori. Ad hanc materiam vide Menochium *de præſumptionib. lib. 3 præſumpt. 129. num. 36. & ſeqq.* Videto etiam *in fragmentis verſ. Litigioſa res.*

5 Ceſſio facta à bannito, an valeat. Boſſ. *in tit. Banniti quid amittant, n. 15.* vbi præſertim de ceſſione hæreditatis, & fideicommiſſi, poſui in impreſſis, *q.* 102.

4 Cedere an quis poſſit Clerico. Roland. *conſil.* 38. *num. 21. & ſeqq. volum.* 1. vt credo. Natta *conſil.* 474. *num. 39. & ſequen. volum.* 2. Tiraquel. *de retract. pag.* 23. *num.* 53. vbi limitat. Roland. *conſil. 16. num. 45. vol.* 1. vbi quòd ceſſio facta Clerico coniuncto valet, de quo latiùs dixi ſuprà *num* 1. Contard. *in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. num. 99. in 1. limitat.* vbi ſecundùm Rotam *deciſ. 577. in nouis*, concludit, quòd ſi Clericus habeat iuriſdictionem, puta quòd ſit Epiſcopus, dicitur potentior, aliàs ſecus, *& num.* 101. *& ſequen.* vbi idem, ſi non habeat iuriſdictionem, ſed ſit multum diues. Sic etiam declarat Maſcardus *in concluſ. 558. n. 19, 20. &* 21. vbi de donatione facta in Clericum.

5 Ceſſio facta abſenti quando valeat. Roland. *conſil. 19. num. 18. volum.* 1.

Ceſſio valida, & nulla.

1 Ceſſio quando valida, & quando inualida ſit, generaliter de materia, præter infraſcripta, vide Pariſium *conſil. 85. num. 35. volum.* 4. vbi ex quibus colligatur inualiditas ceſſionis. Et idem per Marſilium *ſingul.* 45. Alciat *conſil.* 124. Socin. *regul.* 48. Imol. *concluſ. 43. lib.* 3. Gabriel. *pag. 151. concluſ. 5. per totam*, vbi latè quando ceſſio ſimulata dicatur, de quo vide etiam Vital. *de clauſul. in rubr. Quando ceſſiones dicantur ſimulatæ, per totam*, inter tract. *tom 18. fol. 419. à tergo*, vbi latè. Et vide omninò Menochium *lib. 3. præſumpt. 129. per totam*, vbi latè quando, & ex quibus ceſſio dicatur ſimulata & nulla, & inualida.

2 Ceſſio facta ſine titulo quando valeat. Gabriel. *vbi ſuprà*, & quid ſi eſt facta coniunctæ perſonæ, vide in antecedente titulo *num.* 1. & quid ſi titulus non probetur, vide infrà *num. 4. & 5.* Menoch. *dicta præſumpt. 129. num. 29. & ſeqq.*

3 Ceſſio non valet, vbi pretium actioni ceſſæ par non eſt. Gabriel. *vbi ſuprà*. Menoch. *de arbitr. quaſt. caſ.* 248. vbi quòd ex pretij tenuitate ceſſio præſumitur ſimulata, & ibi ponit, quæ dicatur pretij tenuitas. Menoch. *dicta præſumpt. 129. num. 1. & ſeqq.* vbi etiam de materia.

4 Ceſſio præſumitur ſimulata ex ſola confeſſione receptionis pretij, niſi de vera numeratione appareat. Cotta *in memor. pag.* 183. aliàs 147. *ſub verb. Creditor prior*, vbi de communi. Roderic. Soares *in alleg. num.* 2. vbi de communi & ſeruata opinione, & iſta eſt magis recepta opinio, vt per Menochium *dicta præſumpt. 129. num. 20. & ſeqq.* vbi eam declarat tribus modis. Gabriel *dicta concluſ.* 5. Dicas quòd licèt Baldus *in l. final. col. 2. n. 5. verſ. Sed vbi actio, C. ne lic. poten.* tenuerit ceſſionem non dici ſimulatam ex confeſſione de recepto, etiam quòd de numeratione non appareat, tamen contraria opinio eſt verior, vt per Bart. & alios *in l. penult. & in l. final. C. mandati.* Idem Bart. poſt alios *in l. per diuerſas, col. 2. verſ. Ex quo concluditur, num. 12. C. eodem.* Corn. *conſil. 210. n. 1. part.* 2. Abb. *in cap. final. de alienat. iud. mutan. cauſ. fact.* vbi quòd ita aliàs iudicatum fuit. Fulgoſ. *conſil. 241. col. 1. verſ. Secundò principaliter.* Socin. *conſ. 66 num. 14. vol.* 1. Guidopap. *quaſt. 567. col. 2. verſ. circa hanc materiam.* Salic. *in l. 2. col. 2. verſic. Sed vltra iſtos. C. ne lic. poten.* & eſt communis ſecundum Rotam *de alien. iud. mutan. cauſ. fact. deciſ.* 1. aliàs 177. *verſic. Deinde quæro, num. 3. in nouis*, & ſecundùm Corneum *conſil. 230. col. 2. verſ. his tamen non obſtantibus, volum.* 2. Bald. ſibi contrarius, *conſ. 275. col. final. num. 5. lib. 2. & conſ. 438. col. 2. verſic. plus ergo fauetur lib.* 5. Hæc communis concluſio non habet locum, quando loco numerationis ceſſionarius in ſatisfactionem ſummæ per cedentem confeſſatæ ceſſiſſet cedenti aliud ſuum nomen debitoris, quia delegatio talis nominis debitoris ſuccedit loco veræ numerationis, vt per Creſcent. *deciſ.* 216. incip. *Ceſſio iuris*, de qua dicetur infrà *num. 10. verſic. Ceſſio eſt nulla.* Nota quòd ſuprà memoratam Baldi opinionem, vti veriorem ſequutus eſt Hieron. Gabriel. qui concordantes allegat *in conſil. 167. num. 1. & ſequentib.* & Ioh. Mar. & Iacob. Riminal. *conſil. 155. num. 9. & 16. volum.* 1. maximè tranſacto biennio ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt *ibidem* per Gabriel. Et apud iſtos vide multa ad excludendam præſumptionem ſimulationis ob non numeratam pecuniam, & pro iſta opinione vide Rotam Ianuenſem *deciſ. 104. num.* 11. vbi ex Rebuffo & aliis, quos allegat, teſtatur de communi practica. Immò ſi ceſſionario facta eſt dilatio à cedente ad ſoluendum, non poteſt ipſe ceſſionarius agere ante realem ſolutionem pretij. Salic. *in dicta l. per diuerſas, col. 4. quaſt. 14. & in verſic. Quæro an cedens.* In materia huius verſiculi vide tradita *in num. ſequen.* & quid in obligatione Camerali, vel ceſſione iuris indubitati, dictum eſt inferiùs *num.* 10.

Ceſſioni adiecta cauſa debet per ceſſionarium probari, quia ea non præſumitur. Rot. *de alien. iud. mutan. cauſ. fact. deciſ.* 1. aliàs 177. *in nouis*. Put. *deciſ. 22. lib.* 3. vbi loquitur in eo, qui cedit mutuum factum alicui, aſſerendo illud mutuum eſſe factum de pecunia ceſſionarij. Et dicit, quòd hoc debet probari, aliàs ceſſio eſt ſimulata. Peregrin. *deciſ.* 41. incip. *Coram domino Fabio, & deciſ.* 50. incip. *In vna Florentina pecuniaria, lib.* 1. vbi habetur, quòd ceſſio facta creditori non valet, niſi aliunde, quàm per aſſertionem credentis conſtet de credito ceſſionarij. Sed contrà per Ioh. Mar. & Iacob. Riminald. *conſ. 155. n. 4. & ſeqq. volum.* 1. & pro primo dicto adde Menoch. *dicta præſumpt. 129. num. 26. lib.* 3. Vide ad materiam Afflict. *deciſ.* 401. Roman. *conſ.* 402. Hieron. Gabriel. *conſ.* 467. & Rimin. *dicto conſil.* 155. qui Gabriel. & Riminald. multa ponunt ad excluſionem ſimulationis ob non probatam cauſam. Quid in ceſſione iuris indubitati, & in Camerali obligatione, vide infrà *num.* 10. 5

Ceſſio ex cauſa donationis non inſinuatæ non valet. Villalob. *in communib. opinionib. lit. C. num.* 31. ex cauſa enim donationis valere ceſſionem, ponit Menoch. *lib. 3. præſumpt. 129 num.* 35. 6

Ceſſio quando reddatur inefficax ob pactum de quota litis, *in Repertor. criminal. verſ. pactum de quota litis num.* 17. 7

Ceſſio facta à creditore ſuo fideiuſſori poſt ſolutionem ſibi factam, an & quando nulla ſit. Socin. iun. *conſ. 27. num. 8. lib.* 2. Socin. *conſ. 18. num. 9. 10. 11. & 13. lib.* 1. text. & *ibi* gloſſ. Bart. Imol. & Angel. qui faciunt regulam cum limitationibus *in l. Modeſtinus, ff. de ſolutionib.* Sed an & quando creditor ſoluenti pro debitore teneatur cedere, dixi ſuprà in materia ceſſionis diuerſa, *num.* 8. & emptor pignoris, cui 8

cui à creditore res euincitur, ſi creditori ſoluat ſuum creditum, an valeat poſt dictam ſolutionem ceſſio ipſi emptori per euincentem creditorem facta, vide ſuprà *quaſt.6.num.*107.

9 Ceſſio ſi eſt ſimulata, an cedens amittat ius ſuum, an verò poſſit redire ad ius ceſſum, dixi ſuprà inter diuerſa ceſſionis *num.6. verſ. Cedens, ſi ceſſio eſt nulla*, &c. & ponas hîc.

10 Ceſſio eſt nulla & ſimulata, ſi de cauſa non conſtat aliter, quàm per confeſſionem cedentis, dixi ſuprà *num.4.& 5.* Hæc concluſio nón habet locum, quando ceditur ius indubitatum, puta de quo conſtat per tres conformes. Ita Creſcent. *in deciſ.* 216. incip. *Ceſſio iuris, ſub tit. de ceſſion. action.* & modò *deciſ.10.tit.de ſentent.& re iudic.* in impreſſis, in prima ratione deciſionis, vbi dicit, quòd iſto caſu diſpoſitio *l.per diuerſas. C.mandati*, non habet locum, quia ceſſat illius legis ratio, redemptionis ſcilicet litium, & ita de recepta opinione teſtatur & ſequitur Hieronym. Gabriel. *conſil.67.num.7.& ſeq.* vbi ex hoc infert idem eſſe in ceſſione obligationis Cameralis, quæ habet vim trium conformium, & continet ius indubitatum ex confeſſione guarentigiæ. Sed contra primum dictum de deciſione Creſcentij videntur verba clara text. *dicta l.per diuerſas, in princ. verſic. Certum*, &c. quæ loquuntur in actionibus indubitatis. Et quòd principium illius legis faciat regulam prohibitiuam in materia ceſſionis etiam in actionibus indubitatis, dixit eſſe verum intellectum Puteus *deciſ.22. propè finem lib.*3. & licèt Creſcentius *in prima ratione dicta deciſionis* 216. dicat, quòd diſpoſitio *l.per diuerſas*, non habet locum in ceſſione iuris indubitati, non per hoc ſequitur, quòd in ea non requiratur cauſæ probatio, quia caſus venditionis & dationis in ſolutum ſunt excepti à regula prohibitiua *dicta l.per diuerſas, in princip.* vbi cauetur actiones in alium transferri non poſſe. Quia ex titulo venditionis, vel dationis in ſolutum ſuo creditori cedi poſſunt, & ſunt à regula excepti, vt *in dicta l.per diuerſas*, & tamen etiam in venditione & datione in ſolutum ceſſio habere debet dictos titulos, & cauſas probatas aliter, quàm per confeſſionem cedentis. Ita poſt Put. *in dicta deciſ.22.* arguit, & decidit Peregrin. *deciſ.41. & deciſ.50.lib.2.* & ſic non obſtat deciſ. Creſcent. quia licèt dicat, quòd diſpoſitio *l.per diuerſas*, non procedat in ceſſione iuris indubitati, tamen non per hoc ſequitur, quòd in ea non ſit probanda cauſa, per ſuperiùs allegata. Præterea ad id quod dicitur de obligatione Camerali contra Gabrielium, conſidero, quòd contra illam poteſt opponi exceptio ſimulationis, quando eſt patens ex inſtrumento, vel iuris præſumptione probata, prout dixi *col.105.par.2.* Sed ſic eſt, quòd vbi de cauſa non apparet, lex ipſa præſumit ceſſionem ſimulatam, vt per Doctores *in dicta l.per diuerſas.* ergo etiam aduersùs obligationem Cameralem poteſt opponi exceptio in illius ceſſione, ſimulatione, ob non probatam cauſam. Conſidera attentè omnia, quia res eſt multùm dubia, & vario, multiplicique modo, vidi ſæpiùs alias iudicatum.

Clericus.

1 Clericus an poſſit obligare futuros reditus, dixi ſuprà *quaſt.16.num.30.*

2 Clerici non poſſunt negotiari. Roland. *conſil.38. num.27.& ſeqq. volum.2.* & dixi *in Repertor. criminal. quaſt.102. num.26.* vbi latè explicaui, quas artes poſſit Clericus exercere.

Clerici quando gaudeant priuilegiis Eccleſiæ, Mattheſ. *ſingul.110.in addition.col.29. in paruis.* Viui. *in communib. opinionib. cart.* 23. Roman. *ſingul.* 457. Villalob. *lit.C.num.90.* 3

Clerici an ligentur à iure ciuili? An à ſtatutis? & an à conſuetudine laicorum, dixi *in Repertor. iudic. quaſt.25.num.9.10.& 11.* quæ tamen poſui infrà *verſ. Statutum à laicis factum, num.2.* 4

Clericus habet omnia priuilegia militis. Villalob. *litera C.num.* 89. Plaça *in Epitom. delict. cap.1. pag.43.in princip.* 5

Clerici à quibus oneribus ſint exempti. Duenn. *regul.*100. Villalob. *litera G. num.1.* & faciunt infrà tradita *verſic. Gabellam ſoluere an teneatur Clericus*, &c. *num.8.* vbi hæc ſunt poſita. 6

Clericorum appellatione quinam veniant. Corſet. *ſingul.pag.139.num.4.* Pariſ. *conſ.125. num.10. vol.1.* Diaz *reg.91.* Villalob. *lit.C.num.98.* 7

Clerici an veniant ſub generali diſpoſitione. Rom. *ſing.446.& ſeqq.* 8

Clericatus, ſeu Epiſcopatus an liberet quem à patria poteſtate, vide infrà *in verſ. Patria poteſtas*, inter diuerſa, *ſub num.6.* 9

Clericus quando poſſit pro debito carcerari, poſui *in Repert.crimin.verſ.Clericus, n.38.* inter diuerſa. 10

Clericus præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ. Fallit quando habebat alia bona, & de materia Cephal. *conſil. 162. num. 24. volum. 2.* poſui hæc *in Repertor. vltim. volunt. quaſt.54.cap.2.* 11

Clericus quando poſſit fideiubere pro alio, & quando talis fideiuſſio valeat. Antonius Gomez *tit.de fideiuſſoribus, num.18.* 12

Conditio.

Conditio retrotrahitur, & ideò conditione impleta contractus ab initio purus fuiſſe cenſetur. Tiraquell. *de retract. pag.46.num.26.* Puri enim & purificati par eſt virtus. Cephal. *conſil.152. num.8. lib.1.* Ad materiam vide Mattheſ. *ſing.195.* Diaz *regul. 115.& 117.* Turzan. *quaſt.5.* vbi an in ſententiis conditio retrotrahatur. Ad materiam faciunt iura allegata, & conſiderata per Lambertengum *de contractib. gloſſ.2. quaſt. 19. num.62. & ſeqq.* & in creditore conditionali, an conditio adimpleta retrotrahatur, vide infrà *in verſic. Creditor, num.2.& in Repertor. iudic. quaſt.63. num.38.* Dic quòd in contractibus conditio caſualis, vel mixta retrotrahitur, ſecùs ſi poteſtatiua. In legatis verò non retrotrahitur, etiam quòd caſualis, vt per Neguſant. *de pignorib. membr. 2.part.5.num.10.verſic.16. amplia, & verſ. Sed licèt ita ſit in contractibus.* 1

Conditione deficiente deficit conditionalis diſpoſitio, amplia etiam quòd conditio ſit tacita, ſecundùm gloſſam *in l.item quia*, in gloſſa magna *in verb. malè petitur*, & *ibi* Alexand. *num.5.* & Iaſ. *num.11.ff.de pact.* Marian. Socin. *conſ.122.num.17.* Cephal. *conſ.104. num.16.volum.1.* exornat Roland *conſ.58.num.15. & ſeqq.volum.3.& conſil.63.num.16.& ſeqq. volum.4.* eſt textus *in l.pecuniam quam, ff.ſi cert. pet. in l.hac venditio, in princip. ff.de contrah.empt. in l. neceſſariò. §.quòd ſi pendente. ff. de peric.& commod. rei vend.* Sed quid ſi conditio ſit tacita, vide eumdem Cephalum *conſ.56. num.11.& ſequen. num.23.& ſequen. vol.1. & conſil.97. num.38.& conſil.22.num.7. vol.1.* & quis debeat probare purificatam eſſe conditionem, idem Cephal. *conſil. 133. num. 35. & ſeqq. volum.1.* Ad materiam huius verſiculi vide tradita *in num.ſeq.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art.63.num.9. & ſequentib. fol.394.* 2

3 . Conditio nihil ponit in eſſe ante conditionis implementum Roland.*conſ.70.num.67. vol.3.* Tiraquell. *de retract. §.1. gloſſ.1.num. 21. & ſeqq.* Amplia etiam in decreto irritanti, quod adiectum actui conditionali nihil operatur ante cooditionis euentum. *Deciſ. Pedemont.5. Certa die, n.9. & ſeq.* Gabriel. *lib.6. tit. de clauſulis, concluſ.3. num.46. verſ. ſextus*, &c. ad materiam vide ſuprà tradita *in antecedento num.*

4 Conditio poteſtatiua quanto tempore præſcribatur, poſui *in Repertorio indic. verſic. Conditio, n.18.* inter diuerſa.

5 Conditio quando debeat in forma ſpecifica adimpleri. Diaz *regul.113.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib.2. cap.1. in diſcurſu*, vbi quando poſſit per æquipollens adimpleri, *& cap.2. num.* 1. faciunt tradita ſuprà *q.7. num.22.* vbi quòd conditio importat formam.

6 Conditio impoſſibilis quando vitiet actum. Diaz *regul.116.* Duen. *reg 113. in Repertor. vltimar. volunt. verſic. Legatum conditionale, num.4.* Menoch. *de arbitr. quæſt. pag.136. num.8.* Sarmient. *ſelect interpret. cap 1. & 2. lib.* 2. Quid de modo impoſſibili, ao vitiet actum, vide ſuprà *quæſt.67. in num.* 10.

7 Conditionis implementum quando debeat durare. Diaz *regul.118.* & vide *in ſequen. num.*

8 Conditio quando verificetur in vna vice. Duennas *regul.24.* Villalob. *litera D. num.79.* vide ſuprà *in antecedento num.* 7. & infrà etiam *verſic. Diſpoſitio, num.28.* vbi generaliter.

9 Conditio quæ ioducit perplexitatem, an & quando valeat. Duen. *reg.114.*

10 Conditionis euentus non conſtituit debitorem in mora. Villalob. *C num.120.*

11 Conditio poteſtatiua habetur pro impleta quando non ſtetit per implere debentem. Cotta *in memorab. pag.150.* Ad quam materiam vide Menoch. *de arbitr. quæſtionibus, quæſt.68. num.18.* & omninò Sarmient. *ſelect interpretat. lib.2. cap.2. num.29. & ſeqq. & in diſcurſu illius capitis*, vbi etiam, quæ dicatur cooditio poteſtatiua? & an conditio dandi ſit poteſtatiua.

12 Conditio quæ dicatur intrinſeca, & quæ extrinſeca, vide *deciſ. Pedemont.146. num.1.*

13 Conditio quæ propriè dicatur, & per quæ verba deſignetur, dixi ſuprà *quæſt.67.*

14 Conditio poteſtatiua non impleta per defunctum ante eius vitæ ſpiritum, non poteſt etiam per hæredem dicti defuncti adimpleri, vt tradit Ioſeph Ludouic. *in communib. opinionib. lib.1. concluſ.16. in 24. illatione*, vbi de communi.

Conductor.

1 Conductionis materiam ſupple infrà *verſic. Colonus, & verſic. Locatio.*

2 Conductus dietim, vt fiat opus, non tenetur de vitio operis. Roman. *ſingul.31.* Menoch. *in 4. remed. retinen. poſſeſſ. num.14.* vbi quòd operas ſuas locans ſemel tantùm pro opere perficiendo, tenetur de vitio operis, ſecùs ſi in ſingulos dies, & idem tenet Cremen. *ſingul 81.*

3 Condoctor ſimplex ao teneatur ad expenſas rei conductæ. Roman. *ſingul.148. & 157.* Dicas quòd locator tenetur reficere domum, & omnia facere, ſine quibus conductor re locata frui non poſſet, & quid ſi conductor domum reficiat, an expenſas factas repetat, vide Caſtren. *in l. ex conducto num.3. & in l. habitatores num.1. ff. locat.* & hac de re credo me latiùs dixiſſe in materia melioramentorum *in Repertorio indic.* vbi videas, videlicet *in q. 38. n. 30.* vbi poſui.

Conductor regulariter durante locatione expelli non poteſt per locatorem. Sed quando hoc habeat locum, & de materia, vide Corſet. *ſing. pag 191. verſ. pactum*, &c. Alphonſ. *collect.94.* Mantua *in l. adem C. locati.* Papien. *in form. libell. quo agitur ad ficti præſtat. gloſſ. inueſtitiuis, num 3. cart.171.* Boër. *quæſt.299. num 9. part.2.* vbi quòd conductor ex eiſdem cauſis, quibus poteſt per locatorem expelli, poteſt & ipſe à locatione recedere. Rip. *in tract. de peſte. num.21. fol.47.* vide Villalob. *in communib. opinionib. lit. I. num.43. & ſequentib.* Menochium *de recuperand. poſſeſſione, pag.85. num. 44.* & per totam quæſtionem, vbi an iſto caſu liceat locatori inquilinum propria authoritate expellere, videlicet ob non ſolutam à conductore penſionem? Dic quòd ſic. *l. adem C. locati.* Antonius Gomez *tit. de locat. num.6.* vbi declarat materiam. Faciunt tradita ſuprà *quæſt. 33. num.31.* 4

Amplia etiam propria authoritate. Redoan. *de reb. Eccleſ. pag.434. ſub num.11.*

Amplia quòd pactum in contractu non valet, *ibidem num.8.*

Amplia tertiò, etiam quòd in locatione ſit adiecta pœna conductori non ſoluenti penſionem cum clauſula *rato manente pacto*, quia adhuc poteſt expelli, & agi ad pœnam, vt per Redoan. *ibidem num.10 & pag. 502. num. 1. vſque ad numerum* 12. vbi latiùs de materia, *& num.15.* vbi de colono partiario, *& n.17.* vbi de conductore vectigalium, *& num.* 18. vbi de emptore fructuum. Quid in conductore ad longum tempus, dixi ſuprà *quæſt.33. num.31.* & quid ſi deficiat ſoluere penſionem in minima parte, vide Tiraquell. *in tract. de indic. in reb. exig. pag.55. à tergo, verſic.51.* &c. & an poſſit conductor expelli ob refectionem domus, vide Roman. *ſingul.233.* Alphonſ. *collect 94.* Dic quòd ſic. *l. adem. C. locati.* Anton. Gomez *tit. de locat. num. 6.* Meooch. *in 3. remedio retinend. poſſeſſ. num. 138.* vbi quòd refecta domus eſt conductori reſtituenda. Et quando poſſit expelli ex eo quòd malè verſetur in re locata. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.78 lib.2.* & dicas, quòd poteſt expelli, ſi malè verſatur, vt per Roland. *conſil.40. num.7. volum.4.* per text. *in l. quære § inter locatorem ff. locati*, & per textum *in l. adem. C. locat.* Anton. Gomez *tit. de locat. num.6.* ad materiam Redoan. *de reb. Eccleſ. pag. 504. num.12. & 13.* & latiùs *in pag.505. vſque ad pag.509.* vbi tam de conductore, quàm de colono, quàm etiam de emphyteota, de quo vltimo, ſcilicet de emphyteota latiùs dixi infrà *verſic. Emphyteota, num.* 10. adde eumdem Redoanum *pag.510. num.10. & omnibus ſequentib.* quibus in locis tractatur etiam, quando colonus poſſit incidere in fundo conducto arbores, ad quod faciunt etiam infrà tradita *verſ. Vſufructuarius num* 1. & quòd pro modica deteriorationе conductor non poſſit expelli, tradit Tiraquell. *in tract. de ind. in reb. exig. pag.41. verſic.57.* vbi an deterioratio ſit modica, vel parua, iudicis arbitrio relinquitur. Videas quoque infrà *num.14.* & an poſſit conductor expelli ex eo quòd dominus velit domum ſuam pro vſu ſuo, vide Mantuan. & alios *in dicta l. adem. C. locat* Couarruo. *variar. reſolut. pag.595. num.4* Imol. *concluſ.33. pag.cc5.* Alphonſ. *dicta collect.94.* Anton. Gomez *tit de locat. num.6.* Gabriel. *tit. de locat. concluſ. 3.* & an promittens non expellere conductorem durante locatione, poſſit nihilominus illum expellere, ſi domum velit pro vſu ſuo? Dic quòd non, ad hoc vt talia verba aliquid operentur, ſecundùm Angelum *in dicta l. adem, verſ. Dico etiam,* Decius *conſ.291. num.3.* Cephal. *conſ.199. num.16. &*

conſil.257.num.19. Cuius contrarium tenuit Mantua in d.l.adem, num. 13. verſic. nihilominus, &c. Natta conſ.416.volum.2.per tot.quem videas. Put. deciſ.166. lib.1.num 1.vbi dictum Angeli in dicta l.adem, declatat, niſi locator probet nouum caſum ſuperuenire poſt locationem.

5 Conductor finita locatione an pro pari pretio debeat aliis præferri, ita quòd non poſſit per locatorem expelli, vide Mynſing. obſeruat.23. centur. 4. Mantua. in l adem num. 44. C. locati. Boët. deciſ.107. num.3. part. 1. vbi limitat. Dic quòd locator poteſt finita locatione rem locare nouo inquilino, etiam inuito antiquo. Et iſta regula ponitur & limitatur per Nouell. in regul.85. & Boërium vbi ſuprà. Ideò licèt aliquando dici ſoleat, quòd inquilinus antiquus debet nouo præferri pro pari pretio, prout ſimpliciter dixit gloſſ.in leg.ne cui, in verb.pact.C.locat.quam refert,& ſequitur Guiliel.de Ludo ſing.65. & eſt textus in l.congruit. C. de location. præd. ciuil. lib.11. Nihilominus iſtud ſpecialiter procedit in fiſco, non in aliis priuatis, prout de hac ſpecialitate teſtantur Mynſing.& Boër. vbi ſuprà. Afflict. de iur. prothomiſ.fol.3.num.4.Alex.conſil.80. num.18. volum.1. Marant.diſput 8 num.40. & ſeq. & Nouell. regul.85. in 1.fallent. Quid ſi conductor refricando quæſtionem dominij finita locatione recuſet rem conductam locatori reſtituere, vide infrà in ſeq. num.6. & quid ſi præſcripſit ius conductionis, vide infrà n.7. De vrbanitate autem antiquus conductor pro pari pretio præferri debet, licèt non de neceſſitate. Redoan.de reb. Eccleſ.rubr.1. §.ſimiliter dare rem in emphyteoſim,num 26. pag.26. & an inquilinus cenſeatur decreto Cameræ,& priuilegio inquilinatus renunciaſſe per promiſſionem de reſtituendo domum vacuam finita locatione, diſputatur per Put. deciſ.166. lib.1.

6 Conductor finita locatione debet reſtituere rem domino, quod ſi facere recuſauerit, punitur, vt ſi voluerit expectare diffinitiuam ſententiam, non ſolùm rem reſtituit, ſed & eius æſtimationem.l.conductores.C.locat.l.non ab re. C.vnde vi. l.ſi quis conductionis.C.locati, vbi quòd inquilinus non poteſt locatori repetenti rem locatam opponere exceptionem dominij. Ad cuius materiæ cognitionem,vide pulchre ampliantem,& limitantem Menochium de recuperan.poſſeſſ pag 181.num.53.& ſequentib. per totam quæſtionem. Curt.ſen.conſ.70. Curt.iun.conſ.158. n.6. Socin.conſil 287. in princip. volum.2. Grat. reſponſ.9. Aymon.conſ 157.num.1.& 4.& conſil. 107. Villalob. lit. D. num. 111. Aymon de antiquit. tempor.cart.117. num. 100. & ſeqq. vbi etiam quomodò inquilinus præſcribat ius conductionis,de quo dicetur infrà in ſeq.num.7.Menoch.de arbitr. quæſtionib caſ.207. n.22. vbi quòd iſto caſu datur locatori contra conductorem iuramentum in litem affectionis. Et idem tradit Cotard. in l.1.C.ſi de moment poſſeſſ.in ampliatione ſeu quaſi num.81. & num.71 & ſequentib. vbi quòd remedium dicta l.ſi quis conductionis. C.locat. eſt poſſeſſorium momentaneæ poſſeſſionis, & non admittit appellationem, quod fallit, quando conductor excipit de dominio notorio, quia tunc datur appellatio,vt ibi num.81 & 75.vbi quòd actio vtilis ex hac lege datur etiam contra commodatarium, geſtorem,curatorem, tutorem, depoſitarium,& alios ſimiles detentores, qui refricant quæſtionem dominij, & num.76 vbi quòd non datur contra emphyteotam,& num.77. vbi quòd non datur contra conductorem,qui prætendit rem ſuam,& tempore conductionis poſſidebat. Ad materiam prædictæ legis, conductores C.locat. vide nonnulla per Redoanum de reb.Eccleſ.pag.527.num.14.& omnib.ſequentib.

Conductor an præſcribat ius conductionis, ita 7
quòd non poſſit expelli ſoluendo penſionem. Firman.in Repertor.verb.Conductor,num.5.& quæ ibi allegantur, & in verb. Colonus num.10.& 11. vbi quòd conductor non præſcribit, quando penſio non fuit difformis.Aymon de antiquit.temp.pag.217.num.100. & ſeqq.vſque ad num.25.& conſil.107.num.4.vbi contrà.Ancharan.iun.quæſt.24. num.10. & 11.part.1. vbi quòd non præſcribit, quando præceſſit titulus, ſiue inſtrumentum locationis.

Conducens rem in perpetuum, eam poteſt alie- 8
nare.Corſet.ſingul.pag.171.verb.locatio la 2.

Conductor & locator ſi impleto tempore loca- 9
tionis tacent,tacitè videntur reconducere & locare. Capta concluſ.56.num.8. vbi de communi,ſed quando hoc verum ſit,quomodóve iſta tacita re locatio facta cenſeatur,& generaliter de materia, & an pro eodem mer pretio,vide Crem.ſing.13.Cott.in memor. pag.556.Villalob.in communib.opinionib.litera l.n 45. Aymon de antiquit. cart. 218. in paruis, num 106. & ſeqq. Bard. in tract. de tempor. vtil.pag. 53. num.10.& pag.54.verſ.Regula, &c. Ancharan quæſt.42. part.1. Afflict. deciſ.365. num. 9. & ſeq. Alciat. regul.2. præſumpt.17.Menoch.de arbitr.quæſt.caſu 159 num.2.vbi etiam quid ſi noua conductio ſequatur poſt aliquod temporis interuallum. Scias in materia,quòd In fundo vrbano, ſi inquilinus ſciente & patiente domino permaneat finita locatione in re conducta, inducitur locatio & conductio tacita pro ſolo illo tempore,quo habitauit,& non vltrà. In fundo verò ruſtico cenſetur facta reconductio per annum, textus eſt in l.item quæritur. § qui impleto, & in l. qui ad certum.ff. locat. ratio differentiæ eſt, quia in ruſticis ſemel in anno recolliguntur fructus, in vrbano verò, putà domo quotidie percipitur vtilitas habitandi. Et quid de locatore recipiente penſionem finita locatione, an tacitè cenſeatur relocare, vide infrà verſ.Locator,num.12.& ibi tradita ponas hîc,quia eſt eadem materia. Ad hanc materiam vide Puteum deciſ.180.lib.1. vbi quòd tacita reconductio in caſali non cenſetur facta niſi pro tempore, quo recepta eſt penſio, etiam quòd illud caſale ſit ſolitum & conſuetum locari ad plures annos.Præterea ſcias in materia, quòd licèt locatio fundi ruſtici ſit plurium annorum, tamen reconductio non cenſetur facta niſi pro vnico anno. Item ſcias,quòd hæc tacita reconductio habet locum in fundis Reipublicæ, Eccleſiæ,ſeu fiſci. Item ſcias, quòd ſi ex fundo ruſtico fructus non percipiuntur niſi per biennium, tunc reconductio cenſetur facta ad illud biennium, è contrà,ſi in quolibet ſemeſtri fructus percipiuntur, reconductio cenſetur facta ad ſemeſtre.Hæc omnia tradit Gomez tit. de locat. & conduct. num.15.cap.4. Item ſcias, quòd remittitur iudicis arbitrio tempus, quo inquilinus debeat permanere in re conducta ad hoc vt tacita reconductio inducatur. Item ſcias, quòd ſi conductor proteſtetur, quòd per inhabitationem non intendit reconducere, & proteſtationem parti intimet, tunc nulla tacita inducitur reconductio. Item ſcias, quòd ſi in prima locatione ſcriptura interuenit pro forma, & ſubſtantia contractus, tunc nec pariter ex tacita voluntate inducitur reconductio. Hæc eadem tradit Gomez vbi ſuprà num 16. Item ſcias, quòd tacita reconductio cenſetur facta cum omnibus clauſulis, pactis, & conuentionibus, quibus fuit facta prima locatio, præterquam in obligatione Camerali. Maſſ.

*in rubr. de vi inſtrument. obligationis Cameral.num.*18. Item ſcias, quòd ſi in primo contractu interuenit fideiuſſor, tunc niſi denuò fideiuſſor intercedat, tacita reconductio non cenſetur facta. Hæc eadem per Gomez vbi ſuprà *num.*17. In ſocio domus communis pro indiuiſo non cenſetur renouata tacita locatio pro eadem penſione, etiam quòd priùs præceſſerit conuentio de ſoluendo aliquam penſionem, vt per Paul. Granut. *theorem.*2. vbi videas de materia.

10 Conducens rem ſuam quando illius perdat dominium. Diaz *regul.*120. Villalob. *litera C.num.*127. *& ſeqq.*

11 Conductor tenetur vendere fructus prædij conducti, potiùs domino, quàm alteri, vide ſuprà *quaſt.*2.

12 Conductor poteſt cui voluerit ſublocare rem conductam. *l.nemo.C.locat.* Fel in. *in cap.inter dilectos, num.*24. ſeu 74. *de fide inſtrument.* Iaſon *in l.final. num.* 112. *C.de iur. emphyteot.* iuncto ſtatuto vrbis *lib.*1.*cap.*124. Amplia vt etiam colonus iura, quæ habet in fundo condncto, alteri cedere poteſt. Bald. *in cap.contingit num.*27. *de reſtitut.ſpoliat.* Tiraquell. *de retract.lignag.*§.26.*gloſſ.*3. *num.*30. eſt text. *in l.arboribus* §. *vſufructuarius. ff. de vſufruct.* Odofred. *in l.nemo C. locat.* & fuit aliàs deciſum in Rota Romana coram Seraphino *in vna Romana Prælationis, die* 27.*menſis Octobris anno Domini* 1572. pro D.Hieronymo Pico, contra Antonium Porcellam.

Limita prædicta duobus modis. Primò quando ſoblocaret minùs idoneo, vel ad alium vſum. Secundò fallit in cooductore ad longum tempus, qui non poteſt alteri ſublocate ſine Domini conſenſu, vt per Antonium Gomez *tit. de locat. & conduct. cap.*3.*num.*11. vbi tamen dubitat de hac limitatione ſecunda, quam & falſam dicit Suarez *ibi in additionib.litera G.* Sed an locator habeat pro penſionibus actionem contra ſubconductorem, dic quòd non, ſed tantùm contra primum cooductorem, immò ſubconductor ſoluendo ſuo locatori licèt rei alienæ liberatur, etiam quòd ſoluerit ante tempus. *l.ſolutum.*§ *ſolutam.ff de pignor.actione.* Iaſon *in l.ſi vrbana num.*4. *ff. de condiction. indebit.* poſt Innocent. *in cap. in literis num.* 3. *in fin. de reſtitut. ſpoliat.* & Abb. *in conſil.*16. *colum* 2. *verſic. vnde rectius, lib.* 1. Gomez *dicto cap.* 3.*num.* 12. vbi quòd dominus rei habet tantùm hypothecariam, & idem traditur per Ruinum *conſil.*216. *num.*5. *lib.* 1. vbi quòd primus locator habet actionem ad fructus perceptos per ſubconductorem tanquam tacitè hypothecatos. Ad materiam vide Baldum *in dict. l. adem num.* 10. *C. locati* gloſſ. & Doctores *in dicta l.ſolutum.* §.*ſolutam. ff.de pignorat. actione.* Bartol. & alios *in l. qui vniuerſas.* §.*final.ff. de acquiren. poſſeſſ. in verſic. item oppono.* Bart. *in dicto* §.*ſolutam, colum. final. verſ. huius timore.* Alberic. *ibidem colum.* 3. *verſ. Quaro an ſit obligatus,* &c. Alexand. *in d.l. qui vniuerſas* §. *final.in fin.* Neguſant. *de pignor.in* 4.*membr. ſecunda partis principalis num.*136. omninò Iaſon. *in l.*2 *num* 150. *vſque ad* 155. *C.de iur.emphyteot.* vbi licèt loquatur io emphyteota, tamen idem iuris eſt in conductore.

13 Conductor debet ſoluete penſionem io fine anni, niſi in contrarium ſit pactum, vel conſuetudo. Antonin. Gomez *in tit. de locat. & conduct. cap.* 4. *num.*13. Vide quoque Redoanum *de reb. Eccleſ. pag.* 434 *num.*7.

14 Conductor, ſeu coloous, an & quando, & quas arbores poſſit incidere in fundo conducto, & de materia. Bertaz. *conſil.*423. & *ibi* in additionib, latè, vide infrà *verſ.Emphyteota, num.*10. & etiam vide ſuprà, *num.*4.

Conſtitutum.

1 Conſtitutum an & quando transferat poſſeſſionem, vide *in Repertor.iudic.quaſt.*24. *num.*37. & quomodo in abſentem, & an eius ſit neceſſaria ratificatio, dixi ſuprà *quaſt.*54.*num.*6.

2 Conſtitutum an trahatur ad booa futura. Rolan. *conſ.*79.*num.*23 *& ſeqq.& num.*46. *volum.*1. Villalob. *in communib. opinionib. litera P. num.*138. vide infrà *in ſequen.num.*3. Anchar. *quaſt.*2. *num.*16. *part.*2. vbi quòd conſtitutum comprehendit bona præſentia, atque etiam futura.

3 Conſtitutum incertum omnium bonorum, præſeotium & futurorum, non valet. Roland. *conſil.*79. *num.* 40. *& ſeqq. volum.* 1. Villalob. *lit. C. num* 173. vbi de conſtituto incerto, vide *in antecedente, num.*2.

4 Conſtitutum an extinguatur morte illius, qui alieno nomine ſe conſtituit poſſidere. Menoch. *de recuperand.poſſeſſ.pag* 211. *num.*64. *& ſequen.* & conſtitutum collatum in tempus mortis, vel poſt mortem conſtituentis, quid operetur. Et quid addita illa clauſula *ex nunc, prout ex tunc*, vel è contrà, vide Antoninum Theſaurum *in deciſione Pedemontana* 38.

5 Conſtitutum quid operetur in tutore, curatore, Procuratore generali, & Prælato, Marcheſ.*ſing.*165. *in addit.*

6 Conſtitutum regulatur ſecundùm naturam contractus, ſuper quo interponitur. Villalob.*lit.C.n.*172.

7 Conſtitutum eſt ſufficiens in præſcript. Villalob. *lit.P.num.*125.

8 Conſtitutum non valet viciato contractu. Cott. *in memorab.pag.*169. Ideò ex contractu nullo poſſeſſio per conſtitutum non transfertur, ſecundùm veriorem, & magis communem, de qua poſt Tiraquellum teſtatur Lambertengus *de contractib.gloſſ.*1. *num* 81. *& ſequentib.* vbi reſpondet ad contraria. Faciunt generaliter tradita *in Repertor. iudic. quaſt.* 24. *num.*17. vbi generaliter quando ex conſtituto transferatur poſſeſſio, *& num.* 45. vbi quando ex contractu nullo transferatur poſſeſſio, vide *in deciſione Pedemontana* 35. *& deciſ.* 144. *num.* 5. vbi conſtitutum adiectum hypothecæ, an cenſeatur ſublatum reſoluto, ſeu annullato contractu, & hypotheca ſimul.

9 Conſtitutum nihil operatur niſi probetur conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe., etiamſi poſtea poſſideat. Tiraquell. *de conſtituto pag.* 45. *num.*9. *& pag.* 52. *num.* 1. Natta *conſil.*419. *num.*2. *lib.* 2. Fallit contra conſtituentem, contra quem conſtitutum probat ſine alio, & rationem aſſignat ibi *num.*3. vide Roland. *conſil.*79. *num.*23.*& ſequentib. volum.*1. Cephal. *conſil.*147.*num.*4.8.9.*& num.*21. *volum.*1. vbi quid ſi poſſeſſio ſuperueniat. Ad materiam Ancharanus *quaſt.* 2. *num.* 6. *& ſequentib. part.*2.

10 Conſtitutum non operatur in fauorem abſentis, niſi ſequuta ratificatione, ſuprà *quaſt.*54.*num.*6.

Conſuetudo.

1 Conſuetudinis materiam ſupple *in Repert. iudic. verſ.Conſuetudo*, &c.

2 Conſuetudo quomodo introducatur ex frequentia actuum, *in Repert. iudic.quaſt.*6. *num.*10.*& ſeqq.*

Conſue

3 Conſuetudn an poſſit tolli,ſeo derogari per Principem. Roland. *conſil.66.num.12. & ſeqq. num 56. & ſeqq. volum.1.* Menoch. *de arbitr. quaſt.71. num.8. & ſeqq lib.1.*

4 Conſuetudine ſublata, an cenſeatur etiam ſublata conſuetudo immemorabilis. Couarruuias *var. reſolut.pag* 891. *num.5.*

5 Conſuetudo poteſt introducere idem quod pactum. Mynſiog. *obſeruat.23. num.2. centur* 4 limita vt per Capram *concluſ.12. num.42.& 47.* vide etiam *in deciſ. Pedemont.*100. *num.5.*

6 Conſuetudo quæ valeat, & quæ non, dixi *in Repertor. indic. quaſt.6. num.1. & ſeqq* vbi quando valeat conſuetudo reprobata, *& num.11. & ſeqq.* vbi quæ ſit conſuetudo irrationabilis, & quando valeat, *& num.14. & ſeqq.* vbi quando valeat conſuetudo contra honos mores, & nutritiua peccati, *& num.13.* vbi quando valeat conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam.

7 Conſuetudo an liget forenſes, dixi *in Repertor. indic. verb. conſuetudo num.2.*

8 Conſuetudo an inducatur per ſententiam arbitrorum, dixi *in Repertor. indic. quaſt.6.n.11.*

9 Conſuetudo quando extendatur de caſu ad caſum,& de materia, Aymon.*de antiquit.temp.cart.*138. *num.41. & pluribus ſeqq. & cart.163. num.1. & ſeqq.* Cephal. *conſil.26. num.17. & ſequentibus volum.1.* Imol. *concluſ.26. lib.3. pag* 610. Duen. *reg.*136. Menoch. *de recuper. poſſeſſ pag* 196. *num* 563. vbi quòd non trahitur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam. Roland. *conſil* 69. *num.30.& ſeqq. vol.3.* vbi quòd coosuetudo eſt ſtricti iuris, & ideò non extendenda, & teſtatur de communi, & idem tradit Decian. *conſil.*100. *num.52. volum.2.*

10 Conſuetudo an requirat titulum, & bonam fidem. Aymon *de antiquit. temp. cart.134. num.16. & ſeqq* Capra *concluſ.13. num.23. & ſeqq.* vbi quòd non reqoirit.

11 Conſuetudo quæ, quando, & quomodo præſcribatur, *in Repertor. indic. quaſt.6. num.9.*

12 Conſuetudo immemorabilis qoomodo inducatur & probetur. Aymon, *de antiquit. cart.174. n.1. & ſeqq.* & an habeat vim legis, & priuilegij, & ſimilia, vide *in Repertor. indic. verſ: Praſcriptio, num.18.*

13 Conſuetudo poteſt facere inhabilem habilem, & de materia, Villalob. *litera C. num.*189. vide infrà *num* 14. *&* 15. Item poteſt auferre ſolemnitates actus. Villalobos *in litera C. num.176. & ſeqq.*

14 Conſuetudo regulat omnes actus, & diſpoſitiones. Imol. *concluſ.20. lib.4.* Cephalus *conſil.96. n.3. volum.1.* Exornat Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen.19. num.16. & ſeqq.part.1.* Achil. Perſonal. *de adipiſc. poſſeſſ num.157.& 167. verſ. nec dicta opinioni obſtat.* faciunt ſuprà tradita *num.13.* & infrà *num.14.* Vide ad materiam ſuprà *verſ. Contractus,num.3.* & infrà *verſ. Diſpoſitio, num.15.*& infrà *verſic. Emphyteoticus contractus,num.15. & verſic. Feudum, num.7.* &c.

15 Conſuetudo ſeruanda eſt, vt altera lex, & de materia, Roland. *conſil 4. num.10. & ſeqq. volum.3. & conſil.55.num.17. & ſeq. eodem volum.3* maximè ſi ſit immemorabilis, vt dixi *in Repertor. indic. verſic. praſcriptio. num.18.* vide ſuprà *num.13.& 14.*

16 Conſuetudo an introducatur in contradictorio iudicio, dixi *in Repertor. indic. quaſt.6. num 17.*

17 Conſuetudo quanto tempore inducatur, vide *in Repertor. indic. quaſt.6. num.1. & ſeqq.*

18 Conſuetudinis materia relinquitur arbitrio iudicis. Villalob. *litera C. num.179.* Menoch.*de arbitr. quaſt. caſ 83. lib.2. num.6.*

Conſuetudo qoando poſſit à fœmioa induci, 19
vide *in Repertor. indic. quaſt.6. num.13.*

Conſuetudo an reqoirat ſcientiam Principis, 20
Duen. *regul.141.* Dic, quòd ſic,ſi eſt contra ius commune, vt per Achillem Perſonal.*de acquiren.poſſeſſ. num.168.*

Conſuetudo antiqua quæ dicatur. Roland.*con-* 21
ſil.5. num.73. volum.1.

Conſuetudo & priuilegium à pari procedunt. 22
Roland.*conſil.3. num.116. volum.1.* Neuizz. *conſil.11. num.9.* Menoch. *de arbitr. quaſt.71. num.5. lib.1.* & infrà *num* 25.

Conſuetudo ex quot actibus inducator. *In Re-* 23
pertor. ind quaſt.6.

Conſuetudo & ſtatutum æquiparantur, & de 24
materia. Menoch. *de arbitr.quaſt. quaſt.71. num.4. & alijs ſeqq.*

Conſuetudo immemorabilis habet vim tituli 25
priuilegij, & ſimilia. Vide *in Repertor. indic. verſic. Praſcriptio n.28.* & ſuprà *num.22.*

Contractus, Contrahens.

Contractus conditionalis an ſit proptiè contra- 1
ctus. Tiraquellus *de retract. pag.mihi 45. num.21. & pluribus ſequentibus*, faciunt in ſimili ſuprà tradita de creditore conditionali, *verſic.Creditor, num.2.*

Contractus nominatus, puta venditio, ſi noo 2
valet, vt venditio, an ſaltem ſuſtineatur vt contractus innominatus. Cephalus *conſil.10. num 14. & ſeq. volum.1.* faciunt ſuprà tradita *in verſic. Actus ſi non valet, num.9.*

Contractus regulatur ſecundùm conſuetudinem 3
loci, vbi fit contractus. *Deciſ. Pedemont.114. in fine.* Conſuetudo enim regulat omnes actus, & diſpoſitiones hominum, vt ſuprà, *verſ.Conſuetudo regulat. num.14.* & infrà *verſ. Diſpoſitio an intelligatur facta,* &c. *num.16.* Ad quam materiam vide pariter infrà *verſic Emphyteoticus contractus, num 5 & verſic. Feudum, num 7.* Imol. *conclus.20. lib 4.* An autem contractus regulentur ſecundùm ſtatuta loci contractus, dixi ſuprà *quaſt 37. num.8. & ſeqq.*

Contractus appellatione an veniat diſtractio? 4
Infrà *verſic. Diſtractus* Quid veniat appellatione contractus, vide *in ſequentibus verſiculis.* Simoncellus *de decr. in profatione num.8. verſic. ſunt & alia differentia*, vbi quòd verbum *contractus* eſt generale, aptum comprehendere alienationem,venditionem, pignorationem, donationem, locationem, atque omnem alienationis actum.

Contractus appellatione an veniat donatio, vi- 5
de infrà *verſic. Donatio num.13.* & an veniat donatio cauſa mortis, vide *in Repertor. vltimar. volunt. verſ. Donatio cauſa mortis, in num.6.* & ibi tradita ponas hîc.

Contractus appellatione an veniat teſtamen- 6
tum, vide *in Repertor. vltimar. volunt. verſic. Teſtamentum num.14.* & ponas hîc.

Contractus appellatione an veniat fideiuſſio, 7
vide infrà *verſic. Fideiuſſio*, &c. *num.17.* & ponas hîc.

Contractus appellatione an veniat quaſi con- 8
tractus, vide Tiraquell. *de legibus connub. pag.449. num.119.*

Contractus nullus an cenſeatur ratificatus ſolu- 9
tione, vel alio ſimili actu, vide infrà *verſ. Solutio,* &c. *num.1.* & ibi tradita ponas hîc.

10 Contractus nullus defectu conſenſus, an poſſit ratificari, vide ſuprà in quæſt.15. num.9.

11 Contractus in dubio an præſumatur nominatus, vel innominatus. Cotta in memor. pag. mihi 175.

12 Contractus correſpectiui materia, vide infrà verſic. Pacta correſpectiua, &c.

13 Contrahentibus quando liceat ſe in pretio decipere, pulchrè Petraſ. ſingul.22. Diaz regul.181. Duen. reg.148. latè Phacha in Epitom. Delict. c.26. pag.626. & ſeqq. vbi etiam quid in foro conſcientiæ, & pag. 627. vbi qoid in Eccleſia. Tiraquell. de legibus connubialibus pag. mihi 203. num.7. & ſequentibus. Vide infrà verſic. Venditori num.6. & ibi tradita ponas hîc. Maſcard. concluſ. 443. num.10. & ſeqq. vbi ponit quatuor caſus, in quibus eſt improbata talis deceprio. Poſui in fragment. criminalib. verb. Decipere.

14 Contractus qoando dicatut factus in ſcriptis. Cotta in memora. pag.176. vide infrà in verſic. Scriptura num.11. & ponas hîc.

15 Conttactus in quo differat ab inſtrumento, vide in Repertor. iudic. verſic. Inſtrumentum, num.3.

16 Conttactus factus per eum, qui eſt amore captus cum aliqua fœmina non valet, quia æquiparatur ebrio. Gomez in titul. de reſtitut. minor. num.28. in fine, & ibi in addit. litera H. Simoncell. de decret. in præfatione num.75. facit, quia amanti propter amorem interdicitur admioiſtratio ſicot prodigo, vt infrà verſic. Prodigus, num.52. vide Aymon. de antiquit. part.1. ſectione Propoſitum, num.45. 46. & 47. pag.30. vbi de confeſſione, ſeu contractu iurato pro & contrà.

17 Contractum teſcindete volens, in primis reſtituere debet omne acceptum ex eo. Rolan. conſil.7. ſiue 77. num.3. & 4. volum. 3. & conſil.60. num.32. volum.4. vbi de communi.

Limita I. tegulam procedere, quando agitur ad reſciſſionem conttactus, ſecùs ſi agatur ad illius annullationem, vt deelaretur nullus. Roland. ibidem d. conſil.7. ſiue 77. num.5. volum.3. & conſil.60. num.34. volum 4.

Limita II. vt non ſit neceſſaria iſto caſu realis reſtiturio eius, quod fuir ex contractu acceptum, ſed ſufficit oblatio iudicialiter facta. Roland. ibidem d. conſil.7. ſiue 77. num. 29. volum. 3. & conſil.60. num.56. volum.4.

Limita III. regulam non procedete vbi cauſa eſſet commiſſa ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, quia tunc iſta exceptio reſtitutionis non impedit litis ingreſſum, vt ibidem per Roland. d. conſil.7. ſiue 77. num.30. & ſeqq. volum.3.

Limita IV. eamdem tegulam non procedere in minote agente ad reſciſſionem contractus, in quo fuit enormiter læſus; quia non tenetor minot iſto caſu teſtituere id quod accepit ex contractu, niſi per aduerſarium probetur ex eo minorem factum fuiſſe locupletiorem, vt ibidem per Rolandum num.18. volum.3. Quid ſi minor accepit pretium bonorum ſuorum. Vide ſuprà quæſt.14. num.36. & in materia contractus minoris ſuptà quæſt.41. num.24.

18 Contractus quando fieri poſſit in vltimis voluntatibus. Viui. in commun. opin. pag.296. Titiz. de teſtament. coniug. pag.65. num.4. Tiraquell. de legib. connubialib. pag. 444. num. 101. & ſeqq. vbi quòd contractus inter viuos poſſunt in teſtamento fieri. Ioſeph. Ludouic. in communib. opinion. concluſ. 60. in princip. vbi de communi, à qua non recedendum in practica, & reuocato teſtamento non cenſetur reuocatus contractus, Ioſeph. Ludouic. d. concluſ.60. verſicul. declaratur 3. & idem ſi teſtamentum ſit irritum. Simoncellus de decreto lib.4 titul.8. inſpect.4. num.40. & licèt teſtamentum requirat ſeptem teſtes, in iſto tamen conttactu ſufficiunt duo, Ioſeph. Ludouic. d. concluſ.60. verſ. declaratur, & ampliatur primò, Tiraquell. vbi ſuprà. Vide Clarum in §. Teſtamentum quæſt.75. Pariſ. conſil.46. num.22. 35. & ſeqq. volum.4. & particulariter de donatione, vide Cephalum conſil.61. num.31. volum.1. Aduerte quòd contractus iſti retinent ſuam naturam, & ſunt irreuocabiles. Ioſeph. Lud. d. concl.60. verſ. declaratur 2. vbi ampliat in contractu donationis, & è conuerſo, an vltimæ voluntates poſſint in conttactibus celebrari, vide Marzar. de fideicommiſſ. quæſt.2. ſuper tota hac materia vide Lambertengum de contract. gloſſ.22. per totam.

Contrahens præſumitur ſcite conditionem illius, cum quo contrahit, dixi in Repertor. iudic. quæſt.64. 19

Contractus ſuperficiarius quando dicatur, vide infrà in verſic. Superficiarius, &c. 20

Contractus in die feriata celebratus, an valeat cum iutamento, ſuprà quæſt.19. num.9. & de materia in Repertor. iudic. verſic. Inſtrumenta, num.19. 21

Contractus quando dicatur perfectus, ſuprà quæſt.58. num.29. 22

Contractus omnes an ſint bonæ fidei de iure Cauonico, & quid de contractu emphyteotieo, & quare contractus dicantur bonæ fidei, vel ſtricti iuris, vide Sarmient. ſelectar. interpretat. lib. 3. cap.3. 23

Contrahens an in contractu poſſit duas perſonas reptæſentare, dicetur infrà, in verſic. Perſonas num.84. 24

Copula.

Copulæ natura, & materia generaliter per Euerardum in loco à natura copula, pag. mihi 631.579. & ſequentibus. Vide in Repertorio Deciſ. diuerſ. in verb. Copula. Bermond. de public. concub. in gloſſ. & fol. mihi 160. à tergo, in tract. crimin. tom.11. part.1. Alber. Diction. verb. &. 1

Copula requirit tegulariter vtriuſque copulati concurſum, quando hoc verum ſit, Diaz regul.157. Villalob. litera C. num.201. Pariſ. in Repertor. conſil. verſ. copula. Cephalus conſil.132. num.1. lib.1. Anchar. quæſt.9. num.6. part.1. Corn. conſil. in eius Repertor. verb. Copulatiua, vbi latè. Vide in ſequenti verſ. Roland. conſil.79. num.21. & ſeqq. & num.45. vol.3. vbi declarat & exemplificat, pto regula eſt text. in l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtitut. l. ſi is qui ducenta. §. verùm, vbi gloſſ. & Bart. ff. de reb. dub. De materia Felin. plenè in cap. ex parte, de reſcript. Alberic. in ſuo Dictionario in verb. & latè copula. vbi plura de materia copulæ, & eius natura. Aretin. in §. ſi plures. Inſtitut. de hæredib. inſtituen. 2

Copulatiua reſoluitur in diſiunctiuam ratione ſubiectæ materiæ. Tiraquell. de retract. pag.373. n.3. Placha cap.28. pag.497. vbi etiam de materia, vide generalitet in proximè antecedenti vetſiculo. 3

Copulæ natura eſt ampliare quantum poteſt. Villalob. C. num.199. 4

Copula tribuit naturam præcedentis copulati ſequenti copulato. Cephal. conſil.16. num.10. vol.1. Euerard. in loco à natura copula n.2. 5

Copula regulariter ponitur inter diuerſa. Menoch. in 3. remedio adipiſcen. poſſeſſ. num.20. Aliquando tamen iſta dictio ponitur inter duo idem ſignificantia, 6

ria, *ibidem num.25. & ſequenti*, vbi quòd aliquando exponitur pro *id eſt*, & ſic reſoluitur tunc in expoſitiuam.

7 Copula inducitur per dictionem *ve*, quia idem ſignificat quod dictio *&*. Menoch. *in 3. remed. adipiſcend. poſſeſſ. num.20.* aliquando tamen iſta dictio *ve*, reſoluitur in diſiunctiuam, *ibid. num.21.*

8 Copulæ loco ſuccedit punctus. *Deciſ. Pedemont.* 110. *num.2. & 9.* vbi declarat Hercul. *de cautel. pag.141. num.22.* vbi pariter declarat Dec. & Cagnol. *in l. in eo quod plus ff. de regul. iur.* Cardinal. Tuſchus *in verb Punctus.*

Creditor.

1 Creditoris materiam ſupple *in Repertor. iudic. in Fragment. inter diuerſa.*

2 Creditor in diem, vel ſub conditione, an ſit propriè creditor, & de materia, latè Cephalus *conſil.14. per totum, volum.1.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.1. gloſſ.2. pag.45. num.23. & 26.* Faciunt ſuprà tradita *in verſic. Contractus conditionalis, &c. num.1.* vbi tradita ponas hîc. Placha *in Epitom. delict. cap.46. n.13. pag.775.* vbi quòd ſecundum magis communem creditor in diem, vel ſub conditione non eſt propriè creditor. Sed an adueniente conditione obligatio retrotrahatur, vide ſuprà *in verſic. Conditio retrotrahitur, &c. & in Reperter. iud quæſt.63. num.38.* Dic quòd conditio adimpleta retrotrahitur, vt eſt textus *in l. qui balneum. §. ampliùs. ff. qui potior. in pignor. habeant.* Lambertengus *de contract. &c. gloſſ 2. quæſt.19. num.62.* Sed de hoc, vt dixi, vide ſuprà *in verſic. Conditio, num.1.* & an fideiuſſor dicatur creditor principalis debitoris, vide infrà *verſic. fideiuſſor num.13. Deciſ. Pedemont. 179. num.3. 6. & 7.* vbi quando creditoris appellatione veniat etiam creditor ſub conditione.

3 Creditori aliud pro alio ſolui an poſſit, vide *in Repert. iudic. verſ. Creditor, num.8. inter diuerſa.*

4 Creditor habens plures debitores in ſolidum obligatos, quomodo tutè poſſit ab vno eorum recipere ſolutionem, poſui *in Repertor. iudic. verſicul. Creditor, num.11. inter diuerſa.*

5 Creditor quando poſſit cogi ad accipiendum partem debiti, poſui *in Repertor. indic. verſ. Creditor, num.6. inter diuerſa.*

6 Creditor an poſſit cogere debitorem ad faciendum ſibi inſtrumentum in forma Cameræ, *in Repertor. iudic. in verſ. Creditor, num.9. inter diuerſa.*

7 Creditori vnuſquiſque pro debitore ſoluere poteſt, & de materia, vide infrà *verſic. Soluere creditori, &c. num.9.*

8 Creditor quando habet actionem contra plures in ſolidum obligatos, contra quem ſibi placuerit agere poteſt, *in Repertor. iudic. verſ. Creditor, num.11. inter diuerſa.*

9 Creditor non petendo debitum per tempus non ſufficiens ad præſcriptionem, quando cenſeatur illud remiſiſſe. Duen. *reg.*207.

10 Creditor ſecundus non poteſt agere contra poſſeſſorem & emptorem rei debitoris, quando pretium illius rei emptæ peruenit ad anteriorem creditorem, datur enim emptori retentio, nec ſibi reſtituatur pretium exburſatum antiquo creditori, quia in illius ius ſuccedit, etiam nulla facta ceſſione. *l.1. in principio*, & *ibi* Bartol. *ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolu.* Neguſant. *de pignor. in 3. membr. 5. part. num. 3. verſic. Sed in prædictis.* Benintend. *deciſ. 50. per totam*, vbi reſpondetur contrariis, & teſtatur de æquiori, & magis communi opinione.

Diuerſa.

Certioratio in renunciatione quomodo debeat 1
eſſe, & quando requiratur, ac de materia. Villalob. *litera L. num.97. & litera P. num.222.* Cæpoll. *cautel.169. & ſeq.* Turzan. *opin.132.* Viui. *in communib. opinionib. pag.155. in paruis.* Villalob. *litera N. n.29.* vbi quòd certioratio probatur per aſſertionem Notarij dicentis mulierem certioratam de iure ſuo. Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.2. num.76.* ſed contrà per Cephalum *conſil.113. num.2.* Pro primo dicto adde Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.63. num.11. & ſeqq.* vbi reſpondet contrariis. Ad materiam vide Cottam *in memor. pag.450. & 268.* vbi quòd in renunciatione non requiritur certioratio, quando adeſt iuramentum; & idem tam in muliere, quàm in minore renunciantibus indiſtinctè, etiam quòd non interueniat tutoris, ſeu curatoris auctoritas, certiorationem non requiri ſtante iuramento relatis & refutatis contrariis defendit Lambertengus, qui de magis communi, & practicata opinione teſtatur *in tract. de contractib. gloſſa finis, quæſt.4. num.23. & ſeqq. & quæſt. 7. num.31.* vbi an ſufficiat iuramentum generale de n on contrauueniendo; an verò debeat eſſe ſpeciale ſuper remedio, cui renunciatur, vide ad hanc materiam Simoncellum *de decret. lib.3. titul.8. num.159. & num.205.* & Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ. 2. num.73.76. 80. & 86.* Ludouic. *concluſ. 34. per totam.* Seraphin. *priuileg.63.* Ad hanc materiam vide etiam Imol. *concluſ.33. lib.4.* Neuizz. *conſil.22. num.9.* vbi pro & contra. Hercul. *de negat. num.220.* vbi quòd Notarius certioratus de importantia renunciationis debet ſcire quid ſit illud, de quo ſit renunciatio; ſed quomodo probetur Notarium hoc neſcire, ibi videas, & Maſcard. *concl.744. n.2.* vbi quòd non præiudicat parti, ſi Notarius interrogatus, quid ſit Velleianum, & ſimilia, malè reſpondeat. Contrà Dec. *in l.1. num.14. ff. ſi cert. petat.* Rip. *num.31.* ſed cum Maſcard. tenet Curt. *in d.l.1. num.35. & ſequentibus.* Cum Decio autem tenet latè Seraphinus *de priuileg. iurament. priuil.63. num.18. & ſeq.* & quid in ruſtico non certiorato, vide Menoch. *de arbitr. quæſt.218. num.76.* Ad materiam adde Lambertengum *de contract. gloſſ. finis, quæſt.5. num.29.* vbi quòd certioratio non requiritur, quando renuncians de illo remedio, cui renunciat, aliàs fuit certioratus in alio inſtrumento, *& quæſt.6. n.30.* vbi in dubio an certioratio præſumatur? & dic quòd non, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.1. num.73. in fine*, vbi etiam in principio ponit, quòd certioratio debet eſſe ſpecifica, & non generica. Ad idem de ratificatione *in Repertor. iudic verb. Ratificatio, num.16.* & idem Boccac. *loco ſuprà citato num.74.* vbi quòd mulier & minor non ſunt certiorandi, niſi in caſibus à iure expreſſis, *& num.76.* vbi quòd certioratio non requiritur, quando mulier, vel minor habent ſcientiam abſque certioratione de iure cui renunciant, *& num.77. & ſequentibus*, vbi ex quibus inducatur iſta ſcientia, & quid de clauſula *ex certa ſcientia*, ac de aliis clauſulis, *ibi* videas.

Clam, ſeu palàm fieri quando quid dicatur, Maſ- 2
card. *concluſ.297. num.9.* vbi quòd factum ſine iudice, vbi illius præſentia à iudice requiritur, dicitur clam factum, *& num.11. & ſeqq.* vbi quòd factum

ſine

ſine citatione, vbi pariter citatio requiritur, dicitur clam ſactum, & quomodo iſto caſu debeat eſſe citatio, & de materia, ibi videas, & Roman. *ſing.* 722. Corſet. *ſingul. pag.* 181. Couarr. *de matrimon. pag.* 66. *num.* 10. *& conſil. criminal.* 126. *num.* 96. *pag.* 142. vbi quòd illud, quod in domo fit, clam fieri dicitur, & idem Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 8. *num.* 284. *ſub verſic præſumitur etiam*, &c. vbi etiam quòd iſto caſu leuiores ſufficiunt probationes. Cotta *in materia, in memor. pag.* 640. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.* 194. *pag.* 215. *num.* 19. *& ſeq.* vbi quòd illud quod fit in præſentia teſtium, vel medio inſtrumenti, palam fieri dicitur, & idem tradit Roland. *conſil.* 93. *num.* 33. *volum.* 3. vbi tamen quòd hoc fallit, quando inſtrumentum fuiſſet ſecretè ſactum, coram duobus teſtibus, & Notario amico, vt *in d. num.* 33. Item fallit, quando eſſet iniunctum Notario & teſtibus, vt rem ſecretam tenerent. Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 3. *num.* 122. Item fallit, quando inſtrumentum non eſt publicatum, ſed occultatum, vt per Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 122. *num.* 45. Vide etiam Roland. *in prædicto num.* 33. vbi dicit, quòd illud dicitur clam fieri, quod taliter fit, vt non poſſit deuenire ad notitiam aduerſarij, & idem tenet Virgilius Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ.* 3. *num.* 121. Maſcard. *concluſ.* 297. *num.* 10. Menoch. *de præſumpt.* 124. *num.* 44. & ad idem eſt Conſilium Aymon. *conſil.* 205. *ſub num.* 2. vbi quòd clam fieri dicitur, quando ignorante eo, ad quem res pertinebat, fit, & è contrà palam fieri illud dicitur, quod fit ſciente eo, cuius intererat, & generaliter dicas, quòd palam fieri vario modo dicitur, & intelligitur ſecundùm ſubiectam materiam, vt per Roman. *in l. de pupillo §. ſi quis riuos, num.* 2. *&* 7. *vſque ad finem. ff. de noui oper. nunciat.* Salyc. *in l. ea quidem, colum.* 28. *num.* 112. *&* 114. *C. de accuſat.* Alciatus *in l. palam, in fine. ff. de verb. ſignif.* Quando autem fieri dicatur clam matrimonium, vide infrà *verſ. matrimonium*, &c. *num.* 18. & an ex actu clandeſtino dolus præſumatur, vide *in Repertor. crimin. quæſt.* 30. *num.* 21. & quomodo probetur actus clandeſtinus, vide Abb. *in cap.* 1. *de clandeſt. deſponſat. in addit.* Pariſ. *in Repertor. conſil. verb. Clandeſtina*, &c. & an delictum clam commiſſum acriùs puniatur, vide *in Repertor. crimin. verſ. delictum, num.* .. Foller. *in pract. crimin. verb. item quòd ſuffocauit vxorem, n.* 38. vbi quòd quando non fit id quod conſuetum eſt fieri, clam fieri dicitur, & id quod fit ſine debita ſolemnitate, dicitur clandeſtinum, vt ibi per eum, & per Maſcard. *concluſ.* 297. *numer.* 3. *&* 8. In materia multa per Arnald. Albert. *de agnoſc. aſſert. Cathol. quæſt.* 23. *num.* 77. Vide in impreſſis *quæſt.* 89. *num.* 134. *& ſeqq.*

3 Caſus fortuiti qui dicantur, vide ſuprà *quæſt.* 4. *num.* 2. *&* 48.

4 Confirmatio non trahitur ad actus nullos. Dixi ſuprà *quæſt.* 55.

5 Confirmatio ſuperioris quos defectus ſuppleat, & generaliter de materia. Marſil. *ſingul.* 79. Diaz *reg.* 127. Duen. *reg.* 131. Villalob. *litera C. num.* 161. Cotta *in memor. pag.* 163. *&* 656. Pariſ. *in Repertor. conſil. ver. Clauſula ſupplentes omnes defectus*, &c. Cephalus *conſil.* 133. *num.* 101. *& ſeqq.* & quòd confirmatio non trahatur ad iniuſta & iniqua. Socin. iun. *conſil.* 101. *num.* 10. *pag.* 122. *lib.* 2. Æmil. *conſil.* 129. *num.* 4. Roland. *conſil.* 129. *num.* 32. *&* 34. *volum.* 1. Vide Imolam *concluſ.* 3. *lib.* 2. vbi quòd ſi Papa in confirmatione ſtatutorum excipiat ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ, non cenſeatur confirmare ſtatuta aliàs iniuſta, iniqua & inualida.

6 Confirmare aliquid legitimè idem eſt ac ſi à principio legitimè factum fuiſſet. Tirizæ. *de teſtament. coniug. pag.* 8. *num.* 6.

7 Confirmans videtur dare. Cephalus *conſil.* 26. *num.* 23. *& conſil.* 38. *num.* 26. *volum.* 1. declara, vt per Tiraquellum *de legib. connubialib. pag.* 453. *n.* 142. Roland. *conſil.* 61. *num.* 41. *volum.* 3. vbi quòd confirmans cum clauſula, *& certa ſcientia*, videtur facere, & teſtatur de communi.

8 *Conſigno* verbum quid ſignificet. Cephal. *conſil.* 135. *num.* 8. *volum.* 1.

9 *Concedo* verbum quid ſignificet. Cephal. *ibidem d. conſil.* 135. *num.* 8. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. quæſt. pag.* 134. *num.* 31.

10 *Cùm* dictio conditionem importat; vide ſuprà *quæſt.* 67. *num.* 16. Item aliquando ſtat coniunctiuè, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ.* 6. *num.* 1.

11 Conſuetum quid dicatur, vide infrà *verſic. Solitum.*

12 Commenda ſi à Magno Magiſtro datur vni, & à Papa alteri, quis præferatur. Cephal. *conſil.* 97. *per totum, volum.* 1. faciunt ſuprà tradita *verſ. Beneficium, num.* 13.

13 Commendatarius quis dicatur. Quando ei poſſit auferri commenda, quo iure ei ſpoliato de commenda ſuccurratur, & quid poſſit Commendatarius de commenda diſponere. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 218. *num.* 38 *& ſeqq.*

14 *Comparare* verbum quid ſignificet. Tiraquellus *de retract. pag.* 3. *num.* 4.

15 Calculus errore factus quando retractetur, & de materia, poſui *in Repertor. iudic. quæſt.* 41.

16 Contrariorum eſt eadem diſciplina. Hercul. *de negat. num.* 104. Roland. *conſil.* 16. *num.* 5. *volum.* 3. Intellige, vbi eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa, *ibidem num.* 26. Argumentum à contrario ſenſu, an valeat in materia feudali, vide *in deciſ. Pedemont.* 23. *num.* 52. *& deciſ.* 28. *num.* 7. *&* 13. vbi quòd in ſtatutis valet hoc argumentum, ſed fallit quando etiam eſt prouiſum in caſu contrario, vide *in alia deciſione Pedemont.* 83. *num.* 14. *& ſeq.* vbi pulchrè quomodo argumentum à contrario ſenſu ſumendum ſit, vt valeat, adde quòd in diſpoſitione negatiua argumentum à contrario ſenſu non ſumitur. Cartar. *de exequ. ſentent. cap. final. num.* 90. Ad materiam vide Euerard. *in loco à contrario ſenſu.* In hac materia argumenti à contrario ſenſu an & quando valeat, vide plures caſus, in quibus tale argumentum valet, poſitos per Seraphinum *de priuileg. iurament. priuileg.* 1. *num.* 4. *& ſeqq.* Viui. *in communib. opinionibus cart.* 13. *in paruis.* Diaz *regul.* 702. Villalob. *litera A. num.* 146. Cephal. *conſil.* 16. *num.* 3. *in* 1. *volum.* vbi loquitur in materia vltimæ voluntatis. In qua & generaliter de materia vide latè Manticam *de coniectur. lib.* 3. *tit.* 15. 16. *&* 17. *per totum.* Simoncell. *de decreto lib.* 2. *titul.* 4. *num.* 16. *verſ. Aduertendum tamen eſt*, vbi quòd argumentum à contrario ſenſu non valet, vbi ſequitur iurium correctio, & idem per Cartar. *de exequ. ſentent. cap. finali num.* 89. *Deciſ. Pedemont.* 38. *n.* 30. vbi quòd hoc argumentum poteſt ſumi ex dictis gloſſ. & Doctorum, *& deciſ.* 176. *n.* 7. vbi quòd tale argumentum non poteſt ſumi ex reſponſione poſitionibus facta, &c.

17 Contrarietas vitanda. Hercul. *de negat. num.* 156. Roland. *conſil.* 61. *num.* 50. *&* 58. *volum.* 2.

18 Correctio iurium vitanda. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 162. *num.* 387. &c.

Commodum

19 Gommodum debet habere qui babet & incommodum, declara vt per Menochium *de recuperan. poſſeſſione pag.*89. *num.*8.

20 Commendatarius ad quid ſit obligatus. Roman. *ſingul.*261. Menoch. *de arbitr. caſu* 390. *num* 7. vbi quòd tenetur de leuiſſima culpa. Faciunt tradita *in Repertor. criminal. verſic. Furtum an connumerari debeat, num* 9 *&* 10. Vbi qoid ſi commo latatio res furetur, quæ fuit commodata. Anton. Gomez *tit. de commodato, num.* 1. vbi quòd tenetur de omni culpa etiam leuiſſima, ſed non de caſu fortuito, prætertquam quando res fuit data æſtimata; quia tunc teoetur etiam de caſo fortuito.

21 Cómmodatarius quando poſſit reuocare commodatum. Couarr. *variar. reſolut. pag.*934. *num.*57. *& per totum cap.* vbi de reuocatione precarij: ſuper his duobus vide Menochium *de arbitr. quæſt. caſu* 23. *lib.* 2. *pag.*95. ſed de precario, vide etiam infrà *verſic. Precarium, num.*24. *& num.* 26. vbi etiam de reuocatione commodati.

22 Caſum fortuitum permittens ad quid ſit obligatus, vide ſuperiùs tradita *in quæſt.*4. *num.* 9.

23 Concubina an veniat appellatione vxoris. Roman. *ſingul.*487. & an æquiparetur. Mattheſ. *ſingul.* 200. *in addit.* Diaa *reg.*746.

24 Conuerſi qui ſint, & an babeant vocem in Capitulo. Roman. *ſingul* 659.

25 *Caroo*, verbum quid ſignificet. Corſet. *ſingul. pag.*143. *& pag.*183. *verb. Ponimus*, &c.

26 *Credo*, verbum improprietatem importat. Tiraquell. *de legib connubialib. pag.*486. *num.*46.

27 Coniunctæ perſonæ quando poſſit ſolui. Mattheſ. *ſingul* 41. *in additionibus*, Duenn. *regul.* 124. Cotta *in memor. pag.* 165. poſui *in Repertor. indic. quæſt.*57. *num.* 28.

28 Concubina an præſumatur acquiſiuiſſe de bonis amantis, vide Cremen. *ſing.*6.

29 Caſus fortuitus quando veniat appellatione periculi, vide ſuprà *quæſt.*4. *num.*48.

30 Ciuium appellatione quinam veniant. Cremen. *ſingul.* 27. Cotta *in memor. pag.*107. Pariſ. *conſil.*71. *volum.* 1. *& conſil.* 53 *num.* 9. *volum.* 3. Cotta *in memor. pag.*804. vbi an ciuitate donatus veniat appellatione oriundorum, & an veniant ciues origine, qui tamen alibi ſortiuntur domicilium, dixi ſuprà *quæſt.*37. *num.*5. & an veniant ciues ex priuilegio, præſertim in ſtatutis & ſententiis, & an iſti ciues ex priuilegio gaudeaot iiſdem bonoribus, & immunitatibus, quibus gaudent ciues origine, ponit Rolandus *conſil.* 79. *num.* 1. *& ſeqq. vſque ad num.* 20. *volum.* 3.

31 Conſenſus in contractibus an poſſit præſtari per Procuratorem, vide ſuprà *verb. Authoritas, num.*42.

32 *Cautionis* verbum quomodo intelligatur cum fideiuſſore, vel ſine, & generaliter de materia, Iaſon *in l. ſanctimus. C. de verb. ſignificat.* vbi ampliat & limitat. Guid. Pap. *deciſ.*49. Platea *in §. ſed hodie, circa princip. Inſtitut. de ſatiſdat.* latè Firman. *in Repertor. verb. Cautio, el primo, num.* 31. Corſet, *ſingul. pag* 146. *verb. Cautio.* Socin. *reg.*43. Duen. *reg.*86. *&* 328. Diaz *regul.* 510. Villalob. *litera C. num.*29. Cephal. *conſil.* 28. *num.* 57. 64. *&* 65. *volum.* 1. Herculan. *de cantion. de non offenden. pag.* 20. *& cap.*4. *per totum, in diſcurſu*, præſertim *memor.* 3. 7. 10. *&* 13. vbi quid ſit prolatum à lege, vel ab homine, & quid veniat appellatione *cautionis*, ibi videas. De materia vide omninò latè diſputantem Thomam Sanchez *in tract. de matrimon. lib.* 10. *titul. de diuort. diſput.* 18. *quæſt.* 1. per totam ferè, vbi facit plures concluſiones. Vide etiam vltra ſupradictos Duenn. *regul.* 328. vbi quæ dicatur cautio idonea, ſuper quo vide particulariter vltra Duennam & alios ſuprà allegatos, Cott. *in memor. pag* 94. Diaz *reg.*73. Couarr. *variar. reſolut pag.*741. *num.*6. Hercul. *d. cap.*4. *in diſcurſu*, vbi etiam quid ſi ſit dictum, *Cautio idonea, bona, ſufficiens*, & ſimil. Menoch. *de arbitrar quæſtionibus caſ.*142. & particulariter dicas, quòd fideiuſſor, qui non habet ſtabilia, non dicitur idoneus ſecundùm communem opinionem, de qua per Craſſum *in communibus opinionibus lib.* 1. *cap.* 11. *quæſ.* 11. *tom.* 2. Quod quando verum ſit, vide Marſil. *in rubrica de fideiuſſoribus num.*227. *& ſequentibus*, vbi ampliat & limitat, & è contra fideiuſſor, qui babet ſtabilia, dicitur idoneus, vt per Villalob. *in commun. opinionib. litera F. num.*33. Vide aliquid ad materiam fideiuſſoris idonei *in titul. de carcer. quæſt.*33. *num.*79 *& ſequentibus*, & quæ dicatur cautio nuda, vide Turzan. *opin.*165. Hîc tradita conferunt ad eam quæſtionem, ſcilicet fideiuſſorem præſtare promittens, quem poſſit dare fideiuſſorem, de quo particulariter dixi infrà *verſic. Fideiubere promittens, num.*14.

Collectiuum nomen quid ſignificet. Diaz *reg.*95. 33

Communem rem, quando quis ſolus alienare 34
poſſit, videto ſuperiùs *in quæſt.*69.

Conceſſo vno, quando cenſeantur conceſſa om- 35
nia, per quæ deuenitur ad illud vnum; poſui in materia acceſſorij *in Repertor. indic. quæſt.* 83. *num.*43.

Cæterus, a, um, quid ſignificet, Diaz *regul* 651. 36

Caupones quibus aliquid conſignatur, ad quid 37
teneantur. Diaz *regul.* 186. latè de materia Plot. *in l. ſi quando, num.*397. *vſque ad* 416. *C. vnde vi.* Boſſ. & Viui. *in communibus opinionibus cart.* 138. *verb. Valliſia.* Vide ſi aliquid in materia eſt ſcriptum *in Repertor. crimin.* videlicet inter diuerſa, *verſic. Caupones, num.*15. *in fragment.* vbi videas, & ad bæc faciunt tradita infrà, *verſic. Depoſitarius, num.* 1.

Collegium conſeruatur in vno ſolo, *in Repertor.* 38
*indic. quæſt.*38. *num.*13. Corratus *de communibus opinionibus pag* 146. *num.*38.

Conſanguineorum appellatione qui veniant, & 39
de materia, *in Repertor. vltim. volunt. ſub quæſt.*14.

Coniunctorum appellatione quinam veniant, 40
vide *ibidem.*

Conſeruatoribus Sede vacante quomodo trans- 41
ferantr poteſtas Papæ. Nouella *regul.*130.

Clauium traditio quando transferat poſſeſſio- 42
nem, *in Repertor. indic. quæſt.*24. ſiue 39.

Charitas primò incipit à ſeipſo, & à iure con- 43
ceſſum eſt facere, quod ſibi prodeſt, etiam quòd alteri noceat, dummodò non animo nocendi. Aym. *de antiquit. cart.*229. *num.*31. *&* 33. de materia Placha *cap.*23. *pag.*384.

Caſus omiſſus à ſtatuto quando remaneat in 44
diſpoſitione iuris communis. Petraſ. *ſingul.* 97. *n.*9. Pariſ. *in Repertor. conſil. verb. Caſus omiſſus*, vbi latè quando dicatur omiſſus, ſiue expreſſus, & *conſil.*49. *num.* 24. *volum.*1.

Coocubinæ facta donatio quando valeat, *in Re-* 45
*pertor. vltimar. voluntat. verſ. concubina num.*1. vbi poſui.

Cambij literas amittens an poſſit pecunias repe- 46
tere. Cotta *in memor. pag.*82.

Cambia quando ſint licita, & de eorum natura. 47
Roman. *ſingul.* 238. *num.*6. 9. *&* 10. omninò Lup. *de vſur. comment.* 3. §. 1. *num.*43. *& ſequentibus pluribus.* An valeat pactum ſumendi pecunias ad cambium & recambium ob moram debitoris, vide

Peguet.

Peguer. *deciſ.* 33. *numer.* 1. *& pluribus alijs ſequentibus.*

48 Ciuitatis appellatione an veniant ſuburbia. Cotta *in memor. pag.* 107. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 99. *lib.* 1. vbi de materia, *& in caſu* 155. *lib.* 2. vbi infert.

49 *Circa*, dictio quid importet. Bero. *quæſt.* 48. *num.* 5. Tiraquell. *de retract. pag.* 280. *num.* 75. Menoch. *de arbitrar. quæſtionibus caſ.* 46. Quid de teſte deponente per verbum *circa*, vide *in Repertorio de teſtibus pag.* 318. *à tergo in* 28. *oppoſit. num.* 39. Quid de verbis *plus & minus*, ſuprà *quæſt.* 42. Oſaſc. *conſil.* 64. *num.* 35. vbi quòd refertur ad modicam quantitatem.

50 *Conuentio* verbum quid ſignificet, Viui, *in communibus opinibus pag.* 310.

51 Colonos quando cadat à iure, ex eo quòd non ſeruat promiſſa. Cotta *in memor. pag.* 555.

52 Coloous tenetur vendere fructus potius domino, quàm alteri, ſuprà videas *in quæſt.* 2.

53 Colonus partiarius dicitur ſocius. Cephalus *conſil.* 181. *num.* 4 *volum* 1. Menoch. *in* 3. *remed. adipiſcen. poſſeſſ. num.* 87. vbi declarat hoc procedere impropriè, non autem propriè.

54 Coloni materiam vide ſuprà *in verſic. Conductor.*

55 Colonus an poſſit iura quæ habet in fundo conducto, alteri cedere, ſuprà *verſicul. Conductor. n.* 12.

56 Cardinalis ſi fiat aliquis exiſtens Monachus, non per hoc deſinit eſſe ſub regula ſuæ Religionis; licèt benè liberetur ab obedientia ſuorum Prælatorum. Duenn. *regul.* 381. *in* 9. *ampliatione.*

57 Confraternitates, putà diſciplinatorum, & ſimiles, an ſint licitæ, & an æquiparentur piis locis, ita quòd gaudeant eorum priuilegiis, latè diſputat Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 227. *num.* 24. *& ſeqq.* Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.* 25. §. *ſed quid de bonis hoſpitalium, num.* 15. *& ſequentibus, pag.* 175. An in alienatione rerum confraternitatis ſint neceſſariæ Eccleſiaſticæ ſolemnitates, dixi ſuprà *quæſt.* 16. *num.* 25. Imol. *concluſ.* 6. *lib.* 5. *pag.* 920. vbi etiam quid de Collegio ſcholarium. Clarus *in practica quæſt.* 30. *verſic. Sed quid dicendum in oratoriis*, vbi quòd talia fratrum oratoria non gaudent priuilegiis Eccleſiæ. An Trebellianica de relictis confraternitatibus detrahatur, vide *in Repertor. vltimar. voluntat. verſic. Trebellianica num.* 3. Quid in hoſpitali, vide infrà *verſ. Hoſpitale num.* 2.

58 Caſtro conceſſo cum iuribus & pertinentiis, quidnam conceſſum dicatur, Rolandus *conſil.* 98. *num.* 24. *volum.* 5. Cephal. *conſil.* 250. *num.* 15. *& ſequentibus volum.* 2. Roland. *conſil.* 10. *num.* 32. *& ſequentibus volum.* 3. vbi quòd cenſeantur etiam conceſſa molendina, prædia, & aliæ res particulares ſitæ in territorio caſtri conceſſi. Neuizz. *conſil.* 7. vbi an iſtò caſu reuocetur conceſſa iuriſdictio & homagiom. Imol. *concluſ.* 37. *lib.* 5. vbi quidnam veniat appellatione *pertinentiarum*. Cephal. *conſil.* 150. *num.* 54. vbi quòd pertinentiarum appellatione veniunt omnia acceſſoria, & appenditia. An veniant arma & bombardæ in caſtro exiſtentia, & aliæ munitiones, dolia vinaria, vaſa olearia, & alia exiſtentia in caſtro gratia illius tuitionis, & cuſtodiæ, agri & molendina, & alia neceſſaria pro tuitione & munimento dicti caſtri, dic quòd ſic, vt per Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 48. *verſ. Munitiones*, &c. *& alijs ſequentibus, & verſic. Si verò loquamur*, vbi hoc declarat ampliſſimè.

59 Confinium materiam vide *in Repertor. iudic. verb. Confinia.*

Cardinalis bigamus; vide *in Repertor. crim. verſ.* 60
Bigamus, &c.

Correſpectiui contractus qui ſint, vide infrà 61
verſic. Pacta correſpectiua, &c.

Correlatiuorum natura quæ ſit, quando di- 62
ctum in vno ex correlatiuis extendatur ad aliud, & de materia, Marſil. *ſingul.* 389. Cotta *in memor. pag.* 553. Villalob. *litera C. num.* 204. Aymon. *de antiquit. tempor. pag.* 169. *num.* 29. *& ſeqq.* videlicet *in* 4. *part.* §. *videamus modò*, vbi an in pœnalibus valeat argumentum à correlatiuis, & in principio dictæ 4. partis *num.* 71. vbi quid in correctoriis. Argumentum à correlatiuis valet etiam in correctoriis. Cephal. *conſil.* 120. *num.* 7. In pœnalibus an valeat, vide Follerium *de cenſib. fol* 201. *num* 1. De correctoriis, Diaz *regul.* 158. *num.* 640. *& ſequenti.* Villalob. *litera S. num.* 100. *& ſequentibus.* Cephalus *conſil.* 120. *numer.* 7. *volum.* 1. Tiriſæ. *de teſtament. coniug. pag.* 152. *& ſequentibus*, vbi omninò videas. Plot. *in l. ſi quando num.* 189. *pag* 95. *C. vnde vi*, vbi an ſtatutum loquens de emptore habeat locum in venditione, præſertim in pœnalibus. Menoch. *de arbitr. quæſtionibus quæſt.* 11. *num.* 15. *lib.* 1. vbi ponit, quænam ſint correlatiua. Ioan. Baptiſta de Blaſio *in tract. de correlatiuis, tom.* 18. *fol.* 261. *& ſeqq.* Poſui *in frag. verſ. Extenſio.*

Conſigno, ſeu *concedo* verbum, an importet domi- 63
nium, vel poſſeſſionem, & quid? Cephalus *in conſil.* 155. *num.* 8. & aliis ſequentibus, *in volum.* 1.

Contraria duo non poſſunt inſimul eſſe in eo- 64.
dem ſubiecto. Amplia, vt nec in contrarium valeat Principis reſcriptum. Menoch. *in* 5. *remedio retinen. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 516. *& ſeq.* pro regula concordantes addocit, Antonius Gomez *tit. de fideiuſſor. ſub num.* 20. *pag.* 251. *colum.* 3.

Coniunctus quando præſumatur ſcire facta con- 65
iuncti, poſui *in Repertor. iudic. quæſt.* 64. *num.* 24.

Commodatum quid ſit? & in quo differat à pre- 66
cario? Ego dixi infrà *in verſic. Precarij, num.* 26.

Commendatarius, vel ille, qui accepit rem pre- 67
cario, lucratur fructus rei commodatæ. *l. ſi ſeruus.* §. *locati. ff. de furt.* cum aliis per Anton. Gomez *titul. de commodato num.* 3. *in fine.*

Conſentiens actui an & quando ſibi præiudicet, 68
poſſitque contra illum actum venire, ponitur materia per Lamberrengum *de contractibus eorum*, &c. *gloſſ.* 10. *quæſt.* 14. *per totam.* Ioſeph. Ludouic. *in communibus opinionibus concluſ.* 2. & faciunt in ſimili materia ſuperiùs tradita *quæſt.* 10. *num.* 40.

Cautela abundans non nocet. *l. non ſolent*, vbi 69
gloſſa & Doctores. *ff. de regul. iur. l. non ſunt liberi, in fine. ff. de ſtat. homin.* cum aliis per Lamberrengum *de contract. gloſſ.* 11. *num.* 62. Virgil. Boccacius *in conſtitut. March. gloſſ* 3. *num.* 134.

Condictionis indebiti materiam poſui *in Reper* 70
tor. iudic. verſ. Condictio indebiti, inter diuerſa, num. 19. *& ſeqq. & num.* 49.

Cuſtos, ſeu depoſitarius ad quid & quando te- 71
neatur de leui, & leuiſſima culpa, vide ſuprà *verſ. Caupones num.* 37. & quæ ibi allegantur, & infrà *verſ. Depoſitarius*, & quæ ibi allegantur.

Connexorum materiam poſui *in Repertor. iudic.* 72
quæſt. 83.

Citò, dictio quid ſignificet, vide Bermon. *de pu-* 73
blic. concubin. in gloſſ. ſtatim num. 4. *fol. mihi* 172. vbi etiam de dictione *protinus, continuè, immediatè, repentè, ſubitò & ex continenti*, inter *tract. crimin. tom.* 11. *part.* 1. & vide infrà in verb. *Illico*, in verb. *Max*, & in verb. *Statim.*

Concubinæ

74 Concubinæ donatio facta quando valeat, & de materia, dixi *in Repertor. vltimarum. volunt. in fragm. verſ. Concubina, num.* 1. inter diuerſa.

75 Curiales qui dicantur, vide Carauit. cum allegatis per eum *ſuper ritu magna Curiæ* 46. *num.* 17. Duen. *in regul.* 51. *in* 6. *limitatione.*

D.

Debitor.

1 DEbitoris materiam ſupple *in Repertor. indic.*

2 Debitor coactus ſoluere ciuitati, vel tyrãno, an liberetur ab obligatione. Imol. *consil.* 41. *lib.* 3. omninò Menoch. *de arbitr. quaſt. caſ.* 137. *lib.* 2. vbi latè, quando debitor ſoluens fiſco, vel priuato de iuſſu iudicis, vel tyranni, liberetur à creditore; vide ad hanc materiam omninò tradita *in Repertor. indic. verſ. Iudicis authoritas, num.* 17. Gabriel. *concluſ.* 11. *lib.* 3. *in tit. de ſolut. pag. mihi* 324. poſui *in titul. de pœn. temper. quaſt.* 97. in materia, quando iudicis iuſſus excuſet à pœna.

3 Debiti confeſſio quando poſſit à debitore per creditorem extorqueri, vide Cæpoll. *caut.* 9. *per totam.*

4 Debitor quando poſſit vnum pro altero ſuo creditori ſoluere, poſui *in Repert. indic. verſ. Creditor. n.* 8.

5 Debitor quando poſſit ſoluere ante tempus inuito creditore. Socin. *reg.* 77. Duenn. *reg.* 183.

6 Debitor ſpeciei an & quando perempta ſpecie liberatur. Diaz *regul.* 169. Viui. *in communibus opinionibus cart.* 36. *in paruis*, & an debitor generis perempta ſpecie liberetur. Imol. *concluſ.* 8. *pag.* 28. Craſſus *in commun. opin. lib.* 2. *quaſt.* 13 *in* 2. *tom. com. opin.* vbi quòd debitor generis peremptis omnibus ſpeciebus liberatur, ſecùs perempta vna tantùm ſpecie, & an debitor quantitatis liberetur perempta quantitate, vide Duenn. *regul.* 176. Craſſus *vbi ſupra quaſt.* 11. vbi quòd debitor quantitatis ſimpliciter perempta quantitate non liberatur; ſecùs ſi ſit debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, nam perempta ſpecie liberatur etiam à quantitate, & in materia ſcias, quòd debitor re perempta tenetur ad æſtimationem & intereſſe, vt *ibidem* habetur per Craſſum *quaſt.* 14.

7 Debitor an teneatur portare pecuniam ad domum creditoris? Duen. *reg.* 161. Guid. Pap. *conſ.* 106. *num.* 2. *& ſeq* & quid de emphyteota, an teneatur portare penſionem ad domum directi domini, vide Cott. *in memor. pag.* 273. Roland. *conſil.* 87. *num.* 13. *& ſeqq num.* 22. *& ſeqq. volum.* 1. Redoan. *de reb. Eccleſ pag.* 446. *num.* 26.

8 Debitor ſuſcipiens terminum ad ſoluendum, an teneatur ſatiſdare. Poſui *in Repertor. indic. quaſt.* 65. *num.* 1.

9 Debitor qui ſemel ſoluit, & non poteſt probare ſolutionem, quid debeat facere. Poſui *in Repertor. indic. in verſic. Debitor num.* 8.

10 Debitor quando dicatur eſſe non ſoluendo. Poſui *in Repertor. quaſt. indic. in verſic. Cedens, num.* 2.

11 Debitor qui dedit alicui, puta ſuo famulo, rem, ſeu pecuniam creditori portandam, an ſit liberatus, ſi ille famulus aufugerit, & furatus fuerit illam rem, ſeu pecuniam, vide *in conſil. crimin.* 72. *num.* 1. *& ſeq. pag.* 62. Dicas, quòd debitor ſpeciei liberatur, ſi ſpeciem debitam ſuo famulo tradiderit creditori portandam, licèt ille famulus cum ea aufugerit, dummodò talis famulus eſſet fidelis, & non conſuetus talia facere. *l. argentum. ff. commodati.* Amplia id fortiùs procedere, quando debitor ſpeciem debitam famulo creditoris tradidiſſet, cui famulo pariter eius dominus eſſet ſolitus talia committere.

Limita I. prædicta procedere in debitore ſpeciei, ſecus in debitore quantitatis, ſeu generis, qui iſto caſu non liberatur, ſi debitam quantitatem, ſuo vel creditoris famulo tradiderit.

Limita II. id procedere, niſi conuentum eſſet, vt res non daretur niſi certæ perſonæ, quia tunc non excuſatur debitor, etiam quòd rem tradat famulo fideli.

Sed quid ſi ſit conuentum, vt res tradatur ei, qui portabit talia ſigna, & aliquis ex circunſtantibus illud intelligens vadat ad debitorem cum illis ſignis, & debitor ignorante creditore rem tradat; dic quòd excuſatur, & liberatur debitor ſpeciei, ſecus quantitatis, ſeu generis, & quid ſi debitor rem tradat non famulo, ſed alteri bono viro. Hæc & prædicta omnia videas per Antonium Gomez *in titul. de commod. & depoſit. num.* 3. & an famulo literas creditoris portanti poſſit tutè reſtitui res, ita quòd debitor ſit liberatus, vide Marſilium *ſingul.* 430. Dic quòd niſi ſpecialiter ſcribatur rem tradi nuncio literas portanti, non poteſt tutè per debitorem res tradi, & ſi tradatur, & ille nuncius aufugiat, debitor non eſt liberatus. *l. ſi mei cauſa. ff. commodati.* Anton. Gomez *d, tit. de commodat. num.* 3. *in fine.*

12 Debitor regulariter non poteſt ſuo creditori ſoluere vnum pro alio. Poſui *in Repert. indic. verſicul. Creditor, num.* 8. inter diuerſa.

13 Debitor, qui promiſit ſoluere ad creditoris beneplacitum, quando ſoluere teneatur. Poſui *in Repertor. indic. verſ. Debitor. num.* 4.

14 Debitor ſi ſe vocat debitorem alicuius ex vna cauſa, cùm re vera eſſet debitor ex alia, tunc attenditur non cauſa in confeſſione expreſſa, ſed cauſa vera, & originalis ipſius contractus. Caſtren. *in l. ſi filium. ff. ad Macedon.* Faciunt ſuprà tradita *q.* 41. *n.* 4.

15 Debitor ſoluens procuratori falſo quando liberetur per domini ratificationem, & de materia, Menoch. *de arbitr. quaſt. caſu* 32. *lib.* 2. Socin. *in l. eius qui, num.* 3. *&* 4 *ff. ſi cert. petat.* vbi quòd ſoluens procuratori, cuius mandatum ignorat reuocatum eſſe, liberatur; ſecus ſi ſoluat ei, quem putabat habere mandatum, quod non habet. Ad quod faciunt generaliter tradita in materia procuratoris reuocati, *in Repertor. indic. verſ. Procurator. num.* 31.

16 Debitorum plurium in ſolidum obligatorum materiam poſui aliqua ex parte ſuprà *verſ. Creditor. n.* 4. *&* 8. & quando res duobus obligata dicatur in ſolidum obligata, vide inferiùs tradita *in verſic. Hypotheca, num.* 14.

17 Debitor qui ſe fecit debitorem per duas apochas continentes eaſdem, vel diuerſas ſummas, quando illæ ſummæ præſumantur eædem, vel duplicatæ, vide ſuprà *verſ. Apocha. num.* 36.

18 Debitor in quo loco ad ſoluendum cogi poſſit, dixi infrà *verſ. Solutio, num.* 5.

19 Debitor quando poſſit creditorem cogere ad faciendam ſibi generalem quietationem, dixi *in Repertor. indic. verſic. Creditor. n.* 48. inter diuerſa.

20 Debitor quando poſſit alienare, donare, liberare, repudiare & alia facere in præiudicium & fraudem creditorum, & generaliter de tota materia eorum, quæ in fraudem creditorum fiunt, videas per Virgil. Boccac. *in conſtit. March. gloſſ.* 9 *n.* 5. *& ſeqq. vſque ad n.* 42. Sed particulariter quando alienatio dicatur facta in fraudem fiſci, poſui *in Repert. crimin. quaſt.* 7.

4 Doctoris priuilegia in quo Doctore habeant locum. Æmilian. *conſ. 14. num. 7. & ſeq.* Roland. *conſ. 66. num. 36. & ſeqq. volum. 1.* Menoch. *d. caſ. 379.* vbi quòd extenditur etiam ad Doctores non profitentes, puta Aduocatos, & patronos, de quo dixi etiam *in tit. de carcer. quæſt. 27. num. 83.*

5 Doctor & miles in quibus æquiparentur. Æmilian. *conſil. 14. num. 6.* Placha *in Epit. delict. c. 8. n. 20.*

6 Doctor quando poſſit expellere fabrum malleantem prope domum ſuam, Suarez *in communib. opinionib. litera F. num. 2.* vbi quòd poteſt expelli à quocunque literarum ſtudioſo, *& num. 1.* vbi quòd poteſt expelli propter vicini ægrotantis ſalutem. Duen. *regul. 289.* vbi generaliter in quocunque alio. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 237.* vbi pariter de Doctore ſcholari, & aliis huiuſcemodi perſonis.

7 Doctoratus expenſæ quando veniant conferendæ, vel imputandæ in legitimam, vide infrà *verſic. Libros, &c. num...*

8 Doctor an in integrum reſtituatur, poſui *in Repertor. iudic. in verſio. Reſtitutio.*

Donatio.

1 Donatio rei cuius non habetur commercium quando valeat. Roman. *ſingul. 750. & ſeqq.*

2 Donatio perfecta quæ dicatur. Corſer. *ſingul. pag. mihi 153. l. perfecta donatio,* & *ibi* Doct. *C. de donat. quæ ſub mod.*

3 Donatio facta Eccleſiæ quibus caſibus non valeat. Mattheſ. *ſingul. 169.*

4 Donans an & quando ali debeat à donatario. Clarus *in § Donatio, quæſt. 21. verſ. quid ergo,* &c. & an donans Eccleſiæ debeat ali ab Eccleſia. Crem. *ſing. 1.* & in quam pœnam incidat donatarius non præſtando alimenta donanti, vide Couarr. *variar. reſolut. pag. 129. num. 4. & 6.* vbi etiam quòd Eccleſia donataria debet alere donantem. Dic quòd donatarius denegans donanti, qui ad inopiam peruenit, alimenta, priuatur donatione. Antonius Gomez *tit. de donat. num. 14.*

5 Donatio quando cenſeatur facta animo compenſandi. Petral. *in ſingul 56.* & quid de donatione facta filio, an cenſeatur compenſata in legitimam, poſui hoc particulare ſuprà *quæſt. 39. num. 5.* Dic quòd donatio facta à debitore etiam neceſſaria non cenſetur facta animo compenſandi, ſecundùm Socinum *conſil. 92 num. 20. volum. 1.* refert & ſequitur Sebaſt. Med. *de compenſat. part. 1. quæſt. 31. num. 3.* Aymon. *conſil 201.*

6 Donatio quando reuocetur per ſuſceptionem liberorum. Diaz *regul. 213.* Viui. *in communib. opinion. lib. 1. cart 45. in paruis.* Imol. *concluſ. 35. lib. 1.* Couarr. *variar. reſolut. pag 332. num. 1. & ſeqq.* vbi particulariter quid de donatione facta per patrem filio, an reuocetur per ſuſceptionem aliorum filiorum. Cephal. *conſil. 94 num. 1. & ſeqq. & num. 20. volum. 1.* vbi quid de donatione remuneratoria ob cauſam, dic quòd non. Ioſeph. Ludouic. *in commun. opin. concluſ. 6. illat. 122. verſic. Dictaque donatio.* Roland. *conſil. 13. num. 31. volum. 3.* & quid de donatione facta de bonis futuris, ibi videas, vbi etiam *num. 5. & ſeqq. num 22. & ſeqq.* ponit an poſſit renunciari remedio *l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. & num. 12.* vbi quid in donatione iurata. Placha *c. 11. pag. 173. & ſeqq.* vbi reuocata hac donatione à quo tempore ſint reſtituendi fructus. Quid ſi pater habebat alios filios ante donationem factam, vide *deciſ. Pedemont. 122. num. 6. & pag. 496. num. 26.* & quid in donatione cauſa mortis, dic quòd non reuocatur per ſuſceptionem aliorum filiorum, ſecundùm magis communem, de qua *in deciſ. Pedemont. 120* & an reuocetur donatio per legitimationem factam ex reſcripto Principis, vide *in deciſ. Pedemont. 121.* & quando donatio reuocatur per *l. ſi vnquam,* & an reuocetur in totum, vel in parte, *deciſ. Pedemont. pag. 492. num. 12. & ſeq. & pag. 496. num. 16. & ſeq.* Ad materiam aliqua notanda videas per Antonium Gomez *tit. de donat. num. 11. & 12.*

7 Donatio facta tutori, vel curatori quando valeat, Duen. *reg. 31.* faciunt tradita *in Repertor. vltim. volunt. verſ. Tutoris contractus, num. 14.*

8 Donare quando poſſit tutor res pupilli. *in Repert. vltim. voluntat. in verſ. Tutor. num. 19.*

9 Donatio facta concubinæ quando valeat, poſui *in Repert. vltim. volum. verſ. Concubina,* &c. *num. 1.*

10 Donatio quando & ex qua cauſa reuocari poſſit per hæredem donantis. Cotta *in memor pag. 236.*

11 Donatio ſub conditione an fieri poſſit. Viui. *in communibus opinionibus cart. 50. à tergo,* vide infrà *num. 18.*

12 Donanti adhibetur eadem reuerentia, ac parentibus. Roland. *conſil. 37. num. 8. & ſeqq. Credo ſit, in 2. volum.*

13 Donatio an ſit contractus, & de materia, latè Tiraquell. *de legib. connubialib. pag. 432. num. 43. & plurib. ſeqq.* Clar. *in §. Donatio, quæſt. 1.* Sarmient. *ſelect. interpretat. lib. 3. cap. 3. num. 6.* dic quòd eſt contractus, & nominatus. Lambertengus *de contractibus gloſſ. 23. num. 12.* vbi de communi.

14 Donationis appellatione an veniat donatio tacita & præſumpta. Tiraq. *de legib. connub. pag. 435. num. 57. & ſeqq.*

15 Donans regulariter non tenetur in plus, quàm facere poteſt. Diaz *regul. 211.* Viui. *in communibus opin. cart. 50.* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. 334. num. 123. & ſeq.* vbi etiam quid de donante ob cauſam. Roland. *conſil. 5. n. 16. volum. 1.* vbi de donante ob remunerationem. Decius *de regul. iur.* Monticell. *de inuent. pag. 18. & ſeq. n. 26.* faciunt generaliter tradita *in Repertor. iudic. §. Debitores, num. 22.*

16 Donatio inter viuos non reuocatur pœnitentia. *l. perfecta donatio. C. de donationibus quæ ſub modo. l. 2. C. de reuocand. donat.* Roland. *conſil 8. n. 17. & 18. vol. 1.* Clar. *in §. Donatio, quæſt. 1. verſ. & ex hoc,* &c.

17 Donatio an probetur per duos teſtes, *in Repertor. indic. verſ. Donatio, num. 14.* inter diuerſa.

18 Donatio conditionalis, } an ſit propriè dona-
19 Donatio reciproca, } tio. Clarus *in §. Donatio, quæſt. 2.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ pag. 252. num...* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. 329. num. 112.* vbi de donatione reciproca.

20 Donatio ob cauſam, & remuneratoria, an ſit propriè donatio. Poſui ſuprà *quæſt. 38. num. 13.*

21 Donatio inofficioſa quando dicatur, & reuocari poſſit. Clarus *in §. Donatio, quæſt. 24.* Donatio dicitur inofficioſa, quando quis habens filios fecit donationem extraneo, quæ tangit dictorum filiorum legitimam. Anton. Gomez *tit. de donat. num. 13.* vbi etiam quando poſſit reuocari.

22 Donatio inter viuos nulla, quando valeat in vim donationis cauſa mortis. Cephal. *conſil. 44. num. 10. & ſeqq. 26. & ſeqq. volum. 1.* Roland. *conſil. 65. n. 13. & ſeq. volum. 1.*

23 Donatio propter nuptias, an habeat priuilegium prælationis. Couarru. *variar. reſolut. pag. 116. num. 1. verſ. Eodem,* &c. vide aliquid *in ſeq. verſic.*

24 Donatio propter nuptias, & dos, à pari non pro-

cedunt, nec valet argumentum de vno ad aliud. Natt. *conſ.571. n.6. & ſeqq. volum. 3.* faciunt infrà tradita, *verſic. Dotis augumentum habeo*, &c. *num...*

25 Donatio propter nuptias, an ſit neceſſariò conſtituenda per virum, Menoch. *de recup. poſſeſſ. pag.253. num.165.* & pluribus aliis ſequentibus

26 Donatio morte confirmata an & quando retrotrahatur ad tempus donatoris vitæ. Rolandus *conſil.11. num.36. & ſeq. volum.2.*

27 Donatio inter viuos an morte donatarij pereat, vel tranſeat ad hæredes. Rolandus *conſil.77. num.1. & ſeqq. vſque ad num.26. volum.1.*

28 Donatio facta ad impediendam vltimæ voluntatis reuocationem non valet. Cephalus *conſil.44. num.17. volum.1.*

29 Donatio quando dicatur facta in fraudem creditorum, vide ſuprà *verſ. Alienatio, n.38.* inter diuerſa.

30 Donatio an reſoluatur, ſi donatarius non adimplet promiſſa, ſuprà videas *in quæſt.3. n.4.*

31 Donatio quando reuocetur ob vitium ingratitudinis. Roman. *ſingul.520.* Rip. *in l. final. C. de reuocan. donat.* Pariſ. *conſil.1. n.137. & ſeqq. volum.1. & conſ.26. n.76. & ſeq. volum.2.* Viui. *in communibus opinion. pag. mihi 47. in paruis.* Clar. *in §. Donatio, quæſt.21. per totam*, vbi latè. Dic quòd donatio regulariter reuocatur propter ingratitudinem, in tantum vt pactum & renunciatio in contrarium non valet, vt per Anton. Gomez *tit. de donat. num.14. & n.21. verſ. ſecundò infero*, vbi quòd donatarius tenetur etiam reſtituere fructus perceptos, vide Couarr. *variar. reſol. pag.198. num.8.* vbi quomodo reuocetur propter iniuriam illatam donatori. Roland. *conſil.76. num.14. & ſeqq. volum.2.* vbi quòd donatio remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem, & idem tradit Clarus *d. quæſt.21. verſic. ſed quæro*, &c. & Ioſeph. Ludouic. *in communibus opinionibus lib.1. concluſ.16. illatione 122. verſ. Neque etiam reuocatur* Roland. *conſ.13. num.24. & 61. volum.3.* licèt ibi *num.10.* aliqui relati contrarium dixerint. Nota quòd cauſæ ingratitudinis ſunt quinque, quas enumerat Anton. Gomez *tit. de donat. n.14.* vbi etiam quòd non per hoc cenſentur excluſæ aliæ ſimiles, inter quas etiam eſt ea, quando donatarius denegat donanti, qui ad inopiam peruenit, alimenta, de quo dixi ſuprà *num.4.* de probatione ingratitudinis, vide Virgilium Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.9. num.53.* vbi quòd ratio probatur coniecturis, nec in ea defertur iuramentum in ſupplementum, & quid de donatione ob cauſam? Dic pariter quòd non reuocatur, vt per Tiraquellum *de reuocan. donat. pag. mihi 333. in paruis num.123. & pag.355. num.157.* vbi quòd donatio facta alicui de eadem re, quam ille priùs donanti donauerat, non reuocatur ob ingratitudinem. Roland. *conſil.81. num.18. volum.3.* vbi quòd ius reuocandi donationem propter ingratitudinem non tranſit ad hæredes, & idem tradit Moton. *de fide, tregua & pace*, &c. *pag.34. num.1. & pag.35. num.1. & ſequentibus*, vbi declarat. Dic quod mortuo donante, vel donatario, donatio non poteſt reuocari ob ingratitudinem. Intellige quando donans in vita habuit notitiam dictæ ingratitudinis, ſecùs ſi ignorauit. Antonius Gomez *titul. de donat. num.16.* vbi de communi, de qua etiam vide vide declarantem Redoanum *de reb. Eccleſ. pag.532. n.2. & 10.*

32 Donatio quando inducatur per verba iactatoria? Vel meliùs ſic, verba iactatoria, adulatoria, generalia, vel aliàs prolata per modum liberalitatis, an & quando obligent, latè Pariſ. *conſil.89. num.1. & ſeqq. vſque ad num.28.* vbi exemplificat *lib.3.* Iaſon *in l.1. §. ſi quis ita, num.11. & ibi* Ripa *num.41. ff. de verb. obligat.* Natta *conſil.245. num.4. lib.2.* Franc. Marc. *deciſ.543.* Firma. *in Repertor. verb. Verba contrahentium, num.36.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.9. in 7. ampliatione.* Si quis interrogatus, an velit interroganti dare aliquam rem, reſponderit, non ſolùm iſtam rem, ſed omnia tibi dabo, promiſſio non valet, vt per Anton. Gomez *tit. de donat. ſub num.5.*

Donans quas conditiones, & quos modos poſſit 33
in donatione adiicere, & quando poſſit eos, ſeu eas reuocare etiam in præiudicium tertij, latè Couarr. *variar. reſolut. pag.225. n.1. & omnibus ſequentib.* Duen. *regul.216.* Imol. *concluſ.36. lib.5.* Clarus *in §. Donatio quæſt.13. in principio, & verſic. Secundus eſt articulus, & verſic. ſequenti.* Marzar. *de fideicom. quæſt.2.* vbi quòd donationi adiectum fideicommiſſum valet & tenet. In contractibus enim etiam ſubſtitutiones fieri poſſunt. Roland. *conſil.58. num.1. vol.3.* & idem *in deciſ. Pedemont.85. per totam*, vbi reſpondet contrariis. Anton. Gomez *titul. de donationibus, num.18. verſ.6. infero*, vbi idem in donatione cauſa mortis, *& verſ.7. infero*, vbi quid ſi adiiciatur conditio impoſſibilis.

Donatio an & quando fieri poſſit pacto nudo, 34
olim requirebatur ſtipulatio, hodie ſufficit pactum nudum; iura adducit Antonius Gomez *titul. de donat. num.1.* Duenn. *reg.19.* Viui. *in communib. opin. pag.5. verb. l. ſi quis*, &c. *in paruis.* Tiraquell. *de legib. connubial. pag.435. num.58.* vbi loquitur de donatione tacita, vel præſumpta, de qua videas etiam eumdem Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.338. num.128. & pag.349. num.139.* & Clar. *in §. Donatio quæſt.14.* Quid autem de donatione cauſa mortis, vide Anton. Gomez *tit. de donationibus num.16. verſic. Secundò infero*, vbi quòd hodie fieri poteſt pacto nudo. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.440. num.81.* Clar. *d. quæſt.14:* vbi etiam de donatione remuneratoria. Item quid de pacto de donando, & vtrùm valeat donatio facta præſenti, & tacenti, hæc omnia ibi videas.

Donatio nihil aliud eſt, quàm ius perdere, dixi 35
ſuperiùs *in quæſt.65. num.15.*

Donatio inualida confirmatur morte donantis. 36
Simon de Prætis *conſil.144. num.36. lib.1.*

Donatio quando dicatur facta in fraudem credi- 37
torum, & ſimulata, ſuprà *verſ. Alienatio n.38. & 49.*

Donatio facta Clerico quando valeat, dixi ſuprà, 38
verſic. Ceſſio quibus fieri poſſit, num.4.

Dos.

Dotis materiam ſupple *in Repertor. indic. verſ. Dos*, 1
inter diuerſa.

Dotis appellatione an veniat dos ſpiritualis. Fer- 2
rat. *caut.9. num.4. & ſeqq. & num.2. & ſeq.* vbi an matrimonij appellatione veniat matrimonium ſpirituale, & faciunt infrà tradita *verſ. Filius ſpiritualis, num.9.* & ponas hîc.

Dos poſt mortem mariti quanto tempore debeat 3
vxori reſtitui, poſui ſuprà *quæſt.34.*

Dos ſecundò nubenti qualis à patre conſtitui de- 4
bet. Roman. *ſingul.790.* Nouell. *regul.139.* vbi quòd pater tenetur dare ſecundò nubenti eandem dotem, quam dedit primò.

Dos quando poſſit à marito vxori ſuæ conſtitui. 5
Socin. *reg.156.*

Dos filiæ conceſſa excedens legitimam quando 6
poſſit reuocari & dominium. *Diaz regul.215.*

Dotalium

7 Dotalium rerum dominium quomodo tranſeat in vxorem. Duen. *reg.*212.

8 Dos an & quando ſuccedat loco legitimæ. Boſſ. *in titul. de bon.public.num.*1.Cephal.*conſ.*56.*n.*15.*vol.*1. Faciunt tradita *in Reper.vltim.volum.verſic. legatum dotis,num.*2.Menoch.*de arbitr.quæſt.pag.mihi* 178.*n.*10. Idem Cephal.*conſil.*145.*num.*1. *&* 22. Tiraquell. *de reuocan.donat. verb. ſuſceperit liberos,num.*39. *& ſeqq.* Dicas, quòd non ſuccedit loco legitimæ. Cardinal. Albanus *conſ.*38 *n.*5. vbi de communi. Quod intelligas procedere,ſi ſtatutum ſimpliciter excludit fœminam,ſed poſtea mandat eam dotari. Vnde ſecus ſi excludat fœminam non ſimpliciter, ſed quatenus dotata, vt *ibidem num.*3. Hier. Gabr. *conſil.*11.*n.*1. *& ſeqq. lib.*1.

2 Pater eſt legitimus adminiſtrator in bonis filij. Item & auus paternus; ſed an iſti poſſint tranſigere, alienare, ſeu quomodolibet filiis & nepotibus præiudicare, & de materia Cephalus *conſil.24. num.22. & ſeqq.* Villalob. *lit. P. num 49.* vbi quòd poteſt alienare bona mobilia ſine iudicis decreto. Couarruuias *variar. reſolut. pag. mihi 145. num.5. & ſequentibus*, vbi de alienatione bonorum aduentitiorum, de qua etiam per Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.516. num.74 & pag 431. num.40.* vbi quòd ſine iudicis decreto poteſt etiam alienare immobilia, de quo videas per Cottam *in memoralib. pag. 296.* Menoch. *de arbitr. quæſtionib. caſu 171. num.54. & ſequen.* Adde in materia Hieronymum de Monte *quæſt.27. num.12.* vbi quòd pater poteſt filium obligare, & in contrahendo illi præiudicare. Sed vide Villalob. *litera P. num 33. & ſequentib.* vbi quòd pater ex ſua ſtipulatione non poteſt tollere ius quæſitum filio. Quoad primum punctum de tranſactione, vide Puteum *deciſ.22. lib.2.* vbi quòd pater poteſt tranſigere, & paciſci pro filio in iis, in quibus ipſi acquiritur vſusfructus, præſertim cum promiſſione de rato, quo caſu etiam ante ſequutam ratificationem contractus eſt perfectus, nec in eo habet locum pœnitentia. Quoad aliud dictum, quòd videlicet pater ſine iudicis decreto poteſt etiam alienare immobilia filij; ſic diſtinguas, quòd ſi filius eſt emancipatus, pater eius tutor, vel curator non poteſt alienare ſine decreto. Simoncellus *de decreto lib.3. tit.8. num.1.* Si verò filius non eſt emancipatus, & pater legitimus adminiſtrator alienat ſine cauſa neceſſitatis, & hoc nullo modo poteſt, *ibidem num.2. 3. & 4.* vbi ampliùs quòd iſto caſu neceſſitas non præſumitur, ideò probanda per emptorem. Si verò alienat ex cauſa neceſſitatis, tunc decretum non requiritur, vt *ibidem num.5. & ſequentib.* vbi *num.9.* de magis communi teſtatur, licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint, latè ibi diſputat quæſtionem. Quod fallit quando pater alienaret bona per teſtatorem prohibita alienari, quia ſine decreto etiam ex cauſa neceſſitatis non poteſt illa alienare, ibi *num.15.* De hac materia vide etiam ſuprà *in quæſt.14. num.48.* An autem patri ſolutio facta per debitorem filij debitorem liberet, vide *in ſequen. verſic. num.3.* & an iſta adminiſtratio poſſit per matrem in bonis maternis patri auferri, & alienari, dixi *in Repertor. vltim. voluntat. verſic. Mater tutrix, num.3.* vbi tradita ponas hîc, & quæ bona poſſit filius ex ſe ſine patre adminiſtrare, poſui ſuprà *verſic. Filius, num.8.* & ibi tradita ponas hîc. Et ſi filius conſenſerit patri alienanti bona aduentitia, & iurauerit non contrauenire, valet alienatio, nec filius poteſt ampliùs eam retractare. Simoncell. *de decreto lib.3. tit.8. num 148.*

3 Patri ſolutio facta per debitorem filij liberat debitorem, quando pater erat legitimus adminiſtrator bonorum filij, aliter ſecùs. Natta *conſil.143. num.1. & ſequentibus, volum.3.* Item liberat debitorem, ſi appareat de reali numeratione, ſecùs ſi de ſimplici confeſſione de recepto, *ibidem num.4. & ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria, *& num.20.* vbi ſublimitat, niſi talis confeſſio de recepto eſſet aliis coniecturis ſuffulta. Faciunt ſuprà tradita in antecedente *num.2.* & in ſimili tradita de confeſſione tutoris *in Repertor. vltimarum voluntatum, verſic. Tutoris confeſſio, num.42.* & de confeſſione Procuratoris *in Repertor. iudic. quæſt.26. num.11.* & de confeſſione Prælati, *dicta quæſt.26. num.21. & ſequentib.* Granut. *theorem.7. num.1.* vbi videas.

4 Patris conſilium optimum pro filio, quia magis diligit filium, quàm ſeipſum. Cephal. *conſil.94. n.13. volum.1.* De materia Placb. *cap.22. pag.348. & ſeqq. num.10. & pag.361. & ſeqq.* Zunt. *in conſil. pro vxore num.439. & ſeqq.* vbi quòd nullus amor vincit paternum. Ad hæc Simoncell. *de decreto lib.3. tit.8. num.10. deciſ. Pedemont.178. num.6. & ſeqq.*

5 Pater an teneatur dotare filiam, & de materia, ſuprà *quæſt.46.*

6 Pater quando poſſit cogi ſe obligare pro reſtitutione dotis datæ ſuo filio, dixi ſuprà *verſic. Dos, num.14.*

7 Patris & filij ſimul dotem recipientium, vel recepiſſe confitentium materia, ſuprà *verſic. Dos, num.14.*

8 Pater quos contractus poſſit cum filio facere, ſuprà *verb. Filius, num.4.*

9 Pater recipiens dotem pro filio, ſi eidem filio illam reſtituat de conſenſu nurus, an cenſeatur liberatus, ſuprà *verſic. Dos, num.14.* vbi videas.

10 Pater emens nomine filiorum, an faciat rem emptam ſuam, vel filiorum, ſuprà *verſic. Emens, num.5.*

11 Pater tranſiens ad ſecunda vota, quid teneatur ſeruare filiis primi matrimonij, poſui *in Repertor. vltimar. voluntat. verſ. Mater, num.4. & 6.*

12 Pater in bonis aduentitiis filij quando habeat vſumfructum. Nouell. *reg.155.* Regula eſt, quòd ſic. Tamen fallit in hæreditate alterius filij mortui, in qua ſuccedunt æqualiter pater & filius. Roland. *conſil.45. num.245. & ſeqq. volum.1.* vide *in Repertor. vltimar. voluntat. verſic. Dos, num.3. & verſic. Mater, num.1.* & ibi tradita ponas hîc, vide Afflict. *deciſ.393. num.1.* Boët. *deciſ.61.* qui etiam ponunt, an pater poſſit alienare bona aduentitia filij, de quo etiam per Franc. Marc. *deciſ.604. part.1.* idem Ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſ.13. lib.1.*

13 Pater & ſocer an teneantur reddere dotem filio, & eius vxori nolentibus cum illis habitare, dixi ſuprà *verſ. Dos, num.14.*

14 Pater an teneatur dare filiæ ſecundò nubenti eamdem dotem, quam dedit primo viro, ſuprà *verſ. Dos, num.4.*

15 Patres ſunt honorandi à filiis, & iis filij obedire tenentur, & de materia *in Repertor. criminal. verſic. Pater, num.14.*

Pignus.

1 Pignus quanto tempore præſcribatur. Mynſing. *obſeruat.4. centur.4.* Cephal. *conſil.102. per totum, vol.1.* vbi quòd nunquam præſcribitur facultas redimendi pignus.

2 Pignus exiſtens penes creditorem, ſi perdatur, cuius damno cedat? & quomodo probetur hæc pignoris

rit amiſſio. Papien. *in form. lit. conteſt. in actione hypotheca. gloſſ. cedente*, &c. *num.* 6. *& ſeqq. & pag.* 189. *col.* 4.

3 Pignus non datur, vbi non eſt ſpes luitionis. Villalob. *in communibus opinionibus litera P. num.* 83. vide infrà *num.* 9.

4 Pignus vendens quando de euictione pignoris teneatur, dixi ſuprà *quaeſt.* 6. *num.* 88.

5 Pignore vendito, ex quo non fuit extracta ſumma debita, quando debitor teneatur creditori reſiduum ſoluere. Duenn. *regul.* 165. vbi videas.

6 Pignus quando poſſit liberari à ſecundo creditore offerendo debitum primo creditori illud habenti, dixi *in Repert. iudic. quaeſt.* 93.

7 Pignoris fructus cuius ſint, Socin. *reg.* 3. Cephal. *conſil.* 103. *num.* 24. *volum.* 1. Regulariter vſura eſt fructus ex pignore percipere, & percepti in ſortem computantur, *cap.* 1. *& cap. conqueſtus, de vſur.*

Fallit primò, quando percipiuntur ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, quia creditor etiam ex pacto poteſt ex pignore ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis fructus percipere, vt per Couarr. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. *ante verſic. Quamobrem*, &c. *& in verſic.* 2. *conſtat*, &c.

Fallit ſecundò, fauore dotis, de qua fallentia dixi ſuprà *quaeſt.* 34 *num.* 30.

Fallit tertiò, quando ex pacto ſic percipiuntur. Sed an hæc fallentia ſit vera, ſaltim de iure Canonico, & alia ad materiam, videas per Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 78. *per totam.*

8 Pignus æquè idoneum poteſt inuito creditore ſubrogari. Cremen. *ſingul.* 55. vide Pinell. *in l.* 2. *num* 10. *& ſeqq. pag.* 101. *C. de reſcind. vendit*, & quæ in ſimili de fideiuſſore dixi ſuprà *verſic. Fideiuſſorem certum*, *num.* 25.

9 Pignus quibus verbis contrahatur. Roman. *ſingul.* 631. vide ſuprà *num.* 3.

10 Pignus pro alio debito retineri poteſt. Rom. *ſing.* 108.

11 Pignus quando per creditorem vendi poſſit. Cæpoll. *caut.* 202. Duenn. *regul.* 166. Villalob. *litera P. num.* 84. De purgando moram, antequam pignus vendatur, vide Neguſant. *de pignoribus*, &c. & Couarr. *variar. reſolut. pag.* 727. *verſ.* 2. *infertur*. Faciunt tradita *in Repertor. crimin. quaeſt.* 5. *num.* 21. & ſi pignus ſit minoris, an poſſit per creditorem vendi ſine iudicis decreto, dixi ſuprà *quaeſt.* 14. *n.* 70.

12 Pignus ſi datur creditori mutuanti pecuniam, ea conditione, vt pro mutuata pecunia venditum cenſeatur, ſi debitor infra tempus illud non reluerit, an valeat tale pactum, vide ſuprà *verſic. Pactum leg. commiſſoria*, *num.* 7.

Princeps.

1 Princeps inferior, ſeu dominus caſtrorum, an in ſuis caſtris & dominio poſſit facere ſicut ſupremus Princeps in ſuis, vide Boſſ. *in tit. de crimin. laſ. maieſt. num.* 56. *& ſeq.* Cotta *in memoralib. pag.* 571. & quis dicatur Princeps inferior non recognoſcens ſuperiorem, vide Imol. *concluſ.* 15. *lib.* 5. *pag.* 948. *verſ. quod intellige*, &c. Cephal. *conſil.* 58. *num.* 65. *& ſeqq. vol.* 1. & aduerte primò quod illud quod dici ſolet, quòd Princeps inferior in ſuis caſtris reputatur pro Principe ſuperiore, & quòd poteſt omnia in iis facere, quæ ſuperior in ſuis, debet duobus modis limitari, nedum quando eſt eis conceſſum merum & mixtum imperium, & omnimoda iuriſdictio, ſed etiam quando eſt conceſſa perpetua adminiſtratio illius loci, aliàs ſecus. Secundò illud procedit in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus habentibus dictam perpetuam adminiſtrationem, ſecus in aliis dominis caſtris inferioribus. Hæc tradit Roland. *conſil.* 4. *num.* 39. *& ſeqq. volum.* 3. *& conſil.* 1. *num.* 49. *& ſequentibus, eodem volum.* vbi quòd Principes inferiores de feudo perpetuo inueſtiti habent in ſuis terris eamdem iuriſdictionem, quam Imperator in ſuis, & vide in propoſito tradita *in Repert. crimin. quaeſt.* 10. *num.* 45. *& ſequentibus*, repetita in titulo, *de crimine laeſa maieſtatis*, in ea quæſtione, an & quando crimen illud committebatur contra Duces, Marchiones, Comites, &c. *Deciſ. Pedemont.* 139. *num.* 5. 15. *& ſequentibus*, *& deciſ.* 154. *num.* 1. Vbi quòd Dux Sabaudiæ, Mediolani, & Mantuæ dicuntur ea poſſe in ſuis locis, quæ poteſt Imperator in ſuis, vide omninò ad hæc Pettam *in tract. de poteſt. Princip. cap* 3. *quaeſ.* 4. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi generaliter, & particulariter, *& num.* 56. *& ſeqq. vſque ad num* 71. *& cap.* 21. *num* 15. *& ſequentibus, vſque ad num.* 19. 37. *& ſeqq.* Laderch. Imolen. *conſ.* 71. *per totum.*

Principis perſona ſemper cenſetur exceptuata. Cephal. *conſil.* 97. *num.* 11. *volum* 1.

Princeps quam habeat poteſtatem ſuper iure po- 3
ſitiuo, municipali, vel conſuetudinario, Aymon. *de antiquit. temp. cart.* 8. *num.* 38. *& ſeqq. vſque ad num.* 88. Sarmient. *ſelect. interpretat. cap.* 8. *num.* 15. *in fine lib.* 1. vbi quòd Princeps peccat, quando ſine cauſa derogat iuri poſitiuo, & quid de iure diuino, vide ſuprà, *verſic. Ius diuinum*, *num.* 15. inter diuerſa.

Princeps eſt ſolutus legibus iudiciariis, ſed non 4
lege naturali, puta ſuper citatione. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 109. *num.* 57. *& ſeq.* Hæc concluſio quomodo intelligatur, videas per Andr. Fachin. *controuerſ. iuris lib.* 1. *cap.* 2. Sed tamen Princeps legibus viuere vult. Cephal. *conſil.* 97. *num.* 33. *volum.* 1. Adde Lambert. *de contractib. gloſſ fin. n.* 97. 98. *&* 99. vbi quòd Princeps eſt ſolutus legibus de neceſſitate, quia non poteſt cogi eas ſeruare, ſed non de honeſtate; & idem in ſtatutis, quæ ſiue ſint condita à populo, ſeu ab ipſo Principe, Principem non ligant de neceſſitate, maximè ſi ſint ſtatuta reſpicientia ſolemnitates; ſed benè huiuſmodi ſtatuta ligant ipſum Principem de honeſtate.

Princeps quando habeat præſumptionem pro ſe. 5
Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 109. *num.* 59. *& ſequentibus.*

Principis beneficia latiſſimè interpretanda. *l. ſi* 6
quando. C. de bon. vacan. lib. 10. *l. final. ff de conſtitut. Princip. cap. cùm dilecti de donat. in fin. cap. olim. de verb. ſignificat.* Marſil. *ſingul.* 485. Roland. *conſil.* 50. *num.* 41. *& ſeqq. volum.* 3. vbi infert. Limita vbi agitur de præiudicio tertij, quia tunc ſtrictè interpretantur. Roland. *conſil.* 80. *num.* 46. *volum.* 3. De materia omninò Capra *concluſ.* 102. *per totam*, vbi ampliat & limitat pluribus modis, & ſuprà *verſic. Priuilegium*, *num.* 10.

Principis aſſertioni, puta Regis, Imperatoris, 7
Papæ, Ducis, ſeu alterius, non recognoſcentis ſuperiorem, an & quando credatur, vide infrà *n.* 87. inter diuerſa, & Gabriel. *concluſ.* 2. *tit. de probat.* Poſiri *in titul. de oppoſit. cont. teſtes. quaeſt.* 63. *num.*.. *& ſeqq.* Aymon. *de antiquit. temp. in eius Repertor. verſic. Principis*, &c. *in* 1. *part. ſect. Propoſitum noſtrum*, *num.* 1. *vſque ad num.* 8. vbi quòd *Clement.* 1. *de probat.* volens plenè credi aſſertioni Principis ſuper facto proprio in iis, quæ dependent ab eius

poteſtate, & noo tangunt tertij præiudicium, vt infrà dicam, procedit non ſolùm in aſſertione Papæ, ſed etiam cuiuſlibet alterius Principis laici, etiam tecognoſceotis ſuperiotem, hóc eſt verum; ſed aſſertio Principis inferioris recipit probationem in contrarium, quam tamen oon recipit aſſertio Principis non recognoſcentis ſuperiotem (vt infrà dicam) vt puta Impetatoris & Regis, qui ſoperiotem non tecognoſcunt. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 10. *&* 11. vbi etiam idem de Delphino Franciæ, & Duce Mediolani, licèt non niſi in Papa aliqui ibi per eum relati coottarium dixerint, & ſic relatis hinc inde contrariis concordat Maſcardus *in d. concluſ.* 139. *num.* 11. *verſic. Limita primam, & num.* 12. Ad hanc materiam vide etiam Imól. *conclnſ.* 27. *pag.* 83. *& ſeqq.* vbi præſertim loquitur de Papa. Clar. *in pract. quæſt.* 53. *verſic. Sed quid ſi aliquis*, vbi loquitur in criminalibus. Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 144. *&* 145. vbi quòd aſſertioni Papæ, quam fecit propter narrationem partis, non ſtatur, quando præſertim agitur de tertij præiudicio; & idem Maſcard. *conclnſ.* 139. *num.* 20. vbi & hoc limitat, quando oarratio partis reſpiceret factum Ptincipis, & idem Brunor. *loco ſuprà citato*, tenet, quòd aſſertio Papæ non probat delicta, ex quibus eius fiſcus commodum ſentit, & ideo non ſtatut eius aſſertioni, quòd ſibi conſter de delicto, quando ex eo aliquis venit feudo, vel bonis ſuis priuandus, vt ibi per eum, & an verbis narratiuis, ſeo enunciatiuis Principis credatur, dixi ſuprà *quæſt.* 63. *num.* 13. vbi videntur ponenda iſta, cùm ſit eadem materia, vide etiam *in Repertor. teſtium in quæſt.* 11. *num.* 19. *pag.* 192. vbi poſui, quando Principis teſtimooio, ſeu etiam Papæ plenè credendum ſit; & ibi ponas hæc ſi ponenda tibi videbitur. Sed meliùs ſtare videntur cum ſuprà traditis *quæſt.* 63. *num.* 13. Pro priore dicto, quòd nimitum aſſertio Papæ non probat delicta, tenet Gigas *lib.* 2. *tit. Quemadmodum & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur, quæſt.* 19. & per Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 15. vbi limitat, niſi Princeps diceret ſibi conſtare de notorio crimine, ita quòd nullo pacto purgari poſſet, quia tunc creditur ei teſtanti de crimine notorio. Pro poſteriore autem dicto, videlicet, an verbis narratiuis, ſeu enunciatiuis Principis credatur, vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 621 *lib.* 2. vbi *num.* 2. ponit regulam, quòd Principis aſſertioni, ſeu enunciationi ſuper facto alieno minimè creditur. Ad idem Aymon. *de antiquit. part.* 1. *in princip. num.* 9. Idem Maſcard. *concluſ.* 139. *numer.* 20. *poſt princip.* ſed alij contrà *num.* 23. quòd ſcilicet ei in facto etiam alieno credatur.

Sublimita I. in aſſertione mixta, videlicet de facto proprio & alterius, quia tunc creditur. Sed an hoc verum ſit, vide *ibidem* per Maſcard. *num.* 8. *&* 9.

Sublimita II. quando Papa aſſereret factum alienum coram ſe factum, quia tunc pariter creditur; ſed an & hæc ſublimitatio vera ſit, vide *in d. num.* 8. *&* 9. Ad hanc materiam adde eumdem Maſcardum *de probationibus concluſ.* 621. *lib.* 2. vbi *num.* 4. 5. *&* 6. ponit, quid ſi talis aſſertio ſit facta motu proprio? Dic quòd creditur plenè, quando aſſertio continet factum alienum, geſtum tamen coram ipſo Principe, aliter ſecus. Aymon. *de antiquit. part.* 1. *in princip. num.* 10. & idem Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 621. *lib.* 2. ponit *in num.* 7. *&* 8. quid ſi Princeps aſſerat ſe benè informatum & edoctum de aliquo facto. Dic quòd iſto caſu plenè credendum eſt Principis aſſertioni, dummodò non agatur de præiudicio tertij, ſed tantùm de ȷs, quæ pendent à ſola Principis poteſtate. Aymon. *de antiquit. part.* 1. *in princip. num.* 11. *& in ſect. Propoſitum, num.* 9. *in fine*, vbi qoòd aſſertio Principis dicentis ſe bene informatum, facit præſumptionem, etiam quòd agatur de præiudicio tertij. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 15. *verſic. niſi tamen*, vbi quòd ſtatur aſſertioni Principis dicentis ſibi conſtare de notorio crimine. Idem Maſcard. *præd. concl.* 621. *num.* 9. ponit, quòd creditur Principi aſſerenti factum ſoi genitoris, & idem Aymon. *d.* 1. *part. in princ. num.* 11. Maſcard. *concluſ.* 139. *n.* 6. vbi idem de aſſertione Papæ facta de voluntate ſui prædeceſſoris, & *d. concluſ.* 621. toties allegata, *num.* 10. ponit idem Maſcardus, quòd pariter creditur Principis aſſertioni, qoando agitur de leui præiudicio, & idem Nouella *regul.* 233. *num.* 12. Aymon. *de antiquit. part.* 1. *in princip. num.* 13. vide eumdem Maſcardum *in d. concluſ.* 621. *num.* 11. vbi qoòd Principis aſſertio, ſi non inducit plenam probationem, facit tamen præſumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, etiam quòd Princeps loquatur per verba generalia & incerta, vt *ibidem num.* 12. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 21. *&* 22. ſed contrà *d. num.* 22. *verſ. Contrarium, quod imò*, &c. Aym. *de antiquit. part.* 1. *in princ. num.* 14. Fallit qoando agitur de magno præiudicio, quia tunc nec facit præſumptionem, Aymon. *part.* 1. *in ſect. Propoſitum, num.* 9. Fallit etiam, ſi aſſeratur id, quod Princeps veriſimiliter ignorat, quia tunc eius aſſertio nec etiam inducit præſumptionem, vt apud Maſcardum *d. concluſ.* 621. *num.* 13. & per Aymon. *vbi ſuprà num.* 15. In facto autem proprio, & in eo quòd pendet à mera Principis poteſtate, plenè credendum eſſe probat text. *in Clement.* 1. *de probat.* Maſcard. *vbi ſuprà num.* 14. *& in concluſ.* 139. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi infert & loquitur in aſſertione Papæ. Aymon. *de antiquit. part.* 1. *in principio, num.* 9. *in fine.* Sed quid ſi aſſertio concernat factum proprium Principis aſſerentis, non tamen dependeat à ſola ipſius Principis poteſtate, ſed agatur, putà, de præiudicio tertij, an tunc aſſertioni Principis ſuper facto proprio in præiudicium illius tertij plenè credatur, vide diſputantem Aym. *vbi ſuprà num.* 16. *& ſeqq. pluribus.* Dic quòd non creditur, quando agitur de graui præiudicio tertij. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 14. *& concluſ.* 141. *num.* 1. Item aſſertioni Principis non creditur contra non ſubditum. Aymon. *d. part.* 1. *ſect. Sed enim, num.* 10. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 13. *verſic. Præſens tamen*, vbi quòd Papæ aſſertioni in prophanis contra non ſubditum minimè ſtatur, & quando Principis aſſertioni ſtatur, tunc admittitur probatio in contrarium, quando probatio eſt probata, puta per publicam ſcripturam, ſecus probatio probanda, puta per teſtes, vt per Aymon. *d. part.* 1. *ſect. Propoſitum num.* 11. 12. 13. *&* 14. vbi pariter quòd admittitur probatio in contrarium, quando ex ea Princeps non redarguitur de mendacio, (at vbi de mendacio redargueretur, tunc noo admittitur probatio in contrarium. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 9.) puta quando quid aſſereret ex informatione alterius. Aduerte quòd contra Papæ aſſertionem ſuper facto proprio regulariter oon admittitur probatio in contrarium. Maſcard. *concluſ.* 139. *num.* 1. Item nec admittitur quando Princeps ſtatueret, vt eius aſſertioni omninò ſit ſtandum, *num.* 19. Admittitur tamen probatio in contrarium indirectè, quando ſcilicet aſſertio eſt facti, ſecus ſi iuris, *num.* 18. &

quando

quando aſſertioni Principis creditur ſuper facto proprio, vt ſuprà, intellige procedere, quando ſuper dictis verbis aſſertiuis fundatur intentio ipſius Principis, & ſunt talia verba principaliter emiſſa propter ſe, ſecus ſi ſint emiſſa propter aliud, & ſuper illis oon fundetur intentio Principis; quia tunc nec etiam faciunt talia verba præſumptionem, vt *ibidem* per Aymon. *d. ſect. Propoſitum, a num.* 18. *vſque ad num.* 22. Maſcard. *concl.* 159. *num.* 20. *verſ. Amplia, vt hac opinio*, vbi quòd noo creditur aſſertioni Papæ incidenter, & non principaliter emanatæ, *& n.* 23. *in fine*, vide etiam ad hanc materiam eumdem Aymon. *in d. ſect. Propoſitum, num.* 15. 16. *&* 17. vbi etiam quando verba dicantur emiſſa propter ſe, vel propter aliud, & quando dicatur in iis fundata Principis intentio. Demum videre poteris infrà *num.* 87. inter diuerſa, & Gabriel. *tit. de probat. concluſ.* 2.

Priuilegium.

1 Priuilegiorum materiam ſupple, ſuprà *verſic. exemptio*, in diſcurſu.

2 Priuilegium contra ius tertij quando valeat, Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.* 482. *num.* 54.

3 Priuilegium quando requirat partis citationem. Imol. *concluſ.* 43. *lib.* 1. Tiraquell. *in tract. Res inter alios acta, pag.* 11. *a tergo, verſic. hinc item poteſt*, vbi an & quando priuilegium concedi poſſit, non citatis iis, de quorum præiudicio agitur, & dicit quòd non, ſi citati non poterunt Principi concedenti contradicere.

4 Priuilegium an extinguatur extincta perſona, vide vltra dicta *in ſequenti verſic. num.* 5. Cephal. *conſil.* 58. *num.* 52. *volum.* 1. & quando tranſeat ad hæredes, Cotta *in memoral. pag.* 598. Nouell. *reg.* 161. Montic. *de Inuentar. pag.* 70. *num.* 41. vbi an tranſeat ad hæredem qui fecit inuentarium. Alexand. & Doctor. *in l. quia tale, ff. ſolut. matrimon.* vbi latè de materia, de qua etiam ſuprà, *verſic. exemptio, num.* 5. Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 16. *in* 44. *illat. verſ.* 7. *limitatur*, vbi quòd priuilegium non tranſit ad hæredes, & expreſsè conceſſum hæredibus, non tranſit ad hæredes hæredis, niſi in contrarium ſint coniecturæ, vel niſi priuilegium ſit ob benemerita. Lamberteng. *de contract. ib. gloſſ. finis, num.* 265. *& ſeq.* vbi quòd priuilegium reale tranſit ad hæredes, ſecus perſonale, quod vltimum limitat duobus modis, vt *in num.* 268.

5 Priuilegium an ſit perſonale, vel reale, regulariter recurritur ad intentionem concedentis, ſecundùm quam priuilegia interpretationem recipiunt. Specul. *in titul. de inſtrument. edit. §. nunc autem, num.* 6. Iaſon *in l. ex facto, per illum text. in* 3. *notabili. ff. de vulgar. & pupill.* Decius & Cagnolus *in l. Neratius. ff. de regul. iur.* & facit text. *in l. in ambiguis, ff. eodem.* Item ad iudicandum, an priuilegium ſit reale, vel perſonale, attenditur id quod eſt magis conforme iuri communi. Alexand. *conſil.* 86. *col. fin. verſic. ad hoc*, &c. *lib.* 1. Natta *conſil.* 163. *num.* 15. *volum.* 1. In dubio autem priuilegium iudicatur potius perſonale, quàm reale, vt per Doct. *in cap. cùm veniſſent, ſuper gloſſ. in verb. fuiſſe, de inſtit. & ſubſtit.* Bart. *in l.* 1. *ff. de conſtitutionibus princip. & in l. pater filia. ff. de ſeruit. legat. & conſil.* 189. *num.* 4. Alexand. *in l. quia tale, num.* 2. *ff. ſolut. matrim. & conſ.* 101. *col. final. in fine, verſic. & prima facie*, &c. & in fine concilij *verſic. Nam goſſ. & iura*, &c. Dec. *in l. in omnibus, num.* 3. *ff. de regul. iur.* Iaſon *conſil.* 217. *in princip. volum.* 2. *& per totum*, vbi de materia, ad quam faciunt etiam ſuprà tradita in antecedenti *verſic. num.* 4.

Priuilegium tollitur per contrariam conſuetudinem decem annorum. Cephal. *in conſil.* 96. *num.* 21. *volum.* 1. & generaliter quomodo priuilegia perdantur & præſcribantur. Arno. *ſing.* 12. Diaz *regul.* 588. 592. *&* 596. Villalob. *litera D. num* 282. *& num.* 306. Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 84. *&* 85. poſui *in fragmentis, verb. Lex*, in materia, quando tollatur per non vſum. 6

Priuilegio renunciare quando quis poſſit. Roman. *ſingul.* 172. Diaz *in reg.* 591. 7

Priuilegium conceſſum domino, quando dicatur coocceſſum domui, familiæ & vxori, poſui ſuperiùs *in verſic. Famulus, num.* 7. 8

Priuilegium in dubio, an videatur conceſſum motu proprio. Diaz *reg.* 594. vbi videas. 9

Priuilegia an, & quando ſint ſtrictè interpretanda. Cotta *in memoralibus, pag.* 705. *& ſequentibus.* Diaz *reg.* 589. Æmiliarus *conſil.* 107. *num.* 14. *&* 16. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 19. *num.* 24. Roland. *conſil.* 81. *num.* 17. 19. *&* 20. *volum.* 2. vbi quando extendatur priuilegium ex maioritate rationis. Dec. *in tract. de priuileg. pag.* 38. *& ſeqq.* omninò Capra *concluſ.* 102. *num.* 5. *& ſeqq.* Faciunt ſuprà tradita *verſic. Principis beneficentia*, &c. *num.* 6. 10

Priuilegio primo, an & quando deroget ſecunda diſpoſitio contraria. Diaz *reg.* 590. & quando ſecundum priuilegium tollat primum. Diaz *reg.* 593. 587. *&* 713. Viui. *in communibus opinionib. cart.* 239. *in paruis*, vbi de materia. 11

Priuilegium alicui inhabili conceſſum de faciendo aliquid, cenſetur conceſſum, vt faciat cum ſolemnitatibus ordinariis. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 94. *num.* 22. *& ſeqq.* Faciunt tradita *in Repertor. vltim. volunt. verſic Teſtandi*, &c. *n.* 29. 12

Priuilegium conceſſum filiis, an cenſeatur etiam conceſſum nepotibus? Dixi *in Repertor. vltimarum volunt. quaſt.* 16. *num.* 16. 13

Priuilegium ob numerum duodecim filiorum quando habeat locum, dixi ſuprà *verſ. Filiorum*, &c. *num.* 11. 14

Priuilegiarus qoando vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, dixi *in Repertor. indic. in verſ. Priuilegiatus, num.* 25. & aliis inter diuerſa. 15

Promiſſio.

Promiſſionis materiam ſupple ſuprà *verſic. Obligatio.* 1

Promiſſio omnis, etiam iurata, habet in ſe tacitam, & implicitam conditionem, videlicet rebus ſic ſtantibus. Cephal. *conſil.* 187. *num.* 2. *volum.* 2. vbi concordantes allegat. *Deciſ. Pedemont.* 91. *num.* 2. *&* 3. Roland. *conſil.* 7. *num.* 57. *volum.* 3. Declara hanc regulam non procedere, ſi id quod poſtea ſuperuenit, fuerit à contrahentibus cogitatum, vel ſaltem implicitè cogitari potuerit, oam ſi cauſa ſuperueoiens fuerit à principio cogitata, vel præuideri potetat, tunc non facit, quòd minus promiſſio ſit attendenda, *d. deciſ Pedemont.* 91. *num.* 14. Ad materiam vide Alexandrinum *conſil.* 147. *num.* 3. latè Tiraquell. *de reuocan. donat. in princ legis, num.* 161. *& ſeqq.* Berous *quaſt.* 57. *num.* 6. Cephal. *conſil* 60. *num.* 7. *volum.* 1. Corn. *conſil.* 69. *num.* 15. *volum.* 2. Natta *conſil.* 451. *num.* 39. *volum.* 2. *& in conſil.* 525. *num.* 16. *volum.* 3. vbi idem in contractibus ac in vltima voluntate, priuilegiis, ſententia, & qualibet 2

alia

alia diſpoſitione, & ibi iura allegat. Neuiz. conſil. 22. num. 4. Mantua conſil. 26. num. 2. & 3. Dec. in l. ſi fugitiui, num. 72. C. de ſeru. fugitiuis. Socin. conſ. 129. num. 8. lib. 1. Deciſ. Bonon. 65. num. 5. Alban. conſ. 77. num. 31. Hercul. de caut. &c. pag. mihi 37. verſic. Tertiò declaratur, & pag. 79. num. 14. vbi limitat. Zunt. in reſponſ. pro vxore, num. 950. & ſeqq. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 16. num. 5. vſque ad finem præſumptionis.

3 Promittens habere ratum, &c. ad quid teneatur, dixi in Repert. iudic. verſic. Ratificatio, num. 7. & quid de promittente non contrauenire, Cephal. conſil. 115. num. 3. & ſeqq. pluribus.

4 Promittens ſoluere liberè, &c. quid poſſit opponere, dixi ſuprà in verſic. Liberè, aduerbium, &c. num. 10.

5 Promitto verbum quid ſignificet. Diaz reg. 776. Viui. in communibus opinionibus cart. 310. Cephal. conſil 67. num. 15. volum. 1. Deciſ. Pedemont. 98. num. 8. vbi quòd in inſtrumento repertum ſtipulationem importat. Fallit, quando eſt appoſitum in inſtrumento contractus nominati, videas ibidem n. 13.

6 Promittens coquere panem pro familia, aucta familia, ad quid teneatur. Villalob. in communibus opinionibus, litera F. num. 159.

7 Promittens ſoluere non adiecta die, vel ad ſui ipſius promittentis beneplacitum, quando ad ſoluendum cogi poſſit? Dixi in meo Repert. iudic. verſic. Debitor, num. 4.

8 Promittens non moleſtare, vel non mouere controuerſiam, ad quid teneatur. Imol. concluſ. 18. lib. 3. pag. 575. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. pag. 55. num. 254. & ſequentibus, vide in Repertor. iudic. verſic. Agere, num. 14. Gabriel. in ſuis concluſ. pag. mihi 586. num. 16. vbi, an promittens non moleſtare intelligatur de moleſtia iuris, vel de moleſtia facti. Suarez litera F. num. 6. vbi quòd promittens non moleſtare de facto ſuo, cenſetur etiam promiſiſſe de facto ſuorum ſucceſſorum. Quid autem de promittente defendere de iure & de facto, dixi ſuprà quæſt. 6. num. 77. ad materiam huius verſiculi vide Roland. conſil. 68. num. 6. & multis ſequentibus, in volum. 3.

9 Promittens defendere de iure & de facto, ſuprà quæſt. 6. num. 77.

10 Promiſſio de vendendo an differat à venditione, & de materia, dixi ſuprà quæſt. 58. num. 17. & ſeqq.

Diuerſa.

1 Proprietarius quis dicatur. Cotta in memoral. pag. 540.

2 Paupertas à quibus excuſet? Dixi in Repertor. iud. quæſt. 85. num. 36.

3 Paupertas an dicatur cauſa pia, vide in Repertor. iudic. quæſt. 85. num. 35.

4 Perpetuum dictio quid ſignificet. Cotta in memorabilibus pag. 683. & ſeqq. Cæpol. de ſeruit. pag. 41. à tergo num 2. Roland. conſil. 72. num. 22. volum. 2. conſil. crimin. diuerſ. 113. num. 19. Tiraqoell. de retract. pag. 65. num. 9. Imol. concluſ. 21. lib. 4. vbi an locatio ad vitam dicatur perpetua. Cremen. ſingul. 116. Roland. conſil. 21. num 30. & ſeqq. & conſil. 84. num. 8. & 11. & ſequentibus, volum. 1. & conſil. 80. num. 18. volum. 3. vbi quòd quando dictio perpetuum, habet tractum in futurum tempus, tunc denotat tempus ſine præfinitione, & in ſecula ſeculorum, & conſil. 86. num. 12. & 13. volum. 4. vbi quòd importat ſine fine, & alia, de quibus ibi per eum.

Protinus dictio quid importet. Cotta in memoral. 5
pag. 715.

Patria poteſtas an tollatur per clericalem digni- 6
tatem. Cotta in memoral. pag. 742. & pag. 277. & ſequentibus. Viui. in communibus opin. cart. 79. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. pag. 269. num. 321. vbi etiam de Epiſcopatu, & an deficiente tali dignitate iterum redeat ad patriam poteſtatem, videas Placham cap. 6. pag. 85. & quid de Monacho, dic, quòd ſiue ſit filius, ſiue pater, amittit patriam poteſtatem, vt per Lamberteng. de contract. gloſſ. 17. num. 14.

Perinde, dictio eſt nota improprietatis. Tiraquell. 7
de legibus connubialibus pag. 510. num. 187. Marſil. ſingul. 236. & denotat omnimodam ſimilitudinem. Roland. conſil. 45 num. 31. & ſeq. volum. 4.

Perfectum quidnam dicatur. Tiriz. de teſtament. 8
coniug. pag 9. verſic. Et quemadmodum, &c. & quando contractus dicatur perfectus, dixi ſuprà quæſt. 58. num. 19.

Pecuniæ appellatione an veniat pecunia debita. 9
Cephal. conſil. 14. num. 27. & ſeqq. volum. 1. & in materia odioſa pecuniæ appellatione venit tantùm pecunia numerata, non alia res. Anton. Gomez in tit. de contractibus mutui, num. 2. verſic. Ex quo collige, &c. Redoan. de reb. Eccleſ. num. 12. pag. 233. vbi quòd pecuniæ appellatione veniant omnia quæ ſunt in mundo, & ibidem num. 6. vbi quòd venit omne illud, quod homines habent in terra, ſiue corporale illud ſit, ſiue etiam incorporale.

Pretium quando ſuccedat loco rei. Cephal. 10
conſil. 20. num. 10. volum. 1. Roman. ſingul. 615. Socin. regul. 301. & quid in actione hypothecaria? Menoch. in 3. remed. adipiſc. poſſeſſ. num. 120. & ſeqq. dic quòd in hypothecaria pretium non ſuccedit loco rei, l. 1. ff. de diſtract. pignor. Capra concl. 202. num. 100. & ſequenti. Neguſan. de pignoribus, membr. 4. part. 2. princip. num. 149. Bart. in l. quæ à debitore. ff. de his quæ in fraud. credit. Dicas quòd in particularibus pretium non ſuccedit loco rei. Cephal. d. conſil. 10. num. 10. volum. 1. vbi allegat iura & auctoritates. Pariſ. conſil. 99. num. 42. volum. 3. gloſſ. in l. Labeo, & Sabinus, vbi Alciat. in verb. quæ videtur. ff. de verb. ſignificat. in vniuerſalibus verò ſuccedit. l. ſi rem & pretium. ff. de petit. hered. l. Imperator, in fin. ff. de leg. 2. Aduerte tamen quòd quando res eſt perempta & conſumpta, & poſſeſſor non habet alia bona, tunc ne creditor reſtet ſuo credito defraudatus, pretium etiam in particularibus ſuccedit loco rei, & hypotheca quæ erat in re, ſequitur etiam eius pretium, immò & aliam rem emptam ex illo pretio, & ſic iſto caſu in hypothecaria pretium ſuccedit loco rei. Menoch. in 3. remed. adipiſcen. poſſeſſ num. 110. & ſequentibus, vbi concordantes allegat. Socin. reg 301. in 8. fallent. An autem & quando mercedes ſuccedant loco mercium, vide ſuprà verſic. Merces, num. 14. inter diuerſa.

Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, quod di- 11
catur, Capra concluſ. 101. num. 87. vbi quòd illud dicitur peculium caſtrenſe, quod filiusfamilias in caſtris, vel more caſtrorum acquiſiuit, & num 88. vbi quòd quaſi caſtrenſe dicitur, quod ex publico ex aliqua adminiſtratione percipitur, & num. 89. & ſequenti, vbi quòd ſalarium, quod percipit filius familias Aduocatus à ſuis clientulis, dicitur quaſi caſtrenſe, quod etiam ſequitur, & aſſerit magis communem Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 18. verſic. Sed quid de ſalario. Quod limita procedere in Aduocatis receptis in matricula, & approbatis auctoritate publica, ſecus in aliis, vt ibidem per Capram num. 91.

*num.*91. Ad quam materiam vide etiam Viuium *in communibus opinionibus cart.*171. *&* 176. *verſic. Procuratoris officium*, & quòd peculium quaſi caſtrenſe dicatur id quod de beneficio Eccleſiaſtico percipitur, tradunt Cephal. *conſil.*42. *num.*13. *volum.*1. & Capta *d. concluſ.*102. *num.*100. *& ſequenti.* Adde Roland. *conſil.*69. *num.*46. *volum.*3. vbi quòd peculium non dicitur caſtrenſe, nec caſtrenſis peculij priuilegium habet res donata filiofamilias cum pacto, quòd ſit ipſiuſmet filij propria, & quòd habeatur pro caſtrenſi peculio, quia nominatio partium non poteſt immutare ſubſtantiam rei.

12 Peculium profectitium dicitur quod immediatè prouenit ex ſubſtantia paterna. Roland. *conſil.*54. *num.*10. *& ſeq. volum* 3. Item prædia per filium empta ex redditibus bonorum paternorum, dicuntur profectitia, *ibidem num.* 17. *& ſeq.* Immò ſi pater dat filio fundum, vt ex eo ſe alat, & filius parum conſumendo in alimentis, de reſiduo fructuum non conſumptorum emat prædia; iſta prædia adhuc dicuntur profectitia, & ſi dos quam filius habet, ab ipſo filio induſtrietur, ita quòd ex ea aliquid lucretur, an iſtud lucrum dicatur profectitium, vel aduentitium, & de materia, vide *ibidem num.*3. *& ſeqq.* & in dubio, an bona per ipſum poſſeſſa filium præſumantur aduentitia, vel profectitia, vide ſuprà *verſic. Filius, num.*7. & ibi tradita ponas hîc, & *ibidem* per Rolandum *num.*1. *&* 9. *& ſeqq. & num.*15. *verſic Reſtat modò, & num.*13. vbi quòd vendentis confeſſio dicentis ſe recepiſſe pretium de pecunia filij, non præiudicat patri. Immò confeſſio patris dicentis pecuniam eſſe filij, ſimiliter non prodeſt ipſi filio, vt *ibidem num.*14.

13 Peculium profectitium quomodo diuidendum inter patrem & filium. Menoch. *de arbitrar. quæſtionibus caſu* 126. *lib.*2. vbi de lucro prouento ex negotiatione filij, de pecunia tamen patris.

14 Peculij aduentitij vſusfructus quando ſpectet ad patrem, vide ſuprà *verſic. Pater num.*12.

15 Propinquorum appellatione qui veniant, *in Repertor. vltimar. voluntat. quæſt.* 14. *litera B. num.* 1. *& ſequentibus.*

16 Porticus an veniat appellatione domus, ſuprà *verſic. Domus, num.*1.

17 *Propter* dictio denotat cauſam remotam, vide Cephalum *in conſil.*76. *num.*14. *volum.*1.

18 Prælatus debet ſeruare contractus ſui ſuperioris. Cephal. *conſil.*90. *num.*33. *volum.*1.

19 Pontifex in conferendis beneficiis habet maximam poteſtatem, vide Cephalum *in conſil.*97. *num.*3. *& ſeqq. volum.*1. vide etiam *in ſeq. verſic.*

20 Pontificis poteſtas, per Cottam *in memoralibus pag* 73. *&* 74. *& ſeqq.* Quid in beneficialibus, vide in antecedente verſic. ad materiam infrà *n.*44. *& ſeq.*

21 Papa non poteſt alienare res Eccleſiæ ſine conſenſu Cardinalium. Roland. *conſil.* 2. *num.*101. *&* 102. *volum.*1.

22 Puteus communis indigens reparatione, cuius expenſis refici debeat. Roman. *ſingul.*68. Cotta *in memoral. pag.*716. Nouell. *reg.*238. vide infrà *verſic. Socius qualiter, num.*1.

23 Precarium an extinguatur morte domini. Menoch. *de arbitrar. quæſtionibus quæſt.*69. *num.*17. *& ſeqq. lib.*1.

24 Precarium quomodo reuocetur, ſuprà *verſic. Commodatarius, num.*11. inter diuerſa, & de materia. Couarr. *variarum reſolut. pag.*928. *num.*1. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. quæſtionibus caſu* 23. & vide etiam infrà *num.*26.

Precarium in contractu quid operetur, Marſil. 25
*ſingul.*496.

Precarij & commodati differentia. Couarr. *va-* 26
*riar. reſolut. pag.*936. *num.*7. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 23. *lib.*2. Principalis eſt differentia, quòd commodatum eſt, quando quis rem alteri tradit, & committit vtendam tempore determinato, ita quòd non poteſt reuocari ante dictum tempus. Precarium verò eſt, quando res datur vtenda ad beneplacitum ſine temporis determinatione, & ſic poteſt reuocari ad libitum, vt per Antonium Gomez *titul. de commodato, num.*1. *verſic & ex prædictis*, & faciunt circa reuocationem precarij, & commodati ſuprà tradita *num.* 24. *& verſic. Commodatarius, num.* 11. Alia eſt differentia, quia ex commodato nulla tranſit poſſeſſio in recipientem: ex precario autem tranſit poſſeſſio naturalis, vt ibidem per Gomez *in verſic. Item adde, quòd eſt alia differentia.* Precarium quid ſit. Quot modis precarij contractus celebretur, & aliqua de precarij reuocatione, & materia per Redoanum *de rebus Eccleſiæ non alienand. rubr.* 1. §. *contractus pariter precar. num.*1. *& ſeqq. pag.*19.

Pertinentiarum appellatione quid veniat, dixi 27
ſuprà *verſic. Caſtro conceſſo, num.*58. inter diuerſa.

Punctus in oratione, an & quando debeat ſub- 28
intelligi. Roman. *ſingul.*748. & quando habeat vim copulatiuæ, dixi ſuprà *verſic. Copula, num.*8.

Poſſibile & impoſſibile eſſe, quid dicatur, dixi *in* 29
*Repert. iudicial. quæſt.*87. *num.*40.

Poteſt verbum quid ſignificet, poſui *in Repertor.* 30
*iudic. verſ. poteſt. num.*2.

Penitus aduerbium quid ſignificet. Corſet. *ſingul.* 31
*pag.*183. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.*203. *num.*5. dic quòd eſt dictio præciſa, nullam recipit modificationem. Æquiparaturque dictioni *omninò*, & *omnimodè*, & ſimilia, per Rolandum *conſil.*27. *n.*20. *& ſeqq. volum.*4. Menoch. *in l. final. num.* 19. *C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vbi quòd eſt dictiu præciſa.

Partis appellatione quæ pars intelligatur. Cor- 32
ſet. *ſingul. pag.*185. Diaz *reg.* 529. Alciat. *in l. nomen filiorum*, §. *portionis. ff. de verbor. ſignificat.* Franc. *in cap.*2. §. *ſtatuimus*, *num.*4. *de decim. in* 6. vbi facit regulam cum quatuor limitationibus. Socin. *conſ.*53. *num.*10. *& ſeqq. in* 4. *volum.* Tiraquell. *de reuocan. donat. in verb. Omnia, vel partem aliquam*, *num.* 6. *& pluribus ſequentibus*, in diſcurſu. Dec. *in l.*1. *num.*3. *C. de Carbon. edict. & in l. creditori, in princip. C. de pact.* Bertachin. *in Repertor. verb. Pars dicitur*, *numer.*1. Aret. *in l. planè.* §. *ſi ita Titio, ad finem*, *verſic. in gloſſ. poſita. ff. de legat.* 1. Iaſon *ibidem num.*11. *& in l. de pupillo.* §. *qui renunciat. ff. de nou. oper. nunciat.* Latè de materia videas Rebuff. *in* §. *portionis*, vbi ponit caſus plures, in quibus partis nomen intelligitur de toto, de minima, de media, ſeu alia parte, & *ibidem* ponit, in quibus differat à verbo *Portio.*

Poſtea dictio quid ſignificet. Corſet. *ſing. pag.*187. 33
Capyc. *deciſ.*37. *num.*2. vbi quòd poteſt mediatum, & immediatum actum ſignificare, vide Anton. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 30. vbi infert ad teſtem deponentem vnum poſt alium poſſediſſe.

Placet verbum quid ſignificet. Mattheſ. *ſingul.*15. 34
in additionibus. Petraſan. *ſingul.*6.

Prælatus in quibus æquiparetur tutoribus, Mat- 35
theſ. *ſing.*44. *in addit.*

Præſens quando quis dicatur. Arnon. *ſing.* 5. & 36
quando præſens præſumatur etiam intelligens, & de materia. Lamberteng. *de contract. gloſſ.*7. *num.*85. *& ſeqq. quæſt.*33. *per totam*, vbi infert.

Periculum

37 Periculum in mora quando eſt, multa conceduntur, de quibus per Marſil. ſingul. 258. & 421. Lancellotius de attentat. cap. 12. limitat. 43. vide deciſ. Pedemont. pag. 232. num. 19. & ſeqq.

38 Partis quoad partem quando idem iuris ſit, quod de toto quoad totum, vide Diaz regul 331.

39 Præſentia quando præſumatur. Diaz reg. 380. Aymon. de antiquit. tempor. in pag. 108. num. 23. Turzan. opinion. 154. in fine, ſupra verſic. Abſentia, num. 3.

40 Præſens tempus quando trahatur ad futurum. Duenn. reg. 204. & 205.

41 Præſumitur de præſenti in præteritum, dixi in Repertor. indic. verſic. Præſumitur, num. 4. inter diuerſa, & quæſt. 24. num. 69. & ſeqq.

11 Renuntiatio geminata plus operatur, quàm vna ſola.Roland. *conſil.21. num.42.& ſeqq. volum.4.*vide ſuprà *quaſt.24.num.19.* & ſuprà generaliter, *verſic. Geminatio*,in diſcurſu, vide etiam Roland. *conſil.28.num.42.& ſeqq.volum.4.*

12 Renunciatio non trahitur ad ignorata, ſuprà *verſic.Ignorans,num.44.*

13 Renunciatio facta abſenti non valet, niſi aliquis recipiat nomina abſentis. Crot. *conſil.89. num.12.*& quid ſi adeſt iuramentum, ſuprà *verſic.Iuramentum, num.14.* vide ad materiam ſuprà *quaſt.24.n.9.& 29.* & generaliter ſuprà *quaſt.54.*

14 Renunciatio facta omni legum auxilio, quid operetur, & cuius ſit importantiæ. Generaliter de materia Tiraquell. *de reuocan. donat. in præfatione, num.115.& ſeqq.* Marſil. *ſing.96.* Villalob. *litera R.num.17.& ſeqq.* Cott. *in memorab.pag.117.* Grat. *reſponſ.86.in fine lib.1.* Iacob. Æmilian. *conſil.39.n.43.& conſil.90. num.14.* Pariſ. *conſil.110.num.22.97.& ſeqq volum.1.* Ancharan.Regien. *quaſt.17.num.8.p.1.* latè Roland.*conſil.13.num.6 & ſeqq.vſque ad num.20.volum.1.* vbi ponit omnes effectus dictæ renunciationis. Couar. *variar. reſolut. pag. 415. num.4.* An autem talis renunciatio operetur,vt conductor non poſſit petere remiſſionem mercedis, dixi ſuprà *q.4.num.10.* An tollat defectum inſinoationis, dixi ſoprà *quaſt.21. num.16.* An tollat beneficium præſcriptionis, dixi *in Repertor. indic. verſic. Præſcriptio, num.42.* & an tollat moræ purgationem,dixi *in eod. Repertor. indic. quaſt.28. num.11.* & quòd facta cum iurameoto habeat vim cuiuſlibet ſpecialis renuociationis, ponit & infert Anebaran. Regien. *q. 8. num.4. & ſeqq. 2.part.* & an trahatur talis renunciario ad beneficium ſtatuti, pooit Bald. *in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum,n.3.verſic.Quare vlterius.ff ſi quis caut.* & ibi *in additionibus ſub lit.A.*vbi quòd non trahitur contra Ancharanum *quaſt.8.n.7. part.2.* ex Roman. quem allegat *in conſil.251.num.4.& 5.*& *ibi* Roman. *in addit.lit.D.* Tiraquell. *de reuocan. donat. in præfat. num.121. in fine*, & Dec. *conſil.452. num.19.* & an per eam cenſeatur etiam renunciatum exceptionibus, ponit Cephalus *conſ.40.n.11.* & Roland. *conſil.93. num.24.& ſeqq. volum. 1.* vbi videtur tenere, quòd ſic, ratione iuramenti, qood habet vim expreſſi, & quid operetur generalis hæc renunciatio ſtatim ſubſequuta poſt ſpecialem, videas Capyc. *deciſ.85.n.5.*Cephalus *conſ.25. n.41.vol.1.* vbi quòd generalis renunciatio facta omni legum auxilio nihil operatur,quando auxilium aliquod ſpeciale non eſt expreſſum, & quando ſunt expreſſa aliqua ſpecialia, tunc generalis iſta reounciatio non trahitur oiſi ad ſpecificata, & ſpecificatis ſimilia, quæ ſunt pulchra, & notanda in materia.

Renunciatio noo valet niſi cognitis & viſis ver- 15
bis teſtamenti. Dixi infrà *verſic. Tranſactio non valet*, &c. *num.7.*

Renuntiatio noo valet, quando renuntians non 16
eſt certioratus de remedio, & auxilio, cui renunciat, dixi ſuprà *verſ.Certioratio,n.1.* inter diuerſa.

Retractus.

Retractus, ſeu ius prælationis dicitur exorbitans 1
odioſum, & propterea reſtringendum. Tiraquellus *de retract. in præfat. num. 60.* ex magis communi opinione, vbi etiam quòd eſt contra ius commune, & ita alias fuit deciſum *in vna Romana prælationis, coram D.Seraphino die 23. Iunij 1572. pro Hieronymo Rico, contra Antonium Porcellum.*

Retrahendi tempus currit à die ſcientiæ,ſed qua- 2
lis debeat eſſe talis ſcientia, vide per Nouell. *regul. 105.* Roland *conſil.21. num.10. volum. 1.* & àn talis ſcientia præſumatur ex curſu 30. anoorum? dic quòd non, vt per Ioſeph. Ludouic. *deciſ.Lucen.52.per totam*, vbi reſpondet ad Tiraquellum, & alios contrarium tenentes, & ibi multa ponit in materia ſcientiæ, ad quam faciunt infrà tradita *in ſeq.verſic. num.3.*

Retrahendi ius quanto tempore præſcribatur.Ao 3
talis præſcriptio currat ignoranti. Quando aduerſùs hanc præſcriptionem detur reſtitutio maiori, ſeu minori, vide Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen.52. part.1.* Ad materiam Mynſing. *obſeruat.51.centur.3.* Marſil. *ſingul. 64.* Faciunt tradita in antecedente *verſic.n.2. in Repert iudic. in verſic. Præſcriptio contra ignorantem, num.9.10.& verſic.Reſtitutio an detur aduerſus præſcriptionem, num.15.*

Retractus quomodo habeat locum in venditio- 4
ne plurium rerum, qoarum vna retrahibilis ſit,cæteræ verò non,vide ad hanc materiam Lambert.qui Tiraquell. io ſingulo caſu refert *in tract.de contract. gloſſ.finis, n.246. vſque ad num.262.* Dic quòd poteſt retrahi res illa, in qoa retractus locum habet, aliis omiſſis. Sed ſi emptor dicat: Ego non eram empturus vnam rem ſine aliis, ideò retrahas omnes. Tunc nemo admittitur ad retractum vnius rei omiſſis aliis. Ita fuit deciſum *in vna Romana prælationis coram Seraphino, pro Hieronymo Pico, contra Antonium Porcellum, die 17. Octobris 1572.* Ad quid fuerunt allegati Bald. *de iure Protbimiſ. propè finem, numer. 20. verſic. Sed pone.* Afflict. *in eodem tractatu. §. ſcriptum in 4.notab.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 23. gloſſ. 2. per totam.* Alciat. *conſil. 739.* Nouell. *de iur. protbimiſ. § 2. numer.116.* licèt contrarium videatur voluiſſe Gomez *tit. de indiuid.cap.10. num.3.pag.225.* Boër.*in conſuetud.Biturigen.*

vigen. de retract. lignag. §. finali, pag. 59. col. 1. verſic. Sed quid ſi plura feuda, &c. Ego autem dicebam, quòd doctrina Baldi, Afflicti, Nouelli, & aliorum loquebatur in venditione plurium rerum ſeparabilium, vt ex eorum lectura apparet. Vnde ſecùs, quando ſunt plures res mixtæ, & inſeparabiles; quarum vna ſit retrahibilis, alia verò non, quia tunc crederem debere attendi naturam rei, quæ potentior & principalior eſt, ac maioris valoris: non autem acceſſoriæ, & ita fuit deciſum *in eadem cauſa coram eodem ſub die 29. Octobris* 1572. Sed contra hanc meam declarationem, quòd ſcilicet ſemper retrahens poſſit retrahere vel vnam rem, in qua habet retractum, ſi eſt ſeparabilis. Si verò eſt inſeparabilis, poſſit omnes retrahere ſimul, videntur tenere Tiraquellus *dicta gloſſ. 2. num. 6.* Afflict. *vbi ſuprà pag. mihi 39. col. 2. in fin. & col. 3. in princip.* gloſſ. *in conſuetudin. Neapolit. de iure congrui, num. 18. in fine.*

5 Retractus an habeat locum in venditione conditionali. Tiraquell. *de retract. pag. 44. num. 21. & plurib. ſequentib.* & quid ſi fuerit dictum, quòd domino volente retrahere, res habeatur pro inempta, vide ibidem Tiraquellum *pag. 56. num. 57.*

6 Retractus ad hoc ne habeat locum pulchra cautela, per Tiraquellum *de retract. pag. 30. num. 72. & ſequentibus, vſque ad num.* 80.

7 Retrahendi ius an poſſit cedi, vide ſuprà in materia, *Cedi quæ res poſſint, in verſic. Cedi an poſſit ius retrahendi, num.* 18.

Diuerſa.

1 *Reliquus, a, um*, dictio quid ſignificet. Roman. *ſingul. 35. & 706.* vbi etiam de verbo *Reſiduo*, de quo per Diaz *regul.* 651. vbi etiam de aliis ſimilibus verbis. Ad quam materiam vide Alexandrum *conſil. 36. colum. 2. verſ. Ad hoc quod nota, volum. 2.* Socin. iun. *conſil. 141. num. 3. & 5.* Cephal. *conſil. 123. num. 4. & conſ. 124. num. 6. & omnib. ſequentib. volum. 1.* vbi, an reſidui dictio verificari poſſit in toto, nedum in eo, quod ſupereſt. Hercul. *de negat. num. 223.* vbi an & quando reſidui ſolutio in totum liberet, vide infrà *verſic. Solutio, num. 18.*

2 *Reſiduum, a, um*, dictio quid ſignificet, dixi *in præceden. verſ. num. 1.*

3 Rei appellatione an veniat homo, & quid aliud. Corſet. *ſingul. pag.* 196. Viui. *in communib. opinionib. cart. 311.* Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag. 192. num. 18.* vbi quòd rei ſignificatio ita ampla reſtringitur ad ſubiectam materiam, *& pag. 82. num. 19.* vbi particulariter, an veniat homo. Anchar. Regien. *quæſt. 64. num. 16. & ſeqq. part. 2.* vbi quòd rei appellatione veniunt etiam nomina debitorum, item iura & actiones, vt per Redoanum *de rebus Eccleſ. rubr. 13. num. 4. & ſeq. pag.* 85. Adde quòd rei appellatione venit tota res, & non pars. Roland. *conſil. 61. num. 4. & ſequenti, volum. 3. & conſil. 62. num. 15. & ſequentibus, eodem volum.* vbi latè infert. Adde Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ. 1. num. 11.* vbi quòd rei appellatio latiſſima eſt. *l. rei appellatio ff. de verbor. ſignificat.* propterea veniunt cauſæ, iura, & beneficium, vt ibi *in dicto num. 11.* vide Redoan. *de reb. Eccleſ. pag. 233. num. 11. & 12.* vbi quòd rei appellatio eſt latior, quàm appellatio pecuniæ, & tamen appellatione pecuniæ veniunt omnia quæ ſunt in mundo, vt dixi ſuprà *verſic. Pecunia, num. 9.* ergo multo magis appellatione rei. Item rei appellatione veniunt cauſæ, iura corporalia, & incorporalia, ac hæreditas. Redoan. *dicto num. 11. & 12.*

Reſtituo verbum videtur ſonare in pignus. Gram- 4
mat. *deciſ. 56. num. 1.* Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. curabit, num. 70. C. de actionib. empt.* & quid importet tale verbum in libellis. Roffred. *de libell. concept. pag. 53. num. 7. verſic. Item malè,* &c. Mantua *in l. ſi quis maior, num. 138. & ſeqq. C. de tranſact.* Roland. *conſil. 75. num. 8. & ſeqq. volum. 2.* & dixi aliquid *in Repertor. indic. verſic. Forma petitorij libelli, num. 7. & verſic. Fructus, num. 4.* vbi quando ex vi verbi *reſtituo*, fructus cenſeantur petiti petita ſorte principali, & vide etiam ad materiam ſuprà *in hoc Repertorio, verſic. Pactum, num. 23.* vbi in quo differat pactum de reſtituendo rem à pacto de retrouendendo.

Rotæ deciſiones cuius ſint authoritatis, dixi *in* 5
Repertor. iudic. quæſt. 13. num. 25. & ſeqq.

Rubrica generalis quando reſtringatur per ni- 6
grum. Viui. *in communib. opinionib. cart. 227.* & quid è contrà. Cephal. *conſil. 55. num. 6. & conſil. 146. n. 1. volum. 1.* vbi quòd rubrica non reſtringitur per nigrum niſi quando aliàs ſequeretur abſurdum, vel iniquitas, vt *ibidem num. 10. & plurib. ſequen. & in dicto num. 1.* ponit etiam, quòd rubrica habens ſenſum perfectum, poteſt ad deciſionem cauſarum allegari, & *ibi* teſtatur de communi *deciſ. Pedemont. 20. num. 4.* vbi quòd rubrica declarat ſtatuentium intentionem. Ad hanc materiam vide Alderanum Maſcardum *de generali ſtatutorum interpretatione concluſ. 1. num. 189. & ſeqq.*

Referre ſe ad aliquid aliud, an ſit propriè illud 7
idem relatum facere. Cotta *in memoral. pag.* 734. Maſcard. *concluſ. 933. num. 15.* vbi quòd illud quod habetur per relationem ad aliud, verè & propriè intelligitur, latè Tiraquell. *de legib. connubial. pag. 509. num. 182. & ſeqq. vſque ad n. 102.* Pariſ. *conſil 78. num. 9. cart. 126. volum. 1. & conſil. 3. num. 17. cart. 9. & conſil. 9. num. 16. cart. 14. volum. 3. & conſil. 110. num. 52. cart. 143. volum. 3.* Imol. *concluſ. 10. pag. 64.* vbi maximè loquitur in materia teſtamenti. In quo ſcias, quòd relatum in referente continetur cum omnibus ſuis qualitatibus verè & propriè, vt per Ancharanum *quæſt. 63. num 5. part. 2.* plures adducit concordantes Cartarius *de exequut. ſentent. cap. final. n. 308.* Cephal. *conſil. 253. num. 1. & 27. 28.* vbi declarat *volum. 2.* vide etiam de hac materia aliquid ſuprà, *verſ. Expreſſum dicitur, num. 15. Deciſ. Pedemont. 23. num. 41.* vbi quòd relatio ſemper intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.

Referenti non creditur niſi de relato appareat, 8
dixi *in Repertor. indic. verſ. Referenti, num. 8.* inter diuerſa.

Relatio ſemper facienda ad proximiora, & ad 9
principaliter dicta, non autem incidenter. Cephal. *conſil. 107. num. 6. 7. & 11. volum. 1.*

Reliquiæ priſtinæ dignitatis quid operentur, dixi 10
ſuprà *in verſic Dignitas, num. 32.*

Regalia an poſſint à Principe alienari. Imol. 11
concluſ. 18. lib. 5. pag. 961. & ſeqq.

Rectè aduerbium quid ſignificet. Menoch. *de ar-* 12
bitr. quæſtionib. quæſt. 67. num. 24. lib. 1.

Repertorium Doctoris eſt magni valoris, dixi *in* 13
Repertor. crimin. quæſt. 3. num. 14.

Relinquo verbum quid ſignificet, dixi *in Repertor.* 14
vltim. volum. verſ. Relinquo verbum, n. 1. inter diuerſa.

Reſeruatio non operatur, ſi non inuenit aliquid 15
reſeruabile, dixi *in Repertor. indic. verſ. Proteſtatio, num. 11.*

Rurſus dictio quid ſignificet. Cephal. *conſil. 160.* 16
num. 17. vol. 1.

17 *Riſò* aduerbium quid ſignificet. Simoncell. *de decreto lib.3.tit.8.num.8.*

18 Ratio naturalis vbi adeſt, vanum eſt quærere legem. Plura ad hanc materiam congerit Stracca *in tractatu de mercatura part.2.num.87.& ſeqq.*

19 Repreſaliarum materiam poſui *in Repertor. iudic. in fragmentis*, inter diuerſa, *num.21.*

S.

Societas.

1 SOcius qualiter teneatur alteri ſocio rem communem reficienti. Cæpoll. *cautel.85.* dixi aliquid ſuprà *verſic. Puteus, num.22.* & ad quid teneatur ſocius non reficiens rem communem, vide Cremen. *ſingul.98.*

2 Socius ad quid teneatur alteri ſocio, Marſil. *ſingul.281.*

3 Socij inter ſe nunquam præſcribunt. Villalob. *lit.P.num.262.*

4 Societas quando & ex quibus præſumatur, dixi ſuprà *quæſt.61.*

5 Socio qui iam diuiſit, an poſſit tutè fieri ſolutio per debitorem communem, gloſſ. *in l.ea quæ.C.famil. erciſcund.* Ferrar. *in Repertor. verb. Socius, num.137.* Cagnol. *in l.qui cum alio, num.3.de regul.iur.* & faciunt infrà tradita *ſub verſic. Socius quando teneatur*, &c.

6 Societas poteſt contrahi cum Iudæis. Nouell. *reg.202.in 1.limitatione.*

7 Societatis capitale quomodo conſideretur, & de materia, per Pariſ. *in Repertor. conſiliorum verb. Capitale.*

8 Socius an poſſit prohibere, ne vendatur res communis, ne quid aliud in ea fiat, & de materia, dixi ſuprà *quæſt.69.*

9 Socius quando teneatur pro debito contracto per alium ſocium. Quando in ſolidum, & quando pro parte. *Deciſ.Pedemont.149.num.6.& 7.* Decius & Doctores *in l.qui cum alio. ff. de regul. iur.* vbi etiam quid ſi ſocietas ſit finita, & de materia. Bartol. *in l. eamdem, in 7.quæſt. ff. de duobus reis*, omninò Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratribus, part.9.per totam*, vbi latè. Roncagallus *in d.l.eamdem, in princip. num.193. & ſequentibus, num.164.& ſequentib. num.186.& ſeqq. & num 195.& ſeqq.* & an debita contracta per vnum ex ſociis in ſocietate omnium bonorum ſint de communi ſoluenda, dixi ſuprà *quæſt. 61. num.22. & ſeqq.* & quid ſi debitum fuit contractum poſt finitam ſocietatem, videas per Cagnol. *in l.qui cum alio, num.3.ff.de regul.iur.* faciunt ſuperiùs tradita *in verſic. Socio, qui iam diuiſit, num.5* & ponas hîc Roncagall. *in d.l.eamdem, in princip. num. 201.* vbi quòd finita ſocietate vnus ſocius non tenetur pro alio de debito contracto poſt dictam ſocietatem. In materia ſcias, quòd ſi ſocius, qui contraxit debitum, erat adminiſtrator, vel alius de conſenſu ſociorum ad adminiſtrandum deputatus: tunc vnuſquiſque ex ſociis tenetur in ſolidum pro debito contracto per ipſum adminiſtratorem. Pariſ. *conſil. 93. num. 2. & ſeqq. volum.1* *Deciſ.Pedemont.149.num.7.* vbi de communi. Petrus de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, part. 9. quæſt.3. verſic. Si autem per vnum.* Alexand. *conſil. vltim. num.10. volum.7.* Natta *conſil.567. num.1.* Roncagall. *in dicta l.eamdem, in princip. num.164.* Si verò debitum eſt contractum à conſocio non adminiſtratore, vel non deputato de conſenſu aliorum omnium conſociorum, tunc conſocius non tenetur pro debito per eum contracto niſi pro rata, *dicta deciſ.Pedemont.149.num.6.* Pariſ. *dicto conſ.93. num.32.* Alexand. *conſil.139. num.2. volum.5. & conſil.147. in princip.lib.2.* Petrus de Vbald. *in dicto tractat. de duobus fratribus dicta part.9.quæſt.3.verſic. Secundum contingit*, & eſt communis, vt per Ruinum *conſil.77. num.3.lib.4.* Scias etiam in materia, quòd ad hoc vt ſocius teneatur pro conſocio, neceſſe eſt, quòd debitum ſit contractum nomine ſocietatis, & non proprio, vt per Alexandrum *dicto conſil. 139. num.2. volum.5. & dicto conſil.vltim. col. antepenult. in verſic. Ad iſtud poſſet*, &c. *volum. 7.* Decius *in l. ſi ſocius, num.3 ff.ſi cert. petat. & in conſil.98.num.2.* Petrus de Vbald. *de duob.fratrib.part.9.quæſt.4.verſic. At contrarium.* Bald. *in l.iure ſocietatis, in lectura antiqua. ff. pro ſocio.* Natta *conſ.567. num. 3.* Roncagall. *in dicta l. eamdem, in princip. num.188.* & in dubio ſocius præſumitur potiùs contrahere nomine proprio, quàm ſocietatis, vt per Alexandrum *dicto verſ. Ad iſtud*, &c. Natt. *dicto conſil.567. num. 4.* Roncagall. *in dicta l. eamdem, in princip. num. 189. & 200.* Scias etiam in materia, quòd quando debitum contractum per conſocium eſt verſum in vtilitatem ſocietatis, tunc conſocius tenetur, *d.l.iure ſocietatis ff.pro ſocio.* Alexand. *dicto conſil.139.col.2. verſic. Ex quibus concludo, volum.5.* Petr.de Vbald. *dicta part.9.quæſt.4.verſ. Niſi probaretur.* Natta *dicto conſil. 567.num.7. volum.3.* Quod intellige procedere, vt iſto caſu ſocius teneatur non directè, ſcilicet creditoribus ſocij contrahentis, ſed obliquè cùm ſit ipſi conſocio obligatus, vt declarat gloſſ. *in dicta l. iure ſocietatis.* Petr. de Vbald. *dicta part.9.colum.2.verſic.Ex quo concluditur, & colum.6.verſic. Aut ambo*, &c. Scias inſuper in materia, quòd ſocius non tenetur pro debito contracto per conſocium, quando contrahens neſciebat ſocietatem, quia tunc non videtur contractum intuitu ſocietatis. Natta *dicto conſil. 567. num. 6.* vbi etiam quòd in dubio ignorantia ſocietatis præſumitur, & an ſocij teneantur ad debita contracta vltra quantitatem & capitale in ſocietate poſitum, traditur *in dicta deciſ. Pedemont. 149.* & an & quando vnus ſocius poſſit alterius ſocij bona obligare, vide Surdum *in deciſ.213.*

Societas præſumitur in dubio potiùs attuliſſe lucrum, quàm damnum. Port.Imolen. *conſ.69. num.10. in fin. vol.2.* 10

Societas quando ex pacto dicatur illicita & vſuraria, Firman. *in Repertor. verſ.Societas dicitur, num.15.* Couarruu. *variar.reſolut.pag.709. num.2. & ſequentib.* Nouell. *reg. 152.* vbi an in ſocietate ſit licitum pactum de diuidendo lucrum inæqualiter, & dicit quòd ſic. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 125. num.6.* vbi quòd valet pactum, quòd partes lucri ſint æquales, & quòd vnus conferat plus altero; vide aliquid infrà *num.13.* vide etiam Andream Gayl. *obſeru.24. part.2.* vbi explicat; an & quomodo inæqualitatem damni, ſeu lucri admittat. 11

Societas non trahitur niſi ad communicata. Cephal. *conſil.65.num.41.vol.1.* 12

Socius in diuiſione quando debeat plus habere, quàm alter. Petraſ. *ſingul.68.* Menoch. *dicto caſu 125.* vide ſuprà *num.11.* 13

Societatis pactum de non diuidendo in perpetuum, vel ad tempus, quando valeat, dixi ſuprà *verſ. Pactum, num.29.* 14

Societas morte ſocij finitur, nec tranſit ad hæredes, amplia & limita, vt in 1. *in form. lib. in Repertorio verſ. Societas ..* vide ſuprà *quæſt.61.num.5.* 15

Socij mei ſocius non eſt meus ſocius, idem de nuncio, 16

nuncio,famulo,vaſallo, & ſimilibus,exornat Oſaſc. *conſil.64.num.52.*vide Nattam *conſil.*487.

17 Societas non dicitur vſuraria, ſi in ſocietate officij loco pecuniarum data ſint aliqua bona, quæ fuerint æſtimata, vide ad hoc Gabrielium *conſil.* 80. Sed contrarium tenet Caſtracan. *de ſociet.offic.cap.*7. *num.*3.*& ſeqq.*

Solutio.

1 Soluens partem ſummæ indebitæ, vel quid aliud ſimile faciens, an cenſeatur approbaſſe contractum,in quo eſt læſus,vel aliter eſt nullus, & ſic an teneatur ad totam ſummam. Mattheſius *ſingul.*122. *in additionib.*Marſil. *ſing.*89. Diaz *reg.*462. Æmilianus *conſil.*2.*num.*24.Menoch. *de recuperan. poſſeſſ.pag.* 118.*& ſeqq. in* 15.*remedio, num.*119. *& ſequentib.* Cephalus *conſil.*51.*num.*15.Natta *conſil.*77. *num.*7. *vol.*1. Regulariter dic quòd ſic. *l.cùm fidem.C.de non numer. pecun.l.*1.*C.quod metus cauſ.l.ad ſolutionem. C.de re iudic.* Anton. Gomez *tit. de contractib. mutui, num.*2. *verſic.*7.*limita. Deciſ. Pedemont.* 57. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi quòd regula fallit, quando contractus eſt doloſus. Item fallit quando contractus eſt ipſo iure nullus, quia tunc ſoluens indebitum ex eo contractu nullo,non dicitur illum approbaſſe, & poteſt repetere, vt per Lamberteng.*de contractib.gloſſ.finis,quaſt.* 44.*num.* 148. *& ſequentib.* in diſcurſu, & præſertim *num* 153.vbi loquitur in muliere,ſeu minore ſoluente ex contractu nullo ob non adhibitas ſtatutarias ſolemnitates, de quo dixi ſuprà *quaſt.* 10. *num.*111. & quid in filiofamilias, an ſoluendo partem mutui poſſit illam repetere tanquam indebitè ſolutam; an verò cenſeatur per ſolutionem approbaſſe inſtrumentum mutui, dixi ſuprà *quaſt.*41.*num.*53. & quid in muliere fideiubente,an ſoluendo pro eo,pro quo fideiuſſit,cenſeatur fideiuſſionem approbaſſe,an verò poſſit ſolutum repetere,dixi ſuprà *verſic. Mulieris fideiuſſio, num.*35. inter diuerſa. Faciunt ad hanc materiam generaliter tradita de condictione indebiti,*in Repert.indic.verſic. Condictio indebiti, num.*19. *& ſequentibus,& num.*49.inter diuerſa. Adde Menochium *caſu* 336.*num.*28.vbi quòd ſolutio nihil operatur,quando eſt erronea,*& n.*30. vbi idem quando eſt coacta,& metu facta.

2 Solutio facta tribus annis ſequentibus,facit ſemper præſumere retrofactam ſolutionem. Cremen. *ſingul.*79.*&* 80. Cotta *pag.*765. Duen. *reg.*54. Villalob.*lit.E num.*88.*& ſequentib.* Viui.*cart.*56.*verb. Emphyteota.* Nouell.*reg* 196.Hercul.*de negatina,num.*40. Cephal. *conſ.*96. *num.* 20. *volum.*1. omninò Gabriel *pag.*51.*concluſ.*11. vbi ponit decem ampliationes, & tres limitationes, pro regula eſt text.*in l.quicunque. C.de apoch.public.lib.*10. ſequitur Gomez *tit. de locat. & conduct.num.*13.*in fine*,& ibi *in additionib. litera H. cap.*4.*tom.* 2. Redoanus *de rebus Eccleſia, pag.* 445. *num.*18.

3 Solutio diutina an faciat præſumere debitorem, & de materia, dixi *in Repertorio quaſtion. iudicial. quaſt* 30.*num.*3.

4 *Soluere* verbum quomodo intelligatur. *Deciſ.Bonon.*77.*num.*12.

5 Solutio in quo loco facienda ſit, & de materia, Nouell. *regul.* 86. & quando valeat pactum de ſoluendo in quocunque loco.Villalob. *lit.P.num.*351. Viui.*cart* 35.*verb.Debitor.* Bald.de Vbald. *in practic. ſub tit.de caut.& remed.quaſt.*9 *pag.*85. Guidopap.*deciſ.*77.vide infrà *num.*7.

6 Solutio non præſumitur facta, & ideò qui dicit ſe ſoluiſſe,probare tenetur, latè de materia Hercul. *de negatina,num.*35. *& ſequentibus*, limita vt per Cephalum *conſ.*47.*num* 5.*volum.*1.Declara vt per Imol. *concluſ.*34.*lib.*5. *pag.*1023. *& ſeqq.* vbi etiam quid in ſolutione canonis per emphyteotam facienda, de quo particulariter dixi ſupra, *verſic. Emphyteota, num.*24. & an ſolutio præſumatur, quando conſuetum eſt illam fieri,puta in procuratore, cui quis ſolet anticipatè ſoluere mercedem, vide Hippolytum Riminaldum *conſil.*315. *num.* 14. *volum.*3. & quid ſi dicat ſe non ſoluiſſe ad inducendum, puta, præſcriptionem, an debeat probare iſtam negatiuam, & quomodo. Balb.*de praſcriptionib.pag.*71 *num* 4 *in fine.* Gabriel.*concluſ.*10 *pag.*17.*num.*38. Sed hoc particulare poſui in materia præſcriptionis annuæ penſionis,*quaſt.*30.*num.*5.*&* 9. vide infrà *num.*16. vide regulam cum pluribus limitationibus, & caſibus, in quibus ſolutio præſumitur apud Menoch. *de praſumptionib.lib.*3 *praſumpt.* 135. vide infrà *n.*16.*&* 19.

Solutio ſi eſt facienda in aliquo loco, & ibi cre- 7
ditor non repetiatur, an mora incurratur per debitorem,dixi *in Repert. indic.quaſt.*75.*num.*9.

Soluens procuratori falſo quando liberetur,vide 8
quæ ſuprà tradita ſunt *in verſic. Debitor, num.*15.

Soluere qui vult,poteſt pro alio etiam inuito, & 9
repetit. *l.ſoluendo.ff.de negot geſt.l.ſoluere*, & *ibi* gloſſ. *in verb.Conſtitutum*,& Doctores.*ff.de ſolutionib.*& talis ſolutio liberat debitorem. *l. nulla. C. eod. tit.* & quando ſolutio non liberat debitorem,ſoluens non repetit. *l. Iulia. § ſi u*, & *ibi* Bartol. *ff mandati.* & quando repetit illud, intelligitur ceſſa ſibi actione à creditore,& non aliàs, vt in præallegata *l nulla*, & *ibi* Bald. *& in l ſi in rem*,& *ibi* Bart.*C.ſi cert.petat.* qui tamen Bald. *in dicta l. nulla*, dicit, quòd non ceſſa actione, non repetit vtili actione, quæ ex ipſa ceſſione oritur, ſed benè agit negotiorum geſtorum. Vide Pariſium *conſil.* 107. *num.* 128. *& ſeqq. volum.*3. vbi *num.*129. *& ſeq.* quòd ſoluens pro aliquo inuito non habet contra eum actionem, ſed ſolùm liberatur ille, pro quo ſoluit, niſi ſoluens eſſet debitor illius,pro quo ſoluit, & eius nomen fuiſſet hypothecatum. Iſta materia, quando debitor liberetur ſoluendo alteri,quàm ſuo creditori,ponitur per Bartol. *in l.ſolutum.§.ſolutam,num.*2. *ff.de pignorat. action.* vbi magiſtraliter loquitur, & regulariter non liberatur, niſi doceat de mandato creditoris. *l. inuito. C. de ſolutionib.* vel niſi ſoluat creditori ſui creditoris. *l. ſi opera.ff.de except.doli.*Bald.*in dicta l.inuito.* Bart. *dicto num.*2.Pariſ. *conſ.*107.*num.*128. *& ſequentib. volum.*3. Ad materiam aliquid per Corneum *conſil.*79 *num.*1. 9.11.*&* 12.*lib.*1.Firman.*in Repertor. verb. Soluere,n.*25. *& verb.Solutio à quibus,num.*4.*& verſic. Debitor poteſt ſoluere*, gloſſ. & Doct. præſertim Imol. & Paul. de Caſtr. poſt Bartol. *in l.ſi Stichum. § finali ff. de nouat.* vbi quòd non repetit, quando ſoluit pro inuito, exemplum ponunt in prohibente. Secùs dicit Bartol. quando ſoluit pro ignorante, non inuito, nec prohibente, quia tunc repetit actione negotiorum geſtorum. Roman. *ſingul.* 124. & in additione vbi etiam quòd Medicus ægrotum inuitum curans poteſt mercedem petere. Bald. *in l. fin. C. de negot geſt.* vbi *num.*7. quòd ſoluens pro aliquo inuito exiſtente in periculo mortis repetit. Ad hanc materiam conferunt ſuprà tradita *quaſt.* 68. *n.*14. vbi poſui,quando quis pro altero inuito fideiubendo, ſi ſoluat, repetat, ſed ſoluens pro liberatione alicuius captiui, ſolutum repetit, etiam quòd ſoluerit captiuo inuito & prohibente. Anton. Gomez *in tit. de fideiuſſorib. num.*11.*in fine.*

Solutio

10 Solutio an præſumatur facta nomine proprio, vel de propria pecunia, dixi ſuprà *verſic. Actus, num.*8.

11 Solutio in quam cauſam facta præſumatur, poſui ſuprà *quaſt.*70.

12 Soluens iuſſu iudicis, & metu mandati, quando benè ſoluat, dixi *in Repertor. iudic. in verſic. Iudicis auctoritas, num.*17.

13 Solutionis exceptio quando opponi poſſit, dixi *in Repertor. iudicial. verſic. Solutionis, num.* 2. inter diuerſa.

14 Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, ſed an ipſo iure, dixi ſuprà *verſ. Obligatio, num.*4.

15 Soluens indebitum quando repetat, dixi *in Repertor. iudic.* inter diuerſa, *verſ. Condictio indebiti, num.*19 & aliis ſequentibus, *& num.*49.

16 Solutio præſumitur ex diuturnitate temporis. Marſil. *ſingul.*111. *num.* 8. Simon. de Præt. *conſil.* 68. *num.*1. *& ſeq.* Cephal. *conſil.* 240. *num.*9. *lib.*2. Pariſ. *conſil.*137. *num.*12. *lib.*4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *concluſ.*135. *num.*3. *& ſeqq. & num.* 19. *& ſeqq.* vide ſuprà *num.*6. & infrà *num.*19. Simon. de Præt. *conſil.*68. *num.*3. *& ſeq.* Rota *diuerſ. deciſ.*783. *num.* 2. *&* 12. *part.*1.

17 Solutio quomodo probetur per teſtes, *in Repertorio iudic. verſ. Soluens, num.* 12. *in fragment.* inter diuerſa.

18 Solutio facta ex reſto, vel pro reſiduo, totum debitum fuiſſe ſolutum demonſtrat. Granut. *theorem.*9. *num* 9. *fol.*46. vide ſuprà *in verb. Reliquum, num.*1. inter diuerſa.

19 Solutio regulariter non præſumitur, quandoque tamen præſumitur, & de materia, dixi ſuprà *num.*6. *&* 16. Rot. *deciſ.*783. inter diuerſ. *part.*1. vbi videas. Quibus adde & Surd. *deciſ. Mantuan.* 105. vbi ponit aliquas præſumptiones ſolutionis, *& num.* 9. facit generalem concluſionem, quòd præſumptio probatur coniecturis, de quibus etiam per Simon. de Præt, *conſil.*68 *num.*3. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 788. inter diuerſ. *part.*1. Calcan. *conſil.*13. *num.* 5. Maſcard. *de probat. lib.*3. *concluſ.*1318. *per totam*, & particulariter, an ſoluens quod debet ſuo creditori, præſumatur ſatisfactus de eo, in quo priùs erat creditor dicti ſui creditoris, ex illa præſumptione, quòd ſi non fuiſſet ſatisfactus, non ſic ſoluiſſet, ſed retinuiſſet. Regula eſt, quòd non ex hoc ſolutio præſumatur, nec propterea prohibeatur petere quod ſibi debetur, per textum *in l. ſi cùm des. ff. rerum amotarum*, & concludunt communiter Bart. Paul. de Caſtr. & Iaſon *in l. ſi quidem. C. de tranſactionib.* Riminald. *conſil.* 214. *n.*18. Siluanus *conſil.*86 Natta *conſil* 358. *num.*13. quamuis ex hoc ſolùm, quòd quis ſoluat alteri debitum, non modica, ſed vrgens, & veriſimilis oriatur præſumptio, quòd ſoluens de anteriore ſuo credito fuerit ſatisfactus, voluit Anchar. *conſil.* 434. ex narratis *col.*2. *poſt med. verſic. Accedit huic præſumptioni.* Aymon *conſil.*129 *num.*9. *in fine, verſic. Imò ex ſola ſolutione & conſil.*914. *num.*10. Bertaa *conſil. ciuili* 118. *n.*17. Maſcard. *dicta concluſ.*1318. *num.*29. & voluit Rota in deciſione mox infrà regiſtranda; ſed quando cum hac præſumptione aliqua alia concurrit præſumptio, tunc res eſt indubitata, quòd omninò ſic ſoluens præſumitur ſatisfactus de anteriori credito. Bald. *in d. l. ſi quidem, num.*3. *verſic. Fallit quando.* Salic. *num.*3. *in fine*, & Iaſ. *num.*3. etiam *in fine. C. de tranſact.* Aym. *dicto conſil.*129. *num.*9. *in princip* Honded. *conſil.*47. *num* 34. *lib.*1. & benè explicat Calcan. *conſil.*23. *num.*1. *&* 5. Aduerte tamen quòd ſupradicta regula, quam facit Surdus *in deciſ. Mantuan.* 105. *num.* 9. quòd videlicet præſumptio probatur coniecturis, fallit quando de credito conſtat per publicum inſtrumentum, vt per Mandell. *conſil.*757. *num.*18. *lib.*4. Sequitur particula deciſionis Rotæ ſuperiùs allegatæ, R.P.D. Penia *Romana pecuniaria, die Veneris* 3. *menſis Martij* 1595. Poſtremò multum mouit dominos factum Honofrij, qui viuente Matthia nunquam petiit pecunias, quas nomine depoſiti ei tradidiſſe prætendebat. Quinimmò cùm Matthias, poſtquam Honofrium è domo ſua exire iuſſiſſet, in iudicio illum conueniſſet ad ſolutionem penſionis, quam ſibi ſuper beneficio renunciato reſeruauerat Honofrius, non modò non oppoſuit de prætenſo depoſito, quinimmò penſionem ei ſoluerat, vnde oriebatur præſumptio ſatis veriſimilis, quòd Matthias non erat debitor ipſius ſoluentis. Ancharan. *conſil.* 434. *circa medium*, quem refert & ſequitur Crauetta *conſil.* 129. *num.*9. *in fine.* nam cùm potuiſſet exceptionem compenſationis allegare, ex quo illam non allegauit, præſumebatur id feciſſe, quia reuera creditor non erat. Ægidius *conſ.*10. *num.*41.

Spurius.

Spurij legitimationis materia eſt poſita ſuprà 1
*quaſt.*49. *cap.*1. 2. *&* 3.

Spurius legitimatus an poſſit per ingratitudinem 2
reillegitimari? dixi *in dicta quaſt.*49. *cap.*3. *n.*13.

Spurius quanto tempore præſcribat legitimita- 3
tem. Villalob. *lit. L. num.*66. *& ſeqq.* Faciunt generaliter tradita *in Repertor. iudicial. quaſt. verſ. Præſcribere, num.*35.

Spurius quando per filialem nominationem cen- 4
ſeatur legitimatus, dixi *in Repertor. iudicial. quaſt.*43. *num.*25.

Spurius adoptari non poteſt. Roman. *ſing.*627. 5

Spurij qui dicantur? Qui naturales? Qui baſtar- 6
di, & de materia, dixi ſuprà *verſic. Naturales, n.*10.

Spurius eſt infamis ſaltim infamia facti. Lamber- 7
teng. *de contractibus eorum*, &c. *gloſſ.*19. *n.*3. Roland. *conſil.* 87. *num.* 2. *&* 3. *volum.* 3. Arnald. Albert. *de agnoſcen. aſſert. catholic. quaſt.*34. *num.*5. quod procedit etiam in legitimato. Sed contrà Roland. *conſ.*67. *num.*36. *volum.*3. & Lamberteng. *de contractib. gloſſ.*19. *num.*4. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.*24. *num.*8. Rota *diuerſ. part.*1. *deciſ.*501. *num.*6. Bald. *conſil.*146. *num.*6. *lib* 1. Honded. *conſil* 47. *num.*28. *lib.*2. Anton. Theſaurus *deciſ.*126. *num.*7. Gabriel. *conſil.*30. *lib.*2. Ad materiam propoſitam vide Herculan. *de cautel. cap.*32. *pag.* 168. vbi multa in deteſtationem ſpuriorum. Natta *conſil.*621. *num.* 7. vbi quòd legitimatus ſpurius aſſimilatur medicato remanente cicatrice. Marſil. *ſingul.*273. Duenn. *regul.*69. vbi de materia. Mynſing. *obſeruat.* 31. *centur.*4. Roland. *conſ.*79. *num.* 45. *volum.*1. Cagnol. *in l. ſi qua illuſtris, num.*8. *C. ad Orfician.* Roland. *conſil.* 74. *num.* 30. *&* 37. *in* 1. *volum.* Couarruu. *practic. quaſtion. pag.*139. *num.*6. Imol. *concluſ.*37. *lib.*4. vbi an ſuccedat in dignitatibus. Placha *cap.* 41. *pag.* 713. relati per Menochium *caſu* 464. *num.*17. qui id probant verum etiam ex ſacris Scripturis. Sed contrà ibi *num.* 18. Contrarium etiam, quòd ſcilicet ſpurij non ſint infames, tenuit Striat. *in pract. iudicial. cap.* 20. *num.* 42. allegat Paleot. *in tractat. de ſpurijs & nothis.* Ad hæc videas Rolandum *in conſ.*67 *num.*73. *volum.*3. vbi quòd ſpurij non ſunt Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, nec in bello fortes, nec in fide conſtantes. Contra quos valde exclamat Bonifacius Martyr. Sed omnia prædicta

prædicta procedunt, prout loquuntur, in ſpurio, hoc eſt, in nato ex coitu illicito, vel damnato, ſecus eſſet in naturali, hoc eſt, ex concubina domi retenta nato, ex qua certum eſt illum eſſe filium talis, qui naturalis non eſt ita odioſus, vt optimè conſiderauit *ibidem* Rolandus. Sed vide Plotum *in l. ſi quando, num.* 80t. *C. vnde vi*, vbi quòd ſpurius eſt infamis, etiam quòd ſit naturalis, ſeu baſtardus, ſaltem infamia facti. Sed contra Plotum eſt verior opinio cum Rolando ſaltem iure ciuili, ſecundùm Lambertengum *de contractib. gloſſ.* 19. *num.* 3. de ſpurio, an ſit infamis, vide Gabrielium *conſil.* 30. *lib.* 2. Anton. Theſaurum *deciſ.* 226. Hondedeum *conſil.* 47. *lib.* 2. Rota *diuerſ. part.* 1. *deciſ.* 505. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 24. *num.* 8. cum allegatis per eos.

8 Spurij an veniant appellatione coniunctorum, dixi *in Repertor. vltimarum voluntatum, quæſt.* 14. *lit. F. num.* 1. *& ſeqq.*

9 Spurius non poteſt eſſe Clericus, & quare. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* ... fallit in legitimato per ſubſequens matrimonium, vt per Gabriel. *pag.* 708. *num.* 20.

10 Spurij an ſint illi, qui naſcuntur ex matrimonio putatiuo, dixi ſuprà *verſ. Filij nati, num.* 5.

Statutum.

1 Statutum an & quando mutari poſſit. Cæpol. *caut.* 249.

2 Statutum à laicis factum an liget Clericos? Dic regulariter, quòd non, etiam quòd ſtatuta vtantur verbis generalibus, vt per Lamberteng. *de contractib. in fine, quæſt.* 39. *num.* 135. vbi de communi. Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 59. vbi quòd ſtatuta laicorum pœnalia, & non pœnalia, non ligant Clericos, etiam in minoribus conſtitutos, niſi fuerint à Papa confirmata, & an laicorum ſtatutum comprehendat contrahentem cum Clerico, ſiue laico? Dic quòd ſic, niſi contrahat pro ſalute animæ. Lamberteng. *de contractib. in fine, quæſt.* 39. *num.* 135. *& ſequentib.* faciunt in ſimili tradita ſuprà *quæſt.* 20. *num* 92 vbi etiam poſui an ſtatutum requirens ſolemnitates in contractu minorum liget Clericos. De materia vide Cottam *in memoralibus pag* 110. *& ſequentibus* Pariſ. *conſil.* 40. *num.* 9. *volum.* 3. Imol. *concluſ.* 1. *pag.* 4. vbi quòd ſtatuta laicorum ſuper rebus Clericorum valent, quando ſunt confirmata cum clauſula, *Ex certa ſcientia.* Quando ſtatuta ſunt à Pontifice firmata, vel de communi conſenſu etiam Clericorum facta ſunt, tunc etiam Clericos ligant, vt per Lamberteng. *de contract. in fine, quæſt.* 39. *n.* 139. latè Felinus *in cap. Eccleſia ſancta Maria, de conſtitutionib.* Villalob. *litera S. num.* 125. vbi quòd in materia probationum Clericus agens non ligatur ſtatutis laicorum. Matthei. *ſingul.* 110. *in addit.* Marſil. *ſingul.* 453. Pariſ. *conſil.* 48. *num.* 15. *volum.* 4. vbi quòd in ſibi fauorabilibus Clerici comprehenduntur ſub ſtatutis laicorum, ſtatuta ſiquidem fauorabilia ligant etiam Clericos, intellige ſi voluerint ſtatuto vti, aliàs ſecùs. Lambertengus *de contractib. gloſſ.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 57. *&* 58. Ad propoſitum vide Rolandum *conſil.* 57. *num.* 15. *& ſeqq. volum.* 2. vbi quòd ligantur Clerici, quando ſtatutum iniecit vinculum ante Clericatum, quod declara vt *ibi, & conſil.* 21. *num.* 7. *volum.* 1. in materia Cephal. *conſil.* 53. *num.* 6. *&* 57. *& ſeqq. & conſil.* 54. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 1. vbi diſtinguit inter ſtatutum conceptum in rem, & ſtatutum conceptum in perſonam. Placha *cap.* 8. *pag.* 135. *in fine, & ſequentib.* vbi quòd ligantur Clerici ſtatutis laicorum in iis, quæ ſunt communia vtriſque, & quæ reſpiciunt publicam vtilitatem, *& pag.* 137. *in princip.* vbi quòd lex Principis ſæcularis in quacunque re diſponat, etſi Clericorum mentionem non faciat, ſi iuſta & honeſta ſit, nec canonibus contraria, ſeruari etiam debet per Clericum, de cuius dicti veritate ibi videas. Clar. *in pract. quæſt.* 36. *verſic. Vlteriùs quæro*, vbi, an laicorum edicta, & bannimenta Clericos comprehendant, & generaliter quibus legibus ligentur Clerici. Diaz *regul.* 434. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. pag.* 211. *num.* 51. *& ſeqq. remed.* 14. vbi an Clerici ligentur ciuilibus legibus laicorum, pulchrè ibi declarat. Cotta *dicta pag.* 120. *& ſequentib.* Duenn. *regul.* 135. vbi an ligentur conſuetudine laicorum? & an valeat ſtatutum à laicis factum ſuper ſpiritualibus, ſiue annexis, vide Romanum *ſingul.* 358. *&* 438. Diaz *regul.* 699. vbi quòd ſtatutum laicorum ſuper matrimonio non valet. De quo vide aliquid in ſequenti *verſic. num.* 3. & an valeat ſtatutum laicorum ſuper cauſa pia, vide Tiriz. *de teſtament. coniugum, pag.* 126. *num.* 1. *& ſeqq.* & ſi ſtatutum non abſolutè prohibet contractum, ſed ſub certo modo & forma, quòd tunc valeat etiam quoad Eccleſiam & Clericos, tradit Crotus *conſil.* 135. *num.* 10. *& ſeqq.* Ad hanc totam materiam vide Andream Gayl *obſeruat.* 32. *part.* 2. & omninò Alderanum Maſcardum *in tractat. de generali ſtatutorum interpretatione concluſ.* 1. vbi latè quando ſtatutum laicorum comprehendat perſonas Eccleſiaſticas & bona, & quid de hoſpitali, & aliis piis locis, & de matrimonialibus, & quæ dicantur ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & omninò etiam vide Alexand. Ambroſin. *in tract. de immunitate & libertate Eccleſiaſtica, cap* 21. *per totum.*

Statutum probibens matrimonium contrahi, 3
quando valeat. Clar. *in pract quæſt* 82. *verſic. Statutum probibens*, vide in antecedenti *verſic. num.* 2. *in fine.* Ac etiam vide ſuprà *verſic. Matrimonium, n.* 16.

Statutum quando liget ignorantes, dixi *in Reper-* 4
tor. iudic. quæſtionum, quæſt. 3. *cap.* 3.

Statutum mandans ſtari alicuius ſimplici dicto, 5
quomodo intelligatur. Marſil. *ſingul.* 402. & latiùs dixi ſuprà *quæſt.* 35. *cap.* 2. *& in Repertor. iudic. quæſt.* 15. *num.* 10. vbi hæc poſui.

Statutum generale an comprehendat minores, 6
dixi ſuprà *verſ. Minor, num.* 19.

Statuta quando fieri poſſint in odium vnius per- 7
ſonæ. Duen. *regul.* 46. Aymon *de antiquit. temp. pag.* 224. *num.* 1. *& omnibus ſequentibus.* Roland. *conſil.* 99. *num.* 11. *& ſeqq.* 40. *& ſeqq.* 30. *& ſeqq. volum.* 1. Cephal. *conſil.* 38. *num.* 19. *volum.* 1. vide ſuprà *quæſt.* 56. *num.* 11. omninò videas *in deciſ. Pedemont.* 17. *per totam, in diſcurſu.*

Statuta correcta quando poſſint ad deciſionem 8
cauſarum allegari. Duennas *regul.* 79. latè Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretatione, concluſione* 11.

Statuta quanto tempore præſcribantur. Duen- 9
nas *regul.* 79.

Statutum confirmatum à Superiore ſine illius 10
conſenſu reuocari non poteſt. Roland. *conſ.* 37. *n.* 9. *volum.* 2. Cephal. *conſil.* 38. *num.* 7. Declara, vt per Pariſium *conſil.* 92. *num.* 55. *volum.* 4. *& conſil.* 55. *num.* 9. Cephal. *dicto conſil.* 38. vbi de materia. Diſtingue vt *in conſil. crimin. diuerſ.* 124. *num.* 14. Gabriel. *pag.* 755. *num.* 22. *&* 57. *& ſequenti*, vbi quòd quando eſt appoſita in confirmatione clauſula *decreti*, tunc ſtatuta confirmata non reuocantur ſine confirmantis licentia: immò iſto caſu ſtatuentes nedum ex ſe

non

non poſſunt dicta ſtatuta reuocare, ſed nec declarare, ſeu interpretari. Rolandus *conſil.61. num.43. & ſequentib. volum.3.* vbi quòd ſtatuta à Principe ſuperiori confirmata cum clauſula, *Ex certa ſcientia*, vel *de plenitudine poteſtatis*, non poſſunt ab alio inferiori reuocari, declara hanc materiam, vt per Ferran. *Quoſq.contr.illuſtr.cap 35.num.11.& ſeqq.*

10 Statuta reſtringentia liberam teſtandi facultatem, an valeant, dixi *in Repert. vltimar. volunt. verſic. Statutum, num.11.* inter diuerſa.

11 Statuta ſunt ſtrictè intelligenda. Roland.*conſ.63. num.19.& ſequentib.volum.1.* Tiriz.*de teſtament.coniugum, pag.132 & 137.verſic.Ego teneo.* Roland.*conſ.24. num.9. volum.3.* vbi de communi. Andr. Gayl. *obſeruat.33.lib.2.* vbi etiam generaliter quomodo ſtatutorum interpretatio facienda ſit, de quo latè per Aldetanum Maſcard.*de gener.ſtatut. interpret. per tot.*

12 Statutum contra bonos mores, & inducens peccatum, non valet. Aymon *conſil.219. in 2. volum. in medio.* Capra *concluſ.11.per totam, & concluſ.10. n.20. & ſeqq.* vbi latè quando valeat ſtatutum factum contra præcepta iuris diuini, putà permittens furari, mœchari, vel quid ſimile fieri, *& dicta concluſ.10. num. 30.& ſequentib. omnibus*, vbi quando valeat ſtatutum contra ius poſitiuum naturale, vel gentium, *Deciſ.Pedemont.100.num.34.* vbi quòd valet ſtatutum contra ius, cui poteſt pacto partium derogari, aliàs ſecùs, & quando valeat ſtatutum irrationabile, vide Tiraquellum *de retract.pag.32.ſub num 75.*& ad materiam huius verſiculi, vide in ſimili tradita ſuprà, *verſic.Conſuetudo, num.6.* vbi remiſſiuè.

13 Statuta an æquiparentur pactis, dixi ſuprà *verſic. Pactum, num.1.*

14 Statutum, vt non procedatur criminaliter, &c. vide *in Repertor.crimin.verſic.Statutum, num.2.*

15 Statuta æquiparantur vltimis voluntatibus. Menoch.*de arbitr.quæſt.caſ.185.num.45.*

16 Statutum an comprehendat Iudæos, dixi ſuprà *verſic.Iudæi, num.8.*

17 Statuta eſſe ſeruanda exornat. Roland. *conſil.72. num.3 & ſeqq. volum.2.* Cephal.*conſil. 291. num.9. & ſequentib.volum.2.* intellige quando ſumus in articulo certo, ſecùs ſi in dubio, quia tunc attenditur iuris diſpoſitio, & non ſtatutum. Put.*deciſ.29.num.7.& 12. lib.2* Bertaz. *conſ. criminal.35. num.13. volum.1.* vbi quòd pœna ſtatuti facit ceſſare pœnam iuris communis, & idem per Burſat.*conſil.146.num. 22.vol.4.*

18 Statutum diſponens idem quod ius commune, eſt vtile, quia nouum vinculum & remedium addit. Socin.iun.*conſil.131.num 38 part.1.* & an dicatur ius municipale, vel commune, Roman. *ſingul.308.* & an tollat ius commune, Villalob. *lit.S.num.98.* De materia Couarruuias *practic. quæſt. cap. 27. num.4.* vide in ſimili ſupra tradita *verſic. Pactum, num.14.* & Cephal.*conſil.104.num.7.& ſeqq. plurib.* vbi declarat. Ioſeph.Ludouic. *Deciſ. Lucen.38. num.30. & ſeq.* vbi inter alia, quòd iſto caſu poteſt agi nouo remedio illius ſtatuti via exequutiua. Marul. *in practica §.opportunè, num.41.& ſeqq.* vbi latè, quòd iſto caſu debet aliquid operari vltra ius commune. Ad hanc materiam vide omninò Doctores *in l.1. C.de theſaur. lib.10.*

19 Statuta condere quænam ciuitates poſſint. Viui, *in communib.opinionib. pag.140.* & an poſſint condi à villis. Diaz *regul.701.*& an à dominis alicuius caſtri, Aymon *de antiquit cart.224.num.15.& ſeqq.* Dic quòd non, quando ſunt contra ius commune. Ad idem etiam Virgil. Boccac. *in conſtitut. March. gloſſ. 6. num.51.* vbi & de communitatibus, & de quolibet domino inferiore, quòd nihil poſſunt ſtatuere contra ius commune, niſi ipſorum ſtatuta contineant publicam vtilitatem, vt per Roland. *conſil.4.num.36. & ſequentib. volum.3.* qui loquitur in feudatario, & generaliter quando valeant ſtatuta condita à populo carente iuriſdictione, vide eundem Rolandum *conſil.99. volum.2.* & an poſſint condi à ciuitate ſine licentia ſuperioris. Villalob. *litera C.num.61.* diſtingue vt per Cephalum *conſil. 38. num.15. & ſeqq. & num.22.volum.1.* Roland. *dicto conſil. 99. num.12. & ſeqq.* vbi an iſta licentia præſumatur ex diuturnitate temporis, & an ſtatuta poſſint condi ab Epiſcopo. Duenn.*reg.245.*& quid de ſtatutis, ſeu decretis conditis ab vniuerſitate, ponitur *in deciſ. Pedemont.17. per totam, in diſcurſu.* Adde ad materiam Virgil.Boccacium *in conſtitut. March. gloſſ.6.num.41.* vbi quòd communitates iuriſdictione carentes, & non habentes fiſcum priuatum, non poſſunt ſine ſuperioris licentia, & confirmatione ſtatuta, præſertim pœnalia, condere, niſi in iis, quæ concernunt adminiſtrationem ſuæ ciuitatis, prout eſt diſtribuere collectas, de quo tamen particulariter dixi ſuprà *num.5. verſic. Gabella à quibus imponi poſſit.* Ad quam materiam, an, & quando populi, vniuerſitates, communitates, & Collegia poſſint ſtatuta condere, & qualia, vide etiam *ibidem* per Virgilium Boccacium *in conſtitut. March.dicta gloſſ.6.num.48.49.51.& 52.*

Statutum an ſit producendum, vel ſufficiat illud allegare, dixi *in Repertor.iudic.verſic.Statuti productio, num.4.* inter diuerſa. 20

Statuta dicuntur reſpicere ordinem iudicij, & non deciſionem cauſarum, quæ tractant de admittenda, vel non admittenda appellatione, ex Contardo *de momentan poſſeſſ. intitul. de Ægidiana quæſt.5. num.4.* Rot.diuerſ.*deciſ.19.num.5 lib.2.part.3.* Put.*deciſ.480. num.4.6.7.& 8.* vbi declarat *lib. 2.* Idem Contardus *vbi ſuprà, limitatione 4.num.7.& ſeqq.* vbi quid de appellatione ab interloquutoria, & quid à diffinitiua. Item ſtatuta reſpicientia ſolemnitatem teſtium, dicuntur probatoriam ſolemnitatem reſpicere, & non ſubſtantialem. Æmil. *de teſtibus, in verb. Teſtis locus generalis, num.19.fol.12.* vide infrà *num.25.* 21

Statutum vſu non receptum ſeruandum non eſt, & de materia, dixi ſuprà, *verſic.Lex, num.1.* inter diuerſa, *in fragment.* 22

Statutum vnum declarat aliud. Roland. *conſil.62. num.3.volum.3.* 23

Statuta an ligent Principem, dixi ſuprà *verſic. Princeps, num.4.* 24

Statutum quando dicatur ordinatorium, & quando deciſorium, dixi ſuprà *num.21.* vide Carpan. *ad ſtat. Mediolanen.cap.47.num.63. & ſeqq.* Dicas quòd ſtatutum prohibens exceptiones competentes eſt deciſorium. Bartol. *in l.omnes populi, num.45.verſic. In quantum reſpicis deciſionem. ff. de iuſt. & iur.* Bald. *in l.1. num. 11. verſic. quintò quæro. C.ne filius pro patre.* Decian. *in cap.Eccleſia ſancta Mariæ, num.155. verſic. & ad hoc benè facit, de conſtitutionib.* Ideò inter ſubditos in omni curia eſt ſeruandum, & iuxta illud iudicandum. Bart. *in l. cunctos populos, num.13.& 14.& ſequen. C.de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* Anton. de Butr. *in rubr.C.de conſuetud num.4.& 13.* Alexand. *in l.1.num.19.ff.de legat.2.* 25

Diuerſa.

Scholaris notoriè peritus debet ſine examine doctorari. Corſet *ſingul.pag. 189. verb. Præſumptio 2.* Cephal.*conſ.128.vol.1.* vbi de materia. 1

Scholaris

2 Scholaris Clericus quando teneatur reſidere in loco beneficij. Diaz *regul.*712. Duen. *reg* 386.

3 Scholaris quæ habeat priuilegia in locatione domus. Duen. *reg.*213.

4 Scholaris ad hoc vt priuilegiis gaudeat, qualis eſſe debeat. Duennas *regul.*213. *in fine.*

5 Scholaris habet præſumptionem contra ſe. Viui. *in communib. opinionib. verb. Donatio facta, in fine.*

6 Scholaris, ſiue Doctor, quando poſſit expellere fabrum malleatium, &c. dixi ſuprà *verſic. Doctor, num.*6.

7 Scholaris an conueniendus in loco ſtudij, dixi *in Repertor. iudic. verſic. Scholaris, num.*8. inter diuerſa.

8 *Semper* dictio quid ſignificet. Roland. *conſil.* 21. *num.* 24. *& ſeqq. Credo ſit, in* 2. *volum.* Dic quòd talis dictio denotat continuitatem temporis. *l.* 1. & *ibi* Bartol. *colum.* 5. *in fine, verſic. Item in quæſtione. ff. ſolut. matrimon.* & omne tempus, omneſque caſus includit. Iaſon *conſil.*115. *colum.*7. *verſic. Tertiò adeſt dictio,* &c. *volum.*3. quos referendo ſequitur Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.*20. Aliquando tamen dictio *ſemper*, idem importat, quod dictio *plerumque*, vt *in deciſ. Pedemont.* 86. *num.* 8. Hippol. Riminald. *conſil.* 490. *num.* 2. vbi quòd dictio *ſemper* denotat idem quod omni tempore, & idem tradit Menoch. *conſil.*244. *num.*23. Sed *in num.* 22. dicit quòd ſignificat perpetuitatem, & multiplicitatem actus, ad quæ & de materia vide Burſatum *conſil.* 345. *num.* 14. *in* 4. *volum. & num.*16. vbi quid importet iſta dictio *ſemper* prolata à teſte.

9 *Singulariter* aduerbium quid ſignificet. Roland. *conſil.*26. *num.*10. *&* 19. *volum.*2.

10 *Specialiter* aduerbium quid ſignificet. Rolandus *conſil.*26. *num.*10. *&* 19. *volum.*2.

11 Scriptura in quibus actibus requiratur. Roman. *ſingul.*6. Hercul. *de negatiua, num.*93. Decius *in l. pactum quod bona fide, num.* 2. *C. de pact.* remiſſiuè Lambertengus *de contractib. gloſſ.*6. *num.* 90. *quæſtione* 35. Marſil. *in rubr. de probationib. num.* 20. *& ſequentib.* Quid in venditione, vide infrà *verſic. Venditio ſolo conſenſu, num.* 7. & ponas hîc, & quando contractus dicatur celebratus in ſcriptis, vide ſuprà, *verſic. Contractus, num.* 14. Regulariter contractus ad ſui validitatem ſcripturam non exigit, ſed ideò ea fit, vt quod actum eſt, faciliùs probetur. Simoncellus *de decreto, in præfatione, num.*30. Quid de contractu emphyteotico, vide ſuprà, *verſic. Emphyteoticus contractus. num.*36. & ponas hîc. Quòd regulariter in actibus non requiratur ſcriptura, tradit Monticell. *de inuent. pag.*14. *à tergo.* Quid in fideiuſſione, vide Hercul. *de caut. cap.*171. *num.* 50. vbi quòd requiritur ſcriptura in fideiuſſione de repræſentando. Quid in gratia, vide *in Repert. crimin. verſ. Gratia, num.*9. *inter fragment.*

12 *Scriptura* verbum quomodò capiatur, maximè in reſcriptis, vide Romanum *ſingul.*210.

13 *Scriptura*, & *vox* æquiparantur. Corſet. *ſingul. pag.*144. *verb. Citatio,* &c.

14 Scribere ſi quis neſciat, quando quis admittatur pro eo, vt ſcribat. Benincaſ. *de paupert. pag.*213. *num.*43. *& ſequentib.* Faciunt generaliter tradita in materia apochæ manu tertij ſcripta, vide *in Repert. indic. quæſt.*59.

15 Subſcriptio quid operetur. Socio. *reg.*385. Cotta *in memoral. pag.*833. Clar. *in* §. *Teſtamentum, quæſt.*14. *verſic. Quæro quid ſi.* Roland. *conſil.* 44. *num.* 28. *& ſeqq. & num.*38. *volum.*1. Practica Conradi *pag.*166. *verſic. Octauò*, &c. Benincaſ. *de paupert. pag.* 212. *num.* 42. Corat. *de communib. opinionib. pag.* 100. *num.* 118. vide omninò Gabriel. *titul. de præſumpt. concluſ.* 3. Dicas quòd ſubſcribens habetur ac ſi omnia manu ſua ſcripſiſſet. Ideò ſcriptura, cui eſt facta ſubſcriptio, dicitur ſcripta manu ſubſcribentis, concordantes allegat Lambertengus *de contractib. gloſſ.* 15. *num.* 3. *&* 5. vbi de communi, & ſubſcribens præſumitur legiſſe ſcripturam, ideò ſi dicat ſe eam non legiſſe, & fuiſſe deceptum, id debet probare, quia non præſumitur. Port. Imolen. *conſil.* 66. *num.*15. *& ſequentib. volum.*2. Aymon *conſ.*25. *num.*13. quem refert & ſequitur Sebaſt. Medic. *de caſibus fortuitis, part.*1. *quæſt.*3. *num.*17. In dubio quis præſumitur habuiſſe notitiam contentorum in ſcriptura, cui ſe ſubſcripſit, niſi aliud ſuadeatur ex qualitate ſubſcribentis. Lamberteng. *de contractib. gloſſ.*15. *num.*5. & quid ſi aliquis è contra apocham ſcripſit, ſed non ſubſcripſit, dixi de hoc *in Repertor. iudic. quæſt.* 59. in materia apochæ, vide *deciſione Pedemont.*37. *num.*3. vbi quòd ſubſcribens dicitur virtualiter ſcribere omnia præcedentia in materia, vide etiam omninò *in primo informat. lib. verſ. Subſcribens, in Repertor.* & omninò etiam Menoch. *de præſumptionib. lib.*3. *præſumpt.*66. & Alderanum Maſcardum *in concluſ.*1341.

Superflui verbum quid ſignificet. Diaz *regul.*651. 16

Subrogatum quando ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur. Hieronymus de Monte *quæſtione* 28. *num.*18. vbi quòd iſta regula non procedit, quando adeſt diuerſa qualitas. Roman. *ſingul.* 484. Marſil. *ſingul.*255. Socin. *regul.*383. Cotta *in memoralib. pag.*830. Tiraquell. *de legib. connubial. pag.*462. *num.* 190. *& ſeqq.* Cephal. *conſil.* 10 *num.*14. *& ſequenti, volum.*1. vbi declarat, *& conſil.*58. *num.*30. *& ſeqq. volum.* 1. vbi ampliat. Roman. *ſingul.* 65. Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. lib.*1. *quæſt.*54. *num.*29. *& ſeqq. & quæſt.*80. *num.*110. vbi dantur plures limitationes. Faciunt infrà tradita *verſic. Vicerector*, &c. *num.*10. *& in Repertor. iudic. verſic. Locum tenens, num.* 3. & quando diſpoſitio loquens de vno procedat in alio in eius locum ſubrogato, vide Aymon. *de antiquit. part.*4. §. 1. *num.*138. vbi quòd ſic, niſi tamen verſemur in odioſis, & pœnalibus. 17

Subrogare quando quis poſſit alium in locum 18 ſuum, Roman. *ſingul.* 670. Corſet. *ſingul. pag.* 205. *verſic. Subſtituimus*, &c. Cephal. *conſil.* 71. *num.* 11. *volum.* 1. & quòd quis poſſit filium in ſuum locum ſubrogare, traditur per Cephalum *conſil.*161. *num.*24. *volum.* 2. Marſil. *ſingul.* 160. Cephal. *conſil.* 13. *num.*39. *volum.*1. Iſta materia, quando ſcilicet quis poſſit per ſubſtitutum ſeruire, traditur per Moronum *de fid. treg. & pac. pag.* 93. *num.* 2. *& pag.* 94. *quæſt.* 54. *& pluribus ſequentibus*, vbi proſequitur multos caſus in quibus quis poteſt per ſe facere, & tamen non poteſt per alium, & particulariter, an Doctor legens poſſit ſeruire per ſubſtitutum, vide ibidem *pag.* 109. *quæſt.* 66. *& pag.*76. *quæſt.* 45. vbi quòd quis non poteſt ſeruire per ſubſtitutum, quando eſt electa perſonæ induſtria, de quo vide, quæ dixi ſuprà *verſ. Induſtria, num.*26.

Simul quando quid fieri, vel ſtare dicatur, Cor- 19 ſet. *ſingul. pag.*167. *Item* dictio ſimul eſt copulatiua. Roland. *conſ.*62. *num.*14. *volum.*3.

Solemnitates quæ poſſint à partibus remitti. Cor- 20 ſet. *ſing. pag.*205. *verſ. Sententia*, &c. & generaliter quando ſolemnitates poſſint in actu requiſitæ omitti. Diaz *regul.* 650. & quòd ſolemnitas leuis omiſſa non vitiat, traditur per Cephalum *conſil* 100 *num.*7. *&* 28. *volum* 1. vbi limitat. Neuiz. *conſil.*25. *num.*4. vbi etiam quæ dicatur leuis ſolemnitas.

Sufficit verbum quid ſignificet. Corſet. *ſingul.* 21 *pag.*206.

22 Simpliciter aliquid dici, aut fieri quando dicatur. Mattheſ. *ſingul.* 37. *in addit*, ad materiam Doctor. *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter ff. de verbor. obligat.* omninò Bald. *in l.* 1. *C. de ædilit. edict.* & Imol. *in dicto* §. *ſi quis ſimpliciter, num.* 31.

23 Sponſalia quomodo ſoluantur, dixi *in Repertor. crimin. quæſt.* 99. *num.* 1. & 14.

24 Spooſalia quando tranſeant in matrimonium, vide Villalob. *litera S. num.* 88. & *ſequentib.*

25 Sponſa an veniat appellatione vxoris. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 396. *num.* 1. & *ſequentib.* vide ſuprà *verſic. Matrimonij appellatione, num.* 3. Lambert. *de contractib. gloſſ.* 8. *num.* 14.

26 Sigilli appoſitio quid probet, dixi *in Repertorio iudic. quæſt.* 59. *num.* 5. & *ſeq.*

27 Succeſſoris appellatione an veniat ſingularis. Diaz *regul.* 717.

28 Summæ maiori qoando inſit mioor. Couarruu. *variar. reſolut. pag.* 30. & 35. Chaſſan. *conſil.* 16. *num.* 16. vbi declarat. Diaz *regul.* 718. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 47. *num.* 6. vbi quòd minor ſumma ineſt maiori propriè. Franc. Marc. *quæſt.* 485. *num.* 24. 27. 53. & 55. Viui. *in communib. opinionib. pag.* 270. *à tergo*, & 271. & quando teſtes deponentes de diuerſis ſummis probent, vide *in Repertor. teſtium, quæſt.* 10. *n.* 15. *pag.* 184. *in impreſſis, quæſt.* 64. *num.* 233. & *ſeqq.*

29 Senectutis priuilegia multa per Duen. *regul.* 259. Plach. *cap.* 32. *pag.* 572. vbi remiſſiuè ponit 50. priuilegia.

30 Senes qui propriè dicantur, dixi ſuprà *verſic. Pupillus, num.* 57.

31 Seruitus non dicitur, quæ per perſonam perſonæ debetur, vide Villalob. *lit. S. num.* 54.

32 Seruitus qoomodo præſcribatur. Villalob. *lit. S. n.* 58. Turzan. *opin.* 61. Couarruu. *variar. reſol. pag.* 315. *num.* 11.

33 Seruitus fundi an veniat appellatione fundi. Nouell. *reg.* 190.

34 Seruitus itineris, actuſque priuati quomodo acquiratur, & generaliter quod remedium, & quando competat pro retinenda poſſeſſione huius ſeruitutis. Menoch. *de retinen. poſſeſſ. in* 5. *remedio.*

35 Specialia quando poſſint trahi ad conſequentiam, dixi ſuprà *quæſt.* 12. *num.* 22. & ſpecialia non eſſe multiplicanda, dixi ſuprà *quæſt.* 9. *num.* 4.

36 Seruitus aquæ, dixi ſuprà *verſic. Aqua, num.* 17. inter diuerſa.

37 Specialia plura quando poſſint concurrere in eodem ſubiecto. Salic. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de dot. promiſſ.* vbi diſtinguit. Iaſ. *in* §. *fuerat, num.* 52. *Inſtitut. de actionib.* Neguſ. *de pignorib. in* 1. *membr.* 5. *part. princip. num.* 16. vbi facit regulam cum duabus limitationibus, & 4. *membro ſecunda part. princip. num.* 36. *verſic. Nec obſtat ſecundùm eum*, vbi quòd duæ fictiones poſſunt concurrere circa idem, quando non æquè principaliter, ſed vna in conſequentiam alterius venit. Menoch. *de adipiſcen. poſſeſſ. pag.* 44. *num.* 235. *in* 4. *remed.* Natta *conſil.* 464. *num.* 18. *volum.* 2. vbi dat aliam limitationem, & quid de duabus præſumptionibus, vide *in Repertor. iudic. verſic. Præſumptiones duæ, num.* 16. In materia facias regulam negatiuam, per text. *in l.* 1. *C. de dot. promiſſ. l. cùm poſt.* § *gener. ff. de iur. dot.* cum ibi not. Oldrad. *conſil.* 79. *incip. Quòd duo ſpecialia*, Socin. *conſil.* 240. *colum.* 1. *verſic. Tertiò quia, volum.* 2. Pro eadem regula adde Menoch. *in l. final. num.* 235. *C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* Quod tamen non procedit, quando oriuntur ex diuerſis fontibus. Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore, in vltima quæſt. ff. de vſucap.* per *l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.* Ad idem Socin. *dicto conſil.* 240. *colum.* 3. *verſic. Non obſtat tertium.* Atet. *in l. ſeruus, colum.* 6. *ff. de acquiren. poſſeſſ.* Ad materiam vide Pariſium *conſil.* 80. *num.* 6. & 24. *volum.* 1. Socin. iun. *conſil.* 44. *num.* 13. & 15. *volum.* 2. Cephal *conſil.* 245. *num.* 41. *volum.* 2. Aldobrand. *in* §. *licèt autem, num.* 13. & 14. *Inſtitut. de adopt.* Grat. *reſponſ.* 108. *num.* 17. *lib.* 2. vbi quòd ſicut non admittuntur duæ ſpecialitates circa idem ſubiectum, ita nec duæ improprietates, & quid de pluribus ſpecialitatibus inductis à iure communi, vide Neguſant. *vbi ſuprà, num.* 16.

Simile quando dicatur, & de materia, dixi ſoprà, *verb. Argumentum à ſimili, num.* 1. 38

Solidi ſignificatio dixi ſuprà *verſ. Aurei, num.* 17. 39

Sæpè, ſæpius, & ſæpiſſimè, ſignificationem videas apud Boërium *deciſ.* 31. *num.* 16. & *ſeqq.* 40

Solus dictio quid ſignificet. Cotta *in memoralib. pag.* 764. & *ſeqq.* 41

Suburbia an veniant appellatione ciuitatis, dixi ſuprà *verſ. Ciuitatis appellatione, num.* 48. inter diuerſa. 42

Suorum appellatione qoi veoiant. Cotta *in memoral. pag.* 835. & quòd pronomen *Sum, a, um*, ſignificet dominium. Roland. *conſil.* 71. *num.* 28. *Credo ſit, in* 2. *volum.* Cott. *vbi ſuprà pag.* 78. *verſic. Bona publicatorum*, vide omninò *in tit. de accuſationib. q.* 12. *n.* 58. 43

Si verò, &c. aduerſatur in iure & in facto. Roland. *conſ.* 71. *num.* 14. *Credo ſit, in* 2. *volum.* 44

Secundus quis dicatur. Roland. *conſ.* 72. *num.* 25. & *ſeqq. volum.* 1. Polit. *in tract. de ſubſt.* 45

Solitum & conſuetum quando quid dicatur. Cephal. *conſil.* 28. *num.* 31. & *ſeq. volum.* 1. Imol. *concluſ.* 10. *lib.* 4. 46

Subſidij charitatiui tota materia per Menochium *de arbitr. quæſt. caſu* 178. & 179. *lib.* 2. 47

Statim dictio quid ſignificet. Cephal. *conſil.* 221. *num.* 16. & *ſeq. volum.* 2. vide infrà *num.* 61. 48

Scandala vitanda, multaque permittuntur, ne ſcandala eueniant. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 61. *num.* 290. & *ſeqq.* dixi *in Repertor. crimin. verſ. Scandala, num.* 11. inter diuerſa. 49

Superficiarios contractus quando dicatur, per Menochium *in* 4. *remed. retinen. poſſeſſ. num.* 4. & *ſeqq.* quomodo cognoſcatur à contractu emphyteotico *num.* 27. & *ſequentib.* Quomodo differat à locatione *num.* 30. multa de poteſtate ſuperficiarij, & de tota materia per Menoch. *ibi.* 50

Signum Notarij an poſſit mutari, dixi ſuprà *verſ. Notarij ſignum, num.* 16. *in Repertor. iudic.* 51

Sine dictio quid ſignificet, dixi ſuprà, *verſ. Alternatiua, num.* 11. 52

Salarium non conuentum, non debetur, dixi ſuprà, *verſ. Famulus, num.* 12. vbi poſui. 53

Salarium conuentum cum procuratore, ſollicitatore, Medico, & ſimilibus, ſi eſt exceſſiuum, adhuc poteſt à iudice taxari, & reduci. *l.* 1. §. *cui cautum. ff. de var. & extraord. cognit.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. 54

Scire & ſcire debere paria ſont. Placha *cap.* 39. *ſub num.* 18. Roland. *conſ.* 72. *num.* 22. *volum.* 3. Item paria ſunt ſcire, vel ſcire poſſe. Decian. *conſil.* 18. *num.* 154. *lib.* 1. Creſcent. *de dol. & contum. deciſ.* 9. vbi de materia. 55

Species qtando deroget generi, dixi ſuprà, *verſic. Generi per ſpeciem, num.* 1. inter diuerſa. 56

Sine præpoſitio quid ſignificet. Bartol. *in l. ſi cum.* §. *qui iniuriarum, num.* 6. *ff. ſi quis caut.* Alberic. *in ſuo Dictionario, in verb. ſine.* 57

Saltim eſt dictio ſubſidiaria, vt per Virgil. Boccac. *in conſtitutionib. March. gloſſ.* 3. *num.* 97. & 115. vbi etiam qoòd denotat diminutionem. 58

Syndicus qoando & quomodo poſſit deputari 59

ab

ab vniuerſitate ad negotia & contractus ipſius vniuerſitatis,& de materia,vide ſuprà *quæſt.*15.

60 Sponſiones,ſeu ſcommeſſæ,an & in quibus caſibus ſint permiſſæ,vide Parid.de Put. *in tract. de ludo num.*34.*& ſequentibus*,Caccialop.*in eod.tract. de ludo, num.* 18.*& ſeqq.* Stracc. *in tract. de ſponſionib.* Summ. Siluestrina *in verb. ludus , num.*6. Clarus *in* §. *ludus , num.*7.*verſic. Quaro etiam.* Burſat. *conſil.* 116. *num.*153. *& ſequentibus* , Baſard. ad Clarum *ibidem, num.* 10. Viui. *opinion.* 577. Bertaz. *conſil.* 379. *& in addition.*

61 *Statim* dictio , vide ſuprà *verſic. Mox , & verſic. Illicò , & verſic. Citò.* Bermon. *de public. concubin. in gloſſ.ſtatim ,fol.mihi* 172.*num.*1.*& ſequentib.inter tract. crimin.tom* 11.*part.*1.& ſuprà *verſic. Statim, num.*48.

T.

Tranſactio.

1 TRanſactio quando poſſit fieri ſuper rebus iam deciſis , & poſt rem iudicatam. Cæpoll. *cautel.*41.*&* 220.Villalob.*litera T.num.*123.*& ſequentib.* vbi an ſaltim valeat in vim pacti. Mynſing. *obſeruat.*47. *centur.*4. vbi quid ſi neſciatur extare rem iudicatam. Æmilian. *conſil.* 2. *num.* 19. *& ſequentibus.* Bartol. Alexand. & Doctores *in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact.* Pariſ. *conſil.* 10. *num.* 95. *& ſequentib.* faciunt ſuprà tradita *verſic. Compromiſſum num.* 4. quia compromiſſum & tranſactio æqoiparantur, vt *in eodem verſic. Compromiſſum,num.* 11. *in Repertorio* , ſcilicet *iudic.* Crot. *conſil.* 37. *num.* 13. Firman. *in Repertorio verb. Tranſactio ſuper quibus , num.* 5. *&* 14. Grat. *conſil.* 110. *num.* 28. *volum.* 2. Regula formari poteſt negatiua , per *l.* 1.*ff. de tranſact. l.* 2. *C.eodem.dicta l.ſi cauſa cognita. C. eodem* , & eſt communis , vt per Gomez *in titul.de homicid. num.*68. Quod intellige ſi ſententia tranſiit in iudicatum, aliter ſecùs. *l. & poſt rem iudicatam. ff. de tranſact.* Item intellige, niſi tranſactio fieret per viam remiſſionis,& liberationis , quia tunc etiam poſt rem iudicatam valet , gloſſ. *in dicta l.*1.*ff.de tranſactionib.* & *ibi* communiter Doctores , teſte Antonio Gomez *dicto num.*68.

2 Tranſactio fieri non poteſt in cauſa tutelæ , & in quibus aliis caſibus fieri non poſſit , Roman. *ſingul.*471.

3 Tranſactio quando reſcindatur prætextu euidentis calumniæ in litigando. Diaz *in regul.*66. vide textum, & *ibi* Doctores omnes *in l.ſumma. ff. de condict indeb.*

4 Tranſactio ſuper principali negotio an cenſeatur etiam facta ſuper extenſis,poſui *in Repertor. iudicial. verſic. Expenſa,num.*5.

5 Tranſactio non extenditur niſi ad actionem propoſitam.Couarru.*variar.reſolut.pag.* 581.*verſic.*3 &c.

6 Tranſactio metu facta an valeat , latè Æmilian. *conſil.* 2.*num.*1.*& ſeqq.*

7 Tranſactio facta non viſis , nec cognitis verbis teſtamenti,non valet,& de materia.Roland.*conſ.*13. *volum.*1. Neuizan.*conſil* 21. *num.*18. omninò videas declarantem Oſaſcum *deciſ. Pedemont.*112.*per totam*, vbi etiam, an huic legi renunciari poſſit. Natta *conſil.*363.*num.*3.*&* 4. vbi quòd renunciatio facta non viſis,nec cognitis verbis teſtamenti non valet.

8 Tranſigi ſuper alimentis quando poſſit ? & quas ſolemnitates iſta tranſactio requirat. Menoch. *de arbitrar.quæſtionib.caſu* 170.*per totum,lib.*2.Simoncell. *de decreto lib.*2.*tit.*6.*inſpect.*11.*per totam.*

9 Tranſactio facta per hæredem grauatum an noceat fideicommiſſario & ſubſtituto, dixi *in Repertor. vltim.volunt.verſic.Hæres grauatus,n.*11. & ponas hic.

10 Tranſactio & compromiſſum æquiparantur.dixi *in Repertor.iudic.verſic.Compromiſſum,num.*11.

11 Tranſactio lite non præexiſtente non valet.*Deciſ.Pedemont.*91.*num.*6.21.*&* 24. vbi tamen quòd licèt non valeat io vim tranſactionis , valebit tamen in vim pacti. Sed an poſſit fieri timore litis futuræ? Dic quòd ſic , vt per Rolandum *conſil.* 28.*num.*2. *volum.* 4. de quo etiam vide *in dicta deciſ. Pedemont.* 91. adde quòd tranſactio poteſt etiam fieri ſuper cauſa non deducta in lite , dummodò habeat materiam dubiam, & ſperetur deduci. Mohed. *deciſ.*5. *de tranſactionib.*refert Redoan.*de reb. Eccleſ.rubr.*1.§.1. *num* 52.

12 Tranſactio aliquo non dato , ſeu remiſſo nihil valet.Roland.*dicto conſil.* 28.*num.*3.*& ſeqq. volum.* 4. vbi concordantes allegat.

13 Tranſactio ſeruanda, nec in ea habet locum pœnitentia , & in dubio iudicandum pro validitate tranſactionis, quia eſt fauorabilis,cùm per eam imponatur finis litibus,habet vim rei iudicatæ , & per eam cenſentur caſſa omnia præcedentia , etiam quòd non ſit dictum.Hæc & ſimilia tradit Roland. *conſil.* 28.*num.*5.*& ſeqq.&* 33.*vol.*4.vbi de communi.

14 Tranſactio non retractatur per inſtrumenta de nouo reperta. *l. ſub prætextu. C. de tranſact.* Roland. *dicto conſil.*28.*num.*12. *volum.* 4.vbi de communi.

15 Tranſactioni contraueniens audiendus non eſt, niſi priùs reſtituat omne id, quod ex ea accepit. *l. ſi diuerſa*,vbi Doct.*C.de tranſactionib.* Afflict.*deciſ.*220. *num.*4.Grammat.*deciſ.*60.*num.*66.*verſic. Veniens.*

Diuerſa.

1 *Tanquam* dictio quid ſignificet.Marſil.*ſingul.*136. Roland.*conſil.*60 *num.*43.*volum.*1 Doctores, & præcipuè Alber.*in l.*1.*C.de hæred.inſtit.*

2 Tempus ſi non eſt præfinitum à lege,quis debeat illud præfinire, & quaorum. Marſil.*ſingul.*489.

3 Tempus præſens quando trahatur ad futurum, dixi *in verſic. Præſens.*&c. inter diuerſa ſuprà *num.*40.

4 Temporis parui, ſeu momenti,quando habeatur conſideratio. Cotta *in memoralib. pag.* 589. *& ſeq.* Menoch.*de recuperan.poſſeſſ.pag.*200.*num.*84.*& omnibus ſequentibus,per totam quæſtionem.*

5 Tempus antiquum quod dicatur? præter Aymon. *de antiquit.tempor.*vide Hieronym.de Monte *de finib. regen.cap.*70 Duen.*regul.* 299.*in* 7.*fallentia , verſic. & dicatur.* Cephal. *conſil.*550. *num.* 18. *lib* 2. Menoch. *de arbitr quæſtionib.caſu* 3.*lib.*2 *per totum* , vbi loquitur in materia probationum , & caſu 4. pariter per totum,vbi loquitur in ſententia.

6 Taxatiua dictio an excludat caſus ſimiles & conſuetos. Imol. *concluſ.*20.*lib.*4 *pag.*778. Placha *cap.*1. *pag.* 18. *num.* 16. vbi loquitur etiam in pœnalibus. De natura dictionis taxatiuæ omninò Tiraquell. *de retract.conuentional.* §. 1.*gloſſ.*6. *num.*2. *& ſequentibus , vſque ad numerum* 13. Aymon *de antiquit. tempor. pag.* 151. *part.* 4. §. 2. *num.* 110. *& ſequentibus.* Gabriel. *lib.* 6. *concluſione* 5 *tit. de verbor. ſignificationib.* vbi an dictio taxatiua , *tantùm* , appoſita in perſona authoris excludat perſonam hæredis. De materia vide etiam omninò ſuprà *quæſtione* 12. *num.* 10. Cotta *pag.* 839. *& ſequentibus* , vbi quid de dictione , *tantùm.* Quòd dictio *tantummodo* ſit taxatiua , eſt *deciſio Pedemontan.* 68. *num.* 14. De natura dictionis taxatiuæ vide omninò Iaſon *in l.* 1. *ff. ſi quis ius dicen. non obtemperan.* vbi facit

regulam eum pluribus limitationibus,& vide etiam omninò Pacian. *de probat. lib.1. cap.* 31. vbi latiſſimè diſputat,facit regulam,ampliat, & limitat, poſui *in fragment. verſic. Extenſio.*

7 Taciti & expreſſi licèt par ſit virtus, vt multis nititur probare Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 486. *num.* 49. *& ſeq. vſque ad numerum* 81. ſequitur Cardinalis Albanus *conſil.* 8. *num.* 6. aliquando tamen tacitum eſt potentius expreſſo. Quod quando verum ſit, vide *ibidem* per Tiraquellum *pag.* 490. *num.* 73.*& ſeqq.* Aymon *de antiquit. tempor. cart.* 218. *num.* 103. *&* 105. de qua materia vide latè tractantem Cagnolum *in l. cum quid, num.* 5. *& plurib. & ſequentib. ff. ſi cert. petat.* Diaz *regul.* 275. vbi quando aliquid requiritur expreſſum, an ſufficiat tacitum. Put. *deciſ.* 180. *lib.* 1. *num.* 8. vbi quòd conſenſus tacitus non extenditur vltra illud quod ſonat; licèt ſecus ſit in expreſſo, *& num.* 14. vbi quòd iſto caſo non procedit argumentum de expreſſo ad tacitum, quia conſenſus tacitus, qui ex facto colligitur, limitatur ad limites facti, ſecùs in expreſſo. Et ſic vides quòd in materia extenſionis, non eſt eadem virtus taciti & expreſſi.

8 Tacitum quid,& quot modis dicatur. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 491. *num.* 81. & per totam illam quæſtionem *gloſſ.* 7.

9 Tacens & præſens quando conſentire dicatur, dixi *in Repertor. iudic. verſic. Tacens, num.* 13. inter diuerſa.

10 Timor iuſtus belli operatur idem qood bellum, & de materia. Cotta *in memoral. pag.* 153. Corſet, *ſingul. pag.* 174. Marſil. *ſingul.* 497. Plotus *in l. ſi quando, num.* 128. *C. vnde vi.*

11 Terminos amouens ad quid teneatur, dixi *in Repertor crimin. verſic. Terminos amouens, num.* 3. inter diuerſa.

12 *Tamen* dictio eſt aduerſatiua. Æmil. *conſil.* 6. *n.* 7. Quid de dictione *nihilominùs*, vide ſuprà *lit. L. n.* 26. inter diuerſa. Quid de dictione, *ita tamen*, vide quæ ſuprà tradita ſunt *quæſt.* 67. *num.* 19.

13 *Tunc, & eo caſu*, &c. iſta verba quid ſignificent. Cephal. *conſil.* 111. *num.* 15. *volum* 1.

14 Tignum in domum alienam quando immittere liceat. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 157. *lib.* 2.

15 *Teneatur*, verbum eſt præceptiuum, & de materia, Roland. *conſil* 70. *num.* 64. *volum.* 3.

16 Turpitudinem ſuam allegare quando quis poſſit, dixi *in Repertorio iudic. verſic. Turpitudinem, num.* 12.

17 *Tales*, dictio eſt repetitiua præcedentium. Cephal. *conſil.* 138. *num.* 38 *& ſeq. volum.* 1.

18 Tituli materiam poſui *in Repertor. iudic. verſic. Titulus, num.* 8. *& ſeqq. inter diuerſa.*

19 Tranſlatio cenſus de vna domo ad aliam, quando facta dicatur, & de materia dixi ſuprà *ſub quæſtione* 13.

20 Theſauri inuentionis materia ponitur per Firman. *in Repertor. verb. Theſaurus, per totum*, & aliquid per Aymon. *conſil.* 209. *num.* 1. *& ſeq. volum.* 2. vbi etiam de venis metallorum inuentis, vide Peregrinum *de priuileg. fiſc. lib.* 4. *tit.* 2. *fol* 287. *& ſequentibus.* Socin. *in l.* 3. *§ Neratius, num.* 7. *ff. de acquiren. poſſeſſ.* Practic. Papien. *in forma libell. in act. real. gloſſ. iure dominij, num* 14. *& ſequentib.* Caſtren. *conſil.* 23. *part.* 2, vbi etiam de marmoribus & cotibus. Et an liceat ingredi fundum alienum inuito domino pro effodiendo theſaurum, vide Aretin. & alios *in §. theſauros Inſtitut. de rer. diuiſ.* Cæpoll. *in tract. ſeruit. ruſtic. præd. pag* 153. Caſtren. *conſil.* 353. *part.* 1. vbi de vena auri, *& conſil.* 140. *& ſeq. part.* 2. *&* 330. *eadem part.* 2, *& in l. ſi fundus ff. ſolut. matrimon.* Boſſ. *in titul. de metall. & aur. effoden.* Tiraquell. *de retract. pag.* 999. Specul. *in titul. de locat. § nunc aliqua, verſic.* 18. & quid ſi maritus inueniat theſaurum in fundo dotali. Iaſon *in l. diuortio. § ſi fundum, num.* 6. *ff. ſolut. matrimon.* Villalob. *litera l. num.* 111. *& ſequen.* vide *in conſil. crimin.* 71. *num.* 65. *& ſequentibus, pag.* 61. vbi an liceat arte magica theſaurum inquirere, & repertum, an ſit domini domus, & quid ſi reperiens vult probare ſe vel ſuos anteceſſores ibi illud abſcondidiſſe,& quomodo iſtud probetur, ibi videas, vide Imol. *concluſ.* 36. *pag.* 153. vbi quòd theſauri inuentio in fundo nuper vendito non reſcindit venditionem, & ad quem ſpectet theſaurus iouentus in loco ſacro, ſeu priuato, & de materia, vide Couarruuiam *in regula Peccatum in* 3. *part. de regul. iur. in* 6. & an in cauſa theſauri ſit locus torturæ, poſui *in titul. de indic. & tortur. quæſt.* 42. *num.* 40. *& ſequentibus multis.* Vide modernos, & præ cæteris Menochium *de præſumptionib. lib.* 5. *præſumptione* 30. *num.* 5. *& ſequentibus*, poſui ad laudem Dei in impreſſis *in quæſt.* 104.

V.

Venditio.

VEnditionis materiam ſupple ſuprà *verb. Emptio.* 1

Vendens rem, ſeu animal vitioſum, & morboſum, ad quid teneatur, & generaliter de materia, vide Surdum *deciſ.* 146. Fabian. de Monte *de empt. & vendit. in* 6. *quæſtione principali, num.* 56. *& ſequentibus*, vbi latè diſtinguit. Dicas quòd ſi quis vendat animal vitioſum, vel morboſum, poterit emptor reſcindere contractum, & rem venditori reſtituere infra ſex menſes, actione redhibitoria, vel poteſt ſtare contractui, & agere actione quantò minoris ad diminutionem pretij propter vitium, ſeu morbum rei venditæ infra annum. *l.* 1. *& per totum, C. de ædilit. action.* vbi ſimiliter communiter Doctores. Tale autem tempus non currit à die venditionis, ſed ſcientiæ morbi ac vitij. *l. cum ſex. ff. de ædilit. edict.* Hæc autem habent locum etiam in vendente pannos, libros, aliáſve mobiles res vitioſas, vt per gloſſ. & communiter Doctores *in dicta l.* 1 *ff. de ædilit. edict.* & eſt communis, teſte Antonio Gomez *in titul. de empt. & vendit. num.* 48. intellige hoc non procedere, quando emptor ſciebat tale vitium, & ideò ſi morbus, vel vitium erat patens, quod poterat ab emptore videri, putà ſi animal erat cæcum, habebat cicatricem, vel quid ſimile, tunc venditor in nihilo tenetur. *l.* 1. *§. ſi intelligatur. ff. de ædilit. edict. l. quæritur. §. final. ff. eodem*; & ideò ſi venditor certificauit emptorem de vitio, ſeu morbo equi, ſimiliter non tenetur. *l.* 1. *verſicul.* 1. *ff. de ædilit. edict.* Quæ quidem certificatio non debet eſſe generalis de omnibus vitiis, dubia, ſeu inuoluta, ſed debet ſpecificè exprimere qualitatem, & ſpeciem morbi. *l. ea quæ commendandi. §. final. ff. de contrahend. emption. l. quæro. ff. de actionib. empt. l.* 1. *verſic.* 1. *ff. de ædilit. edict.* Item ſcias in materia, quòd morbus ſuperueniens poſt venditionem illam non reſcindit, nec habet locum actio quanti minoris. Et ideò emptor iſto caſu debet probare tale vitium fuiſſe ante rem traditam. *l.* 1. *§. ſi quid autem. ff. de ædilit. edict. l.* 3. *C. de ædilit. action.* Item ſcias, quòd ſi vendantur plures res, 2

quarum

quarum vna ſit vitioſa, alia non: tunc ſi ſunt inter ſe diuerſæ, & venditæ diuerſo & diſtincto pretio, vna vitioſa, in illa baber locum actio tedhibitoria, in aliis verò non. *l. ſi plura mancipia. ff. de adilit. edict.* Si verò iſtæ diuerſæ res vnico tantùm pretio ſint venditæ, tunc ſimiliter actio redhibitoria ſolùm habebit locum in re vitioſa, & non in aliis. Et pretij æſtimatio fiet iudicis arbitrio, vt *in dicta l. ſi plura mancipia, & in l. adiles la ſecunda. §. finali, & in l. penultima. ff. eodem.* Si verò res venditæ ſunt aliqua de cauſa, vel ratione inter ſe coniunctæ, & connexæ, taliter quòd dura & damnoſa ſit earum ſeparatio, tunc ſiue pretium ſit vnicum, ſiue diſtinctum, vna non poteſt ſine alia redhiberi. *l. cum eiſdem, & l. ſequenti*, vbi gloſſ. & Doctores. *ff. de adilit. edict. & in l. adiles la ſecunda §. final. cum duabus ll. ſequentibus. ff. eodem*, & generaliter ſcias in hac materia, quòd indiſtinctè in venditione plurium rerum, ſiue ſint connexæ, ſiue ſeparatæ, ſiue pretium ſit vnicum, ſiue diſtinctum, quando emptor non erat vnam ſine alia empturus. Tunc vna vitioſa, redhibitoria habet locum etiam in omnibus, vt per Anton. Gomez *dicto titul. de empt. & vendit. num. 49 propè finem*, & *ibi in addition. litera P.* vbi de communi. Ad quam materiam venditionis plurium rerum, quomodo in ea babeat locum actio redhibitoria, faciunt tradita per Lamberteng. *de contractibus, gloſſ. finis, num. 246. & ſequentibus, vſque ad numerum* 261. vbi videas. Et quid ſi animal venditum paulò pòſt moriatur, putà ſi infra triduum poſt ipſam venditionem moriatur, an debeat reſtitui pretium, vide Baldum *in conſil. 499. ſiue 449. ſiue 419. volum....* Alciat. *de praſumpt. pag. 293. in fine.* Firman. *in Repertor. verb. Animal, num. 5.* Nouell. *regul. 226.* Plach. *in Epitom delict. cap. 13. num. 26. pag. 220.* Et quid de vendente annonam corruptam, vide *in Repertor. criminal. in verſic. Annonam corruptam, &c. num. 17. in fragmentis*, inter diuerſa. Et quòd pro paruis vitiis tedhibitoria non detur, ponit Tiraquell. *in tract. de inaec in reb. exig. pag. 33. à tergo, verſic. Decimò eſt textus*, &c.

3 Vendete rem ſuam quando quis cogi poſſit, & generaliter de materia, Cæpoll. *cautel.* 208. Couatruuias *variarum reſolutionum, pag. 905. num. 1. & ſequentibus.* Socin. *regul. 435.* Viui. *in communib. opinionib. pag. 307.* Nouell. *regul. 224.* Practica Corradi *num. 12 fol. 2.* Titaquell. *de retract. in præfatione, pag. 8. num 15. in fine.* Capra *concluſione* 87. Bard. *in Commentar. Bulla Sixtina, pag. 39. verſic. Noto quartò.* &c. Felin. *in cap. 1. num. 2. de Iudais*, vbi ponit multos caſus. Marſil. *ſingul. 441. licèt de iure*, &c. & quando quis cogi poſſit vendere viliori pretio, vel emere ſatis iniuſto, vide *ibidem* per Tiraquellum *pag. 13. num. 28.* Roland. *conſil. 81. num. 14. lib. 3.* vbi quòd quis poteſt cogi vendere victualia, etiam viliore pretio vrgente neceſſitate, de quo etiam per Capram *dicta concluſione* 87. *num. 20. & 21.* Boſſ. *pag. 235. num. 7.* Ioan. Mar. Monticell. *in practic. regul. 1. num. 39. verſic. 41. inquirit Iudex*, vbi quòd ratione publicæ vtilitatis quis poteſt cogi ad vendendum frumentum pro iuſto pretio, illud ſcilicet, quod ſupereſt pro vſu ſuo. Adde in materia Roland. *conſil. 71. num. 1. volum. 3.* vbi quòd domum ſuam quis poteſt cogi vendete à Principe ratione publicæ vtilitatis, puta ex cauſa ornatus ciuitatis, ad quod faciunt tradita ſuprà *quaſtione* 56. *num. 8. & 20.* & multis ſequentibus, vbi poſui quando Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poſſit ius ſuum alicui auferre, ſoluto, vel non ſoluto pretio, ac data, vel non data recompenſa. Sed in caſu noſtro intelligas ſoluto pretio, & non aliàs, vt per Roland. *ibidem num. 3. & ſequentib.* Quod pretium à iudice declarabitur in hunc modum, debet enim eſſe iuſtum & congruum valori rei, vt *ibidem* per Rolandum *num. 9. & ſequen.* Iudex enim cogit partes ad eligendum æſtimatores, vel ex officio eos eligit, iuxta quorum æſtimationem declarabit valorem domus, *ibidem* per Rolandum *num. 14. & ſequentib.* & quomodo debeat fieri æſtimatio, ſi eſt deſtruenda, non tota domus, ſed eius pars, vide *ibidem num. 17. & ſequenti*, per Roland. Item adde in eadem materia, quòd quando conſanguinei aſtringuntur emere bona confiſcata ad æſtimationem peritorum, tunc talis æſtimatio non ſit cum rigore, ſed cum aliquali miſericordia, vt per Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen. 61. num. 21. 1. part.* vbi reprehendit contrarium facientes.

4 Vendere aliud eſt, aliud vendenti conſentire. Rolandus *conſil. 69. num. 37. & ſequentibus, volum. 3.*

5 Venditæ rei augmentum, an ſpectet ad illum, qui rem redimit vigore pacti de retrouendendo. Cagnol. *in l. 2. num. 189. C. de pact. inter emptor. & vendit.* Vide generaliter ſuprà tradita, *verſic. Augmentum, num. 11.* inter diuerſa, & generaliter quòd augmentum rei venditæ cedat lucro emptoris, vel venditoris, vide omninò Redoanum *de rebus Eccleſ. non alienan. pag. 388. & ſequentibus, vſque ad* 391. faciunt quæ contrà de periculo rei venditæ ſuprà dicta ſunt *verſic. Periculum, num. 46.* inter diuerſa.

6 Venditori quando liceat emptorem in pretio decipere, & è contra, Stracca *de mercatur. part. 2. tit. de ſtatu mercatorum, num. 6. & ſequentib.* Lamberteng. *de contractib. eorum* &c. *gloſſ. 10. num. 8.* vide ſuprà *verſ. Contrahentibus, num. 13.* poſui *in fragment. criminalib. in verb. Decipere.*

7 Venditio ſolo conſenſu contrahitur, nec in ea ſcriptura requiritur, poteſtque per teſtes probari. Magon, *deciſ. Lucen. 95. num. 13.* vide etiam *ſub num. 19. part. 1.*

8 Vendens babens fidem de pretio, an in re vendita præfetatur aliis creditoribus, dixi *in Repert. iudic. quaſt. 63. num. 15. & ſeq.*

9 Vendens cum pacto de retrouendendo, an poſſit vigore iſtius pacti agere contra tertium poſſeſſorem, dixi ſuprà *verſ. Pactum, num. 22.*

10 Venditoris confeſſio an noceat emptori, *in Repertor. teſtium, in materia, Teſtis venditor.*

11 Venditioni adiectum pactum, vt non transferatur ex ea dominium, niſi ſoluto pretio an valeat, poſui *in Repert. iudic. quaſt. 63. num. 15. & ſeq.*

12 Venditio ſi eſt facta non ſpecificato pretio, iudex iſto caſu arbitrabitur quantitatem pretij, & idem ſi pretium non ſit liquidatum per venditorem, iudex poteſt ex officio illud taxare, poſui *in Repertor. iudicial. quaſt. 76. num. 8.* vide *in ſequen. verſic. num. 13.*

13 Venditionis collatæ in arbitrium tertij materia ponitur per Doctores *in §. pretium, Inſtit. de empt. & vendit. in l. finali. C. de contrahen. empt. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obligationib.* Cephalus *conſ. 10 volum. 1.* Titaquell. *de retract. pag. 36. num. 1.* Roman. *ſing. 749.* vbi de pretio incerto.

14 Venditio plurium rerum quando reputetur vnica venditio, vel plures. Titaquell. *de retract. lignag. §. 23. gloſſ. 1. per totam.*

Veriſimile.

1 Veriſimilitudo quos effectus producat? & generaliter de materia, vltra infrà ſcripta, vide Marſilium *ſingul.* 343. *&* 396. Pariſ. *in tabul. conſiliorum, verſic. Argumentum à veriſimili*, &c. Marſil. *in rubr. de probationib. num.* 108. *& ſeqq.* vbi multa de vi & effectu veriſimilitudinis, & inueriſimilitudinis.

